35 — 6

# Prologus epiſtolaris in ſummā de eccleſiaſtica poteſtate catholici doctoris fratris auguſtini de Ancona.

R Euerendiſſimo in xp̄o patri fratri Ambroſio de Cora Romano: ſacrarū lıterarū egregio interpreti: ſacriq ordinis fratrū heremitarum beati Augu. priori generali digniſſimo. Suus frater Paulus Zulmeus Bergomenſis eiuſdem ordinis ⁊ voti: ſancte Marie de populo in vrbe: prior fidelē affectū. Aug. Anconitanum clariſſimū diuine legis interpretem: ſacri ordinis heremitarū beati Augu. de eccleſiaſtica poteſtate: velut omnium doctrinarū plenū armarium: paternitati tue colendiſſime: formis impreſſum ⁊ emendatū offero. Is ēqdē inter ceteros religionis noſtre Auguſtiniane doctores in eo plurimū emicuit qm̄ eius doctrina veterū doctorū: ſacriq canonis teſtimonia ac conciliorū decreta ad plenū complexa eſt. vt in pñti ope liquidiſſime cōſtat: qd ſanctiſſimo dño Iohi xxij. pontifici maximo. qui clementinarū auctor fuit opportuno tpe dedicauit. quā multa tunc in eccleſia de pontificis poteſtate cōcertatio eēt. Opus igit hoc velut ſcripturarū omniū vt dixi plenū armariū. quam apud paucos nō minus abſcōditum q̄ reſeruatū magno p̄cio teneret: nō ſum paſſus vt tanti viri doctrina: miro ſtudio collecta: ſilentio obrueret: quin potius i plurimorū eruditionē ſaluteq pdiret. Quicqd. n. de pontificis poteſtate dici catholice potuit ab eo diſſerū ē. Stilus. n. eius p̄terea ſcolaſticus digniſſimuſq. Singula item p eū deducta: plenā fidei: preceptorū: morū: cōſiliorū: ſacramentorū: legū: ordinum: ſtatuūq omniū in dei eccleſia tā triumphante q̄ militante exiſtētiū: redolentiā ſapiūt. Plurima q̄ ex is adeo pegrina ſunt ⁊ ſingularia, vt a nemine doctorū h̄ ordine collecta tractataq videant. ¶ Hic p̄terea doctor egregius vt alia ab h̄ ope ab eo excellenter edita nō omittā: nouum teſtamētū Mattheo euangeliſta exorſus: Pauli ep̄las omnes: actus apl'orū: canonicas etiā ep̄las cum Apocalipſi digniſſime cōmētatus eſt. ſtilo lz diuerſo. canonicas q̄dem ep̄las cum actibus apl'orū ⁊ Apocalipſi. qd a nemine ſcribentiū attemptatū vidi. ope aureo quēadmodū ⁊ ſanctus Thomas euāgelia: p doctorū antiquorū gloſas ⁊ dicta: tā accurate: tanq elegant' pſecutus eſt: vt nihil dignius: nihil ſirmius: nihil ūīe ſaluti deuotioniq legentiū accomodatū magi efficere potuerit. Sed vltra doctorū gloſas vel dicta circumq̄q collecta: queſtiones ⁊ ipſe formauit qd a ſancto Thoma in euāgelijs tactū non ē. q̄s p ſingula cap̄la lectorēq vt expoſitor. interſerens non niſi tñ p doctorū antiquorū ſententias abſoluit. ¶ Pauli ep̄las cum canonicis etiam ep̄lis: ſtilo alio digniſſime commentādo expoſuit. diuidēdo. exponendo. declarādo. inferēdo. decidēdo. vt cōis ſcribentiū mos ē. De quarū ep̄larū commēto: illud referam: qd reuerendus p̄r dñs Jacobus de Mucciarellis iuriſutriuſq clariſſimus doctor ⁊ camere ap̄lice auditor: mihi interroganti rñdit. Quā. n. apud eū hanc ep̄larū Pauli expoſitionē vidiſſem: mirarerq q̄to eā ſtudio cōpleceret: ſciſcitar' q̄ui eā faceret. Rñdit. Quā ti omne id qd apud me theologū habeo. Is ſi quidem doctor vt dicti ſui rōnem explicē. quaſ expoſt ſubintulit: ⁊ theologus: ⁊ canoniſta eſt. Et adeo planus inter tot tātaq difficilia q̄ diſſeruit ē: vt a quocunq etiā mediocriter doctor intelligi poſſit. Sic q inter theologos ⁊ canoniſtas. theologus ipſe ⁊ canoniſta vnā diuidatur dictorū ſententiarūq amicitiā texuiſſe: vt q̄ canoniſta fuerit is eo medio ⁊ theologuſ eē poſſit. Qd fateri habebūt: qui ⁊ volumē h̄ aureū de eccleſiaſtica poteſtate legerint: ſepiuſq mēte reuoluerint. ¶ Magiſtrum deinde ſniarū accuratiſſime expoſuit. In librū priorū Ariſtotelis: et in eius methaphiſicā quā Ariſtotelis ſapiam vocauit: cōmentaria edidit digniſſima. ¶ De ſpūſancto theoremata quinq̄ginta cōtra grecorū errores p ſedis ap̄lice tutela: fideliūq omniū ſalute: ad veteri iubilei inſtar: optime declarauit. ¶ De cantico ſpūali: vel. x. cordis. canticū virginis glorioſe ampl'r exponēs: tractatū pulcherrimum edidit. Supmiſſus ē de beate ſp virginis laudibus: ſacratiſſimaq diuini vbi incarnatione: diffuſe ſatis ornateq diſſeruit. ¶ De introitu terre pmiſſionis: de potentijs aie. Item de gñe ⁊ ſpē: opuſcula q̄dam miro ordine contexuit. ¶ Milleloquium veritatis Aurelij doctoris: ſeraphiciq patris Augu. ex ampliſſima ſcpturarum ſilua collectū: ipſe pus incepit. Sed dormitione ſancta p̄uentus: complere non potuit Qd poſtea frater Bartholomeus vrbinas diui patris Augu. doctiſſimus heremita: vrbini p

N. 21568
UNIVERSIDAD Y PROV. BIBLIOTECA ZARAGOZA

ſui egregio ordine complexit. ¶ De reſurrectione mortuorum Illuſtri. d. Franciſco de Carraria paTauino principi tractatum dedit. plurimaque alia in fidelium ſalutem: ſancteque Romane eccleſie ornatum: ſcripturarum volumina edidit. inter que quolibeta que Pariſius ipſe diſputauit connumeremus. vt in epiſtolarum Pauli expoſitione circa finem ſecunde ad Corinthios ipſemet de ſe fatetur. ¶ Hic igitur doctor clariſſimus Aug. Anconitanus: ſacrarum omnium doctiſſimus ſolertiſſimus inueſtigator. Et quod imprimis maxime obſeruandum eſt. Eximie integritatis pater: a Lancilao Neapolitano Sicilie et Hieruſalem rege. maxima gratia habitus eſt. eius doctrine: eiuſque conſilio: mirum immodum affectus: vt ſuauiſſima tanti patris conſuetudine frui poſſet: magno cum apparatu: celebrique cum procerum comitiua: eum ex Ancona Neapolim per interiectum tranſuexit: Reliquias ſacratiſſimas capitis diui Luce euangeliſte: in ipſius amoris reuerentieque ymaginem: perpetuo euo in ſancti Auguſtini baſilica Neapolitana conſeruandas atque colendas tradidit. Multis preterea aliis maximiſque muneribus eum donauit.

¶ Hunc itaque tot tantiſque prerogatiuarum generibus inſignitum: ex tibi creditis filiis: doctiſſimum religioſiſſimumque diui Aug. heremitarum. nulli conuenientius quam tibi patri meo obſeruantiſſimo offerre debui. Qui aurelii patris noſtri Auguſtini vicem tenes. Qui iuris eruditis ſupra modum oblectaris. Quique per innatam in hoc ordine Auguſtinenſium tibi diuinitus creditum: humanitatem atque cura ſolertiſſima. non niſi religionis profectu ac decore. velut celeſti nectare iocundaris. ¶ Vale Auguſtiniane ſtirpis pater pientiſſime: ex cella noſtra apud glorioſam virginem de populo: Sixto quarto pontifice maximo: ſanctiſſimoque regnante: ſancte ſedis ſue anno octauo.

# Incipit ſumma catholici doctoris Auguſtini de Ancona de poteſtate eccleſiaſtica.

Sanctiſſimo ac reuerendiſſimo in Chriſto patri ac domino domino Iohanni diuina prouidentia pape .xxii. Frater Auguſtinus de Ancona ordinis fratrum heremitarum ſancti Aug. cum omni famulatu et reuerentia poſt pedum oſcula beatorum. Quamuis dei filius humani generis naturam aſſumens infirma mundi elegerit: vt fortia queque confunderet: eccleſiaſtice tamen poteſtatis altitudinem ſuos fideles latere noluit: quinimo tanquam ſuper petram fundatam ipſam eſſe ſuper omnes principatum et poteſtatem. vt ei genua cuncta curuentur celeſtium et terreſtrium et infernorum ſubiis apoſtolicis declarauit. Vnde error eſt: vt puto: pertinaciter mente non credere Romanum pontificem vniuerſalis eccleſie paſtorem. Petri ſucceſſorem. et Chriſti legitimum vicarium ſuper ſpiritualia et temporalia vniuerſaliter non habere primatum: in quem quandoque multi labuntur dicte poteſtatis ignorantia. que cum ſit infinita: eo quod magnus dominus: et magnitudinis eius: et magnitudinis eius non eſt finis: omnis creatus intellectus in eius perſcrutatione inuenitur deficere. Multi vero hominum complacentia: quia ſic multa de diuino cultu et Chriſti reuerentia vſurpata ſunt: quod honores diuini deferuntur humanis ſiue humilitate nimia ſiue adulatione peſtifera. Multo magis hac duplici cauſa multa ſubtrahuntur de Chriſti vicarii dominio et potentia. Multi autem curioſa ſcientia et vanam non claritate ſuperbia cupientes ex quibuſdam nouis videri potius quam videre: et ſciri potius quam ſcire. imitantes in hoc illos curioſos et ſuperſtitioſos athenienſes qui ad nihil aliud vacabant niſi audire vel diſcere aliquid noui. His omnibus modis impugnatur quamuis Chriſti ſponſa ſed vinci non poteſt: tempeſtates ſuſcipit ſed non demergitur. iacula mittuntur in eam: ſed non perforatur. machinamenta preparantur. ſed turris dauidica non eliditur. Huic tamen peſtifero morbo ſalubri remedio prouidetur cum a ſacre ſcripture doctoribus varia et diuerſa conſcribuntur. quia enim nullus vnquam hominum ita dare locutus eſt vt in omnibus ab omnibus intelligi poſſet. Ideo vtile fore cenſuit Aug. diuerſos libros a diuerſis fieri etiam de eiſdem queſtionibus diuerſo ſtilo non diuerſa fide. vt veritas quedam ipſa ad omnes perueniat: ad alios ſic: ad alios autem ſic. Nec aliud intelligo ſcripturam voluiſſe ſignificare: quod adducebantur Salomoni equi de egypto et de cunctis regionibus terre: niſi quia ſummo pontifici diuerſi libri a cunctis chriſti militibus offeruntur. Nec mirum. quia lectulum eius .lx. fortes ambiunt ex fortiſſimis iſrahel. omnes tenentes gladios et ad bella doctiſſimi.

¶ Summam igitur de poteſtate eccleſiaſtica per quam ſanctitati veſtre dignum in preſenti preſentandam fore: vt ſicut talis potentia a vobis tanquam a fonte deriuatur in omnes per vlteriorem influentiam: ſic quod corrigendum eſt in ea veſtro iudicio reſeruetur per diſcuſſionis prudentiam: et quod tenendum eſt comprobetur per confirmationis ſententiam.

Quia de poteſtate eccleſiaſtica tractare ſermonem aſſumpſimus cum potentia referatur ad actum et ad effectum et potentiarum ſtatus vnius diſtinguatur ab alio.

¶ Triplex conſideratio de potentia pape occurrit.

¶ Primo vt conſideratur ſecundum ſe
Secundo vt comparatur ad effectum.
Tertio vt comparatur ad ſtatum quem per talem potentiam homo conſequitur.

¶ De potentia vero pape ſecundum ſe triplex conſideratio eſt neceſſaria.

¶ Primo: reſpectu dei a quo eſt principaliter et effectiue.

¶ Secundo reſpectu eligentium a quibus eſt inſtrumentaliter et cooperatiue.

¶ Tertio reſpectu ipſius eccleſie cui preeſt adminiſtratiue et auctoritatiue.

Circa primum queruntur decem.

¶ Primo. Vtrum ſola poteſtas pape ſit a deo immediate et nulla alia.

¶ Secundo. Vtrum poteſtas cuiuſlibet pape ſit a deo.

¶ Tertio. Vtrum poteſtas pape ſit vniuerſaliter maior omni alia.

¶ Quarto. Vtrum aliquis poſſit eſſe equalis pape in poteſtate.

¶ Quinto. vtrum ſingularius ſit a deo poteſtas pape quam aliqua alia

¶ Sexto. Vtrum poteſtas pape ſit vna: vel plures.

¶ Septimo. Vtrum ſit ſimul ſacerdotalis et regalis.

¶ Octauo. Vtrum ſit ſimul temporalis et ſpiritualis.

¶ Nono. Vtrum eius potentia ſit ſimul eterna et temporalis

¶ Decimo. Vtrum ſit vtile de tali poteſtate diſputare.

# Queſtio prima de pape poteſtate.

Ad primum ſic proceditur. videtur enim quod ſola poteſtas pape non ſit immediate a deo. quia que non ſunt eiuſdem rationis vnum non reducitur in alterum. Sed poteſtas pape et poteſtas ſecularium principum non ſunt eiuſdem rationis. ergo videtur quod vtraque ſit immediate a deo: et vna non reducatur ad aliam.

¶ Praeterea poteſtas imperialis immediate eſt a deo: quia ſicut dicitur .xxiii. q. iiii. A deo conceſſa eſt poteſtas imperialis. et propter vindictam noxiorum gladius fuit permiſſus. ergo videtur quod talis poteſtas non ſit a papa: nec ab homine et per conſequens immediate a deo.

¶ Praeterea que diſtincta ſunt in ſe et ad diſtinctos fines ordinantur vnum non eſt ab altero. immo immediate reducuntur ad aliud tertium.

¶ Sed poteſtas ſpiritualis et poteſtas ſecularis ſunt diſtincte in ſe et ordinentur ad diſtinctos fines. Sicut habetur .x. di. c. quoniam idem. et .lxxxvi. di. duo quippe. Ergo iſte due poteſtates ſunt immediate a deo.

¶ Praeterea poteſtas epiſcoporum dicitur ordinaria. ergo immediate eſt a deo et non a papa. Praeterea quod non poteſt auferri ab homine immediate eſt a deo. ſed poteſtas epiſcoporum non poteſt auferri ab eis per papam nec per aliquem hominem ergo immediate eſt a deo.

¶ In contrarium eſt: quia ſicut eſt in corpore naturali: ita debet eſſe in corpore myſtico. ſed ita eſt in corpore naturali quod omnia membra recipiunt influentiam ab vno .ſcilicet a corde. ergo ita erit in corpore myſtico quod ſibi recipient influentiam a ſummo pontifice. et ſic ſolum ſua poteſtas eſt immediate a deo et nulla alia.

¶ Reſpondeo. dicendum quod dimiſſis opinionibus ad queſtionem ſic puto eſſe reſpondendum: quod loquendo de poteſtate iuriſdictionis temporalis et ſpiritualis. dicere poſſumus quod talis poteſtas eſt triplex. ſcilicet immediata: deriuata: et in miniſterium data.

¶ Primo modo poteſtas iuriſdictionis omnium ſpiritualium et temporalium eſt ſolum in papa.

¶ Secundo modo eſt in omnibus epiſcopis et prelatis.

¶ Tertio modo poteſtas iuriſdictionis temporalis eſt in omnibus imperatoribus regibus et principibus ſecularibus.

¶ Et dico poteſtas iuriſdictionis temporalis. quia loquendo de poteſtate ſpirituali quantum ad poteſtatem ordinis que reſpicit corpus Chriſti verum: et que eſt reſpectu ipſorum ſacramentorum. puto quod talis eſt in papa inquantum eſt epiſcopus. et in omnibus epiſcopis immediate a deo. Cuius ratio eſt quod talis poteſtas non conuenit pape inquantum papa. quia ſi aliquis eligatur in papam nullum ordinem habens erit verus papa: et habebit omnem poteſtatem iuriſdictionis in ſpiritualibus et temporalibus. et tamen nullam habebit poteſtatem ordinis. Conuenit ergo talis poteſtas ordinis pape inquantum eſt ſacerdos vel epiſcopus. Vnde Saluator Ioh. xx. equaliter et immediate

conceſſit hanc pr̄tātem Petro ꝛ alijs quorum pſonas repñtauit ep̄i. qꝛ ſicut ſolus ipſe xp̄s fuit inſtitutor ſacramentorum: ita ſolus ipſe hanc pr̄tātem g̃ reſpicit ſacr̄a ꝛ corpus xp̄i verum: habet immediate cōcedere. Vñ di. xxi. di. c. in nouo teſtamento cete ri apl̄ici eodem Petro pari ɔſortio honorem ꝛ pr̄tātem acceperūt. Sed loquēdo de pr̄tāte iuriſdictionis tam ſpūaliū q̄ tpaliū [illegible] talis eſt in papa immediate. qđ pbat̄ tripl̄r.

¶ Primo ſic auctoritas iuriſdictionis nō ɔcedit̄ niſi p claues eccleſie. ſ claues eccleſie xp̄us nō ɔceſſit niſi Petro ſingulariter. ſicut pꝫ Mathei. xvi. Dabo tibi claues regni celorum. Super quo v̄bo dicit glo. q̄ xp̄s ſolū vnū vicarium ꝛ vnū caput vult eſſe in eccl̄ia. ad quod diuerſa membra recurrent ſi forte ab inuicē diſſentirēt.

¶ Sc̄d̄o ſic. ille qui nō dat aliq̄d nō pōt auferre. ſ ſi papa nō daret pr̄tātē iuriſdictionis ſpūalium ꝛ tempaliū ep̄is ꝛ p̄lat̄ nō poſſet eos deponere ꝛ dicta auctoritate p̄uare qđ ē falſum. qꝛ aliqñ papa p̄uat eos auctoritate qñ depoſuit: aliqñ p̄uat eos executione auctoritat̄ quando ſuſpendit. Poteſtas g̃ iuriſdictionis reſidꝫ ſolum in papa.

¶ Tertio ſic. in illo reſidet immediate pr̄tās iuriſdictionis ſpūaliū ꝛ tempalium ↄ auctoritate fit p̄latorum electio ꝛ ɔfirmatio. ſ auctoritate pape fit p̄latorum electio ꝛ ɔfirmatio. vñ in eis dr̄ Damus vobis auctoritatē adminiſtrādi in ſpiritualibus ꝛ tempalib⁹. g̃ talis pr̄tās imediate reſidet ſolū in papa. Sed pr̄tās ep̄orum ꝛ p̄latorum iuriſdictionis tempalium ꝛ ſpūalium ē deriuata ꝛ non immediata. Deriuata. n. ē in eis a xp̄o mediātē papa qđ pꝫ tali rōne. ſicut ſe hñt riuuli ad fontē ꝛ radij ad ſolē: rami ad arborē. ſic ſe hꝫ pr̄tās ep̄orum ad pr̄tātem pape. Nā vt dr̄ in capitulis Epheſini ɔſilij. Quō multi radij ſolis ſunt ſ lumē vnū ꝛ rami arbor̄ multi ſunt. ſ robur vnum. ꝛ ſicut de fonte vno plurimi riuuli defluunt vnitas tñ ſeruat̄ in origine. ſic eccl̄ia vna eſt q̄ in multitudinem latius mire fecūditatis extendit̄. ꝛ ep̄atus vnus eſt ↄ a ſingulis ps inſolidū tenet̄. ſ ɔſtat q̄ aqua riuulorum non eſt aq̄ fonti immediata. ſ deriuata ergo pr̄tās iuriſdictionis ep̄orum non ē immediata a xp̄o. ſ deriuata in eis mediāte papa. pꝫ h̄ etiā auctoritate Cyrilli pñarche alexandrine qui ſic ait in libro theſaurorum. ſicut xp̄s accepit a p̄re ducatū ꝛ ſceptrum eccleſie gentiū ex iſrahel egrediēs ſuper omnē p̄ncipatū ꝛ pr̄tātem ꝛ ſup omne qđcūq̄ vt ei genua cūcta curuent̄. ſic Petro ꝛ eius ſucceſſoribus pleniſſimā ɔceſſit pr̄tātem ꝛ nulli alij q̄ Petro qđ ſummū ē ꝛ plenū ſ ſoli ſibi ɔmiſit totū. Sꝫ q̄ pr̄tās tp̄al̄ impatorum regū ꝛ aliorum p̄ncipum ſecularium ſit in miniſteriū data a deo pape ꝛ alijs p̄lat̄ eccleſie in quibus reſidꝫ poteſtas ſpiritualis. pbatur quantū ad p̄ſens quatuor rationibus.

¶ Primo ſic. illa pr̄tās eſt data ad miniſteriuꝫ alteri p quam hꝫ inſtitui: regulari: ꝛ ordinari: atq̄ ɔfirmari ſi bona ſit. ꝛ p quā hꝫ iudicari ꝛ ɔdemnari ſi nō bona ſit. ſ talis ē pr̄tās ſecular̄ impatorum: regū ꝛ p̄ncipū: qꝛ p pr̄tātem pape hꝫ inſtitui ꝛ regulari ꝛ ordinari ſi bona ē. ꝛ p ipſaꝫ hꝫ ɔdemnari ꝛ iudicari ſi bona nō ſit. g̃ talis pr̄tās nō eſt immediate a deo ſ ē in miniſteriuꝫ pr̄tāt̄ ſpūalis data. Vtrunq̄ membrum pbatur. Scribit̄ [illegible] xiij. di. Ut pr̄tās pape cuiuſlibet ordinis dignitatē ꝛ g̃dus inſtituere hꝫ. ipſam v̄o ſolus xp̄s fundauit ꝛ ſup petrā fidei mox naſcētis erexit. qđ beato Petro eterne vite clauigero terreni ſimul ꝛ celeſtis impij iura ɔmiſit. qđ v̄o habeat omnē pr̄tātem ſecularē iudicare ꝛ deponere ſi non bona ſit. pꝫ. xv. q. vj. vbi dr̄. Ut Zacharias Romanus pontifex regē Francorum non tā p ſuis iniq̄tatibus q̄ etiā p eo q̄ tante pr̄tāt̄ erat inutilis a regno depoſuit. ꝛ Pipynum patrem Caroli imperatoris loco eius inſtituit

¶ Sc̄d̄o ſic. illa pr̄tās ē in miniſteriū data alteri cui iuramentum fidelitat̄ p̄ſtat ꝛ ab eo cognoſci omne qđ hꝫ. ſ omnis pr̄tās ſeculariū p̄ncipū impatorum ꝛ aliorum ē talis. dr̄. n. lxiij. di. c. tibi domino. Ut impator iurat ſummo pontifici nunquam mandatū p̄terire ꝛ ſibi in oībus fidelitatem ſeruare. g̃ talis pr̄tās eſt ſibi ſolū in miniſterium data. Et ſi inueniat̄ qñq̄ aliquos impatores dediſſe aliq̄ tempalia ſummis pontificibus. ſicut Conſtantin⁹ dedit Silueſtro h̄ nō eſt intelligendū eos dare qđ ſuum ē ſ reſtituere qđ iniuſte ꝛ tyrannice ablatū eſt. Eodem mō: ſi legat̄ qñq̄ aliquos ſummos pontifices dare bona tpalia impatoribus ꝛ regibus h̄ non ē intelligendū eos facere in dominij recognitionem. ſed mag̃ in pac̄ eccl̄iaſtice ɔſeruationem. quia ſeruum dei non oportet̄ litigare ſed manſuetum eſſe ad omnes

¶ Tertio ſic. illa pr̄tās ē in miniſteriū data alteri q̄ eſt ſubdelegata reſpectu eius. ſ oīs pr̄tās impatorum ꝛ regū ē ſubdelegata reſpectu pr̄tātis pape. Nam vt dr̄. ij. q. j. c. Quicunq̄ litē hñs. cuilibet licitū ē ſacroſancte ſedis antiſtitē iudicium eligere. ergo omnis pr̄tās ſecular̄ ē in miniſterium data pr̄tāti ſpūali.

¶ Quarto ſic. illa pr̄tās ē in miniſteriū data alteri q̄ eſt reſtringēda: ampliāda: ꝛ exequtiōi mandanda ad impium illi⁹ cui ē in miniſteriū data ſ talis eſt omnis pr̄tās ſecular̄. Dicit. n. Bernh. ad Eugenium papam ſup illo verbo. Ecce gladij duo h̄. q̄ de vno vſurpare gladio temptas quod ſemel iuſſus es reponere in vaginā. ꝛ loquit̄ de gladio tpali. Et ſubdit. Qui tñ gladium tuum eſſe negauit. non ſat̄ videt̄ m[illegible]tē dere verbum dñi dicent̄ ſic. Conuerte gladiū tuum in vaginam. Tuus g̃ gladius euaginādus eſt ad tuum impium. alioquin ſi nullo mō ad te ptineret dicentibus apl̄is. Ecce duo gladij hic. non rñdiſſet xp̄s ſat̄ eſt ſed nimis eſt. poteſtas g̃ iuriſdictionis ſpūalium ꝛ tempaliū immediata eſt in in ſolo papa. Deriuata v̄o eſt in omnibus ep̄is ꝛ p̄lat̄. ſed in omnibus ſecularibus ꝛ p̄ncipibus eſt in miniſteriu[illegible] data. Et iſta eſt concluſio quam nunc ad p̄ſens teneo de queſtione.

¶ Ad p̄mum ergo eſt dicendum q̄ pr̄tātes p̄dicte licet non ſint eiuſdem rōnis ſecundū rōneꝫ ſpecificam: ſunt tñ eiuſdem rōnis ſm̄ rationeꝫ annologiam. ꝛ hoc ſufficit vt vna reducatur in aliam ordine quodam.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum. q̄ verum eſt pr̄tātē impialem eſſe a deo. qꝛ non ē a papa vt eſt hō ſed eſt a papa vt gerit vicem xp̄i in terra qui fuit verus deus ꝛ verus homo.

¶ Ad tertium eſt dicendū q̄ p̄dicte pr̄tātes ſūt diſtincte: qꝛ non ɔueniunt vni eodē mō. qꝛ poteſtas iuriſdictionis ſpūalium ɔuenit pape ſm̄ immediatam inſtitutionē ꝛ executioneꝫ. ſed poteſtas iuriſdictionis tpalium ɔuenit ſibi ſm̄ inſtitutionem ꝛ auctoritatem non tñ ſm̄ immediatam executionem niſi forte in q̄buſdā caſibus qui notantur extra qui fi. ſint legi. c. Per venerabilem.

¶ Ad q̄rtum eſt dicendum q̄ caracter̄ imp̄ſſio que ɔfert̄ in omnibus ordinibus vel caracter̄ pfectio que ɔfert̄ in ordine ep̄ali talis pr̄tās ſiue reſpiciat caracter̄ imp̄ſſionem ſiue caracter̄ pfectionem. non pōt auferre p papam: qꝛ non confert̄ ab eo. Sed omnis pr̄tās iuriſdictionis poteſt auferri ſicut ſupradictū eſt: vel per depoſitionem vel p ſuſpenſionem.

Ad ſecundum ſic p̄cedit̄. videt̄. n. q̄ poteſtas cuiuſlibet pape non ſit a deo qꝛ dei perfecta ſunt opa. Si g̃ omnis poteſtas pape ſit a deo omnis talis pr̄tās erit pfecta. Cuius ɔtrium videmus ad ſenſum.

¶ P. illorum pr̄tās eſt a deo qui vocant̄ a deo tāquam Aaron: qꝛ dicente apl̄o. Nullus dꝫ ſibi aſſumere honorem pontificatus niſi qui vocatur a deo tanq̄ Aaron. Sed multi pape nō vocant̄ a deo ſed mag̃ induſtria ꝛ ſagacitate hominum. g̃ pr̄tās taliū non erit a deo.

¶ P. illius pr̄tās non eſt a deo: cuius vſus eſt ɔ deum. ſed multi pape vtuntur pr̄tāte papali ɔ deum ꝛ p̄cepta ꝛ mandata eius. ergo taliuꝫ pr̄tās non eſt a deo.

¶ In contrarium eſt apl̄s ad Ro. xiij. vbi ait q̄ non eſt pr̄tās niſi a deo ꝛ qꝛ que a deo ſunt ordinata ſunt. Concludit ibi q̄ qui pr̄tāti reſiſtit diuine ordinationi reſiſtit.

¶ R. [illegible]cendum q̄ in quolibet p̄ncipatu ꝛ in qualibet pr̄tāte tria poſſumus ɔſiderare ſecundum que omnis talis p̄ncipatus ꝛ omnis tal̄ pr̄tās eſt a deo. Et tria alia poſſumus ɔſiderare ſecundum q̄ p̄ncipatus ꝛ pr̄tās nō eſt a deo. ſed potius a malicia ꝛ prauitate hominū. Eſt namq̄ deus cā cuiuſlibet rei hñtis entitatem ꝛ bonitatem in triplici gñe efficient̄ formalis: ꝛ finalis. vt dicit ɔmentator. x. Methaph̄. Dicemus ergo q̄ omnis principatus ꝛ oīs pr̄tās eſt a deo efficienter rōne eius deriuationis formaliter ratione eius ordinationis ꝛ finalit̄ ratione eius reductionis

¶ Eſt. n. in p̄ncipatibus ꝛ pr̄tātibus. ſicut in alijs rebus. Sicut ergo omnia entia cauſant̄ ꝛ deriuant̄ ab vno ente. ꝛ ſicut omnes ſubſtantie deriuant̄ ab vna ſubſtantia. Ita omnis p̄ncipatus deriuat̄ cauſaliter ab vno p̄ncipe. tal̄ autem p̄nceps deus eſt. ppter qđ ſicut omnes riuuli deriuantur a fonte. ſic omnis pr̄tās deriuatur a fonte p̄mo qui ē deus. In cuius ſermone ſcriptum ē. Rex regum ꝛ dominus dominantium. Unde ſcribitur Sap̄. vi. Data eſt nobis pr̄tās a deo ꝛ virtus ab altiſſimo: qui interrogat opa noſtra. Eſt ergo pr̄tās a deo effectiue ratione eius deriuationis.

¶ Secundo eſt a deo formaliter rōne eius ordinationis. Nam in quolibet p̄ncipatu eſt ordo quidam ſupioris ad inferiorem ꝛ inferioris ad ſupiorem. Et quantumcunq̄ ſupiores vel inferiores ſint mali. Ip̄e tamen ordo de ſe habet rationes boni. quia etiam ip̄a mala bene ordinata ꝛ ſuo loco poſita laudabiliora ſunt ꝛ eminentius ɔmendant bona ꝛ ſemp ex tali ordine ɔſurgit aliqđ bonum ppter quod etiam ex p̄ncipatu malorum ratione ordinis ꝛ rationе diuine ordinationis inſurgit aliqđ bonum. Unde dicit Aug̃l. ꝛ habet̄ in glo. q̄ p pr̄tātem a deo dyabolo datam Job pbatus eſt vt iuſtus appareret. Et Petrus temptatus ē ne de ſe p̄ſumeret ꝛ Paulus colafiçatus eſt ne ſe extolleret. ꝛ Judas damnatus vt ſe ſuſpenderet. Eſt ergo poteſtas a deo ſecundo formaliter ratione eius ordinationis.

¶ Tertio eſt a deo finaliter rōne ei⁹ reductōis Nā quādiu ſumus in h̄ mundo ſum⁹ in via ꝛ ſumus in quodā bello. In bello aūt neceſſario

ſunt aliqui principantes ⁊ aliqui ſubſervientes. ⁊ ideo quamdiu ſumus bellatores ⁊ ſum⁹ in exercitu tamdiu angeli dominabunt angelis ⁊ homines hominibus: q2 tota eccleſia militaris eſt terribilis vt caſtroꝝ acies ordinata. Sȝ cum ꝑvenerimus ad deū tanꝗ ad terminum ⁊ finem felicitatis noſtre. non erimus ampli⁹ bellatores. nec erit amplius neceſſaria dominatio vel p̄latio. Unde di. i. ad Choꝝ. xv. Et cum ipſe filius tradiderit regnum. id ē. ſuos electos deo p̄ri tunc erit finis. q2 tunc euacuatus erit omnis p̄ncipatus ⁊ omnis p̄tās. vt glo. ibi dicit. Omnis ergo p̄tās ē a deo finaliter ratione eius reductionis.

❡ Poſſumus autem tria alia ↄſiderare in p̄ncipatu ⁊ in p̄tāte ſecundum que talis poteſtas non eſt a deo

❡ Primo ipſius p̄ncipatus ꝑuā adeptionem

Secundo eius prauā executionem.

Tertio eius prauam intentionem. Sunt enim aliqui qui ip̄m p̄ncipatum ⁊ ip̄am p̄latōnem praue adipiſcunt quia vel ꝑ ſymoniam: vel ꝑ minas. In quorum perſona dicit ꝓpħa In fortitudine noſtra ſumpſimus nobis cornua. Aliqui vero ſunt qui p̄ncipatum ⁊ p̄lationem adeptam praue exequunt: qui non vtuntur p̄ncipatu ⁊ tali p̄latione ad vindictam malefactorum ⁊ laudem bonorum. ſed potius econtrario. In quorum perſona dicit ꝓpheta. Regnauerunt non ex me ⁊ p̄ncipes aſtiterunt ⁊ nō cognoui eos.

❡ Sed aliqui tertio modo ſunt qui in p̄ncipatu ⁊ p̄latione adepta prauam intentionem habent. q2 ⁊ ſiqua bona faciunt praua intentōne illa agunt vt ꝓpter ſue glorie famationem magis ꝗ ꝓpter iuſticie obſeruationem. ⁊ que exterius demonſtrant interius non habent. De q̄bus dicebat Job. xxxiiij. Regnare facit hominem ypocritam ꝓpter peccata populi. igit̄ p̄ncipatus ⁊ p̄tās non eſt a deo ratione praue adeptionis. nec etiam a deo rōne praue executionis. nec ſimiliter ē a deo rōne praue intentōis niſi ꝑmiſſiue. Unde dicit Grego. ⁊ habetur in glo. Et potentiā p̄ncipatus ⁊ p̄tātem de⁹ tribuit. elationem vero potentie malicia noſtra inuenit. Et ſubdit ꝙ tumoris namꝗ elatio non ordo p̄tātis in crimine eſt.

❡ Ad primum ergo dicendum: ꝙ opa immediate a deo facta ꝑfecta ſunt. ſed in opibus q̄ fiunt a deo mediante creatura poteſt defectus ⁊ imꝑfectio eſſe ratione actionis creature q̄ defectibilis eſt.

❡ Ad ſecundum ē dicendum: ꝙ glo. ibi dicit. illum vocari a deo quē elegit communitas eccleſie. Uel ille vocat̄ a deo: non ꝙ vox diuina ſemꝑ ibi audiatur ſed ab illis qui boni ſunt tā quam ſi deus diceret. veni quia dignus es. vl̄ vocat̄ quis a deo eo ip̄o ꝙ vocat̄ voce eligentium ... deo ordinati ſunt

❡ Ad tertium pȝ ſolutio quia lȝ poteſtas boni pontificis ⁊ mali ſit a deo abuſus: tā talis poteſtatis a deo non eſt.

**A**d tertium ſic ꝓcedit̄. Videt̄ n. ꝙ poteſtas pape non ſit maior omni alia. q2 Moyſes fuit maior Aaron in poteſtate eo ꝙ p̄tāte ip̄i⁹ Moyſi Aaron in ſacerdotem electus ē. Iuxta illud Exo. xxviij. Applica ꝗ̄ tibi Aaron fratrem tuum cum filijs ſuis. vt ſacerdotio fungant̄ mihi. Sed Moyſes q̄ fuit ductor populi iſrahelitici videtur repreſentare imꝑatorem. vt Auguſtinus videtur dicere. Aaron vero qui fuit ſummus pontifex rep̄ſentauit papam. Videt̄ ergo ꝙ p̄tās imꝑatoris ſit maior p̄tāte pape.

❡ Preterea. Dans tributum minor ē recipiente tributum ſicut dans decimas minor ē decimam recipiente. vt dicit apoſtolus ad Hebre. viij. Sed papa dat tributum imꝑatori. Sicut habetur. xi. q. i. c. ſi tributum. vbi papa dicit ꝙ ſi tributum petit imperator non negamus. ergo minor ē papa in p̄tāte ꝗ imꝑator.

❡ Preterea. Illius poteſtas non eſt vniuerſaliter maior omni alia. ad cuius iudicium nō defertur omnis appellatio. ❡ Sed a ſententia lata ab imꝑatore vel iudice ſeculari nō defertur appellatio ad papam. Sicut patet extra de appella. c. ſi duobus. Ergo videtur quod poteſtas pape non ſit vniuerſaliter maior omni alia.

❡ In contrarium eſt. quia poteſtas illius eſt maior omni alia. qui poteſt omnia iudicare et ip̄e a nullo iudicatur. Sed papa cuius poteſtas ſpiritualis eſt poteſt omnia iudicare ⁊ a nemine iudicari. Iuxta illud Apoſtol. i. ad Cho. ij. Spiritualis homo omnia iudicat ⁊ ip̄e a nemine iudicatur. ergo ſua poteſtas maior ē omni alia.

❡ R. Dicendum ꝙ triplici maioritate poteſtas pape ē maior omni alia.

❡ Primo maioritate dignitat̄.

Secundo maioritate cauſalitat̄.

❡ Tertio maioritate auctoritat̄.

Dignitate quidem maior eſt poteſtas pape omni alia. quia ſicut dicit beatus Ambroſius ⁊ ponitur. xcvi. di. c. Duo ſunt quippe aurū nō tam p̄cioſius plumbo quam regia poteſtate altior eſt ordo ſacerdotalis. videmus enim colla regum ⁊ principum ſubmitti genib⁹ ſacerdotū ⁊ ab eis benedici ⁊ inungi. ⁊ ſecundum apoſtolum ad Hebre. vij. Abſꝗ nulla contradictione verum eſt ꝙ ſemper qui minor eſt a maiori benedicitur. patet hoc etiam ꝑ Hugo. de ſancto Victore. ij. li. de ſacramentis. ſecunda parte vbi diſtinguit duplicem vitam. ſp̄ūalem ⁊ corporalem. duplicem populum laycorum ⁊ clericoꝝ: Duo bona ſp̄ūalia ⁊ temꝑalia. ⁊ duplicem poteſtatem ſp̄ūalem ⁊ ſecularem. Et poſtea ſubdit ꝙ quantum vita ſp̄ūalis dignior eſt ꝗ terrena. ⁊ ſpiritus ꝗ corpus. tantum ſpiritual̄ poteſtas terrenam poteſtatem ⁊ ſecularē ⁊ honore ⁊ dignitate p̄cedit.

❡ Secundo poteſtas pape eſt maior omni alia maioritate cauſalitatis. quia eius poteſtas cauſat omnem aliam poteſtatem examinando ↄfirmando ⁊ iudicando. Unde dicitur. xxij. di. Et cuiuſlibet ordinis dignitatem ⁊ poteſtatē romanus pontifex habet inſtituere ⁊ ↄfirmare. Eius vero poteſtatem ſolus chriſtus fundauit ⁊ confirmauit. nullius namꝗ poteſtatis electō temꝑalis vel ſpiritualis eſt ip̄a confirmatio niſi ſolum electio ip̄ius pape: vel de auctoritate eius.

❡ Tertio poteſtas pape eſt maior omni alia maioritate auctoritatis. quia nullius imꝑatoris: regi: vel alterius leges ſeu ſtatuta alicuius roboris vel firmitat̄ eſſe cenſentur niſi quatenus ſunt ꝑ auctoritatem pape confirmate ⁊ approbate. vt dicit Augu. ⁊ ponit̄. ix. di. Et quicūꝗ legibus imꝑatorum que ꝓ dei voluntate feruntur obtemꝑare non vult acquirit grande periculum. Quicunꝗ autem legibus imꝑatorū que contra dei voluntatem feruntur obtemꝑare non vult acquirit grande p̄mium. Eſt namꝗ tanta auctoritas eccleſie ⁊ Romani pontificis vt Auguſtinus dicat contra epiſtolam fundamenti ego non crederem euangelio ſi non crederem eccleſie

❡ Ad p̄mum ergo eſt dicendum: ꝙ Moyſes rep̄ſentabat chriſtum cuius vicem papa gerit in terris. Unde dictum eſt Moyſi Deutro. xviij. ꝓphetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſimilem tui ſimiliter Aaron xp̄m rep̄ſentabat. quia vt allegatum eſt Exo. xxviij. Applica tibi Aaron cum filijs ſuis vt ſacerdotio fungātur mihi. Sup quo verbo dicit glo. ꝙ ſicut tabernaculum cum ornatibus ⁊ vaſis ſuis ſignificabat eccleſiam pulchram ꝟtutum ⁊ ꝑſonaꝝ varietate diſtinctam. ita ſummus ſacerdos Aaron tabernaculi chriſtum verum pontificem ſignificabat qui ſemetip̄m ꝓ nobis obtulit in cruce. Aliter tamen Moyſes ⁊ aliter Aaron chriſtum ſignificabāt. quia Moyſes ſignificabat chriſtum vt legiſlator. Aaron vero vt ſummus ſacerdos. ⁊ chriſtus cuius vicem papa gerit fuit legiſlator. Iuxta illud yſa. Dominus legifer noſter dominus iuſtus noſter. ⁊ fuit ſacerdos. Iuxta illud Pſal. Tu es ſacerdos in eternum ſecundum ordinem Melchiſedech. ❡ Per hoc ergo ꝙ Aaron ⁊ filij eius applicati ſunt Moyſi vt ſacerdotio dei fungerentur ſignificatum eſt quod omnes p̄ſules ⁊ doctores qui ad paſtorale ⁊ ſacerdotale officium aſſumuntur: tanto ſtudio ⁊ amore debent legi dei adherere vt germana cognatione videantur coniungi. Sicut glo. ibidem dicit. Dato ergo ꝙ poteſtas Moyſi fuerit maior poteſtate Aaron: quia poteſtas Moyſi fuit imꝑialis in legiſlatione. ⁊ fuit ſacerdotalis in votorum populi oblatione. quia ſicut dicit glo. ſuper illo verbo Pſal. Moyſes ⁊ Aaron in ſacerdotibus eius Moyſes ſacerdos fuit non hoſtias: ſed vota populi offerens deo. Per hoc non excluditur quin poteſtas pape ſit maior omni alia cum ip̄e gerat vicem xp̄i cuius poteſtas ſignata eſt ꝑ Moyſen ⁊ Aaron. vt dictum ē.

❡ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ papa nō ſoluit tributum imperatori in recognitionem dominij ſed ſolum pro pace ⁊ quiete eccleſie ſeruanda quam ip̄e imperator tenetur tueri ⁊ conſeruare. Sicut habetur. xxiij. q. viij. c. Si tributum in ore piſcis. nec de omnibus ſoluitur tributum imperatori quia non de oblationibus ⁊ primitijs: ſed ſolum de exterioribus bonis ꝑ p̄ncipes ſeculares eccleſie ↄceſſis.

❡ Ad tertium eſt dicendum. ꝙ appellatio interpoſita ꝓ cauſis minimis ⁊ ꝓ leuibus queſtionibus ad papam non eſt deferenda. Sicut dicitur extra de appella. Sed ꝓ cauſis arduis ⁊ ꝓ grauibus queſtionibus omnis appellatio poteſt deferri ad papam. quia. xi. q. i. c. quicunꝗ litem habens. ❡ Cuilibet licitum eſt ſacroſancte ſedis antiſtitꝭ iudiciū eligere

**A**d quartum ſic procedit̄ur. Videtur enim ꝙ quilibet epiſcopus ſit equalis pape in potentia. Quia vnus frater non eſt maior alio. ſed papa appellat omnes epiſcopos fratres. ergo omnes ep̄i eq̄les ſunt pape in potentia.

❡ Preterea. ſecundum apoſtolum ad Hebr. vij. Abſꝗ vlla contradictione verum eſt ꝙ ſemper qui minor eſt a maiore benedicitur. Sed papa benedicitur ⁊ conſecratur ab Hoſtienſi. Ergo videtur quod non ſolum Hoſtienſis ſit equalis: ſed etiam quilibet epiſcopus ſit maior in poteſtate.

❡ Preterea. Ille eſt maior alio in poteſtate:

quí poteſt in aliquem effectum in quem nõ poteſt alius. ſed imperator in multos effectus poteſt in quos papa non poteſt. vt leges condere quibus ipſe papa vtitur. ⁊ iudicia ſecularia exercere. ergo imperator maior eſt papa in poteſtate

¶ In contrarium eſt. quia ſicut dicit Criſoſtomus in quadã omelia de pentho. Eccleſia maior eſt celo: angelis ⁊ omni creatura. ergo poteſtas pape qui eſt caput eccleſie maior eſt omni alia. ⁊ nulla equalis ſibi

¶ R. Dicendum ꝙ poteſtas eſt duplex. Una ordinis. ⁊ alia iuriſdictionis. Loquendo ergo de poteſtate ordinis omnes epiſcopi ſunt equales pape in tali poteſtate. ¶ Cuius ratio duplex eſt.

¶ Prima talis. omnis poteſtas ordinis: vel reſpicit caracteris impreſſionem: vel reſpicit caracteris perfectionem. Nam caracteris impreſſio fit in ſeptem ordinibus: quia in quolibet ordine imprimitur caracter. In epiſcopatu vero licȝ nõ imprimatur caracter perficitur tamen caracter iã impreſſus vt per talem perfectionem poſſit epiſcopus qui eſt perfectus ſacerdos ſibi ſimiles generare. Sed omnes epiſcopi habent caracteris impreſſionem ⁊ caracteris perfectionem. Ergo omnes epiſcopi ſunt equales pape in poteſtate ordinis

¶ Secunda ratio eſt talis. Omnes apoſtoli ſimul cum Petro equaliter receperunt poteſtatem ordinis a chriſto. Johannis. xx. Quando dictum eſt eis. Accipite ſpiritum ſanctum quorum remiſeritis peccata remittuntur eis. nec talis poteſtas ordinis ſingularius fuit data Petro quam alijs diſcipulis quia non eſt dictum ſibi accipias ſed accipite. Sed perſonas apoſtolorum repreſentant epiſcopi. ſicut Papa gerit vicem beati Petri. Ergo omnes epiſcopi equales ſunt pape in poteſtate ordinis. ſicut omẽs apoſtoli equales fuerunt Petro in predicta poteſtate. ¶ Unde dicitur. xxi. diſtinctione. c. In nouo teſtamento. Et ceteri apoſtoli cum eodeȝ Petro pari conſortio honorem ⁊ poteſtatem acceperunt quod eſt verum quantum ad ordinem ⁊ rationem conſecrationis: non ratione adminiſtrationis. vt gloſator notat ſuper dicto verbo. Sed ſi loquamur de poteſtate iuriſdictionis: ſiue accipiatur talis poteſtas iuriſdictõnis in ſpiritualibus: ſiue in temporalibus nullus ẽ equalis pape in tali poteſtate. Quia omnes alij epiſcopi vocati ſunt in partem ſolicitudinis et adminiſtrationis. Solus autem papa habet adminiſtrationem vniuerſalem in toto orbe. Unde dicit Criſoſtimus in omelia ſuper Johan. Et chriſtus Jacobum localiter in vno loco prelatum determinauit. ſed Petrum totius orbis ordinauit magiſtrum ⁊ doctorem. Et idẽ ſup Act. apoſtolorum. dicit ꝙ Petrus a filio ſuper omnes filij poteſtatẽ accepit. nõ vt Moyſes in gente vna vel in vno populo ſed in vniuerſo orbe terrarum. ¶ Si vero loquamur de poteſtate iuriſdictionis temporalis ſimiliter nullus eſt equalis ſibi in tali poteſtate quantum ad immediatam auctoritatem ⁊ vniuerſalem iuriſdictionem licet quantum ad immediatam executionem ⁊ adminiſtrationem imperator ⁊ alij reges ⁊ principes poſſint eſſe maiores eo.

¶ Ad primum ergo dicendum: quod epiſcopos eſſe fratres pape quattuor modis intelligi poteſt.

¶ Primo nature conformitate: ⁊ ſic verum eſt ꝙ non ſolum papa verumetiam ipſe chriſtus: qui fuit deus ⁊ homo non confunditur omnes homines fratres vocare dicẽs. Nomẽ tuũ nunciabo fratribus meis.

¶ Secundo meriti equalitate ⁊ ſimiliter ſic verum eſt: quia ſicut non derogatur preſulatui beati Petri dicere aliquem martirem vel confeſſorem fuiſſe ſibi fratrem vel equalem in merito. Sic non derogatur pape dicere omnes epiſcopos in hoc eſſe eis fratres ſibi equales. Unde dicitur. ij. q. vij. c. Puto. ꝙ ſine vlla ſui contumelia Cyprianus epiſcopus apoſtolo Petro comparatur quantum attinet ad martirij coronam. quia ⁊ ſi diſtat cathedrarum gratia vna ẽ tamẽ martirum gloria.

¶ Tertio poteſt intelligi ordinis dignitate. ⁊ ſic eodem modo verum ẽ ꝙ ſicut apoſtoli ſimul cum Petro tanquam fratres: ⁊ equales pari conſortio hñt honorem ⁊ hanc dignitatẽ ordinis receperunt a chriſto ſic omnes epiſcopi ſunt fratres ⁊ equales pape in tali dignitate.

¶ Quarto põt intelligi iuriſdictionis paritate. vt quod epi ſint fratres ⁊ pares ipſi pape in poteſtate iuriſdictionis. ⁊ ſic non eſt verum epiſcopos eſſe fratres pape: immo ipſe eſt pater et caput ipſorum ſicut chriſtus in hoc fuit pater ⁊ caput ipſorum apoſtolorum. Ut dicit Cyrillus in libro theſaurorum. Et apoſtoli in euangelijs ⁊ epiſtolis affirmauerunt in omni doctrina Petrum eſſe loco domini ⁊ eius eccleſie regimen tenere dantes eidem locum in omni capitulo ⁊ ſynagoga in omni electione ⁊ confirmatione. Cui. ſ. Petro omnes iure diuino caput inclinant. ⁊ primates mundi tanquam ipſi dño Jeſu obediunt.

¶ Ad ſcdm ẽ dicendũ ꝙ in poteſtate ordinis nõ ẽ inconueniẽs Hoſtienſem ⁊ alios epos eſſe maiores pape. quia ſi aliquis dyaconus eligatur in papã ſimplex ſacerdos erit maior eo quantum ad caracteris ſacerdotalis impreſſionem. ⁊ ſimplex epiſcopus erit maior quantum ad caracteris perfectionem. quia totum contingit: quia talis poteſtas ordinis non competit pape niſi inquantũ ẽ ſacerdos vel epiſcopus aut in aliquo ordine ordinatus. Unde poterit eſſe verus papa hñs plenam adminiſtrationẽ ⁊ iuriſdictionem in tota eccleſia ⁊ tñ carebit oĩ poteſtate ordinis. quia ſi ẽ dyaconus carebit poteſtate ſacerdotali ⁊ epiſcopali niſi conſecretur.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ ſicut dicit apoſtolus ad Cor. Ad iudicia ⁊ litigia determinanda contemptibiles de eccleſia debent eligi. Per hoc n. ꝙ imperatores ⁊ reges leges condunt per quas iudicia ⁊ litigia ſecularium perſonarum terminantur. nõ habetur ꝙ ipſi ſint maiores ſed potius contemptibiles ⁊ inferiores in eccleſia. Ut dicit Cyprianus. ⁊ ponit. x. di. c. quoniam idem. Et chriſtiani imperatores pro eterna vita pontificibus indigẽt. Pontifices pro curſu rerum temporalium tantummodo legibus imperialibus vtuntur ne ſeruientes deo implicent ſe negocijs ſecularibus. Uel põt dici ꝙ in legibus condendis ⁊ iudicijs proferendis: imperatores ⁊ reges non hñt immediatam iuriſdictionem ⁊ confirmationem quia auctoritate pape oportet ꝙ talia ſint roborata ⁊ confirmata. hñt tñ immediatam executionem ⁊ adminiſtrationẽ ex hoc tñ non arguitur ꝙ ſint maiores: vel equales ſibi in poteſtate. ſed potius inferiores.

AD quintũ ſic procedit. Uidetur. n. ꝙ poteſtas pape nõ ſit ſingularius a deo quam poteſtas aliorum. quia ille qui hȝ equaliter curã de omnibus: nõ magis ſpecialiter reſpicit principatũ vnius quam principatũ alterius. Sed ſcribitur Sap. vi. ꝙ puſillum ⁊ magnũ ipſe deus fecit ⁊ equaliter ſibi cura ẽ de omnibus. ergo non videtur ꝙ poteſtas pape ſit ſingularius a deo quam poteſtas aliorum.

¶ Preterea. contingit in principatu eccleſiaſtico aſſumi quandoque malos ⁊ bonos paſtores: ſicut contingit malos ⁊ bonos rectores eligi ad principatũ ſecularem. non ergo poteſtas pape ſingularius ẽ a deo quam poteſtas aliorum.

¶ Preterea. ibi eſt magis ſuccurrendum per ſpecialem prouidentiam vbi ẽ maius periculum. ſed in regimine rerum temporalium videtur eſſe maius periculuȝ propter pluralitatem negociorum occurrentiũ quam in regimine ſpũali. ergo videtur ꝙ poteſtas ſecularium principum magis ſingulariter ſit a deo quaȝ poteſtas pape.

¶ In contrarium eſt. quia ſicut ſe hȝ poteſtas ſpiritualis ad temporalem ſic ſe hȝ ſpũale ad corporale. ſed ſpũale principalius ⁊ ſingularius eſt a deo quam corporale. cum ipſe deus ſpũs ſit. ergo eodeȝ mõ principalius ⁊ ſingularius eſt a deo poteſtas pape quam poteſtas aliorum

¶ R. Dicendum: ꝙ in poteſtate pape poſſumus tria conſiderare.

¶ Primo eius electionem.
Secundo eius gubernationẽ.
Tertio impugnantium ⁊ non obedientiuȝ ſibi punitionem. Et ſecundum iſta tria tribus modis põt oſtendi ꝙ poteſtas pape ſingularius ẽ a deo quam poteſtas aliorum

¶ Primo quantum ad eius electionem. licet enim omnis poteſtas ſit a deo. Ut dicitur ad Roma. xiij. Poteſtas tamen pape immediatius ⁊ ſingularius eſt a deo quam alia. quia ſicut deus generaliter habet eſſe in omnibus rebus creatis per preſentiam potentiam ⁊ eſſentiam. In ſuis tamen fidelibus habet eſſe quodam ſpeciali modo per gratiam ⁊ charitatem. ſic licet in electione omnium poteſtatum deus operatur: quodam tamen ſingulari modo operatur in electione ſummi pontificis qui ſuos fideles habet regere ⁊ ordinare ad cultum dei. Unde multum peccant electores qui huic ſingulari diuine prouidentie qua regit eccleſiam ſuam non innituntur. contingit tamen eos rationabiliter in ſtultum finem adduci ⁊ eorum fine priuari: quem non bonum ſed prauuȝ in tali electione quandoque ſibi prefigunt. Unde ſcribitur Job. xij. Quia ipſe deus adducit conſiliarios in ſtultum finem ⁊ iudices in ſtuporem.

¶ Secundo quantum ad eius gubernationẽ quamuis enim deus habeat curam generaleȝ de gubernatione omnium rerum. ſingulari tamen modo habet curã de poteſtate ſummi pontificis regentis ⁊ gubernantis ſuam eccleſiam. Unde dicit Criſo in quadam omel. de pentho. ꝙ magna cura eſt deo de eccleſia ſua non muro circumdata ſed fide circumſepta. Nam propter eccleſiam celum extenſum eſt aer ſparſus ẽ. mare diffuſum eſt. Terra fundata eſt. Paradiſus plantatus eſt. ⁊ multa mirabilia facta ſunt propter eccleſiam. Mare diuidebatur ⁊ iteruȝ ſuebatur. Petra ſcindebatur ⁊ iterum coniungebatur. Manna pluebat de celo: ⁊ tanquam pruinoſa ponebatur menſa. propter eccleſiam prophete. Propter eccleſiam apoſtoli. Propter eccleſiam vnigenitus dei filius factus eſt homo. ego ipſam ſtatui qui celum fundaui ⁊ angelos creaui. Sed propter celum crucifixus non ſum propter celum celeſte corpus non accepi nec naturam angelorum aſſumpſi vt diſcas quoniã celo angelis ⁊ omni creatura ſingularior ⁊ honorabilior ẽ eccleſia

¶ Tertio quantum ad impugnantium ⁊ non
obedientium ſibi punitionem. Gerit.n.ſum/
mus pontifex in eccleſia vicem illius ꝓphe: de
quo di. Deutro.xviij. ¶ Prophetam ſuſcitabo
vobis de fratribus veſtris quicunq; non audie/
rit ꝓphetam illum ego vltor ad iſtam penā eter/
nam ⁊ temꝑalem ſibi infligendo.vt glo. dicit.
Ex quo verbo habet ꝙ impingētes in ſummū
pontificem ⁊ reſiſtentes ſibi grandi pena puni
endi ſunt. Significatur enim ſummus ponti/
fex ꝑ montem ſynai. De quo dicitur Exo.xx.ꝙ
die tertio deſcendit dñs coram omni plebe ſuꝑ
montem ſynai dicens filijs iſrahel. ne aſcenda
tis in montem nec tangatis fines eius. Om/
nis.n.qui tetigerit montem morietur. Signifi
catur etiam ſummus pontifex ꝑ talem monte;
ratione eius generalitatis.quia ſicut median/
te tali monte deſcendit deus coram toto popu
lo iudeorum. ſicut xp̄s mediante poteſtate ſum
mi pontificis in lege noua deſcendit ſuꝑ toto
populo xp̄ianorum. Et rōne ſublimitatis.qr
ſicut ille mons ſublimior erat omni alio.ſic pa
pa ſublimior eſt omni alio p̄lato. Ex ratione le
galis auctoritatis.quia ſicut de illo monte da
ta eſt lex ſic de ip̄o papa omnes leges ⁊ omnia
iura exquirēda ſunt. Omnis ergo qui hūc mō
tem auſu temerario tangit impugnando vel ſi
bi non obediendo mori debet non quacumq;
morte: quia manus ſic morientem non debent
tangere ſed lapidibus eſt opprimendus ⁊ iacu
lis confodendus in deteſtatione talis peccati.
vt dicitur eodem libro. Quantum ergo ad de
ctionem ⁊ quantum ad gubernationem. ⁊ quā
tum ad impugnantium punitionem: ſingula/
rius ⁊ ſpecialius ptās pape eſt a deo ꝙ pote/
ſtas aliorum.

¶ Ad p̄mum ergo eſt dicendum ꝙ ꝓuidentia
generali deus habet equalem curam de omni/
bus. Sed quadam ꝓuidentia ſingulari deus
habet ſpecialem curam de poteſtate pape me/
diante qua regit eccleſiam ꝙ non habet de po
teſtate aliorum. ſecundum quem modu; loqui
tur apl's.i.ad Chor.ix. vbi ait. Nunquid deo
cura ē de bobus.

¶ Ad ſecundum dicendum ē ꝙ contingit ali/
quos aſſumi ad ſummum pontificiū qui ſi nō
ſunt boni homines ſunt tñ boni p̄lati. Nā bo/
num hominem facit ſola charitas.quia ip̄a di
uidit inter filios eterni regni: ⁊ filios ꝑditionis
eterne. Sed p̄latus bonus pōt eſſe ꝑ pruden/
tiam ⁊ ſcientiam que ſunt dona ſe tenentia ex ꝑ
te intellectus ſecundum que non di homo bo/
nus ſimpliciter ſed ſecundum quid: eo ꝙ ſecun
dum ip̄a poteſt eſſe vtilis ad regimen aliorum
dicitur.n.lxi.di.ꝙ rudibus ⁊ imperitis guber
nacula eccleſie non ſunt ꝯmittenda. ⁊ in h̄ ap/
paret ſingularis ꝓuidentia dei quia regit eccle
ſiam ſuam mediante poteſtate maloꝝ hominū
bene ⁊ vtiliter ad vindictam malefactoꝝ ⁊ lau
dem bonoꝝ. Si ꝟo ꝯtingat aliquos ad ſūmū
pōtificiū aſſumi qui ſint mali hoīes ⁊ mali p̄la
ti. talium poteſtas etiam ſecundum Augu. ſin/
gulariter eſt a deo. Ait.n.i.de ciuita.dei.c.viij.
Sicut ſub eodem igne auꝝ rutilat ⁊ ſtipula fu
mat. ⁊ ſub eadem tribula conterunt palee ⁊ grā/
num purgatur. ſic ſub eodem principatu boni
⁊ predeſtinati purgantur ⁊ finaliter ſaluantur
ꝑ ip̄ius principatus ꝑſecutionem. Mali vero
conterunt ⁊ finaliter damnabunt ꝑ illius pro/
motionem ⁊ exaltationem.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ ſi contingit ſe/
culare ⁊ temporale regimen habere maiorem
mentis diſtractionem ꝙ regimen ſpirituale ꝓ/
pter temporalium implicationem. Bonum tñ
regimen temꝑale ex bono regimine ſpūali de/
pendet. quia vt dicit Criſo. ſuꝑ Math. Sicut
omne malum egreditur a ſacerdotio. ſic omne
bonum a ſacerdotio ꝓcedit. ⁊ ideo ſingularior
cura habenda eſt de poteſtate ſacerdotij ⁊ regi
minis tam ſpūalis ꝙ temꝑalis ¶ Si enim ſa/
cerdotium fuerit integrum. vt idem dicit totus
populus floret ⁊ reſidet in pace ¶ Si vero ſa/
cerdotium fuerit diſſolutum ⁊ inordinatum to
ta plebs marcida erat.

Ad ſextum ſic ꝓcedit. Videt enim ꝙ po
teſtas pape non ſit vna. Quia multi
ſunt ordines epiſcoporum. Vt dicit
Magiſter ſenten.li.iiij. ergo multe ſunt pote/
ſtates in eccleſia. Poteſtas ḡ pape q̄ p̄eſt toti
eccleſie nō eſt vna ſed plures.

¶ P. Poteſtates diſtinguunt ꝑ actus ⁊ ꝑ ob/
iecta. ſed aliud obiectum eſt ſpirituale: ⁊ aliud
tp̄ale. Alia ergo erit ptās in papa reſpectu ſpi/
ritualium. ⁊ alia reſpectu tp̄alium.

¶ P. Poteſtates eccleſie ſignificant ꝑ gladi/
os duos. De quibus dicitur Luce. xxij. Ecce
gladij duo hic. cum ergo omnis poteſtas eccle
ſie reſideat in papa videtur ꝙ in papa non ſit
vna ptās ſed plures.

¶ In ꝯtrarium eſt. quia poteſtas pape eſt reſpe/
ctu eccleſie cuius adminiſtrationem gerit. ſed
eccleſia eſt vna. Iuxta illud Cant.vi. Vna eſt
columba mea: vna eſt ꝑfecta mea: vna eſt ma/
tri ſue electa genitrici ſue. ergo ptās pape ſimi/
liter erit vna.

¶ R. Dicendum ꝙ in papa ē duplex poteſtas
Vna reſpectu corꝑis xp̄i veri: ⁊ iſta vocatur
ptās ordinis.

¶ Alia eſt reſpectu corꝑis xp̄i miſtici. ⁊ iſta vo
cat ptās iuriſdictionis vel adminiſtrationis.

¶ Si ḡ loquimur de ptāte pape reſpectu cor
poris xp̄i veri q̄ eſt ptās ordinis. talis nō ē ni
ſi vna vnitate reali. qr in omnibus ſacerdotib⁹
⁊ ep̄is talis ptās nō pluraficat nec ex ꝑte ip̄oꝝ
ſacerdotū vel ep̄oꝝ offerentium. qr oēs offerūt
in ꝑſonam vnius ſacerdotis puta xp̄i. Nō.n. illa
ꝟba. Hoc ē corpus meū. ꝓferunt in ꝑſona ſa/
cerdotis vel ep̄i ꝯſecrantis. ſed in ꝑſona xp̄i. Vñ
dicit Criſo. in omel. de ꝑditione iude. ꝙ xp̄s q̄
menſam illam ornauit diſcipuloꝝ in cena pre/
ſto ē menſe noſtre quā ꝯſecrat. qr nō eſt homo
qui ꝓpoſita panem ⁊ vinū corpus ⁊ ſangui/
nem facit. Sed ille qui ē crucifixus ꝓ nobis xp̄s
cuius ꝟtute ꝯſecrant. licz ſacerdotis ore ꝓferantur
nec pluraficat ex ꝑte rei oblate. qr non aliud cor
pus offertur ꝑ vnum ep̄m vel ꝑ vnum ſacerdo
tem: ⁊ aliud ꝑ alium. Sed illud idem corpus
numero offert ꝑ vnū qd̄ ꝑ omnes alios.

¶ Nec tertio pluraficat ex ꝑte paſſionis ꝯme/
morate. quia vna ⁊ eadem paſſio xp̄i ſemel re/
cepta commemorat ꝑ omnes. ¶ Unde di.j.ad
Choꝝ.xi. Quotienſcunq; manducabitis panē
hunc ⁊ calicem bibetis mortem dñi annuncia/
bitis donec veniat. Poteſtas ergo ordinis q̄
eſt reſpectu corꝑis xp̄i veri vna eſt realiter in pa
pa ⁊ in omnibus ſacerdotibus ⁊ ep̄is. qr in ta
li ptāte omnes ſacerdotes nō ſunt niſi vnus ſa
cerdos. ⁊ omnes ep̄i niſi vnus epiſcopus: ⁊ ꝑ
vnitatem vnius ſacerdotis conſecrantis ⁊ vnius
rei oblate ⁊ vnius paſſionis commemorate.
Unde apl's ad Hebre.vij. dicit. Et in ſacerdo
tio leuitico plures quidem facti ſunt ſacerdo/
tes. Sed hic ſcilicet chriſtus vnum habet ſacer
dotium

¶ Si ꝟo loq̄mur de ptāte pape reſpectu cor/
poris xp̄i miſtici q̄ eſt ptās iuriſdictionis. talis
ſilr eſt vna in papa vnitate cuiuſdā ordinis

¶ Nam in corꝑe miſtico triplicem ordinē di/
ſtinguere poſſumus.

¶ Vnū quo clerici ordinant ad clericos
Aliū quo layci ordinant ad clericos.

¶ Tertiū quo layci ordinant ad laycos. Et
qr ordinatio q̄ layci ordinant ad laycos ē po/
teſtas corꝑalis cū ſemꝑ corꝑale ⁊ temꝑale de
beant regulari ꝑ ſpirituale neceſſarium eſt ꝙ ta
lis poteſtas laycorum reguletur ꝑ ptātem ſpi
ritualem qua ipi clerici ordinant ad laycos.
Similiter ptās clericoꝝ qua ordinant ad lay/
cos regulanda eſt ⁊ ordinanda ꝑ ptātem: qua
clerici ordinant ad clericos ⁊ potiſſime ꝑ ptātē
illā q̄ clerici ordinant ad ſummum clericoꝝ q̄ ē
papa: ita ꝙ papa ꝑ vnam ptātem ordine quo/
dam habet ordinare clericos ad clericos ⁊ lay/
cos ad laycos inter ſe. Et iſta eſt deductio bea/
ti Augu.iij. de tri.c.iiij. vbi ait. ꝙ quēadmodu;
corꝑa graſſiora ⁊ inferiora ꝑ ſubtiliora ⁊ pote/
tiora quodam ordine regunt. ita omnia corꝑa
regunt ꝑ ſp̄m vite: ⁊ ſpūs vite irrationalis re/
gitur ꝑ ſp̄m vite rationalem: ⁊ ſpūs vite rōnal
deſertor atq; peccator regit ꝑ ſp̄m vite rōnalem
pium ⁊ iuſtum. ⁊ ſpūs iuſtus ⁊ pius: regitur ꝑ
ip̄m deum. ⁊ ſic vniuerſa creatura regit ꝑ ſum/
mum creatorem ex quo ⁊ ꝑ quem ⁊ in quo ꝯdi
ta atq; inſtituta eſt.

¶ Ad primum ergo dicendum eſt: ꝙ ordines
ep̄orum ſunt plures nō ꝑ plures ptātes ordis
cū in tali ptāte vt dictum eſt. omnes ep̄i nō ſint
niſi vnus ep̄s ⁊ oēs ſacerdotes vn⁹ ſacerdos.
Sed ꝓpter plures cōitates ⁊ adminiſtratōes
q̄bus p̄ſunt. Diſtinguunt.n.ꝑ ph'm quinq; cō
munitates quaꝝ p̄ma ē communitas vici que
reſultat ex pluribus domibus.

¶ Alia ē cōitas ciuitatis que ꝯſtituit ex pluribus
vicis. ⁊ iſta ē cōitas ꝑfecta ſm ph'm: qr ſi ciuitas
bñ ordinata ē in ea d; inueniri quicq̄d neceſſa
rium eſt ad vitam humanam.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ vinculum ſpūale fortius ſtringit ⁊ fortius ligat q̄ naturale. Fortius enim ꝯiungit deo ⁊ ſeꝑat a cupiditate bonorum tempalium ſpūale bonum q̄ temporale. tanto ergo ſummi pontifices ⁊ paſtores eccleſie plus tenentᷣ eſſe bonoꝝ eccleſiaſticorum fideles diſpēſatores. ⁊ a cupiditate bonorum tempalium magis tenentᷣ eſſe remoti: quāto ipſi talia bona adminiſtrant que gratis acceperūt ⁊ ꝑ ꝯñs gratis debent ipſa reddere pauperibus Dicit. n. Ambro. ⁊ ponitur. xxiij. q. viij. c. conuenior. Omnia q̄ mea ſunt paupeꝝ ſunt. de illis vero q̄ eccleſie ſunt nihil poſſum nec detrahere nec tradere cum illa ſolum cuſtodiēda ⁊ nō tradenda acceperim.

¶ Ad q̄rtum eſt dicendum q̄ diuturna vacatiō eccleſie qñq; eſt bona ſi fiat ꝓpter bonū finem. vt ſi fiat ꝓpter hoc vt ſufficientior ⁊ ſanctior q̄ratur. Tutius eſt. n. vel ſaltem minus malum populo xp̄iano tempe aliquo paſtore carere: q̄ diſcolum ſtultum ⁊ malum hr̄e. qui non vt paſtor ſed vt mercenarius ꝓprium bonū querat. vel vt lupus oues diſpergat

Ad quartum ſic ꝓcediᷓ. videᷓ. n. ꝙ non ſit oportunū vt due ptes cardinalium in electione pape debeāt ꝯuenire. Nā ſuꝑ illo vbo ad Hebre. v. Nullus ſibi aſſumat honorem niſi qui vocatᷣ a deo tanquā Aaron. dicit glo. ꝙ in electione Aaron in ſacerdotibus oñditur ꝙ paucoꝝ electio ſi iuſta ⁊ canonica ē ꝑualere debeat. Sed Aaron fuit ſummus pontifex. ergo ſufficit ꝙ in electione pape qui ē ſummus pontifex pauciores ꝯueniant q̄ due partes.

¶ P. Scribitur. lxix. di. Ut electio romani pontificis cum deliberatione ꝑdeceſſoris fieri dꝫ. Et idem ſubditur. Ut ſi ſtudia eligentium ceperint eſſe diuerſa eorum de quibus certamen emerſerit ꝯuincat ſententia plurimorum. ſufficit q̄ ꝙ in electione pape ꝯueniat maior pars: ⁊ nō due ptes Cardinaliū.

¶ P. vbi eſt maius ꝑiculū ibi celeri' remediū ē apponendū. Sed in dilatione electionis papalis magnū ꝑiculū imminet eccl̄ie. ſicut pꝫ ex de elec. ⁊ elec. po. q̄ celerius remediū apponendum eſt qđ tunc fieret ſi ſolū maioris ptis ꝯſenſus ſufficeret in electione eius.

¶ In contrarium eſt quod ſcribitᷣ extra de ele. c. Licet. vbi habetᷣ ꝙ ſi inter cardinales plena concordia de ſubſtituendo ſummum pontificē haberi non pōt tunc duabus ptibus ꝯcordantibus ſi tertia ps concordare noluerit ille abſq; vlla exceptione ab vniuerſali eccl̄ia Roman' pontifex habeatᷣ quia a duabus ptibus receptus fuerit ⁊ electus.

¶ R. Dicendum ꝙ ꝯgruum fuit hanc taxataz formam ꝑnotari in electione pape. vt ſaltē due ptes cardinalium in eius electione ꝯuenirēt ꝓpter tria.

¶ Primo ꝓpter impetrandū diuinū auxiliū.

¶ Secundo ꝓpter remouendum futurum periculum

¶ Tertio ꝓpter ꝑdicte electionis ſingulare ꝑuilegium. Scribitᷣ. n. Math. xviij. Si duo ex vobis ꝯſenſerint ſuꝑ terram de omni re q̄ cunq; petierint fiet illis a pr̄e meo qui in celis ē. Super quo verbo dicit Criſo. ꝙ duoꝝ ꝯſenſum ſaluator poſuit fore neceſſarium ad impetrandum a patre celeſti ꝓpter euāgelicam ꝯuerſationem. qꝛ duo ⁊ duo miſſi ſunt ad euangelium enunciandum ꝓpter corporis ⁊ anime colligationem qꝛ vbi corpus ⁊ anima ꝯſentiunt ⁊ inter ſe bellum voluntatum diuerſarum non hñt: ibi dubium non ē qui bonaꝝ reꝝ poſtulatio ſubſeq̄tur. ⁊ ꝓpter dei ⁊ ꝓximi dilectionem quia duo ſunt ꝑcepta charitatᷣ. Et quia in electione pape potiſſime diuinum auxilium ē impetrandum: vt ille qui facit ꝯcordiam in ſublimibus ſuis ef ficiat cardinalium corda pacifica ⁊ vnita: quatenus talis ꝓuiſio ſubſequatᷣ ſecundum ꝙ ſalus animarum exigit ⁊ totius orbis requirit vtilitas. ideo ꝯgrua forma taxata ē in electiōe pape vt ſaltem due ptes cardinalium in tali electiōe debeant conuenire.

¶ Secundo ē hoc ꝯgruum ꝓpter vitandū futurum ꝑiculum. Nā vt ponitᷣ. lxix. di. Si duo aplica temeritate ꝯcertantium fuerint electi: tūc nullus eoꝝ in ſede aplica ſedere dꝫ. Sed vt notatur ibi. Conuocandum eſſet in tali caſu gñale ꝯcilium. ⁊ tunc ex noua ordinatione ille inthronizari deberet in cathedra beati Petri quē vniuerſitatis ꝯſenſus eligeret. vt ergo tantum ꝑiculum euitetur congruū fuit taxari determinatum numerum illorum ad quos ſpectat predicta electio.

¶ Tertio ē hoc ꝯgruum ꝓpter ꝑdicte electōis ſingulare ꝑuilegium. Quia vt ſcribitᷣ extra de elec. c. Licet. ideo in electionibus inferioꝝ platorum ſufficit maioris ⁊ ſanioris ptis ꝯſenſus quia quod in eis in dubiū venerit pōt ſuperioris iudicio diffiniri. Sed in electione ſummi pontificis aliquod ſpeciale ſtatutum debuit fieri ⁊ in aliq̄ forma determinata ꝑnotari. qꝛ non pōt ad ſuperiorem haberi recurſus

¶ Ad ꝑmum ē q̄ dicendum ꝙ illa glo. ē intelligenda de electiōne communiter ſumpta in qua ſufficitᷣ ſanior ps ſi fuerit iudicio ſuperiorum approbata. vel intelligitur de electione que fit immediate inſpiratione diuina ſigno miraculo exterius apparente. ſicut fuit in electione Aaron. qui fuit ſummus ſacerdos frondente virga eius aliorꝝ virgis remanentib' ſiccis. vt ſcribitᷣ. xvij.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum: ꝙ papam fieri cum ꝑdeceſſoris deliberatione poteſt intelligi dupliciter.

¶ Primo ꝙ papa de electione ſucceſſoris poſſit habere equalem collationem quod licituꝫ ē ſibi. vel ꝙ habeat de tali electione iuriſdictiōeꝫ vt ꝙ ſue dignitatis poſſit heredem ſubſtituere: quod non pōt ſicut dictum ē in ſuperiori queſtione. ꝙ vero additur plurimorum ſententie conuincat ſi vota eligentium ſunt diuerſa. intelligitur ſententia plurimorum. Quia due partes debent eſſe ſecundum formam prenotatam. extra de elec.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ remediuꝫ apponendum in electione pape debet eſſe feſtiuum ⁊ celebre. debet tamen cum hoc eſſe rationale ⁊ ſecurum. Si autem ſufficeret maior ps vel minor ſi eſſet ſanior dato ꝙ celerius poſſet talis electiō fieri ꝑ hunc modum non tamen eſſet ſic rationalis. ⁊ ſic ſecura cum in dubijs eius ad ſuperioreꝫ recurſum haberi nō poſſet.

Ad quintum ſic ꝓcedītur. videtur. n. ꝙ electio pape poſſit viciari ſicut electio aliorum. quia quod deus ꝯiunxit homo ſeꝑare non poteſt. ſicut ſcribitur Math. xix. Sed poſito ꝙ aliquis coniugatus eligatur in papam cuius vxor creditur mortua ⁊ non eſt. Si igitᷣ petat debitum videtᷣ ꝙ talis teneatᷣ redire ad vxorē ⁊ papatū dimittere.

¶ Preterea. Ut ſcribitur. lxix. di. Si quis pecunia vel gratia humana aut populari vel militari tumultu ſine concordia ⁊ canonica electione cardinalium ſedis apoſtolice fuerit inthronizatus non aplicus ſꝫ apoſtaticus habeatur. pōt q̄ electio pape viciari.

¶ Preterea. Scribitur extra de electio. c. Ubi maius periculum. libro. vi. Ut electio pape debeat celebrari in ciuitate in cuius territorio ſeu diſtrictu idem pontifex obijt niſi forſitan ſit interdicta vel contra romanam eccleſiam in aperta rebellione conſiſtat. Si ergo electio fieret in terra interdicta vel que eſſet in rebellione ꝯ eccl̄iaꝫ videtᷣ ꝙ talis electio nulla ſit.

¶ In contrarium eſt quod ſcribit extra de elec. c. Licet. Ubi habetur ꝙ electus a duabus partibus cardinalium abſq; ulla exceptione ſumm⁹ pontifex habeat.

¶ R. Dicendum ꝙ tribus modis põt electio pape viciari.

¶ Primo ex parte eligentium. ut ſi aliquis eligeretur vel intronizaretur ꝑ ſeditionem ⁊ ꝑ potentiam laycalem. talis enim non eſſet cenſendus apoſtolicus ſed invaſor ⁊ deſtructor toti⁹ chriſtianitatis ⁊ ꝑpetuo anathemate cum ſuis auctoribus ſeqͣcibus hereticus eſſet. ſicut p3. lxxij di. c. In nomine domini.

¶ Secundo ex parte ipius electi. ut ſi ille qui eligeretur deprehendatur eſſe in manifeſta hereſi. ⁊ dico manifeſta: quia euidentia patrati ſceleris non indiget clamore accuſatoris. Unde ipſo facto talis eſſet depoſitus: quia ipſe ſolus habet de hereſi iudicare ⁊ terminare. ꝓpter quod deuians manifeſte a fide ad papatum aſſumi nõ poteſt. Quia talis electio non caderet ſuꝑ materia debita. Unde ſcribitur. xl. di. c. Si papa: ꝙ eius culpas nullus mortalium redarguere in hac vita preſumit. quia cunctos ipſe iudicaturus ⁊ a nemine iudicandus ē niſi deprehendatur deuius a fide.

¶ Tertio ex parte ipius electionis. ut ſi careat electio prenotata forma poſita. extra de electionibus. c. Licet. Puta quod a paucioribus ꝙ duabus partibus Cardinalium aliquis eligatur. Tunc enim niſi maior concordia interceſſerit nullatenus eſt aſſumendus. Unde dicit. lxix di. Si quis ſine concordia ⁊ canonica electõne cardinalium in ſede apoſtolica intronizatur non papa vel apoſtolicus ſed apoſtaticus habeatur.

¶ Ad p̃mum ergo eſt dicendum. Quod in tali caſu ex quo certum eẽt uxorem ſuam eſſe que debitum peteret inducenda eſſet ad continentiam ſeruandam. Quod ſi facere nollet poſſet papatui renunciare ⁊ ad ipſam accedere: alias teneretur ei debitum reddere quia continentia clericorum eſt conſilium ⁊ de iure poſitiuo. Reddere autem debitum uxori eſt preceptum: ⁊ de iure naturali ⁊ diuino. ubi autem ius poſitiuum contradicit vel impedit ius naturale: vel diuinum ſeruandum non eſt. ut ſi approꝑiatio rerum eſt de iure poſitiuo. ⁊ conſeruatio vite eſt de iure naturali. tunc ſi conſeruatio vite mee non poteſt eſſe ſine acceptione rerum alterius. licite poſſum ſumere: quia in tali caſu ius poſitiuum impedit naturale. ⁊ non poteſt cum ipſo ſtare. Et ſi dicatur quod ſcandalum eſſet in populo ſi ſciretur quod Papa redderet debitum uxori tale ſcandalum eſſet paſſiuũ non actiuum. Quod non eſt dimittendum ꝓpter veritatem doctrine ⁊ equitatem iuſticie: ⁊ ſanctitatẽ vite. ut dicit Hiero.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum: quod illud decretum intelligitur quando aliquis eligeretur: non a cardinalibus ad quos ſpectat electio. Sed potentia laycorum vel ex clamore populi. ſed ſi electus eſt a duabus partibus cardinalium dato quod pecunia ⁊ ſymoniace ſit electus non eſt deponendus. Et ſi dicatur ꝙ ipſa ſymonia eſt hereſis. ut patet p̃ma. q. i. Dicendum quod hereſis eſt large loquendo. Hereſis autem ꝓ qua deponendus eſt papa accipitur ꝓprie ſecundum quod opponitur articulis fidei vel his que ſunt immediate annexa articulis.

¶ Ad tertium eſt dicendum. Quod illa decretalis ſtringit cardinales ut electio pape fieri debeat in ciuitate in qua predeceſſor obijt niſi ſit interdicta vel in manifeſta rebellione eccleſie. Tunc enim indulget quod poſſit alibi ſe transferre ad dictam electionem faciendam. Si tamen in terra interdicta fieret non ꝓpter hoc viciaretur electio.

Ad ſextum ſic ꝓceditur. Videtur enim quod electio pape debeat examinari ſicut electiones aliorum: Quia ſi non examinatur hoc eſt quia eius electio eſt confirmatio. ¶ Sed multorum aliorum prelatorum electio ē ↄfirmatio. ergo hoc nõ ē ſingulare in electione pape.

¶ Preterea. Chriſtus examinauit Petrum. Joh. xxi. Quando ſibi eccleſiam commiſit dicens trina interrogatione facta. ¶ Paſce oues meas. Super quo verbo dicit Auguſtinus. ꝙ paſcere oues eſt credentes in chriſto ne a fide deficiant confortare terrena ſubſidia ſi neceſſe eſt ſubditis miniſtrare. ¶ Exempla virtutum cum verbo predicationis impendere. Aduerſarijs obſiſtere. errantes ſubditos corrigere. In quibus verbis conſiſtit tota examinatio prelatorum Sicut patet. xxiij. di. c. Qui epiſcopus ordinandus eſt. ergo eodem mõ electio pape ꝑ hũc modum ē examinanda.

¶ Preterea. Omnia que requirunt debitam formam ⁊ debitam materiam cadunt ſub examinatione. quia ſi carent altero eorum carẽt eorum virtute ⁊ efficacia. ſicut patet de ſacramentis quorum virtus requirit determinatam formam verborum ⁊ determinatam materiam puta baptiſmus ſi non fiat in aqua cum expreſſione trinitatis nullius efficacie eſſe dinoſcitur Sed electio pape requirit debitam formam ⁊ debitam materiam. ergo cadit ſub examinatõne. quia ſi deficeret in aliquo iſtorum nulla electio eſſet.

¶ In contrarium eſt. Quia illius electio non debet examinari contra quam nulla exceptio recipitur. ¶ Sed ſcribitur extra de electio. c. Licet. ¶ Ut abſq; ulla exceptione electus a duabus partibus Cardinalium ab uniuerſali eccleſia ſummus pontifex habeat. ḡ eius electio non eſt examinanda.

¶ R. Dicendum ꝙ electionẽ pape cadere ſub examinatione dupliciter quantum ad p̃ns põt intelligi.

¶ Primo. ꝙ talis electio inter ipſos eligentes ſic examinetur quatenus rite ⁊ canonice celebretur. ſecundum formam annotatam in iure.

¶ Secundo. Quod ſuperioris iudicio talis electio diſcutiatur: approbetur: vel reprobetur.

¶ Primo modo magis examinanda eſt ⁊ magis diſcutienda electio pape tanquam capitis ⁊ paſtoris uniuerſalis eccleſie quam alicuius alterius. ¶ Unde dicitur. lxiij. di. inter nos ⁊ vos pacti ſerie ſtatutum ⁊ confirmatum eſt ꝙ electio ⁊ confirmatio: alias conſecratio futuri: romani pontificis non niſi iuſte ⁊ canonice fieri debeat.

¶ Secundo modo non. Quia ſuperiorem nõ recognoſcit cuius iudicio approbetur vel reprobetur. Comparatur enim ſup̃mus pontifex ad omnes alios tam ad laycos quam clericos qui ſunt de corꝑe eccleſie. ſicut ſpirituale comparatur ad corꝑale vel animale. Sed conſtat quod illud quod ſpirituale eſt non debet examinari: ſeu iudicari ꝑ corꝑale ſed potius econuerſo. Unde ſuꝑ illo verbo. i. ad Chori. ij. Animalis homo non ꝑcipit que ſunt ſpũs dei quia ſpiritualiter examinatur. Dicit Auguſtinus in libro de vera religione. Quod examinatio ⁊ ꝓbatio ſpiritualium fit tantummodo ſpiritualiter ⁊ a ſpirituali homine. quia ſpũs omnia ſcrutatur etiam ꝓfunda dei non autem debet fieri examinatio ⁊ ꝓbatio ab homine temꝑali ⁊ carnali. quia ſpiritualis homo omnia iudicat ⁊ ipſe a nemine iudicat. Ut dicit apoſtolus. quod non ē ſic intelligendum ut uniuerſaliter papa ſubterfugiat omne iudicium. quia cum dicente apoſtolo. Oportet nos omnes p̃ſentari ante tribunal chriſti tam ſpirituales ꝙ carnales: ut referat unuſquiſq; ꝓut geſſit in corꝑe. Oportebit ut dicit Auguſtinus papam ⁊ omnes ſpirituales a lege diuina iudicari ⁊ ꝑ legem diuinam examinari. Non ergo ab aliquo infra ſe poteſt ſpiritualis homo puta papa examinari vel iudicari ſed ſolus ipſe poteſt dicere. qui aũt examinat me vel iudicat me dñs ē.

¶ Ad p̃mum ergo eſt dicendum: ꝙ ſi aliquorum electio non examinatur eo quod electio ipſorum eſt confirmatio. Hoc non eſt auctoritate ꝓpria quod ſuperiorem recognoſcant. ¶ Non enim poſſet papa eximere aliquos clericos vel laycos quod non ſubijcerentur iuriſdictiõi ſue. Sed bene poteſt eximere aliquos ut electio eorum non tranſeat ꝑ examen communis iuris. Electio autem pape ſic eſt confirmatio ꝙ ſua ꝓpria auctoritate non põt ꝑ aliquẽ ſuꝑiorem examinari vel approbari.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum. ꝙ ſicut dicit auguſtinus. Ideo chriſtus examinauit Petrum de trina dilectione. Quia trine negationi eius voluit ꝙ trina confeſſio reſponderet quatenus non minus amori lingua eius deſeruiret quã timori. Sic etiam Papa ut dictum eſt per legem diuinam bene examinabitur ⁊ iudicabitur. ſed a puro homine nec examinari nec iudicari põt.

¶ Ad tertium patet ſolutio. ꝙ bene debet examinari inter eligentes ut talis electio rite ⁊ canonice celebretur ut ſit facta in debita forma: ⁊ cadat ſuper debitam materiam. Sed poſtquã facta eſt ſuꝑioris iudicio nec examinanda: nec diſcutienda ē.

Ad ſeptimum ſic ꝓceditur. ¶ Videtur enim ꝙ Imperator iuriſdictionem habeat in electione pape. Quia ut ſcribitur. lxiij. di. c. Adrianus. Carolus Imperator Romam veniens Papiam obſedit: ibiq; relicto exercitu in ſancta reſurrectione ab Adriano Papa rome honorifice receptus eſt. qui Adrianus cum uniuerſa ſynodo tradidit dicto Carolo Imperatori ius ⁊ poteſtatem eligendi ſummum pontificem ⁊ ordinandi apoſtolicam ſedem. ¶ Hoc idem decretum confirmauit Leo papa dans auctoritatem Ottoni primo regi theutonicorum ⁊ ſucceſſoribus eius in perpetuum eligendi ſucceſſorem atq; ordinandi ſedis apoſtolice ſummum pontificem. ſicut patet in capitulo ſequẽ. ¶ Videtur ergo quod electio Romani pontificis ad ius Imꝑatoris ꝑtineat.

¶ P. Papa p̃eſt toti eccleſie in ſpũalibus et tꝑalibus ut ſuꝑius dictum ē. ergo ſicut ei⁹ electio d3 fieri ꝑ cardinales ⁊ ꝑ clericos ꝓpter adminiſtrationem ſpũalium. ita d3 fieri ꝑ imꝑatorem ⁊ laycos p̃ncipes ꝓpter adminiſtrationem tꝑaliũ. Potiſſime cũ tꝑalia pape ꝑ imꝑatores tradant. ſicut p3. lxiij. di. c. ego Ludouicus.

¶Preterea. Semp poſterius dependet a priori. ſed prius fuit regnū imperiale ꝙ̄ ſacerdotale. ergo videt̄ ꝙ electio ſummi ſacerdot̄ ſine ↄſenſu imperatoris fieri nō debeat.

¶In contrariū eſt quod ſcribit̄. lxiij. di. c. Valentinianus. vbi dr̄ ꝙ electioni epoꝝ Imperator intereſſe nō debeat. cū. n. dixiſſet clero tales in pontificali ſede ↄſtituite cui nos qui gubernamus imperiū ſincere noſtra capita ſubmittamus. ⁊ eius monita dum tanꝙ̄ homines delinquimus neceſſario curanꝰ medicamina ſuſcipiamus. Cui cū dixiſſet ſynodus vt magꝭ ipſe ↄ decerneret quis ad h̄ ſapiēs ⁊ pius exiſteret. Rn̄dit ſup vos inquit ē talis electio. qr̄ diuina gr̄a potiti ⁊ illius ſplēdore fulgētes melius poteritis eligere.

¶R. Dicendum ꝙ nec Imperator nec aliquis ſecularis p̄nceps ſecundum moderna iura hꝫ iuriſdictionem aliquā in electōne pape. ꝗ̄ bene habet iuriſdictionem in eligentium incluſione vt faciant obſeruari in electione pape omnia illa que ponuntur extra de electi. c. Vbi maius periculum libro. vj. Conuenienter autem ſubtractum eſt ius Imperatori ⁊ alijs principibus de electione ſummi pontificis, ꝓpter certius iudicium in tali electione ferendum. ⁊ ꝓpter periculum euitandum. Nam vnuſquiſq; bene iudicat de his que nouit ⁊ horum eſt bonus iudex. vt ſcribitur p̄mo Ethicorum. ¶De electione ergo pape qui debet pollere ſanctitate vite: ⁊ veritate doctrine magis credendum eſt litteratis ꝙ̄ ydiotis. ⁊ magis clericis quam laycis. Euitatur etiam ſup hoc periculum fidei: quia quandoq; etiam Imperatores in hereticorum perfidiam lapſi ſunt ⁊ catholice matris eccleſie vnitatem impugnare conati ſunt. ⁊ ideo ſanctorum patrum ſtatuta aduerſus eos ꝓdierunt vt nullo modo ſe electioni ſummorum pontificū infererent. ⁊ quicunq; eoꝝ ſuffragio ⁊ amminiculo ſummum pontificiū obtineret anathematis vinculo innodaret̄.

¶Ad p̄mum ergo eſt dicendum: ꝙ illi primi Imperatores tanquam chriſtianiſſimi fuerunt multum fauorabiles eccleſie. ⁊ ideo vt daretur eis occaſio maioris fauoris ⁊ ꝓtectionis. Illa ptās eligendi ſummum pontificem a ſanctis patribus fuit eis ↄceſſa. ſed poſtmodū excreſcente eoꝝ malicia ⁊ cupiditate. illa ptās rōnabiliter ē ſubtracta. Non. n. ē putādum ex leuitate aiorum ꝓcedere. ſi ꝓ diuerſitate reꝝ ⁊ tempoꝝ p̄cepta mutant̄ ⁊ gr̄e ſubtrahant̄. vt ſcribit̄ Deſter vlt̄. Vn̄ magna auctoritas hn̄da eſt hodie in eccleſia vt ſi nonnulli ex p̄deceſſoribus ⁊ maioribus fecerūt aliq̄ que illo tp̄e potuerūt eſſe ſine culpa ⁊ poſtea vertunt̄ in errorem ⁊ ſupſtitionē ſi ſine tarditate aliqua ⁊ cum magna auctoritate a poſteris deſtruant̄. vt. lxiij. di. dr̄.

¶Ad ſecundum eſt dicendum quod papa nō recognoſcit temporalia ab Imperatore vel ab alijs p̄ncipibus ꝓpter aliquam poteſtatem: in qua non ſubijciantur ei cum ab eodem principio ſint corporalia ⁊ ſpiritualia. ſed vel hoc eſt ꝓpter immediatam adminiſtrationem quā non habet ſummus pontifex indifferenter in omnibus temporalibus ſicut ſeculares p̄ncipes. Vel ꝓpter pacis ⁊ quietis eccleſie conſeruationem vel ꝓpter ipſoꝝ temporalium tyrannice oblatoꝝ reſtitutionem.

¶Ad tertium eſt dicendum ꝙ ſi temporale dominium p̄ceſſit ſacerdotale hoc non fuit dignitate ⁊ cauſalitate ſed potius hominum prauitate ad quorum depreſſionem ⁊ correptionem ⁊ quandoq; innocentum defenſionem permiſit deus aliquos in dominium ſurgere. Sed dominium naturale ⁊ temporale in miniſterium et in obſequium regiminis ſpiritualis datum eſt. vt ſuperius eſt tactum ⁊ amplius inferius tangetur.

Ad octauum ſic ꝓceditur. videtur enim ꝙ layci debent electioni pape intereſſe. quia ſcribitur. xxiij. di. c. In nomine domini. Si p̄uorum hominum peruerſitas inualuerit vt in vrbe Romana gratuita non poſſit fieri electio. tunc Cardinales epiſcopi cū religioſis clericis ⁊ catholicis laycis lꝫ paucis ius ptātis obtineant eligere apl̄ice ſedis pontificem vbi ↄgruerit. videt̄ ergo ꝙ layci nō ſolū debeant electioni pape intereſſe: verumetiā ꝙ iuriſdictionem habere poſſint in tali electōe

¶Preterea. Scribit̄. lxiij. di. Ego. M. clerus ⁊ populus electioni pontificis interſint. Non ergo excluduntur layci in tali electione fienda.

¶Preterea. Eius eſt electioni intereſſe cuius eſt electioni conſentire. ſed dicit̄ di. ſup̄dicta. ꝙ licet plebis non ſit eligere eius tamen eſt electioni conſentire. ¶Videtur ergo ꝙ abſq; ↄſenſu populi ⁊ laycoꝝ tal' electio rite celebrari nō poſſit.

¶In contrarium eſt quod dicit̄ ſcribit̄. ea. di. Non licet populo facere electionem eorum qui ad ſacerdotium ꝓmouentur: immo layci excludendi ſunt ad electionem ſacerdotum. quia nō libertas imperandi vel eligendi ſed potius neceſſitas obediendi eis iniungit̄.

¶R. Dicendum. Quod laycos poſſe intereſſe electioni pape tribus modis intelligi pōt.

¶Primo quantum ad iuriſdictionem. ⁊ ſic ſecundum moderna iura nullam iuriſdictionē habent. ⁊ ſatis conuenienter excluſi ſunt. quia populus ꝑſuaſione aut corruptione cito a iudicio deuiat. Non eſt enim populus ſequendus ſed inſtruendus. Vnde ſup illo verbo Exo. xxiij Non ſequeris turbam ad faciendum iudicium nec iudicio plurimorum acquieſces ſententie ⁊ a veritate deuies. dicit glo. Nec populus ſequēdus non eſt in iudicio ſed doctores qui licꝫ ſint pauciores numero ſunt tamen ſanioris conſilij.

¶Secundo quantum ad rep̄ntationem. ſcribitur enim. lxiij. di. ꝙ electione ſummorum pōtificum ⁊ aliorum epiſcoporum quondam Imperatoribus ⁊ alijs laycis p̄ncipibus rep̄ntantur ſicut de electione beati Ambroſij. ⁊ Beati Gregorij legitur. ⁊ hoc ad vitandum ſciſmaticorum ⁊ hereticorum inuaſionem ⁊ ꝑſecutionem. contra quos legibus fideliſſimorum Imperatorum frequenter eccleſia munita legitur. Preſentabatur ergo talis electio catholicorum p̄ncipibus vt eorum auctoritate roborata nullus hereticorum ⁊ ſciſmaticoꝝ auderet contraire. ⁊ ſi adhuc laycos electioni pape intereſſe cōgruum eſt. Vnde ⁊ Romano pontifice creato ⁊ coronato eius coronatio ⁊ creatio regibus ⁊ p̄ncipibus mundi denunciat̄.

¶Tertio quantum ad publicationem. quia non eſt ponenda talis electio ſub modio ꝗ̄ ſup candelabrum quatenus ſi ius acquiſitum ē electio non poſſet aliqua tergiuerſatione celari. Vnde ſcribitur extra de elect. Electiones quoq; clandeſtinas reprobamus ſtatuētes vt quā cito electio fuerit celebrata ſolemniter publicetur. Eſt etiam hoc conueniens ſic populo publicari ad gaudium nunciandū. Legitur enim in Calcedonenſi concilio. Ꝙ totus populus ⁊ tota ſynodus acclamauit electioni pape. Leo ſanctiſſimus apoſtolicus viuat ꝑ multos annos.

¶Ad p̄mum ergo eſt dicendum ꝙ illud decretum intelligitur vel ſecundum antiqua iura quibus conceſſum fuit aliquibus laycis iuriſdictionem habere in electione pape, ꝓpter fauorem eccleſie. Vel intelligitur ꝙ electio illis laycis ē rep̄ntanda vt eoꝝ virtute ⁊ fauore nulli poſſet p̄dictam electionē ꝑturbare.

¶Ad ſecundum eſt dicendum. Quod ſicut notatur ſuper illo decreto. Quod layci vocandi ſunt ad electionem. intelligitur de talibus laycis qui ſunt patroni eccleſiarum. ad quos pertinet preſentare ⁊ eligere ordinandos in eccleſijs quarum ſunt patroni ⁊ fundatores. Sicut patet. xvj. q. vij. c. Decreuimus. ¶Si vero intelligatur de electione Pape tunc debet intelligi quantum ad repreſentationem: vel quantum ad publicationem. Sicut ſuperius dictū eſt. Nulla tamen talium conditionum exiſtente non eſſet talis electio infringenda. quia ↄ ipſam nulla exceptio recipiēda ē.

¶Ad tertium eſt dicendum. Quod ↄſenſus populi ⁊ approbatio requirenda eſt in electione iam facta non in electione fienda. ¶Quia electio illius qui princeps pacis eſt pacem ⁊ vnitatem animorum ſuorum ſubditorum requirit.

# Queſtio. III. de eligentium iuriſdictione.

Viſo de pape electione. reſtat nunc inquirere de eligentiū iuriſdictione. Circa quod q̄runtur vndecim.

¶Primo. vtrum ſolum ad collegium Cardinalium ſpectet papam eligere.

¶Secundo. Vtrum deficienti tali collegio: electio Pape deuoluatur ad generale concilium.

¶Tertio. vtꝝ tale collegium teneat̄ eligere ſp hominem ſufficientioris ſcie.

¶Quarto. vtꝝ ſemp teneat̄ eligere hominem ſanctioris vite.

¶Quinto. vtꝝ teneat̄ magis eligere iuriſtam ꝙ̄ theologum.

¶Sexto. vtꝝ teneat̄ magꝭ eligere hominē de collegio ꝙ̄ extra collegium.

¶Septimo. vtꝝ maiorem ptātē habeat collegium eligēs ꝙ̄ papa electus

¶Octauo. vtꝝ papa mortuo ptās eiꝰ remaneat in collegio.

¶Nono. vtꝝ mortuo papa collegiū poſſit q̄cquid pōt papa viuens.

¶Decimo: vtꝝ in tali electione debeat p̄cedere tractatus vel aliq̄ p̄locutio.

¶Vndecimo. vtꝝ tutiꝰ ſit celeriter eligere: vel diu in tali electione cogitare.

Ad primum ſic procedit̄ur. ¶Videtur enim quod non ad Cardinales ſoluꝫ pertineat electio ſummi pontificis. Quia ſicut Papa vocatus eſt in vniuerſalē adminiſtrationem. ſic epiſcopi vocati ſunt in ſollicitudinis partem ſed partibus conuenit ꝓuidere de toto. Ergo videt̄ ꝙ ad epos ꝑtineat ſummi pontificis electio.

¶ Preterea. electio ⁊ quelibet actio eſt particulariũ ſuppoſitorum. ſed licet Papa ſit paſtor totius orbis. habet tamen particularem ſedem puta Romanam. ſicut beatus Petrus apud antiochiam priuſquam Romam veniret habitauit ⁊ Ignatium illic epiſcopum conſtituit. vbi primum nomen chriſtianorum exortum eſt. Poſtmodum prima ſedes beati Petri celeſti beneficio Romana eccleſia ordinata eſt. Quam beatiſſimi Petrus ⁊ Paulus ſuo martirio cõſecrauerunt. electio ergo ſummi pontificis ad clericos Romane ſedis ptinere videt̃. cũ illa ſit ſuma ſua pticularis cathedra.

¶ Preterea. Electio communis paſtoris cõmunitatem eligentium requirit. ſed papa eſt cõmunis paſtor totius orbis. videt̃ ergo ꝙ plati totius mundi ad eius electionem debeant conuenire.

¶ In ꝯtrarium eſt quod ſcribit̃ extra de elec. c. Licet. Ubi habet̃ ꝙ due ptes cardinaliũ requirũtur ſolũ ad electionem ſummi pontificis. ⁊ extra de elec. c. Ubi maius periculũ. li. vi. habet̃ ꝙ ſolum Cardinales includi debent ad electionem Pape faciendam.

¶ R. Dicendum. vt ſcribitur Heſter. viij. Nõ eſt putandũ ſi diuerſa iubent̃ ex animi imperãtis ꝓuenire leuitate. Sed ꝓ qualitate ⁊ neceſſitate tempoꝝ ⁊ reipubli. poſſit vtilit̃ ferri ſententiã. quamuis ergo ſecundum antiq̃ iura fuerit conceſſum primo Romanis omnibus ius eligendi Papam. quia vt notat̃. lxvi. di. c. ego Ludouicus. Omnes Romani vno ꝯſilio atq; ꝯcordia ſine aliqua ꝑmiſſione ſummum pontificẽ eligebant. ita ꝙ olim Romani omnes ex ꝯſuetudine antiqua electioni ſummi pontificis intererant. ⁊ poſtmodum ex fauore catholicorum ⁊ ad expugnationem hereticorum ⁊ ſciſmaticorum. quibuſdã chriſtianiſſimis Imperatoribus ius eligendi papam fuerit ꝯceſſum. nunc autẽ tantũ ad ſolos cardinales electio ſummi pontificis dinoſcitur ptinere. ⁊ hoc ſatis ꝯuenienter ꝓpter duo.

¶ Primo ꝓpter eorum aſſiſtentiam. quamuis enim epi repñtent pſonas apoſtolorum. nõ tñ repreſentant pſonas eorum vt chriſto vel ipi Pape vicem eius gerenti principaliter aliãs pñtialiter aſtiterunt vel aſſiſtunt ſed magis vt ipſi diffuſi in orbem terraꝝ quilibet aliquã ptem mundi in ſorte predicationis acceperũt. Cardinales vero pſonas apłoꝝ repñtãt. vt xpo ⁊ pape vicem eius gerenti pñtialiter aſſiſterũt vł aſſiſtunt. ⁊ ideo ꝯuenientius electio ſummi pontificis fit ꝑ eos quam ꝑ epiſcopos vel alios platos eccleſie.

¶ Secundo ꝓpter eorum ꝯuenientiam. Nã ſm phm in paucioribus via certior ⁊ ſecurior. quãto. n. periculo ꝑ pauciora remedia põt ſubueniri tãto citius ⁊ ſecurius ſubuenit̃. qꝛ igitur vacatio ſedis aplice nimis eſt periculoſa fidelibus vt citius ⁊ ſecurius tali periculo poſſit remedium adhiberi ꝯgrue ad paucas pſonas puta cardinales tantum electio Pape deuoluta eſt.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ epi non habẽt illã ꝯuenientiam in electione ſummi pontificis ſicut Cardinales. vt dictum ẽ cum ipi pape ſp pñtialiter aſſiſtant.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ ſicut Papa non obſtante ꝙ ſit vlis eccleſie paſtor eſt tamẽ ſingulariter pretitulatus epiſcopus ⁊ Romanus pontifex. Quia ſedem illam poſtquam de antiochia venit Beatus Petrus ſimul cum Paulo eorum martirio conſecrauerunt. vt dicitur di. xxij. c. Sacroſancta. Sic Cardinales non obſtante quod ſint iudices ⁊ principes totius mundi. Iuxta illud Pſal. Conſtitues eos principes ſup omnem terram. Pretitulant̃ tñ titulis eccleſiarum Rome ⁊ in diſtrictu Romane vrbis exiſtentium. Unde clerici Romane eccleſie appellati ſunt

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ communitatis non eſt eligere. quia ſecundum Damaſ. Electio eſt duobus exiſtentibus vnum pre altero eligere Hoc autem non ptinet ad omnes: ſed ad aliquas pſonas ſingulariter ⁊ ad talem actionem deputatas que polleant auctoritate ſapientia ⁊ ſanctitate. Unde ⁊ chriſtus qui fuit paſtor omnium ouium vocauit omnes ad apłatum: nec omnibus ſua ſecreta reuelauit. Unde dixit Petrus Act. x. Dedit autem deus pater eum manifeſtum fieri omni populo. ſed teſtibus preordinatis a deo.

AD ſecundum ſic ꝓceditur. ¶ Videtur enim ꝙ deficiente collegio Cardinalium ad Romanũ cleꝝ electio pape deuoluat̃. qꝛ ptãs eligendi papã nõ ſolis cardinalibus ẽ ꝯceſſa. ſed ſucceſſores cardinaliũ ſũt romani clerici: cũ ipi romani clerici appellent̃. ergo videt̃ ꝙ ad cleꝝ romanũ cardinalibus deficientibus ſpectet eligere papam.

¶ P. Concilium nõ hꝫ auctoritatẽ ſine papa ſcribit̃. xvij. di. ꝙ nõ ẽ ratũ alias rectũ ꝯciliũ qđ auctoritate romane eccłie fultũ alias ꝯſultũ nõ fuerit. Et ibidem ſubdit̃. non eſt ꝯſilium: ſꝫ conuenticulum quod ſine ſedis apoſtolice auctoritate celebratur. ad concilium ergo electio ſummi pontificis ſpectare non poteſt ſine pape auctoritate.

¶ P. Concilium gñale non poſſet papã eligere niſi eſſet ꝯgregatũ. ſꝫ ad nullũ aliũ ſpectat cõcilium gñale ꝯgregare niſi ad papã. ſcribit̃. n. di. ſupdicta. Abſq; romani pontificis auctoritate ſynodus non dꝫ ꝯgregari. Et ibi ſubditur. Abſq; ſedis aplice auctoritate ſynodũ aliquibus ꝯgregare non lꝫ. nõ ergo ad ꝯciliũ gñale põt ſpectare electio ſummi pontificis.

¶ In ꝯtrariũ eſt. qꝛ eoꝝ ẽ eligere ⁊ ꝯſtituere quorum eſt deponere ⁊ deſtituere. ſed totius eccłie ⁊ gñalis ꝯcilij eſſet papã deponere ⁊ deſtituere ſi in hereſi dephenderet̃. Scribit̃. n. xxij. di. ꝙ cum Marcellinus epus a paganis eſſet cõpulſus vt templũ eoꝝ ingreſſus tria grana thuris ſup prunis imponeret tunc vniuerſo ꝯcilio ſanctorum ⁊ epoꝝ collecto ⁊ inquiſitione ſup hoc facta omnes dixerunt ſibi. Ore tuo iudica cãm tuam qꝛ ex ore tuo iuſtificaberis ⁊ ex ore tuo ꝯdemnaberis. Ad ꝯcilium ergo gñale videtur ſimiliter pertinere ſummum pontificem eligere ⁊ ꝯſtituere collegio cardinaliũ deficiẽte.

¶ R. Dicendum ꝙ aliqui dicunt ad Romanũ cleꝝ deuolutam eſſe electionem ſummi pontificis Cardinalibus deficientibus. ⁊ quia iſti ſũt ſucceſſores cardinalium. vt ſupdictum ẽ. Et qꝛ ipſe papa ſingulariter eſt epus romanus. Unde ad canonicos ⁊ clericos epatus puta ſancti iohannis lateranenſis ſpectaret electio pape deficiente Cardinaliũ collegio. Sed ſine preiudicio puto tali caſu interueniente ꝙ collegiũ deficeret magis fore tutũ ⁊ ſecuꝝ. ꝙ generale ꝯcilium ad talem electionem faciendam congregaretur ꝓpter duo

¶ Primo ꝓpter ſciſma vitandũ. qꝛ ſicut dicit Aug. in li. de vera religione. Catholica fides ⁊ religio xpiana ſine vlla nouitate ⁊ ſciſmatꝰ vł hereſis ſeminatione aut ꝯuenticuloꝝ ſegregatione eſt tenenda ⁊ predicanda. qꝛ igit̃ caſu tali interueniente ꝙ collegium cardinaliũ deficeret ſi electio fieret ꝑ romanum cleꝝ poſſet eſſe materia ſciſmatꝰ. qꝛ electus forte ab vniuerſali eccleſia non reciperet̃ calumnia: vel dubitatione de ptãte eligendi in tali electõne interpoſita. ideo magis tutum ⁊ ſecurum eſſet vt talis electio ꝑ cõcilium platoꝝ vlis eccleſie fieret.

¶ Scđo ꝓpter dubiũ interpretandum. Nã ſm Aug. in li. ſupdicto. In catholica eccleſia ſemꝑ falſa ſunt reſpuẽda. vera ꝟo ſemꝑ tenenda. Dubia ꝟo tãdiu credẽda donec eſſe reſpuenda vel ratio doceat vel precipiat auctoritas. qꝛ ergo dubiũ ẽ ad quos ſpectaret electio ſummi pontificis tali caſu interueniente cũ dubia interpretari q̃ emergũt in eccłia ad gñale ꝯciliũ ſpectet. videt̃ in tali caſu magis eſſe ſecurum ꝙ talis electio ad concilium gñale deuoluat̃. qꝛ ſꝑ in ambigua voce legis illa potius ſignificatio ẽ accipienda q̃ vitio caret. preſertim cũ voluntas legiſlatoris ex hoc colligi poſſit. vt dicit̃ in pñ. digeſtoꝝ.

¶ Ad primũ ergo eſt dicendũ ꝙ romani clerici ſunt ſucceſſores cardinaliũ in nominatione nõ in iuriſdictione. qꝛ planũ ẽ ꝙ non hñt auctoritatẽ nec dignitatem illã quã hñt cardinales. Et ideo niſi fieret ſpẽale ſtatutũ ꝑ papã ꝙ deficiẽte collegio ptãs eligendi remaneret in romanis clericis vel in canonicis ſancti Iohis nõ ꝯueniret eis eligere ſummum pontificẽ magis q̃ alijs. qꝛ ſicut papa ẽ romanus epus ſingulariter. ſic ſingulares pſone ⁊ ſingulares clerici ſunt deputati ad talẽ electionẽ faciendã. puta cardinales quibus deficiẽtibus nullis alijs clericis vel canonicis ſingularibus ptãs in tali electione ꝯueniret: niſi ſup hoc nouũ ſtatutum ꝯderet̃

¶ Ad ſm eſt dicẽdum ꝙ illa decreta intelliguntur papa viuẽte. tũc. n. abſq; eius auctoritate ꝯciliũ nec fieri nec ꝯgregari deberet nec aliquꝰ firmitatis eſſet abſq; romani pontificis auctoritate ſꝫ ipo mortuo ⁊ collegio deficiẽte poſſet ꝯcilium ordinare ⁊ terminare de omnibus q̃ ptinent ad vtilitatem eccleſie.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ in tali caſu Imperator ⁊ alij reges ⁊ principes xpianoꝝ poſſent ⁊ deberent ꝯciliũ epoꝝ ⁊ platoꝝ ꝯgregare ad talem electionem faciendam. Et ſic puto ꝙ ſic poſſet eos includere ad conſtitutionem illã ſeruare circa eos. que ponitur extra de electio. c. Ubi maius periculum. ſicut nunc tenetur facere obſeruare communitas terre vbi papa decedit erga cardinales. Scribitur. xvij. di. c. Concilia. Et cum quedam imponerentur ſymacho pſuli apoſtolice ſedis ex auctoritate Theodoricia Regis ſanctum concilium congregatum fuit dicens. ¶ Dictus rex nihil ad ſe pertinere pter reuerentiam de negocijs eccleſiaſticis. ſed ipſi prelati viderent ⁊ deliberarent quid magis putarent vtile ⁊ dummodo venerandi prouiſione concilij pax in ciuitate Romana daretur. ⁊ in toto orbe ipſe totum ratum ⁊ firmum haberet.

AD tertium ſic proceditur. ¶ Videtur enim ꝙ ſemꝑ collegium teneatur eligere in papam hominem ſufficientioris ſcientie. Quia dicit Hieronymus ſuper leuiticum. Et ponitur. viij. queſtio. i. Requiratur in ordinando ſummum ſacerdotem populi pñtia vt ſciant omnes ⁊ certi ſint. quoniam qui preſtantior eſt ex omni populo qui doctior qui ſanctior qui in omni virtute eminentior. ille ad ſummum ſacerdotium eligatur

Videtur ergo ꝙ hominem ſufficientiorꝭ ſciētie ad ſummū pontificatū ſꝑ teneaꝛ eligere.

¶ P. Sup illo ỽbo Jaco. ij. Nolite in ꝑſonarum acceptione fratres cariſſimi hr̄e fidem dn̄i noſtri Jeſu xp̄i. Dicit Aug. Quod ſi hanc diſtantiam ſedendi ⁊ ſtandi referamus ad honores eccliaſticos non ē putandū leue eſſe peccatū diuitem ad ſedeꝫ honorꝭ eccleſie eligere paupe ꝯtempto inſtructiore ⁊ ſanctiore. Videt ergo ꝙ ſemꝑ collegium hominem ſufficientioris ſcientie teneaꝛ eligere

¶ P. dicit Greg. pͥma pte ſui paſtoralis. Nulla ars ꝓſumitur doceri niſi prius intenta meditatione diſcat. ⁊ ſubdit. Ab imperitis ḡ paſtorale officium q̄ temeritate ſuſcipitur qn̄ ars artium eſt regimen animaꝝ. Vn̄ ſummo ſacerdoti intelligit eſſe dictum ꝑ ꝓpheta. Quia tu ſciētiam repuliſti ⁊ ego repellam te: ne ſacerdotio fungaris mihi. videtur ergo quod ſemꝑ ſufficiētioris ſcientie homo debeat eligi in ſummū ſacerdotem.

¶ P. dicit Leo papa. Ex p̄ſbyteris eiuſdem eccleſie ſemꝑ optimus eligatur. cui conſonat ꝙ ſcribitur extra de elec. c. Nihil. vbi habetur. Nihil ē quod eccleſie dei magis officiat. i. noceat: q̄ ꝙ indigni p̄lati aſſumuntur in regimine animarum. Et ſi iſtud veritatem habet vniuerſaliter de prelatis. Multofortius de ſummo pōtifice.

¶ In contrarium ē ꝙ ſcribitur extra de elec. c. Ne ꝓ defectu paſtoris. Vbi dicitur ꝙ ſufficit ydoneam ⁊ ꝑſonam ſufficientē ad p̄laturam eligere. ſi ergo ſufficit electo ꝙ ſit ſufficiēs ⁊ ydoneus debet hoc ſufficere eligenti puta ꝙ eligat ſufficientem. ⁊ ſic non tenetur ſufficientiorē ſemꝑ eligere.

¶ R. Dicendum ꝙ aliqui ſine diſtinctione reſpondent ad hanc queſtionem ꝙ duobus exiſtentibus vnus ſit minus bonus ⁊ minus doctus. alius vero magꝭ bonus ⁊ magꝭ doctus. dicunt ꝙ ſufficit eligere minus doctū ⁊ minꝰ bonum. ⁊ exponūt. ꝙ bonus ē quis eo ip̄o ꝙ non ē malus. ⁊ doctus eo ip̄o ꝙ non ē indoctꝰ. Nō attendentes ad hec ỽba Greg. dicentꝭ. Minꝰ ē mala nō agere niſi quiſq; ſtudeat bonis operibus inſudare. quod maxime de p̄latis ē vniuerſaliter veꝝ quibus nō ſufficit ꝙ nō ſint mali ſ3 oportet ꝙ ſint boni. ⁊ nō ſint indocti: ſ3 ꝙ ydonei vt alios poſſint docere. Nā dicit ap̄lus. ij. ad Thy. ij. Hec puta p̄laturam ⁊ paſtorale officium commēda hominibus fidelibus q̄ ydonei ſint alios docere. puto ḡ abſq; p̄iudicio melioris ſentētie diſtinguendū eſſe tam ex pte eligentꝭ q̄ ex pte electi ⁊ ex pte ſtatus ad quem hō eligitur. Ex pte eligentis quidem quia ſi ꝑ eligētem pōt eligi equa facilitate doctior ⁊ ſufficientior ſicut minus ſufficiēs ⁊ minus doctus puto ꝙ teneꝛ doctiorē ⁊ ſufficientiorē eligere eq̄ facilitate ſuppoſita. Et ex pte ỽo electi diſtinguēdum eſt. qꝛ ſi minus doctus ⁊ minus ſufficiens hr̄et plures voces ⁊ magꝭ ſufficiēs ⁊ magꝭ doctus hr̄et pauciores tūc ſi eligenti dictaret ꝯſciētia ꝙ amitteret vocē ſuā ſi eligeret magꝭ ſufficiētem ⁊ magꝭ doctū. puto ꝙ liceret in tali caſu pōt ꝯformare ꝯſciētiā ſuā cum alijs vt eligeret minus doctū ⁊ minus ſufficientē. Sed ſi tot voces hꝫ vnus ſicut alius ⁊ crederet ꝙ ꝑ vocē ſuā augereꝛ numerus eligentiū magꝭ doctū ⁊ magꝭ ſufficientem. puto ꝙ in tali caſu tenetur eligere magꝭ doctū ⁊ magꝭ ſufficientē. qꝛ ꝯſcīa ſtringit eū ad iſtud. Illi aūt qui dicunt ꝙ ſufficit eligere doctum ⁊ ſufficientē veritatem hꝫ nulla ꝯparatione facta boni ad meliorem vel docti ad doctiorem vbi aūt fit nō ſufficit. Multū. n. haberet quis largam ꝯſciam qn̄ eq̄ facilitate pōt habere meliorē ſicut bonū ⁊ doctiorē ſicut doctū ⁊ magꝭ bonū ⁊ magꝭ doctū dimitteret ⁊ minus bonū ⁊ minus ſufficientem eligeret. Ex pte vero ſtatus eſt diſtinguendum. quia aliqua ꝑfectio doctrine requiritur in vno ſtatu que non requiritur in alio. Maior enim ꝑfectio ſcientie requiritur in papa q̄ in ep̄o. ⁊ maior in ep̄o q̄ in p̄ſbytero. Vn̄ dixit Valentinianus Imꝑator ſicut ponit. lxiij. di. Talem in pōtificali ſede cōſtituite cui ⁊ nos q̄ gubernamꝰ imperiū noſtra capita ſubmittamus ⁊ eiꝰ monita dum tamē homines delinquimus neceſſario curantis medicamina ſuſcipiamus. Puto enim ꝙ ſpecialiter in electione ſummi pontificꝭ ſi ſcienter p̄feratur minus bonus meliori. ⁊ minus doctus doctiori acceptio ꝑſone eſt.

¶ Ad p̄mum ergo eſt dicendum ꝙ illud dictuꝫ Hieronymi vt dicunt aliqui quod eſt conſiliū non preceptum. vel ſi intelligatur eſſe preceptū ſupponitur equa facilitas: quia tunc non ſine ſcrupulo conſcientie poſſet eligi minus ſufficiens ⁊ minus doctus dimiſſo ſufficientiori ⁊ doctiori.

¶ Ad ſecundum eſt ſimiliter dicendum: ꝙ ibi loquitur Jacobus de diuite ⁊ paupere. Planum eſt enim ꝙ ſi eligatur diues ad honorem eccleſie. quia diues dimiſſo paupere. quia pauper paupere doctiore ⁊ ſanctiore illo ſine acceptione perſone ⁊ ſine peccato fieri non poteſt. Quia vt ſcribitur Prouerbiorū. xix. Melior eſt pauper qui ambulat in ſimplicitate ſua q̄ diues torquens labia ſua ⁊ inſipiens.

¶ Ad tertium eſt dicendum: ꝙ Greg. accipit imperitiam ꝓ neſcientia vel pro inexperientia. Multi. n. ſunt ſcientes aliqua ſpeculatiua qui tamen carent experientia ⁊ prudentia agibilium qualiter ſuccurrēdum eſt languoribus animarum. qꝛ ſine dubio vt ip̄e dicit in eodem libro. Magna cautio eſt adhibenda in regimine animarum. qꝛ aliquoꝝ vicia ſtatim ſunt corrigenda. aliquoꝝ vero leuiter ſunt increpanda. aliquoꝝ vero ad tp̄s ſunt diſſimulanda. quia vulnera ſtatim ſecta deterius q̄nq; inferueſcūt. Nam quia ars artium eſt regimen animarum. qui tali arte carent ad p̄laturā potiſſime ad ſūmum pontificatum aſſumi non debent quantūcunq; ſint inſtructi in aliquibus ſcientijs ⁊ vigeant aliq̄ doctrina ſpeculabilium.

¶ Ad q̄rtum eſt dicendum ꝙ aliqui dicunt illud dictum Leonis intelligendum eſſe quando prelatus eligitur extra collegium ꝓpriū tūc enim melior ⁊ optimus eligendus eſt. Sed quando eligitur de ꝓprio collegio ſufficit eligere ſufficientem ⁊ ydoneum. Vel intelligitur ſuppoſita equali facilitate Sicut dictum eſt in alijs

AD quartum ſic ꝓcedit. Videt. n. ꝙ collegium ſemꝑ teneaꝛ eligere in ſummū pontificem hominem melioris vite. quia homo teneꝛ ꝯfirmare voluntatem ſuā voluntati diuine. Juxta illud Aug. ſuꝑ illo ỽbo. non adheſit mihi cor p̄uum. Dicit. n. ibi ꝙ cor p̄uum ⁊ diſtortum habet qui non vult qđ deꝰ vult. ſed deus vult eligi in ſuum vicarium ſemꝑ ſanctiorem ⁊ meliorem qꝛ cum ip̄e ſit bonum omnis boni ſemꝑ p̄fert maius bonū minꝰ bono. ergo videt ꝙ collegiū ſemꝑ hominē ſanctioris vite teneaꝛ eligere.

¶ P. in ſummū pontificem hꝫ eligi ſimplr̄ bonus ſ3 doctrina vel ſcīa non facit hominē ſimpliciter bonū ſolum aūt facit hominem bonū ſm intellectū quod eſt eſſe bonū ſm q̄d. Sed eſſe bonum ſm affectū ⁊ ſm voluntatē: qđ requirit ſanctitatē vite eſt eſſe bonū ſimplr̄. ḡ videtur ꝙ collegiū hominē ſaltē ſufficiētiorꝭ vite lꝫ nō hominem ſufficientioris ſcīe teneaꝛ eligere.

¶ P. Homo teneꝛ in electione ſequi ꝯſciētiā rectam. ſ3 cuilibet ꝯſcīe recte dictat. Ꝙ minori bono maius bonū p̄eligendum eſt. ḡ ſemꝑ eligere meliorē ⁊ ſanctiorem teneꝛ.

¶ In contrarium eſt. quia illi habent bonū celum in electione qui eligunt talem in quo nullum eſt canonicum impedimentum ſicut pꝫ extra de elec. c. Dudum. Sed eligendo hominē ſufficientem ⁊ ydoneum non eſt aliquod canonicum impedimentum quia canones nō plus dicunt niſi quod perſona ſufficiens ⁊ ydonea eligatur. Sufficit ergo in vita ſufficientem eligere.

¶ R. Quod cōcordando iura que diuerſimode loquūtur de electione prelatoruꝫ poſſumus dicere quod eorum que in iure mandātur: quedam imperantur vt que ſunt neceſſitatꝭ. q̄dam vero ſuadentur vt que ſunt vtilitatꝭ.

¶ Prima cadunt ſub p̄cepto.

¶ Secunda vero ſub conſilio. Nam apoſtolus. i. ad Chor. vij. dicit. De virginibus autem p̄ceptum domini non habeo conſilium autem do. Et ſecundo ad Chorin. viij. ait. Non quaſi imperans dico facta ex aliorum ſollicitudine veſtrum bonum ingenium comprobans. Habere ergo bonum prelatum eſt neceſſitatis habere vero meliorem vel optimum eſt vtilitatis. ¶ Planum eſt autem quod non minor requiritur perfectio in electo quam in eligente ꝓpter quod ſi electo ſufficit quod bonus ⁊ ſufficiens in vita ⁊ in ſcientia eligatur: multomagis vt puto ſufficit eligenti quod bonum ⁊ ſufficientem eligat. Expedit tamen ⁊ ſuadendum eſt ſibi quod meliorem ⁊ optimum eligat. ¶ Hinc eſt ergo quod attendendo ad illud quod ſufficit ⁊ quod imperatur dicunt aliqua iura ꝙ ſufficiens ⁊ ydoneus eligatur. Sicut patet extra de electionibus per totum. ¶ Attendendo vero ad illud quod expedit ⁊ quod conſulitur dicunt iura aliqua quod ille qui doctior ⁊ qui ſanctior eligatur ſicut allegatum fuit ſupra. viij. queſtione p̄ma. ¶ Si enim prelatum eē bonum in vita ⁊ ſcientia ſufficit deo ſufficit eccleſie ⁊ ſufficit electo. ¶ Non videtur eſſe dubitandum quare non deberet ſufficere eligenti. iſtud autem ſufficere ſatis expꝛeſſe videtur notare Hugo. viij. q. i. c. Licet.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum Quod non eſt certum immo eſt dubium vtrum deus velit maius bonum magis eligi ⁊ ſanctiorem magꝭ preficí in prelatura. Forte enī qui minus bonꝰ eſt ⁊ minus ſanctus melior erit in prelatione. Et ideo deus vult ip̄um magis eligi. Vel aliter poteſt dici quod non ſequitur ſi deꝰ vult meliorem ⁊ ſanctiorem magis eligi quod propter hoc iſtud teneatur velle ex precepto. Sicut deus vult magis me eſſe in religione quam in ſeculo. non tamen teneor ex precepto religionem intrare vnde cum dicitur. Quod tenemur conformare voluntatem noſtram voluntati diuine intelligendum eſt reſpectu eorum que ſūt in p̄cepto non in conſilio

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ bonum ho/
minem ſimpliciter facit charitas. ⁊ q: charitas
eſt in voluntate. ideo dictum ē quod eſſe bonū
ſm affectum ē eſſe bonum ſimpliciter. talis tñ
bonitas qñꝗ non ſufficit in regimi[ne] ꝓlature:
quia dicit Hiero. in epiſtola ad Paulinum.
Sancta quippe ſimplicitas ſolum ſibi ꝓdeſt
⁊ quãto plus edificat eccleſiam [ex] vite meri
to. tanto plus nocet ſi contradicentibus non re
ſiſtit. Ad hoc igitur vt aliquis eligatur in paſto
rem ſufficit quod eligatur bonus in vita ⁊ ſcien
tia ſuffragante alia bonitate que requiritur ad
ꝓlaturam.
¶ Ad tertium eſt dicendum: ꝙ recta conſcien/
tia aliquid dictat vt faciendum et debito. Et
hanc homo ſemper tenetur ſequi aliud vero vt
faciendum de expedienti vel de ꝯgruo. ⁊ hanc
non tenetꝛ ſequi.

AD quintum ſic ꝓceditꝛ. Videtur enim
ꝙ collegium magis teneatꝛ eligere iu/
riſtam ꝗ̄ theologum in papam. quia
papa potiſſime eligitur ad queſtiones ⁊ iurgio
rum litigia determinanda que tot quotidie in/
ſurgunt vt niſi iuſticia conatus eius ſua virtu/
te reprimeret ſus humani federis litigatorum
abuſus extingueret. ⁊ dato libello repudij con
cordia extra mundi terminos exularet. Vt ſcri/
bitur extra de electio. Rex pacificus. ſed in que
ſtionibus terminandis ⁊ imponendo finem li
tibus plus valent iuriſte quam theologi. Scri
bitur enim. xx. di. c. Decretales. Quod in ſacra
rum ſcripturarum expoſitionibus ſacre ſcriptu
re tractatores pontificibus preponantur.
Sed in negocijs diffiniendis ⁊ in cauſis de/
terminandis ſecundum poſt eos locum meren
tur tenere. Videtur ergo ꝙ magꝭ iuriſtam ꝗ̄ the
ologum collegiū tenetꝛ eligere.
¶ Preterea. Super illo verbo ꝓphete Ca/
nes ſunt non volentes latrare. dicit Auguſti/
nus. Cum baculo ⁊ manu arcendi ſunt lupi. Et
ſuper illo verbo Ezechielis. xiij. Hec dicit do/
minus de ꝓphetis inſipientibus non aſcendi
ſtis ex aduerſo nec poſuiſtis vos vt murum ꝓ
domo iſrahel vt ſtaretis in prelio in die domi/
ni. Dicit Gregorius in paſtorali. ꝙ ex aduerſo
quippe aſcendere eſt ꝓ defenſione veritatis li/
bera voce huius mundi poteſtatibus contraire
ſed hec omnia vt videtur melius poteſt homo
facere per iura ꝗ̄ ꝑ theologyam. Magis ergo
collegium tenetur eligere iuriſtam quam theo/
logum.
¶ Preterea. Quanto oppoſitum alicuius ē
magis periculoſum: tanto illud eſt magis ne/
ceſſarium. Sed oppoſitum iuris ⁊ iuſticie ē in

iuſticia de qua dicit Philoſophus. v. Ethico.
⁊ ꝑmo Politicoꝝ. ꝙ eſt crudeliſſima ⁊ ſeuiſſi/
ma hñs arma. quia ſicut homo lege ⁊ iuſticia:
ꝑfectus eſt optimum animalium. ſic ſeꝑatus a
lege ⁊ iuſticia ē peſſimum omnium. Cui ꝯcor/
dat illud quod ſcribitur Eccl. x. Regnum a gen
te in gentem transfertur ꝓpter iniuſticias ⁊ in/
iurias ⁊ contumelias ⁊ diuerſos dolos. Sed
papa debet eſſe optimus inter homines quan
tum ad omnia iſta. videtꝛ ergo ꝙ plus expediat
eccleſie dei ꝙ papa ſit iuriſta ꝗ̄ theologus.
¶ Preterea. ſuꝑ illo verbo. Exo. xxviij. Appli
ca ꝗ̄ ubi Aaron fratrem tuum dictū ē Moyſi
Dicit Greg. ꝙ qui ad ſummum ſacerdotiū aſ/
ſumuntur tanto ſtudio ⁊ amore dñi eligi ⁊ iuſti/
cie adherere vt germana videantꝛ cognatione
ꝯiungi. videtur ergo ꝙ papa magꝭ debeat eſſe
iuriſta ꝗ̄ theologus.
¶ In contrarium eſt Hieronymus in quadā
epiſtola vbi fortiter reprehendit clericos ⁊ ꝓlatos ec
cleſie qui potius in manibus portant codices
imperatoꝝ ꝗ̄ euangeliſtaꝝ.
¶ Preterea. ſcribitꝛ. xxvi. di. ꝙ ad ſummū ſa/
cerdotium non aſpiret qui diuinis ſtipendijs:
⁊ diſciplinis nō ē eruditus.
¶ R. Dicendum ꝙ papa quantum ad pñs q̄
tuor modis ꝯſiderari pōt
¶ Primo ex ꝑte eccleſie cui ꝑficitꝛ.
¶ Secundo ex parte ſtatus in quo conſtitui/
tur.
¶ Tertio ex ꝑte ſcientie q̄ ꝑficitꝛ
¶ Quarto ex ꝑte iudicij quod ꝑ ipm fertꝛ. om
nibus aūt iſtis modis liquide pōt apparere ꝙ
collegiū magꝭ tenetꝛ eligere bonū theologum ꝗ̄
bonū iuriſtam in ſummum pontificem.
¶ Primo quidem ex parte eccleſie cui ꝑficitur
Nomine namꝗ eccleſie ꝑncipaliter non intelli
guntur muri oliueta ⁊ bona temporalia de q̄/
bus inſurgunt omni die lites ⁊ diſcordie. Ad
quaꝝ determinationem valent iura ⁊ leges. ſ
magis intelliguntur anime ipſorum fidelium:
ad quarum informationem vt chriſto ſponſo
eccleſie coniungantur non eſt neceſſaria niſi ſa
cra theologya. Pro eccleſia enim vt nominat
muros caſtra ciuitates ⁊ alia temporalia bona
chriſtus mortuus non fuit nec paſſus. Immo
omnia talia intantum contempſit vt diceret vo
lenti ſequi ipm ꝓpter temporale ſubſidium.
Vulpes foueas habent ⁊ volucres celi nidos
filius autem hominis non ha. vbi ca. ſu. re.
Sed ꝓ eccleſia ⁊ nomine eccleſie intelliguntur
anime fidelium ꝓ quibus chriſtus mortuus ē
⁊ ſanguinem ſuum effudit. ¶ Unde dicit Cri/
ſoſtomus in quadam omelia de penthe.

Magna cura eſt deo de eccleſia ſua nōn mu/
ro circundata. ſed fide circumſepta. Ex apoſto/
lus. ij. ad Chorin. xij. Chriſti veſtigia ſequēs
dicit. ego autem libentiſſime impendam ⁊ ſuꝑ
impendā. Ego ipſe ꝓ aīabus veſtris
¶ Secundo hoc patet ex parte ſtatus: in quo
papa conſtituitur. ¶ Nam Papa idem
ſonat quod pater patrum: ita quod debet eſſe
medius inter deum ⁊ alios paſtores ⁊ prela/
tos eccleſie. Nam ſuper illo verbo quod dictū
eſt Moyſi. Exo. iiij. ¶ Tu eris in his que ad
deum pertinent ⁊ Aaron frater tuus loquetur
pro te ad populum. Dicit Auguſtinus ꝙ ſum
mus pontifex cuius figuram gerebat Moy/
ſes medius debet eſſe inter deum ⁊ Aaron qui
geſſit figuram aliorum prelatorum. ¶ Nam
cum ipſe Moyſes vellet terminare queſtiones
⁊ iurgia in populo audiuit a Jetro cognato
ſuo. Exodi. xviij. ¶ Stulto labore conſumeris
Eſto tu in populo in his que ad deum ꝑtinēt.
⁊ oſtendas populo cerimonias ⁊ ritum colen/
di deum. Ad lites vero ⁊ queſtiones determi/
nandas ꝓinde de omni plebe viros timentes
deum in quibus ſit veritas ⁊ qui oderint aua/
riciam.
¶ Tertio iſtud patet ex parte ſcientie qua ſum
mus pontifex perficitur. Sicut. n. ipe papa ꝑ/
fertur omnibus alijs prelatis ⁊ pontificibus:
ita ſcientia qua ipe perficitur ⁊ qua debet eſſe
perfectus ꝑferenda eſt omnibus alijs ſcientijs
vt ſicut ſcientia prefertur ſcientie: ita profeſſor
preferatur profeſſoribus. ¶ Conſtat autem
quod ſacra ſcriptura eſt illa que prefertur om/
nibus legibus ⁊ ſcientijs. Ergo theologus in
electione pape ꝑferendus eſt omnibus iuriſtis
⁊ alioꝝ ſcientiarum ꝓfeſſoribus.
¶ Quarto hoc patet ex parte iudicij quod per
ipm papam profertur. ¶ Eſt enim ipe papa v
niuerſalis iudex totius orbis ⁊ omnium que/
ſtionum inſurgentium. ¶ Conſtat autem q8
iura ciuilia non corrigunt omnia mala ⁊ mul/
ta impunita relinquunt que per diuinam legē
⁊ ſacram theologiam iudicantur. ¶ Unde di
cit Auguſtinus in primo libro de libero arbi/
trio. Videtur mihi lex iſta que regendis ciuita
tibus fertur multa concedere atꝗ multa impu
nita relinquere que tamen per diuinam ſcien/
tiam iudicantur. Et decima diſtinctione ſcribi
tur. Quod legibus imperatorum non in om/
nibus eccleſiaſticis controuerſijs vtendum eſt.
preſertim cum inueniantur euangelice ac cano
nice ſanctioni aliquotiens obuiare
¶ Ad primum ergo eſt dicendum. Cum ad lites
⁊ queſtiones terminandas papa aſſumere de/

bet contemptibiles de eccleſia: puta ſeculares
iudices. ſicut dicit apoſtolus. non autem ipe ꝑ
ſeipm. ¶ Unde ⁊ apoſtoli ſeptem dyaconos
elegerunt qui temporalibus inſiſterent qua/
tenus ipſi orationi ⁊ miniſterio verbi dei quieti
us poſſent inſiſtere. nec bonus theologus nu/
dus eſt a legibus quantum ad illud quod ve/
ritatis ⁊ iuſticie eſt in eis aliter leges dicende
non ſunt ſi non ſunt iuſte ⁊ vere. vt dicit Augu
ſtinus. Nec lex vt mihi videtur dicenda non eſt
que iuſta non eſt. Quicquid enim veritatis et
iuſticie eſt in omnibus ſcientijs ⁊ in ſacra ſcrip
tura perfectius inuenitur. ¶ Quicquid autem
falſum ⁊ noxium eſt in ea damnatur ſecunduꝫ
Auguſtinum. Nam ipa de ſemetipſa loquitur
Prouerbiorum. viij. Per me reges regnant ⁊
legū ꝯditores iuſta decernunt
¶ Ad ſecundum eſt dicendum. Quod latrare
contra lupos ne animas fidelium rapiant: et
ſtare ex aduerſo contra volentes inuadere do/
minicum gregem melius eſt per ſacras ſcriptu
ras quam per leges ⁊ iura facere. Quia finis
eius eſt charitas. Iuxta illud apoſtoli. Finis
precepti eſt charitas. Que vt ſcribitur in Can
ti. eſt omnis armatura fortium qua expoliatus
Petrus vna enim mulieris voce perculſus dū
mori timuit vitam negauit. Et qua veſtitus
dixit. Obedire oportet deo magis quam ho/
minibus.
¶ Ad tertium eſt dicendum. Quod ſummus
pontifex debet eſſe perfectus principaliter lege
diuina de qua ſcriptum eſt. Lex domini imma
culata conuertens animas. Legem autem hu
manam aliquando aſſumere poteſt non ad in
tentum principale. ſed ad aliquod adiutoriuꝫ
temporale ⁊ corporale. ¶ Unde dicit Augu/
ſtinus. Et ponitur. x. diſtinctione. Si in adiu/
torium veſtrum terreni imperij leges aſſumen/
das putatis non reprehendimus. Nam fecit b
Paulus cum aduerſus iniurioſos Ceſarem
appellauit. ⁊ ciuem Romanum ſe eſſe proteſta
tus eſt.
¶ Ad quartum eſt dicendum: Quod illud
verbum Gregorij de lege diuina intelligitur.
Si vero intelligatur de lege humana ꝙ ſum/
mus pontifex lege humana germana cognatiō
ne debeat eſſe coniunctus. Intelligendum eſt
ſicut dicit Cyprianus. Et ponitur. x. diſtinctio
ne. Quod chriſtiani imperatores pro eterna
vita pontificibus indigent ⁊ pontifices ꝓ cur
ſu temporalium tantummodo imperialibus
legibus vti debent. quatenus ſpiritualis ho/
mo negocijs ſecularibus ſe non implicet

Ad ſeptimum ſic proceditur. Videtur enim ꝙ collegium cardinalium non de ipſo collegio papam debeat eligere. quia ſacerdotium chriſti differt a ſacerdotio leuitico ſed illud ſacerdotium ad iudicandum ſemꝑ aſſumebatur de collegio ⁊ familia leuitica. Iuxta illud Deutro. xvij. Si difficile ⁊ ambiguum apud te iudicium perſpexeris inter ſanguinem ⁊ ſanguinem. cauſam ⁊ cauſam. lepram ⁊ lepram ⁊ iudicij intra portas tuas videris verba variari venies ad ſacerdotes leuitici generis: ⁊ ad iudicem qui fuerit illo tempore ⁊ queres ab eis qui indicabunt tibi iudicij veritatem. Cum in ſacerdotio ergo chriſti ſummus pontifex extra collegium aſſumendus ē vt differat ab illo.

Preterea. ſummus pontifex in magna reuerentia debet haberi ab ipſis cardinalibus. Sed ſecundum philoſophum. Nimia familiaritas contemptum parit. Magis ergo debet eligi in ſummum pontificem extraneus: quam de collegio: vt in maiori reuerentia ab eis habeatur.

Preterea. Sup illo verbo. i. Chor. v. Hic iam queritur inter diſpenſatores vt fidelis quis inueniatur. dicit Auguſtinus in de vera religione. Et nunc bene videndum eſt ⁊ bene diſcutiendum quibus de diuinis credendum eſt: vt ydoneus ⁊ fidelis inueniatur in eis. Sed aliquando magis ydoneus ⁊ magis fidelis inuenitur extra collegium: ergo talis ciuis ad papatum ē aſſumendus.

In contrarium eſt quod ſcribitur. xxiij. c. In nomine domini. Eligatur inquit ſummus pontifex de ipſius eccleſie gremio ſi reperitur ydone⁹: ⁊ Hug. notat. viij. q. i. c. licet. ꝙ ſi prelatus eligitur de ꝓprio collegio requiritur ꝙ ſit ſufficiēs. Si vero extra collegium requiritur ꝙ ſit melior vel optimus.

R. Dicendum ꝙ ſicut dicit apoſtolus. primo Chor. vi. Multa licent que non expediunt. Si ergo queratur de licere planum ē ꝙ non precluditur via cardinalibus ex aliquo ſtatuto quin poſſint eligere in papam quemcunq; volunt. Sed ſi queratur de expedire poſſumus dicere ꝙ ꝓpter quinq; magis expedit cardinalibus eligere de collegio ꝙ̄ extra collegium ⁊ potiſſime ſuppoſita equali ſufficientia.

Primo quidem quia ſic electus ab ipſis cardinalibus habent pleniorem cognitionem quorum conſilio agere debet quicquid agit. Non enim eſt parum ſummo pontifici cognoſcere illos de quorum conſilio regit totum mundum cuius zeli ⁊ cuius conditionis ſunt ⁊ qua affectione de negocijs eccleſie loquuntur. quia aliquando ſub pelle ouina latet mens vulpina. Unde ipſe papa ſpecialiter non debet omni ſpiritui credere. ſed iuxta apoſtoli eius documentum probare debet an ſpūs ex deo ſit.

Secundo. quia de ordinatione eccleſie habeat plenam informationem. Si igitur aſſumatur de collegio de ordinationibus ⁊ conſuetudinibus eccleſie non eſt nouicius ſed plenius informatus. Unde nec nouas conſuetudines nec nouas ordinationes inducit que poſſunt eſſe cauſa ammirationis vel perturbationis audientium vel videntium. Secundum enim Auguſtinum. Scire quid facias ⁊ neſcire ordinem faciendi non eſt perfecte cognitionis. quia ordinis ignorantia conturbat meritorum formam.

Tertio quia de poteſtate clauium quibus papa eccleſie preeſt habet magis conſuetum vſum ⁊ magis conſuetam iuriſdictionem. Aſſumptus enim de collegio plenius nouit conſuetum vſum ⁊ conſuetam iuriſdictionem poteſtatis clauium. Extraneus vero quandoq; nimis excedit quandoq; nimis reſtringit ⁊ in rebus nouis conſtituendis ſemꝑ eſt periculum niſi euidens appareat vtilitas.

Quarto quia de fidelibus ⁊ ſubditis eccleſie habet pleniorem recordationem. quia enim ſurrexit rex nouus in egypto qui ignorabat Joſeph. Ideo rex ille incepit perſequi filios iſrahel. Timendum eſt ergo vt ſi non aſſumatur in ſummum pontificem de collegio qui plene poſſit recordari qui fuerunt fideles: ⁊ qui rebelles eccleſie ne exaltet deprimendos ⁊ deprimat exaltandos.

Quinto quia de tanto dominio ſicut ē dominium ſummi pontificis habet quandam ꝓpinquam diſpoſitionem aſſumpti enim repente de paruo ſtatu ad magnum ſecundum philoſophum. Neſciunt ferre fortunam ⁊ neſciunt vti tanto dominio. cardinalatus autem ⁊ ratione ſtatus ⁊ ratione preſentialis exiſtentie non habet ammirationem de papatu. ⁊ ideo aſſumptus de collegio melius deberet vti tanta poteſtate.

Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ ſacerdotium xpi differt a ſacerdotio leuitico in vniuerſalitate quia in eo non eſt acceptus grecus neq; latinus. non autem ſic erat in ſacerdotio leuitico: ex hoc tamen non arguitur quin de ꝓprio collegio cardinalium magis congrue debeat eligi in papatum ꝙ̄ de alio.

Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ familiaritas parit contemptum inter ſtultos. ſed inter ſapientes non: quia ipſi ſciunt quibus ⁊ quando reuerentia eſt exhibēda. Uel pōt dici ꝙ reuerētia eſt exhibenda. vel poteſt dici ꝙ reuerentia que exhibetur extraneo tanquā ſeparato a familiaritate. magis quaſi fit ex ſeruili timore ꝙ̄ ex filiali amore. nam ſi plus habet de honore exhibitio ne minus tamen habet de filiali dilectione. Sed reuerentia que exhibetur familiariter coniuncto ꝙ ſi minus habet de exteriori reuerentia. plus tamen habet de interioris amoris diligentia.

Ad tertium eſt dicendum: ꝙ argumentum arguit in oppoſitum eo enim ipſo ꝙ cardinales ſe ipſos noſcunt ⁊ de ſe ipſis ſunt experti tam de diuinis ꝙ̄ humanis certius poſſunt de ſe ipſis credere ꝙ̄ de extraneis: quia experientia facit artem. inexperientia vero caſum vt ait Polus recte dicens. Sicut ſcribit. i. Metaph.

Ad ſeptimum ſic proceditur. Videtur. n. ꝙ collegium eligens papam ſit maioris poteſtatis ꝙ̄ papa. quia qui pōt in maius pōt in minus. ſed collegium poteſt ipſum papam eligere. ergo poteſt totum quod poteſt ipſe papa. ⁊ adhuc plus.

Preterea. Quicquid eſt cauſa cauſe ē cauſa cauſati. ſed collegium eſt cā ipſius pape. ergo eſt cauſa omnium eorum que fiunt a papa. poteſt ergo collegium quicquid poteſt papa ⁊ adhuc plus.

Preterea. Sic videtur comparari collegium ad papam: ſicut papa comparatur ad epm ⁊ alios prelatos eccleſie. quia ſicut papa pōt eligere epiſcopos ⁊ archiepiſcopos ⁊ eius electio eſt eorum confirmatio. ſic collegium pōt eligere papā: ⁊ illa electio eſt eius confirmatio. ſed planum ē ꝙ Papa pōt quicquid epus vel archiepiſcopus etiam in ꝓpria dyoceſi ⁊ adhuc plus. Ergo ſimiliter collegium poteſt quicquid poteſt Papa: ⁊ adhuc amplius.

Preterea. nemo dat quod non habet. ſed collegium dat electo papatum. ⁊ ꝑ conſequens auctoritatem ſequentem papatum. ideo collegium eligens habet illam auctoritatem quam dat Pape electo: et adhuc maiorem

In contrarium eſt. quia ſi collegium eligens haberet maiorē auctoritatē ꝙ̄ papa electus non eſſet neceſſarium tunc papā eligere. conſequēs eſt falſum igitur ⁊ antecedens.

R. Dicendum ꝙ poteſtas collegij differt a poteſtate pape nec eſt eiuſdem ordinationis vna cum alia. Papa. n. electus pōt duo nominare: vel officium ⁊ auctoritatem. ⁊ iſtud ē quid formale in papa. vel determinationē ꝑſone talis puta Petri vel Jacobi. ⁊ illud eſt in papa quid materiale.

Si ergo conſideretur papatus quantū ad officium ⁊ auctoritatē quod ē quid formale. ſic papatus non eſt ꝑ electionem collegij alias concilij. ſed ꝑ electionem immediate a xpo. quia omnes pape qui fuerunt a principio ⁊ erunt vſq; in finē mundi nō ſunt niſi vnus papa quia eque habent omnes illud idem officium ⁊ illam eandem auctoritatem quam habuit beat⁹ Petrus qui fuit primus. ſequitur ꝙ omnes formaliter nō ſint niſi ſicut Petrus. ⁊ ꝙ oēs non ſint niſi primus Papa qui non fuit electus a puro homine ſed immediate a xpo a quo recepit auctoritatem Papatus in perſona omnium ſequentium.

Si vero conſideretur in papatu terminatio ꝑſone illius vel iſtius quod eſt quid materiale. Iſto mō papatus bene eſt ꝑ electionem cardinalium. ⁊ hoc non niſi auctoritate eius. quia poſſunt papa mortuo eligere ⁊ terminare hanc ꝑſonam vel illam ita vt fungatur auctoritate Papatus. ſuper vniuerſalem eccleſiam ⁊ hoc non niſi auctoritate pape. Quia ꝙ ipſi cardinales ſint deputati vt poſſint eligere ⁊ terminare ꝑſonam hanc vel illam ad papatum non niſi auctoritate pape hoc faciunt. Planum eſt enim ꝙ illud decretum poſitum. xxiij. di. Ubi agitur de electione ſummi pontificis. Et mortuo Papa primo cardinales epi: deinde reliqui ſequaces ⁊ vniuerſus clerus ad electionem ſummi pontificis accedant. Nicolaus papa edidit planum ⁊ ſimiliter. ꝙ decretalis illa vbi tractatur modus eligendi ꝙ a duabus partibus cardinalium electus in ſummum pontificem habeatur ab ipſo Papa eſt edita. vnde tota electio ꝙ̄ modus eligēdi roboratur in collegio auctoritate pape.

Ad primum ergo eſt dicendum: ꝙ illud dictum quod poteſt maius pōt minus. non eſt vniuerſaliter verum nec in ſpūalibus nec in naturalibus. Planum eſt enim ꝙ gratia expellit peccatum mortale quod eſt maius ⁊ non expellit veniale quod ē minus. ⁊ homo poteſt generare hominem ⁊ non pōt generare aſinum ⁊ bubulus non pōt intrare ꝑ foramen ⁊ mus poteſt. cum tamen bubulus ſit maior mure. Habet ergo veritatem illud dictum quando vnū eſſentialiter ordinatur ad aliud. ⁊ quia poteſtas Pape eſt alterius ordinis ꝙ̄ eſt poteſtas collegij. Ideo non ſequitur ꝙ ſi collegium pōt eligere papam ꝙ poſſit quicquid papa pōt.

Ad ſecundum ē dicendum ꝙ collegium nō ē cauſa papatus quantum ad officium ⁊ auctoritatem quod eſt quid formale in papatu. ſed eſt cauſa determinationis ꝑſone ꝑ conſenſum eius ⁊ hoc non niſi auctoritate Pape. vt ſupra dictum eſt.

Ad tertium ē dicendum ꝙ illud ſicut nō eſt ꝑ

omnem modum. ſicut argumentum a ſimilitu
dine quantum in vno congruit tm̄ in alio diſ/
crepat. Papa ergo pōt eligere epm̄ vel archi/
epm̄ quia ab eo deriuatur auctoritas ⁊ officiū
quantum ad illud quod iuriſdictionis eſt. ſicut
a Petro deriuata fuit auctoritas iuriſdictōnis
in apoſtolis. ſed collegium ſic eligit papam ꝙ
tamen papatus non eſt a collegio quantum ad
auctoritatem ⁊ officium quod ē quid formale
in papatu. Iſto .n. modo omnis papa ē a xp̄o
immediate.
¶ Ad quartum eſt dicendum ꝙ collegium dat
electo papatum quantum ad illud quod ē ma/
teriale. puta quantum ad determinationem ꝑ/
ſone. non autem quantum ad illud quod ē for/
male. vt quantum ad auctoritatem ⁊ dignita/
tem ſecundum quē modum papatus eſt a xp̄o
⁊ nō a collegio.

Ad octauum ſic ꝓceditur. Videtur e/
nim ꝙ mortuo Papa poteſtas eiꝰ re/
maneat in collegio. quia poteſtas ec/
cleſie non moritur ſed planum eſt ꝙ morit̄ iſte
papa vel ille. ergo mortuo Papa poteſtas eiꝰ
in collegio remanet
¶ Preterea. Papa eſt ſummus in ſacerdocio
xp̄i quia gerit vicem xp̄i. ſed ſacerdotiū xp̄i fuit
eternum. ⁊ ꝑ hoc differt a ſacerdocio leuitico.
Nam dicit apl̄s ad Hebre. vij. Et in ſacerdo
tio leuitico plures ſunt facti ſacerdotes. idcirco
ꝙ morte ꝓhiberentur ꝑmanere. Chriſtus au/
tem eo ꝙ manet ineternum ſempiternum ha/
bet ſacerdotium. Mortuo ergo papa poteſtas
eius ſacerdotij remanet in collegio: aliter non
eſſet eterna.
¶ Preterea. Criſo. ſup illo verbo. Celū ⁊ ter/
ra tranſibunt verba autem mea non p̄teribunt
dicit ꝙ verba ineternum manſura ſunt illa que
locutus eſt Petro. Math. xvj. Tu es petrus
⁊ ſup hanc petram edificabo eccleſiam meam.
quia ſup petram ⁊ non ſup Petrum fundata
eſt eccleſia quam multi tyranni voluerūt extin/
guere ſed non potuerunt eo ꝙ ſup̄ petram fun
data eſt. ſed planum ē ꝙ morit̄ vel extinguitur
iſte vel ille papa. ergo poteſtas eccleſie in colle
gio remanet aliter non eſſet fundata ſupra pe/
tram.
¶ In contrarium eſt. quia potentia ē fruſtra ſi
ne actu. ſed mortuo papa vel vacante eccleſia
nihil fit de his que ſunt actionis ⁊ iuriſdictio/
nis Pape. ergo ptās eius nō remanet in colle
gio ipo mortuo.
¶ R. Dicendum ꝙ duobus modis ptās Pa
pe remanet in collegio papa defuncto.
¶ Primo quantum ad radicem. Comparatur
enim collegium ad papam ſicut radix ad arbo/
rem vel ad ramum. ¶ Vnde ſup illo verbo ad
Roma. xj. Si radix ſancta ⁊ rami. Dicit glo. ꝙ
ꝑ radicem ſanctam intelliguntur patriarche: ⁊
Eccleſia fidelium a quibus arbores ⁊ rami tra/
hunt humorem. ex quo verbo datur intelligi ꝙ
ſicut poteſtas rami vel arboris que florem ⁊ fru
ctum ꝓducit remanet in radice ipo ramo vl̄ ip
ſa arbore deſtructa. ſicut videtur poteſtas Pa
palis remanet in collegio vel in eccleſia ipo pa
pa mortuo. ¶ In collegio quidem tanquam in
radice ꝓpinqua ⁊ in eccleſia prelatorum ⁊ ali
orum fidelium tanquā in radice remota.
¶ Secundo talis poteſtas remanet in colle/
gio quantum ad illud quod in papatu eſt ma/
teriale. quia Papa mortuo poteſt collegiuȝ ꝑ
electionem ꝑſonam determinare ad papatum:
vt ſit talis vel talis. ⁊ ſicut radix ꝓijcit arborē
mediante qua florem ⁊ fructum facit ſic collegiū
poteſt papam eligere mediante quo florem ⁊ fru
ctum facit in eccleſia. vnde ſi nomine papatus
intelligimus ꝑſone electionem ⁊ determinatio
nem quod eſt quid materiale in papatu. vt ſu/
perius dictum eſt. ſic talis poteſtas remanet in
collegio Papa mortuo. Si vero nomine po/
teſtatis papalis intelligimus eius auctoritatis
iuriſdictionem quod eſt quid formale. ſic talis
poteſtas nunquam moritur. quia ſemp rema/
net in xp̄o qui reſurgens a mortuis iam nō mo
ritur. Vnde ſuper illo verbo Math. vlt̄. Data
eſt mihi omnis poteſtas in celo ⁊ in terra. ⁊ ec/
ce ego vobiſcū ſū vſqȝ ad con. ſe. Dicit Auguſti
nus ꝙ apoſtoli quibus xp̄s loquebatur non ꝑ
manſuri erant vſqȝ ad conſumationem ſeculi.
ſed eis locutus ē in ꝑſona omnium ſequentiuȝ
tanquam vni corpi eccleſie. ſed ſi nomine pote
ſtatis papalis intelligimus actualem admini/
ſtrationem quod eſt quid materiale ⁊ formale
in papatu. ſic talis actualis adminiſtratio be/
ne moritur mortuo Papa. Quia nec remanet
in collegio actualis adminiſtratio poteſtatis pa
palis ipo mortuo niſi quantum ꝑ ſtatutum p̄/
deceſſoris ē eis cōmiſſum: nec remanet iſto mō
in xp̄o. quia de communi lege xp̄s poſt reſurre
ctionem non eſt executus talem poteſtatem ni/
ſi mediante papa. licet enim ipe ſit oſtium Pe/
trum tamen ⁊ ſucceſſores eius conſtituit oſtia/
rios mediantibus quibus apit̄ ⁊ claudit̄ ianua
intrandi ad ipm.
¶ Ad p̄mum ergo eſt dicendum ꝙ poteſtas ec
cleſie non moritur quantum ad iuriſdictionem
vt eſt in xp̄o. nec quantum ad ꝑſone electioneȝ
vel terminationem vt eſt in collegio vel in eccle
ſia. ſed bene morit̄ in iſto papa vel in illo q̄tuȝ
ad actualem adminiſtrationē. quia mortuo pa
pa eccleſia vacat et priuatur adminiſtratione
talis poteſtatis.
¶ Ad ſecundū eſt dicendū ꝙ ſacerdotium leui
ticum nō fuit eternum nec quantū ad illud qđ
erat materiale. vt quantum ad perſonas. nec
quantū ad illud quod fuit formale. vt quantū
ad poteſtatē et legem ſacerdotij. quia tranſla/
to ſacerdotio facta eſt tranſlatio legis vt dicit
apoſtolꝰ. Sed ſacerdotiū chriſti eternū eſt quā
tum ad illud qđ formale eſt in xp̄o. quia ſicut
omnes ſacerdotes nō ſunt niſi vnus ſacerdos
puta chriſtus quantū ad poteſtatē conficiendi
quia omnes cōficiunt in ꝑſona eius ſic omēs
pontifices non ſunt niſi vnus pōtifex. et omēs
pape non ſunt niſi vnus papa puta chriſtus.
quia omnes recipiunt iuriſdictionē et poteſta/
tem adminiſtrādi immediate ab eo moritur ta
men actualis adminiſtratio dicte ptātis mor
tuo iſto papa vel illo.
¶ Ad tertiū eſt dicendū. ꝙ Criſoſtomꝰ loqui/
tur de eccleſia quantū ad congregationē fide/
lium que nunq̄ perſecutione tyrannoꝝ deficit
vel deficiet. quia ſi nō remaneret niſi vnus fi/
delis. in eo remaneret eccleſia.

Ad nonum ſic ꝓceditur. Videtur eniȝ
ꝙ mortuo papa collegiuȝ poteſt quic
quid poteſt papa viuēs. quia eccleſia
eſt nomen iuriſdictōis. ſed eccleſia non perdit
iuriſdictionē ſuam per mortē pape. ergo quic/
quid iuriſdictionis erat in papa viuente rema/
net in collegio vel in eccleſia ipſo mortuo.
¶ Preterea non minus poteſt collegiū cardi/
nalium mortuo papa q̄ capituluȝ canonicoꝝ
mortuo epiſcopo. ſed capitulū mortuo epiſco
po tenet audientiam excōmunicat adminiſtra
tionem ſacramentorū. cōmittit et facit illa que
ſunt poteſtatis epiſcopalis. ergo multomagis
poteſt hoc facere collegiū mortuo papa.
¶ P. papa non poteſt ſibi ſucceſſorē eligere.
vt notatur. viij. q. i. Sed collegiū poteſt papā
eligere. ergo ſaltem quantū ad hoc poteſt ali/
quid collegiuȝ quod non poteſt papa viuens.
¶ In contrariū eſt. quia non plꝰ poſſunt car/
dinales ſine papa q̄ apoſtoli ſine chriſto. qꝛ
Ioh. xiiij. xp̄us dixit apoſtolis ſuis. Sine me
nihil poteſtis facere. ergo collegiū cardinaliuȝ
ſine papa ſimiliter nihil poteſt.
¶ Reſpon. Dicendū ꝙ ſi aliquando in dubiū
venit vel venire poſſet an collegiū poſſet papa
mortuo diſpenſare in cōſtitutionibus aut ad/
dere vel diminuere ſeu ordinare aliqua q̄ ſpe
ctarent ad iuriſdictionē pape tamen rationabi
liter in dubiū venire non debet. quia lex ſupio
ris per inferiorem tolli non poteſt. papa autē
ſuperior eſt collegio ſicut chriſtꝰ ſuperior apo/
ſtolis vlterius quādo ſtatutū ſuperioris ligat
inferioreȝ inferior mandatū ſuperioris tollere
non valet. quia ſic ſecundū Auguſtinū. Nulla
res ſeipſam generat vt ſit. ita nulla res ſeipſaȝ
ſoluit vel ligat. ampliꝰ in mandatis et ſtatutis
ſuperioris quicquid non eſt inferiori ꝑmiſſum
videtur eſſe ei ꝓhibitum vbi expreſſe datur in
telligi ꝙ potentie ſuperioris ſit reſeruatū. quic
quid ergo per iura condita a papa et per ſtatu
ta facta per ipſum non eſt collegio conceſſum
vel ꝑmiſſum. intelligitur pape potentie eſſe re
ſeruatum. Nunc tamē predictum dubiū eſt ex/
preſſe determinatū extra in cōſtitutionibꝰ Cle
menti. c. ne romani electioni pontificis vbi va
cante ſede nihil collegio exercenduȝ permittit̄
niſi loco camerarij eccleſie vel alicuius peniten
tiarij ſi contingeret eos ſede vacante debitum
humane nature ꝑſoluere alium vel aliū ſubro
gare. puto ſimiliter ꝙ ſi ꝑiculū immineret in ter
ris et rebꝰ eccleſie poſſet collegiū remediū ſalu
bre apponere. Vniuerſaliter tamen dicenduȝ
eſt ꝙ nihil poteſt collegium papa mortuo niſi
quod eſt eis per ſtatutū eius p̄deceſſoris com/
miſſum vel permiſſum.
¶ Ad primuȝ ergo eſt dicendū. ꝙ eccleſia non
perdit eius iuriſdictionē ſed bene ꝑdit ad tem
pus dicte iuriſdictionis actualem adminiſtra
tionem. qꝛ actualis adminiſtratio non fit niſi
per papaȝ. mortuo ergo papa ceſſat illa actua
lis adminiſtratio vſqȝ ad creationem alterius.
¶ Ad ſecundū eſt dicendū ꝙ capitulū canoni
corum mortuo epiſcopo non poteſt aliquid de
hijs que ſpectāt ad iuriſdictiōem epiſcopi niſi
ꝙ per iura et ſtatuta ipſius epiſcopi eſt eis con
ceſſum. et ſic nec collegiū poteſt de his que per
tinent ad iuriſdictionē pape niſi ſit eis eius au
ctoritate permiſſuȝ.
¶ Ad tertium eſt dicendū ꝙ hoc ipſum ꝙ tale
collegium per talem modū eligat papam facit
eius auctoritate non ſua ꝓpria.

Ad decimum ſic ꝓceditur. Videt̄ enim
ꝙ tractatus et prelocutio non debeāt
precedere in tali electione quia potiſſi
me in electiōe pape omnia pericula ſunt vitan
da. ſed aliquando ex diutino tractatu et prelo/
cutione fit inter eligentes per pecuniā promiſ/
ſam magna corruptio. In quoꝝ perſona ſcri/
bitur in pſalmo. Corrupti ſunt et abhomina/
biles facti ſunt ¶ Quandoqȝ vero in talibus
prelocutionibus fit magna fictio et deceptio.

In quoꝝ perſona ſcribitur .ij. Petri .ij. Fictis verbis de vobis negociantur:

¶ Quandoq̧ autē fit mala conſpiratio: In quoꝝ perſona ſcribitur Iſa. xxx. Ve vobis qui cogitaſtis vt faceretis conſiliū ſed non ex me et ordiremini telam et non per ſpiritum meum vt igitur omnia iſta pericula vitent̄ congruum eſt vt ſine tractatu et ꝓlocutione aliqua electio pape fiat.

¶ Preterea de eo quod oportet neceſſario fieri nullus conſiliat̄ et nullus tractatus debet fieri. nullꝰ enim cōſiliatur vtrum cras oriatur ſol. ſed electio pape eſt neceſſaria fienda ab illis q̄ habent poteſtatē eligendi. ergo talem electionem non debet p̄cedere tractatus vel aliquod conſilium.

¶ Preterea ſcḋm Auguſtinū. In dubijs tenendum eſt certū et dimittendum eſt incertū. Sed ſcribitur Sapien. ix. ꝙ timide ſunt cogitatiōes noſtre et incerte prouidentie noſtre. ergo in noſtro tractatu et ꝓlocutione non eſt confidendū ſed totum eſt deo relinquendū.

¶ In contrariū eſt. quia magis neceſſariū eſt tractatus et bonū conſilium in capitis eccleſie electione q̄ in rerum eccleſiaſticarū condonatione ſeu ꝑmutatōne. ſed ſcribitur .xij. q. ij. cum totius cleri tractatu atq̧ cōſenſu fiat ꝙ non ſit dubium in futurū eccleſie. et agitur ibi de condonatione et cōmutatione rerum eccleſiaſticarum quibus non tanq̄ ꝓprijs ſed tanq̄ commendatis p̄latus vti debet. ergo multo magiſ capitis eccleſie electionem tractatus et maturū conſilium precedere debet.

¶ Reſpon. Dicendū ꝙ electionem pape debeat precedere tractatus et conſilium. iura dicūt et ratio ꝑſuadet. Scribit̄ enim .xxiij. di. c. in nomine domini. ꝙ romane eccleſie pōtifice defuncto cardinales ſimul diligentiſſima dilectione tractantes mox ad conſenſum noue electionis accedant. et extra de elec. c. in geneſi ſcribitur ꝙ electio nulla eſt in qua tractatus non precedit et collatio facta non fuerit de ꝑſona ad perſonam de zelo ad zelum et de numero ad numerum: Ratio vero iſtud ꝑſuadet. nam ſm pħm iii. ethicoꝝ. Conſilium eſt fiendum et tractatꝰ de his que potiſſime habent tres conditiones

¶ Primo arduitatem. quia que ſunt leuia et parui ponderis non debēt cadere ſub conſilio ſed que ſunt ardua et magna et qui poſſunt in magnum nocumentū vel in magnum profectū redundare.

¶ Secūdo varietatem quia que ſunt vniformia et neceſſaria non cadunt ſub cōſilio. nemo enim de cōuerſionibus aſtroꝝ conſiliatur que vniformiter ſemꝑ mouentur. ſed conſiliū et tractatus ꝓprie ſunt de actibus hūanis qui ſunt multipliciter variabiles.

¶ Tertio noſtre actionis poteſtatē. quia que non ſunt in poteſtate noſtra agere vel nō agere non cadunt ſub conſilio. Vnde dicit pħus. ꝙ nullus lacedomonioꝝ conſiliatur qualiter ſcite optime cōuerſentur. nec nos latini conſiliamur qualiter viuāt barbari. quia coꝝ negotia non ſunt in poteſtate noſtra. Cum ergo electio pape habeat arduitatē varietatem et ipſorum cardinaliū actionis poteſtatē congruum eſt ꝙ talem electionē precedat tractatus et matura prelocutio.

¶ Ad primū ergo eſt dicendū. ꝙ de illis que deus poſuit in poteſtate noſtra debemꝰ facere totum quod in nobis eſt. quē finem autē debeant ſortiri opera noſtra deo debemus relinquere qui ex malis noſtris poteſt bona eligere et diligentibus eum eoꝝum mala ipē cooperatur eis in bonū. quia ergo electionē pape deus poſuit in poteſtatē hominū. Iuxta illud Sapientie. vj. Data eſt nobis a domino hec poteſtas et virtꝰ ab altiſſimo qui interrogat opera noſtra. Ideo in ipſa debet precedere tractatus et conſiliū ſicut in omnibꝰ negotijs que in poteſtate hominū poſita ſunt neceſſaria eſt tamē ante omnia ſpiritusſancti inuocatio qui remoueat ab ipſis eligentibus in coꝝ tractatu et prelocutione corruptionē fictionem et malā conſpirationem.

¶ Ad ſecundū eſt dicendū ꝙ non fit tractatus vel conſiliū de electōne fienda ſed de modo eligendi quia multipliciter poteſt fieri electio. vel per inſpirationem. vel per cōpromiſſum. ſicut patet extra de elec. c. quia ꝓpter diuerſos. Similiter de perſona que debet eligi cōparando zelum ad zelum vel ꝑſonam ad perſonam vel numerum ad numerū ſicut ſupradictū eſt.

¶ Ad tercium eſt dicendum. ꝙ de eo quod eſt certum in electione non debet precedere tractatus. ſed de eo quod eſt incertū puta quem finē debeat ſortiri dicta electio non eſt tractandum ſed deo relinquendū.

Ad vndecimū ſic proceditur. Videtur enim ꝙ magis ſit ſecurum diu cogitare in tali electione q̄ celeriter et feſtināter eligere. qꝛ eligentes debent velle in tali electione quod deus vult. ſed deus vult aliquando ſuam eccleſiā eſſe ſine rege et ſine principe Iuxta illud Oſee. iii. Diebus multis expectabitis me quia ꝑ dies multos ſedebitis ſine rege et ſine principe.

¶ Preterea in his que habent litem et diſcordiam annexam expectanda eſt ſemꝑ terminatio diuine ſententie. ſicut patet Danielis. x. de Michaele archangelo volente liberationē iudeorum qui tamdiu pugnauit cum principe regni perſarū eorum liberationem impediente quādiu ſuper hoc terminatio diuine ſententie eſt recepta. ſed vt plurimū electio pape habet litem et diſcordiam annexam quia vt ſupra dicebatur bono zelo vnus alteri in tali electione poteſt contradicere. ergo in hoc ſemꝑ expectanda eſt terminatio diuine ſententie.

¶ Preterea ſcribitur Iob. xij. ꝙ in antiquis eſt ſapientia et in multo tēpore prudentia. Et philoſophꝰ dicit ꝙ ſemper noſtrum intelligere eſt cum conſilio et tempore. ſed in predicta electione maxime eſt neceſſaria prudentia et ſapientia. ergo potiſſime requirit diuturnitatē temporis.

¶ In contrarium eſt quod ſcribitur Iob. xij. Adducit deus conſiliarios in ſtultum finem et iudices in ſtuporem quod tunc fit. vt no. glo. Dicit quando homines de eorū prudentia et ſagacitate confidentes diu conſiliant̄ et tamē eorum fine et intentione fruſtrant̄.

¶ Reſpon. Dicendū ꝙ per ſe loquendo mora temporis non facit actum aliquē eſſe vicioſū vel virtuoſum. ſed conſenſus vel ordinatio voluntatis in bonū finem vel in malū quia actꝰ moralis ex fine ſortitur ſpeciem bonitatis vel malicie. ſi ergo eligentes protrahunt morā in electione hac intentione vt de perſona magis ydonea prouideat̄. vel vt diſcordia apparens inter eos ad vnitatem reducatur. vel vt diuinū adiutorium ſuper hoc per multiplicationē orationum fideliū recipiatur talis diuturnitatis temporis ꝓpter conſenſum in bonū finem eſt bona et virtuoſa. Si vero ꝓtrahant morā in predicta electione hac intentiōe vt vnus per alterum decipiatur. vel vt mora alicuius expectetur. vel vt per articulationem loci citius finem ſuum conſequatur talis mora propter conſenſum in malum finē eſt mala ⁊ vicioſa. Tutius tamen eſt reputo et magis ſecurum precedente conuenienti tractatu celeriter talem electionem facere q̄ longo tempore ꝓtrahere. quia ex hoc citius periculo eccleſie ſubuenitur et ꝑſumptio humane cōfidentie vitatur. Nam ſuꝑ illo verbo apoſtoli. Temptatio nos nō apprehendat niſi humana. dicit Auguſtinꝰ ꝙ temptatiō ibi accipit̄ pro dubitatione vt temptatio et dubitatio nos apprehendat de homine ſed non de deo. quia ſicut dubitare de homine et non confidere de ipſo ſaluberrimū eſt ita dubitare de deo ꝑnicioſum eſt et ideo ad diuinū adiutorium in tanto negocio ſecurius acceditꝰ. Scribitur. ij. Paralipo. xx. In perſona filius ſancti Ioſaphat. Cum ignoramus quid ꝑ nos agere debeamus. hoc ſolū eſt nobis refugiū vt oculos noſtros dirigamus ad deum.

¶ Ad primū ergo eſt dicendum ꝙ cooperatores dei ſumꝰ. et ideo non eſt ſemꝑ expectanda vocaliter terminatio diuine ſententie. ſed illū elegit deus quem elegit caritas eccleſie et communis conſenſus eligentiū. ſicut dicit Augꝰ. ad Hebre. v.

¶ Ad ſecundū eſt dicendū ꝙ tunc recipitur terminatio diuine ſententie quādo diſcordes ad concordiam reducuntur. quia ille qui facit concordiam in ſublimibus et in angelis ille idem facit cōcordiā in hominibus. Verū aliquando deus ſuam ſententiā immediate profert. aliquando vero mediātibus creaturis. Nihil eñ terminatur in nobis ſcḋm Auguſtinum niſi ꝙ de aula ſummi imꝑatoris aut iubetur aut permittitur.

¶ Ad terciū eſt dicendū ꝙ prudentia eſt recta ratio rerum agibilium. Agibilia autem homo recte agere nō poteſt niſi p̄figendo ſibi bonū finem. quia ſcḋm philoſophū. Impoſſibile eſt non entem bonū eſſe prudentem. ſicut ergo in tali electione celeriter poteſt homo ſibi prefigere bonū finem. ita abſq̧ longa temporis mora poteſt habere prudentiam ad talem electionē neceſſariam.

## ¶ Queſtio quarta de pape renunciatione.

Reſtat nunc cōſiderare de pape renunciatione. Circa quod queruntur octo.

¶ Primo. vtrum papa poſſet renunciare ſi in papatu imprimeretur caracter.

¶ Secundo vtꝝ papa poſſet renunciare ſi papatus eſſet nomē ordinis et nō iuriſdictionis.

¶ Tercio. vtrū quia papatus eſt a ſolo deo papa poſſit ex ſe renunciare.

¶ Quarto. vtꝝ papa poſſit renunciare propter votū emiſſum de cura eccleſie habenda.

¶ Quinto. vtrū papa poſſet eius legitimam confirmationem et adminiſtrationē renunciare.

¶ Sexto. vtrum quia ſacerdotiū pape eſt eternum poſſit renūciare.

¶ Septimo. vtrū poſſit probari per rationes ꝙ papa renunciare poteſt.

¶Octauo. vtrum illud poſſit probari per auctoritates.

Ad primum ſic ꝓceditur. Videtur eniꝫ ꝙ in papatu imprimatur caracter. quia caracter imprimitur in quolibet ordine Sed dicitur .iiij. ſententiaꝝ diſtin. xxiiij. ꝙ ordo epiſcopoꝝ quadripartitus eſt ⁊ in quarto ordine ſupremum gradum tenet romanus pontifex. ergo videtur ꝙ in papatu caracter imprimatur.

¶Preterea poteſtas clauium videtur eſſe poteſtas caracteris. ſed talis poteſtas collata fuit Petro. Math. xvi. Jnquantum erat futurꝰ papa et ſucceſſor chriſti. ergo in papatu caracter imprimitur.

¶Preterea dicitur .iiij. ſententiaꝝ diſtin. ſupradicta. ꝙ ordo vt in eo imprimitur caracter eſt ſignaculum quoddam in quo poteſtas ſpiritualis traditur ordinato. ſed talis poteſtas traditur pape cum ipſe poteſtatem recipiat ſuper totam eccleſiaꝫ. ergo videtur ꝙ in papatu caracter imprimatur.

¶Jn contrarium eſt. quia caracter non confertur in ordine niſi inquantum eſt ſacramentum. ſed ſeptem ſunt ordines et ſeptimum gradum tenet ordo preſbyteratus. ergo nec in epiſcopatu nec in papatu caracter imprimitur.

¶Reſpon. Dicendum ꝙ ſi in papatu imprimeretur caracter vel ꝑfectio caracteris duo inconuenientia ſequerentur.

¶Primum ꝙ papa non poſſet renunciare papatui.

¶Secundum eſt ꝙ non poſſet aliquis eligi in papam niſi eſſet ſacerdos vel epiſcopus quod vtrunqꝫ eſt falſum. nam cum caracter ſit poteſtas ſpiritualis data homini a chriſto ſupra corpus eius verum quia omnes ordines ad ſacramentum eucariſtie ordinantur in quo corpus chriſti verum continetur non poteſt talis poteſtas ab homine auferri poſtquam ſibi imprimitur. Vnde ponunt doctores ꝙ remanet in anima ſeparata. ſi ergo in papatu imprimeretur talis poteſtas caracteris vel papa vel ꝑfectio caracteris non poſſet papa renunciare nec poſſet cedere tali poteſtati. quia ſacerdos non poteſt renunciare ꝙ non ſit ſacerdos recepto caractere ſacerdotali. nec epiſcopus poteſt renunciare ꝙ non ſit epiſcopus recepta perfectione caracteris ꝑ quam poteſt fideles ordinare ad conficiendum corpus chriſti veruꝫ. Similiter ergo papa non poſſet renunciare papatui recepto caractere papali. Eſt enim hoc infallibiliter veꝝ ꝙ omnia illa que ꝑtinent ad poteſtatem ordinis. vel ad ordinis ꝑfectionem non poſſunt tolli nec auferri quocunqꝫ modo vel per ceſſionem vel ꝑ depoſitionem. Sed illa que ꝑtinent ad poteſtatis ordinis iuriſdictionem poſſunt tolli et auferri ꝓpter quod ſi in papatu imprimeretur aliqua poteſtas ordinis alia a ſeptem ordinibus vel aliqua ꝑfectio ordinis alia ab illa que imprimitur in epiſcopatu non poſſet talis poteſtas a papa tolli nec per eius ceſſionem nec per aliquam depoſitionem. Secundum inconueniens ſequeretur ꝙ non poſſet aliquis eligi in papam niſi eſſet ſacerdos vel epiſcopus tota enim cauſa quare non poteſt aliquis fieri epiſcopus niſi ſit ſacerdos. quia in epiſcopatu non imprimitur alius caracter ab ordine preſbyterij. Vnde notatur .lij. di. c. ſollicitudo. ꝙ ſi in epiſcopatu imprimeretur caracter alius a .vij. ordinibꝰ poſſet quis fieri epiſcopus per ſaltum quia poſſet fieri epiſcopus non factus ſacerdos ſicut poteſt fieri preſbyter non factus dyaconus. quia in quolibꝫ ordine imprimitur diſtinctus caracter quod tamen non eſt. quia vt ibi dicitur non poteſt fieri epiſcopus qui non habet caracterem ſacerdotalem. Nam ſicut omnes caracteres qui imprimuntur in ordinibus et in ſacramento confirmationis preſupponitur caracterem baptiſmalem. ita ꝑfectio caracteris que imprimitur in epiſcopatu preſupponit caracterem ſacerdotalem. Si ergo in papatu imprimeretur caracter aut eſſet diſtinctꝰ a caractere .vij. ordinum. et ſic ordo preſbyterij non teneret ſeptimum ordinem vt ſupradictum eſt. aut eſſet ꝑfectio caracteris ſacerdotalis vel epiſcopalis et ſic non poſſet fieri aliquis papa niſi eſſet epiſcopus vel ſacerdos quod eſt falſum. quia poteſt eligi aliquis in papam qui non ſit nec epiſcopus nec ſacerdos et erit verus papa quantum ad poteſtatem iuriſdictionis licet non quantum ad omnem poteſtatem ordinis.

¶Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ epiſcopatus eſt ordo et non eſt ordo. Nam ſi loquamur de poteſtate ordinum quantum ad diſtinctionem ſic non eſt alia poteſtas in preſbytero quam in epiſcopo cuꝫ in ſacramento ordinis ordo preſbyterij teneat ſeptimum gradum. Jdem enim caracter et eadem poteſtas ſpiritualis que eſt in preſbytero eſt et in epiſcopo ſed vt eſt in preſbytero eſt modo imꝑfecto et modo paruo. Vt vero eſt in epiſcopo eſt modo ꝑfecto et modo magno. quia per illam poteſt ſibi ſimilem generare vt alios ſacerdotes et alios epiſcopos ordinare et conſecrare quod non poteſt ſimplex preſbyter. Vnde ſicut eadeꝫ poteſtas generatiua eſt in puero et in eo facto viro. ſic eadem poteſtas eſt in preſbytero et ipſo facto iam epiſcopo. ſed bene eſt ordo quantum ad ipſius poteſtatis ꝑfectionem quia cum alia ꝑfectione eſt dicta poteſtas in epiſcopo quam in preſbytero. ſed ſupra ordinem epiſcopatus non imprimitur aliqua poteſtas ordinis que ſit alia in diſtinctione ab illa que imprimitur in ſeptem ordinibꝰ neqꝫ ſit alia in ꝑfectione ab illa que imprimitur in epiſcopatu.

¶Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ poteſtas clauium et poteſtas ligandi et ſoluendi. et poteſtas diſcernendi que cum reſpiciat corpꝰ chriſti miſticum importat poteſtateꝫ iuriſdictionis. Vnde ideo ſingulariter fuit data Petro quia ab eo deriuanda erat in omnes alios. ſed poteſtas ordinis immediate fuit data a chriſto omnibꝰ apoſtolis. ideo non poteſt per hominem auferri nec tolli poteſtas autem iuriſdictionis tolli poteſt aut per voluntariam ceſſionem aut per depoſitionem.

¶Ad tercium eſt dicendum ꝙ poteſtas pape diſtincta eſt ab omnibꝰ quia ſolus ipſe aſſumptus eſt in plenitudine poteſtatis totiꝰ eccleſie. non tamen talis diſtinctio dicit alteriꝰ poteſtatis ordinis perfectionem vel diſtinctionem aliam ab alia que imprimitur in ſeptem ordinibꝰ et in epiſcopatu. quia nihil poteſt papa in poteſtate ordinis niſi quantum poteſt preſbyter vel ſimplex epiſcopus. Dicit ergo talis diſtinctio poteſtatis aliam iuriſdictionem ſolum.

Ad ſecundum ſic ꝓceditur. Videtur eniꝫ ꝙ papa poſſit renunciare non obſtante ꝙ papatꝰ vt videtur eſt nomen ordinis ⁊ non iuriſdictionis quod ꝓbatur. quia ſi papatus eſſet nomen iuriſdictionis ſolum tunc laicus poſſet eligi in papam cuius contrarium dicitur .lix. di. vbi habetur ꝙ cuiuſlibet meriti ſit laycus ad ſummum ſacerdotium non aſpiret.

¶Preterea epiſcopatꝰ eſt nomen ordinis. vt ſupradictum eſt. ſed papa ſcribit ſe epiſcopum ſeruum ſeruoꝝ dei. ergo papatus nomen ordinis eſt et non iuriſdictionis tantum.

¶Preterea ſummus ſacerdos preſupponit minorem ſicut ſuperlatiuus preſupponit poſitiuum et comparatiuum. ſed papa eſt ſummꝰ ſacerdos ergo papatus eſt nomen ordinis et non iuriſdictionis.

¶Jn contrarium eſt. quia ſacerdos non poteſt deſinere eſſe ſacerdos. nec epiſcopꝰ poteſt deſinere ꝙ non ſit epiſcopus. ſed papa poteſt deſinere ꝙ non ſit papa per renunciationem vel per depoſitionem ſi comprehenderetur in hereſi. ergo eſt nomen iuriſdictionis et non ordinis.

¶Reſpon. Dicendum ꝙ inter poteſtatem ordinis et poteſtatem iuriſdictionis quantuꝫ ad preſens quatuor differentias poſſumus aſſignare.

¶Prima quia poteſtas ordinis eſt incorruptibilis et immutabilis. Poteſtas vero iuriſdictionis eſt mobilis et tranſitoria. Nam poteſtas ordinis vel dicit caracteris impreſſionem vel caracteris ꝑfectionem. ſed tam caracteris impreſſio quam caracteris ꝑfectio indelibiliter ineſt anime cui imprimitur et remanet in anima ſeparata non quantum ad hunc vſum qui eſt corpus chriſti conficere qui eſt vſus caracteris ſacerdotalis nec quantum ad hunc vſum qui eſt ſacerdotes ordinare qui eſt vſus ꝑfectionis caracteris epiſcopalis. Sed quantum ad hunc vſum qui eſt decor et gloria quantum ad ſaluatos vel vituperium et confuſio quantum ad damnatos. non enim poſſet poteſtas ordinis auferri vel tolli ab ipſo ordinato ſine iniuria ſacramenti. Vnde ſi degradetur ſacerdos vel deponatur epiſcopus adhuc ſi ſacerdos conficit corpus chriſti confectum eſt ⁊ ſi epiſcopus ordinat ſacerdotes reordinandi non ſunt. Sed poteſtas iuriſdictionis mobilis eſt et tranſitoria quia poteſt auferri ab homine vel ſui arbitrij libertate cum poſſit homo renunciare ſuo iuri abſqꝫ iniuria alicuius. ſicut eniꝫ nulli facit iniuriam qui vtitur iure ꝓprio. ita nulli facit iniuriam qui renunciat et cedit ſue iuriſdictioni vel ſuperioris poteſtate vt ſi forte faciat contra legem a ſuperiore datam ex cuius tranſgreſſione debeat tali iuriſdictione priuari.

¶Secunda differentia eſt quia poteſtas ordinis per ſe reſpicit corpus chriſti verum quia ipſuꝫ corpus chriſti conficere poteſt quantum ad poteſtatem ſacerdotalem vel fideles ordinare vt corpus chriſti poſſint conficere quantum ad poteſtatem epiſcopalem Sed poteſtas iuriſdictionis magis reſpicit corpus chriſti miſticum quia exequi poteſtatem ordinis in ipſos fideles a peccatis ligando vel ſoluendo conuenit alicui per poteſtatem iuriſdictionis

¶Tercia differentia eſt. quia poteſtas ordinis non recipit magis et minus. nam poteſtate ordinis vt dicit caracteris impreſſionem omnes ſacerdotes ſunt equales in ſacerdotio et omnes dyaconi ſunt equales in dyaconatu. et ſic de alijs Similiter de poteſtate ordinis vt dicit caracteris perfectionem omnes epiſcopi ſunt equales in epiſcopatu. Sed poteſtas iuriſdictionis recipit magis et minus: quia in tali poteſtate vnꝰ ſacerdos poſſꝫ eſſe maior alio. et vnus epiſcopꝰ maior alio epiſcopo. et ſupremus in ordine epiſcoporum eſt ipſe papa qui indefinitam iuriſdictionem habens omnibꝰ habet taleꝫ poteſtatem iuriſdictionis diffinite taxare ⁊ determinare.

¶Quarta differentia eſt. quia vna iſtarum poteſtatum poteſt conferre ſine alia. Nam ſi epiſcopus ordinat aliquos religioſos in ſacerdotes dat eis omneꝫ poteſtatem ordinis. non tamen confert eis poteſtatem iuriſdictionis cum de iure communi non conueniat eis cura animarum. Similiter ſi papa confert prebendam aliquam alicui dat ei poteſtatem iuriſdictionis non tamen confert ei poteſtatem ordinis. quia ſi forte eſt puer diſpenſat cum eo ſuper defectum ſcientie et etatis. Ex iſtis ergo quatuor differentijs patet ꝙ papatus eſt nomen iuriſdictionis et non ordinis.

¶ Primo quia poteſt cedere papatui vt non ſit papa. ſed non poteſt cedere ꝙ non ſit ſacerdos vel epiſcop⁹ que ſunt nomina poteſtatis ordinis.

¶ Secundo quia in papatu nullus eſt ſimilis vel eq̄lis ſibi. Sed in poteſtate epiſcopali vel ſacerdotali omnes epiſcopi et ſacerdotes ſunt ſibi equales.

¶ Tercio quia papa vt papa non habet poteſtatem ſuꝑ corpus chriſti verum. Nam ſi papa nō eſſet ſacerdos non poſſet xp̄i corpus conficere. nec poſſet fideles in ſacerdotes ordinare vt dominicū corpus cōficerent ſi non eſſet epiſcopus quantumcunq̄ eſſet verus et legitim⁹ papa.

¶ Quarto quia poſſet habere omnē poteſtatem pertinentē ad papam et tamē carere poteſtate ordinis.

¶ Ad primū ergo eſt dicendū ꝙ laicus ſine litteratura quātumcunq̄ polleret ſanctitate vite non debet aſpirare ad ſummū ſacerdotiū quia electio non caderet ſuper materia cōgrua. Si tamen litterat⁹ eſſet et alia conditio non obſtaret puto ꝙ ſuppoſito ꝙ eſſet laicus et non eſſet conſtitutus in ſacris electus in papam eſſet verus papa et haberet omnē poteſtatē iuriſdictionis papalis cum etiam de alijs dignitatibus ſcribatur extra de eta. et quali. prefi. ꝙ in minoribus ordinibus conſtituti poſſunt aſſumi ad prelationē dummodo tales ſint ꝙ infra breue tempus poſſint in preſbyteros vel epiſcopos ordinari.

¶ Ad ſecundū eſt dicendū ꝙ papa vocat ſeipſum epiſcopū ſeruum ſeruoꝝ dei quia ſi nō eſt epiſcopus quādo in papam eligitur vel p̄ſbyter debet in preſbyterū ordinari et in epiſcopū conſecrari ꝑ Hoſtienſem. et hoc magis conuincitur ꝙ papa magis ſit nomē iuriſdictionis q̄ ordinis. quia ipſo papa exiſtēte papa ſimplex epiſcop⁹ eſt maior eo poteſtate ordinis. quia ſcd̄m apoſtolū ad Hebre. Abſq̄ vlla contradictione ſemꝑ quod minus eſt a maiori benedicitur. eoipſo ergo ꝙ papa exiſtens papa conſecratur et benedicit ab hoſtienſi. ſequit ꝙ ſimplex ep̄us ſit maior eo poteſtate ordinis.

¶ Ad terciuꝫ eſt dicendū ꝙ eſſe papam et eſſe ſummū ſacerdotē duo poteſt importare vel ipſius poteſtatis ordinis impreſſioneꝫ. et ſic omnes epiſcopi ſunt ſummi ſacerdotes quia poteſtatem ſacerdotalē habent ꝑfectā et in ſupremo gradu in quo poteſt haberi. et quantū ad ad hoc dato ꝙ papa ſit epiſcopus non eſt magis ſummus ſacerdos q̄ vnus alius epiſcop⁹ vel poteſt dicere dicte poteſtatis executioneꝫ. et ſic ſolus papa eſt ſumm⁹ ſacerdos. quia ſolus ipſe poteſt ipſam exequi et executioni mandare indefinite et vniuerſaliter.

Ad tercium ſic ꝓceditur. Videtur eniꝫ ꝙ ex quo papatus eſt a ſolo deo non poſſit papa renūciare. quia quod eſt a ſolo deo non poteſt tolli per aliqueꝫ qui non ſit deus. ſed papatus eſt a ſolo deo ergo ꝑ nullum poteſt tolli qui non eſt deus.

¶ Preterea qui non dat poteſtatē aliquā nō poteſt illam auferre. Sed nullus homo poteſt dare papatū. ergo nullus homo poteſt auferre ex ſeipſo. ergo papa non pōt renunciare.

¶ Preterea nulla virtus increata et ſuperior poteſt tolli per virtutem creatam inferioreꝫ. ſed papatus eſt virtus increata et ſuperior omni alia. ergo per nullam virtutem inferiorē poteſt tolli.

¶ In contrarium eſt. quia anima rationalis a ſolo deo corpori infundit et tamē opere humano a corpore poteſt tolli et ſeparari.

¶ Preterea papatus pōt eſſe in hac perſona vel in illa per conſenſum eligentiū et ipſius electi. ergo per eius diſſenſum pōt ab iſta perſona vel ab illa ſeparari papatus. q̄r per illa per que res conſtruit per illa contrario modo facta deſtruitur ⁊ corrumpitur.

¶ Reſpon. Dicendū ꝙ queſtio p̄ſupponit papatum eſſe a deo. et querit an per hoc papa ex ſeipſo poſſit renūciare. rationabiliter autē preſuponit papatū eſſe a deo. Nam quatuor modis poſſum⁹ dicere quantū ad preſens ſingulariter papatū eſſe a deo.

¶ Primo quidē cauſaliter ⁊ effectiue quāuis eniꝫ omnis poteſtas vniuerſaliter ſit a deo. vt dicitur ad Roma. xiij. ſingulariter tamē papalem poteſtateꝫ deus Petro tribuit. Unde ſuꝑ illo verbo Math. xvi. Tibi dabo claues regni celorum. dicit Criſo. Filius qui patris eſt et ipſius filij poteſtatem Petro vbiq̄ terrarū conceſſit. Et homini mortali q̄ in celo ſunt dedit auctoritatē dei vt ꝑ poteſtateꝫ clauiū vbiq̄ terrarum eccleſiam amplificaret.

¶ Secundo materialiter et ſubiectiue. quia ſi omnis poteſtas innitit poteſtati diuine tanq̄ fundamento. ſingulariter tamē poteſtas papalis fundata eſt ſuꝑ chriſtum. Iuxta illud apoſtoli. Fundamentum nemo ponat preter illud quod poſitū eſt quod eſt chriſtus ieſus. Et Criſoſto. dicit ſuꝑ Math. ꝙ ideo xp̄s dixit. Non ſuper petꝝ ſed ſuper petram fundatā eſſe eccleſiam. quia nō ſuper homines ſed ſuper fidem chriſti poteſtatē eccleſie fundauit.

¶ Tercio formaliter et quidditatiue. Nam et ſi omnis poteſtas formaliter cōſiſtit in quodā ordine ſuꝑioris ad inferiorē. Unde cum dixiſſet apoſtol⁹ omnem poteſtatē eſſe a deo. ſtatim ſubdit. que autē a deo ſunt ordinata ſunt ſingulariter tamē poteſtas eccleſie ſic eſt a deo ordinata. vt dicit Cant. iiij. ꝙ eſt terribilis vt caſtrorum acies ordinata.

¶ Quarto finaliter ⁊ gubernatiue. dicit enim Aug⁹. ſuper illo verbo. i. Corinth. ix. Nunq̄d deo cura eſt de bobus ꝙ prouidentia quidem generali deus habet curā de bobus et de omnibus creaturis. Cum dicente ꝓpha. Ipſe dat iumentis eſcam ipſorum et pullis coruoꝝ. ⁊c. Sed quandā ſingularem curam habet de ſua eccleſia quā ad creaturas irrationales non extendit. Iſtis tamen non obſtantibus quibus oſtenſuꝫ eſt papatū eſſe ſingulariter a deo poſſumus probare ꝙ papa ex ſeipſo pōt renunciare papatui tali ratione. Illud qd̓ eſt a deo homine cooperāte effectiue fundatiue ordinatiue gubernatiue pōt homine coopante his q̄tuor modis tolli et deſtrui. quod patet in naturalibus in moralibus et in artificialibus. In naturalibus quidē quia anima rationalis ſingulariter a deo infundit corpori cum null⁹ poſſit infundere et creare ipſā niſi deus. et tamē quia infundit a deo homine coopante. quia homo generat hominē et ſol. Ideo ope humano pōt anima a corpore tolli ⁊ ſeparari. In moralib⁹ vero videm⁹ ꝙ gratia ſingulariter a deo infunditur anime cooperante tamē homine. Unde ſuper illo verbo Tren. iiij. Conuerte nos dn̄e ad te et conuertemur. dicit glo. ꝙ gratia dei nō conuertimur niſi ex noſtra voluntate conuertamur. ideo ſenſus eſt. Conuerte nos per gratiā et conuertemur quantū in nobis eſt arbitrio libertatis. ſicut ergo gratie infuſio eſt a deo per hominis tamen cōſenſum et liberi arbitrij conuerſioneꝫ. ita eius ſeꝑatio poteſt eſſe per hominis diſſenſum et eius liberi arbitrij a deo auerſionem. In artificialib⁹ autem planū eſt ꝙ templum ſalomonis et tabernaculū moyſi ex mandato dei fabricata ſunt imo ſingula in tabernaculo illo operata deo ſingulariter dictāte et precipiente facta ſunt. et tamē quia cooperāte homine om̄ia illa fabricata ſunt. Ideo cooperante homine omnia illa ſunt corrupta. Simili ergo modo nō obſtante ꝙ papatus ſingulariter ſit a deo tamen q̄r non eſt a deo in iſto homine vel in illo niſi coopante eius conſenſu et eius volitione ideo pōt ab eo tolli cooperāte eius diſſenſu et volitione.

¶ Ad rationes ergo in oppoſitū eſt dicenduꝫ ꝙ omnes ille tres rationes ex vno fundamēto procedunt quia omnes arguunt papatuꝫ non poſſe tolli q̄r eſt a ſolo deo ꝙ ſi arguant ſic eſſe a ſolo deo q̄ non coopante homine planū eſt ꝙ falſū aſſumunt. Si vero ſic arguāt eſſe a deo papatū ꝙ tamen coopetur homo tunc per ſuperius dicta planū eſt ꝙ que ſic ſunt a deo cooperante homine per hominē tolli poſſunt.

Ad quartum ſic ꝓceditur. Videtur eñ ꝙ poſt votum emiſſuꝫ de cura habenda ipſi⁹ eccleſie papa renunciare nō poſſit. quia fortius eſt vinculum ſpirituale q̄ carnale ſicut ſcribitur extra de tranſla. epi. c. inter corporalia. Sed poſt cōſenſum cōtractum per verbuꝫ de preſenti vinculū matrimoniale tolli nō poteſt. ergo eodem modo vinculū ſpirituale contractum inter papam et eccleſiā poſt votū emiſſum de cura habenda tolli nō valet.

¶ Preterea votum eſt ꝓmiſſio facta ſoli deo Sed papa votuꝫ emittit de cura habenda de eccleſia eoipſo ꝙ papatū ſuſcipit. ergo per nullum alium abſolui pōt alligatus voto niſi per deum.

¶ Preterea nullus ligatus poteſt ſeipſuꝫ abſoluere. ſicut nulla res ſeipſaꝫ generat. vt dicit Aug⁹. i. de trini. ſed papa ſuſcepto papatu ligatus eſt lege diuina ad curam habendam de grege ſibi cōmiſſo. ergo a tali lege ſeipſum abſoluere non poteſt.

¶ In contrarium eſt. quia ſcribitur. xxij. q. iiij. auctoritate yſidori. In malis ꝓmiſſis reſcindēda eſt fides et in turpi voto mutandū eſt decretum. ſed videtur eſſe turpe votum ꝙ homo obligat ſe ꝑpetuo ad illud quod perficere nō poteſt ſalua ꝯſcientia et reipublice vtilitate. ergo cum papa videt ſe impotentē et inſufficientem ad curam habēdam de eccleſia videtur ꝙ licet ſibi voti ꝓmiſſionem non implere.

¶ Reſpon. Dicendum ꝙ tam votum q̄ iuramentum tres comites debet habere. veritatem iudicium et iuſticiam. Exponitur auctoritate Hieroni. xxij. q. iiij. Eſt enim votum ꝓmiſſio facta deo. Sed quando talis promiſſio eſt iuramento firmata eſt votum et iuramētum. qd̓ quidem ex parte vouentis requirit veritatē cognitionis. vt illud quod homo vouet vel iurat non repugnat veritati ſue conſcientie. Ex parte vero modi vouendi vel iurandi requi-

rit iudicium diſcretionis. vt illud quod homo
vouet vel iurat non ſit incautũ vel indiſcretũ.
Sed ex parte rei de qua fit votũ vel iuramen
tum requirit iuſticiã debite implecionis vt fiat
de tali re votum vel iuramentũ quam homo te
neatur ꝛ poſſit implere abſq alterius piudicio
et abſq detrimẽto reipublice. In tali ergo vo/
to ꝙ papa emittit de cura habẽda ipſius eccle
ſie. etiam ſi non ponit intelligitur conditio bo/
na debita et honeſta. puta ꝙ talem curã habe
bit quãdiu officiũ retinebit non vſq ad mor
tem. quia ſic tale votum obligaret eum ad in /
poſſibile cũ poſſet demens fieri et aliquã infir
mitatem incurrere per quã redderet impotens
ad talem curã habendam. et per cõſequens ta
le votum careret iudicio diſcretiõis. Similiter
ſi conſpiceret ſe inſufficientẽ. et talem curã vel/
let exercere contra remorſum conſcientie careret
tale votum veritate cognitiõis. vlterius ſi con
ſpiceret rempublicam per ſuum officium male
tractari. et ſub eius regimine eccleſiã languere
tale votũ caderet ſuper re iniuſta et iniqua quã
homo non tenet per votum implere ſed potꝰ
in ea decretũ mutare. quia vt ſcribit. xxij. q. iiij.
Tollerabilius eſt ſtulte pmiſſionis vota retice
re ꝙ crimen cõmittere et per conſequẽs tale vo
tum careret iuſticia debite obſeruationis. Pu
to ergo eſſe dicendũ ꝙ non obſtante voto et ob
ligatione pdicta papa renunciare poteſt.

¶ Ad primum ergo eſt dicendũ ꝙ vinculum
ſpirituale fortius eſt ꝙ carnale dignitate et per
fectione non autem temporis duratione. quia
planũ eſt ꝙ epiſcopꝰ de eccleſia cum qua con/
tractum eſt matrimoniũ ſpirituale põt transfer/
ri ad aliam eccleſiã. ſicut patet extra de tranſla.
epi. ſed nõ poteſt vir transferri de vna vxore ad
aliam vxorẽ illa viuente. Vel poteſt dici ꝙ eſt
fortius diſtrictione non autem ppetua obliga/
tione. quãdiu enim durat fortius ſtringit vin/
culum ſpirituale ꝙ carnale eo ꝙ maiorẽ curam
debet habere epiſcopꝰ de eccleſia ꝙ vir de vxo
re. non tamẽ tenetur ppetuo talem curã habe/
re epiſcopus de eccleſia ſicut vir de vxore. eo ꝙ
dimiſſio vxoris. licet eſſet bonũ particulare et
bonum huic eſſet tamen malum vniuerſale et
malum reipublice. E conuerſo dimiſſio cure ec
cleſie ſi papa eſſet impotẽs vel inſufficiẽs. quã
uis forte eſſet malum huic et malum particula
re eſſet tamen bonũ vniuerſale et bonum pro
tota vniuerſalitate eccleſie.

¶ Ad ſecundũ eſt dicendum. ꝙ ſemp in votis
et iuramentis etiã non appoſita intelligit con/
ditio debita et honeſta obligatio ergo qua pa
pa obligat ſe ad habendã curam de eccleſia in
cludit in ſe hanc conditionẽ quamdiu cum ſuf
ficiencia et potencia hanc curam exercere valet.
Poteſt enim papa renunciando mereri et de/
mereri. qui ſi ſcit et poteſt curam habere de ec /
cleſia renunciãdo demeretur potiſſime quia et
tali renunciatione quandoq ſcandalũ incurri
tur. Si vero neſciat nec poteſt renũciando me/
retur. nec puto ꝙ pppter ſcandalum talẽ renun/
ciationem dimittere debet. quia ſcdm Hiero.
Veritas doctrine et ſanctitatis vite et equitas
iuſticie propter ſcandalum paſſiuũ obmittẽda
non ſunt.

¶ Ad [illegible]cium eſt dicendũ. ꝙ ſi illa ratio argu
at de ligatione et abſolutione a culpa tunc nõ
eſt ſimile ꝙ homo ligatus per abſolutionem a
culpa aſcendit per renunciationẽ vero et p ab/
ſolutionem a papatu deſcendit. Planũ eſt au
tem ꝙ homo per ſeipſum non poteſt aſcendere
ſed bene per ſeipſum poteſt deſcẽdere. Vel po
teſt dici ꝙ ad abſolutionẽ vel ligationẽ requi
ritur poteſtas ordinis ſcdm quam ex precepto
dei tenetur homo ab altero abſolutionẽ recipe
re. Iuxta illud Iacobi. Confitemini alterutrũ
peccata veſtra. Sed renunciatio et abſolutio a
papatu ptinet ad poteſtatẽ iuriſdictionis quã
ſicut papa per ſeipſum recepit cõſentiendo eiꝰ
electioni. ita per ſeipſum poteſt dimittere et ab
ea ſeipſum abſoluere ꝯſentiendo eius ceſſioni

Ad quintũ ſic proceditur. Videtur enĩ
ꝙ poſt confirmationẽ et amminiſtra/
tionem papa renunciare non poſſit.
quia vt ſcribitur extra de tranſla. epi. caplo. in
ter corporalia. epiſcopus poſt confirmationẽ
et conſecrationẽ non poteſt cedere. poteſt enim
vt ibi dicitur a metropolitano cõfirmari et con
ſecrari non tamẽ poteſt niſi per ſummũ pontifi
cem ꝯdemnari vel deponi. cum ergo papa nul
lum ſuperiorẽ habeat in cuius manibus reaſſi
gnet. videtur ꝙ poſt confirmationem et ammi
niſtrationem non poſſit papatui cedere nec re/
nunciare.

¶ Preterea que ſunt iuriſdictiõis poſſunt tol
li et auferri non niſi per ſuperiorem. Sed poſt
confirmationẽ et adminiſtrationẽ papa acqui
rit iuriſdictiõnem. ergo poſt talem confirmatio/
nem non poteſt ab eo tolli.

¶ Preterea ſacerdos per conſenſum recipit ca
racterem. et epiſcopꝰ perfectionẽ caracteris. et
per diſſenſum eius ſacerdos nõ poteſt perdere
caracterẽ. nec epiſcopus pfectionem caracteris
ergo eodem modo quãuis papa per eius con
ſenſum recipiat papatũ. per eius tamẽ diſſen/
ſum non poterit papatũ dimittere.

¶ In contrariũ eſt ꝙ papa ſtatim cum conſen
tit ſue electioni eſt confirmatus et ſtatim poteſt
adminiſtrare. ergo ſtatim cum diſſentit eiꝰ ceſ/
ſioni ſtatim eſt depoſitꝰ. et ſtatim debet ammi
niſtratione ceſſare.

¶ Reſpon. Dicendũ ꝙ ad ſoluendum iſtam
queſtionẽ facienda eſt duplex diſtinctio quarũ
vna eſt ꝙ eſt ratio ꝙ poteſtas ordinis poſt eiuſ
receptionẽ tolli non põt. ſed poteſtas iuriſdi/
ctionis poſt eius receptiõnem tolli põt. Scda
eſt quare ſolum in electiõe pape habet locũ ꝙ
ſicut ſeipſm ꝯfirmat. ita ſeipſum põt [illegible]eponere

¶ Propter primum eſt intelligendũ ꝙ quan/
doq intelligit eſſe prohibitũ illud qd non eſt
conceſſum. quãdoq vero econuerſo intelligit
illud eſſe conceſſum qd nõ inuenit pbibitũ. Et
quãuis iuriſte dicant ꝙ prima regula tenet in
his qui ſunt ſtricti iuris. Scda vero tenet in
alijs. Poſſumus tamẽ dicere quantũ ad pre/
ſens occurrit ꝙ quandoq negociũ de quo agi
tur eſt ſupra actionẽ cauſe et ſupra naturã rei
et tunc illud intelligit eſſe prohibitũ quod nõ
eſt conceſſum vel eſt potentie ſupioris reſerua
tum ſicut patet in naturalibꝰ et moralibꝰ. In
naturalibꝰ quidem. Nam quia ambulare ſup
mare ſiccis pedibꝰ eſt ſupra actionẽ cauſe et ſu
pra naturã rei. ideo in talibus niſi alicui eſſet
ſpecialiter hoc cõceſſum ſicut fuit Petro intelli
gitur eſſe pbibitũ vel potentie ſupioris agen
tis reſeruatũ. In moralibꝰ vero. Nam qꝛ ordi
nare totã eccleſiam quantũ ad omnes gradus
dignitatũ et depoſitio et tranſlatio epõꝝ vel
etiam ceſſio et confirmatio ipſoꝝ ptinet ſolum
ad romanũ pontificẽ qui eſt caput totius eccle
ſie. ideo cõfirmatio vel renunciatio ipſoꝝ epõ
rum et aliorũ prelatoꝝ eſt ſupra actionẽ et ſu/
pra naturã omnium illoꝝ qui ſunt infra papã
quorũ confirmatio et renũciatio non valet nec
tenet niſi ſcdm ordinationẽ et conceſſionẽ ipſiꝰ
vt qd non eſt per eum in talibus cõceſſum intel
ligitur eſſe pbibitum vel potentie ipſiꝰ pape
immediate reſeruatũ. Unde quia non eſt con/
ceſſũ metropolitano ꝙ poſſit ipſius epĩ renun
ciationem acceptare ſicut eius electionẽ confir/
mare. Ideo intelligit eſſe hoc pbibitũ vel po
tentie pape immediate reſeruatũ. Quandoq
vero negociũ de quo agit non eſt ſupra actio /
nem cauſe nec ſupra naturã rei. Et tunc in tali/
bus intelligit eſſe cõceſſum qd non eſt pbibi/
tum. Unde qꝛ aliquos ſubeſſe ꝛ aliquos peſſe
in eccleſia nõ eſt ſupra actionẽ cauſe nec ſupra
naturã rei. immo naturale eſt ꝙ vigentes intel
lectu preſint. et potentes viribus corporalibus
ſubſint vt dicit phs. Ideo in talibus intelligi
tur eſſe conceſſum qd non eſt pbibitum. Cum
ergo talis poteſtas ordinis que dicit caracteris
impreſſionẽ vel caracteris perfectionẽ ſit ſupra
actionẽ cauſe et ſupra naturã rei. quia illud na
tura rei nõ patitur ꝙ aqua tangens corpꝰ exte
rius mundet animã interius a culpa imprimẽ
do caracterem baptiſmalẽ vel ꝙ ſacerdos per
impreſſionẽ caracteris poſſit conficere corpus
chriſti. vel ꝙ epũs habens pfectionẽ caracteri
poſſit ſacerdotes ordinare. Ideo in omnibus
talibus qd non eſt cõceſſum intelligit eſſe pro
hibitum vel potentie diuine immediate reſer/
uatum. Poteſtatẽ ergo ordinis cõceſſit chriſtꝰ
miniſtris eccleſie poſſe cõferre. ſed non cõceſſit
eis poſſe auferre. ideo per hominẽ poteſtas or
dinis tolli non põt. Sed quia poteſtas iuriſdi
ctionis qua vnꝰ preeſt alteri nõ eſt ſupra actio
nem cauſe nec ſupra naturã rei. Ideo in hoc in
telligitur eſſe conceſſum qd non eſt pbibitum.
Et quia pbibitum non eſt ꝙ homo ſuo iuri re
nunciare nõ poſſit. Ideo iſtud intelligitur eſſe
cõceſſum. vt ſicut homo p ſuum liberũ conſen/
ſum poteſt onus et curam aliorum ſuſcipe. ita
ꝙ per diſſenſum poteſt illud onus deponere ꝛ
illi cure renũciare. Et per conſequẽs poteſtas
iuriſdictionis ſicut per hominẽ poteſt acquiri.
ita per hominẽ poteſt tolli et perdi.

¶ Et ſi querat an papa poſſit facere ſtatutum
prohibens ꝙ papa renũciare non poſſit. puto
eſſe dicendũ ꝙ tale ſtatutũ eſſet contra veritatẽ
et contra reipublice vtilitatẽ. Nullus enim du
bitare debꝫ quin talis poſſit eligi in papã qui
nec ſciencia nec experiencia ſufficiens eſſet ad re/
gendum totã eccleſiam ſicut aliquãdo dictum
eſt. Unde ſi ſibi renũciare non liceret faceret cõ
tra veritatẽ ſue conſcientie. et quo eccleſia lan/
gueret ſub regimine ſuo eſſet tale ſtatutum con
tra cõmune bonũ totius eccleſie. Eo ergo mo/
do dicendũ eſt papam tale ſtatutũ facere non
poſſe. quomõ dicit aplus. ij. Corinth. xiij. Nõ
poſſumꝰ aliquid aduerſus veritatẽ ſed pro ve
ritate. Propter ſecundũ eſt intelligendũ ꝙ in
electionibꝰ aliorum prelatorũ quia ſuperiorẽ
ſe recognoſcunt nec per ſeipſos ſe confirmant.
nec per ſeipſos ſe deponũt. ſed quia papa in/
ter homines ſupiorem ſe nõ habet. Ideo ſicut
cõſentire electiõni de ſe facte eſt eius cõfirmatio
qꝛ ſtatim habet omnẽ papalẽ iuriſdictionẽ. ita
renunciare et diſſentire eius iuriſdictiõi eſt eius
depoſitio. Unũ loquẽdo de ꝯfirmatiõe viſibili

que fit per hominē ſicut papa per ſeipſum confirmat eius electioni cōſentiendo. ita ſeipſum deponit eius iuriſdictōni renunciando.

¶ Ad primū ergo eſt dicendū ꝙ confirmatio et depoſitio et tranſlatio epiſcoporū pertinet immediate ad papā vt in illa decretali dicitur. Unde quia per papā conceditur metropolitano ꝙ poſſit epiſcopū confirmare non autem ꝙ poſſit eius renunciatiōem acceptare. Hinc eſt ꝙ renunciatio epiſcopi non tenet ſi fiat coram metropolitano poſſet tamē papa ſi vellet concedere vnum ſicut concedit reliquum.

¶ Ad ſecūdum eſt dicendū ꝙ de prelatis qui ſuperiorē habent. veritatē habet ꝙ illa q̄ ſunt iuriſdictionis ab eis tolli non poſſunt niſi per ſuperiorem. Sed quia papa ſupra ſe nō recognoſcit aliquē per quem opere humano poſſit confirmari vel deponi. Ideo ſicut per ſeipſum humano opere poteſt ſe confirmare. ita per ſeipſum poteſt renunciare.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ tam caracteris impreſſio ꝙ̄ caracteris pfectio eſt ſupra actionē cauſe et ſupra naturā rei. et ideo dato ꝙ ſacerdos vel epiſcopus recipiat caracterē vel perfectionē caracteris ſuſcipiendo ſacramentū ordinis per eorum conſenſum non poſſūt tamen predicta ab eis auferri per eoꝝ diſſenſum.

Ad ſextum ſic pceditur. Videtur enim ꝙ quia ſacerdotiū pape eſt eternū renunciare non poſſit. Nam magis eſt eſſe ſummū ſacerdotem ꝙ̄ ſimplicem ſacerdotem. Sed ſimplex ſacerdos nō poteſt deſinere ꝙ non ſit ſimplex ſacerdos. ergo multo magis ſummus ſacerdos non poteſt deſinere quin ſit ſemꝑ ſummus ſacerdos.

¶ Preterea apl's dicit ad Hebre. vij. ꝙ chriſtꝰ viuit in eternū eo ꝙ habet ſempiternū ſacerdotium. non poteſt igitur eſſe vita ſummi pontificis ſine ſempiterno ſacerdotio. ſed ſi ipſe ſummus pontifex poſſet renūciare ipſo viuente nō haberet ſempiternū ſacerdotiū. non ergo videt ꝙ poſſit renunciare.

¶ Preterea dicit Hilarius papa. et ponitur xv. q. i. c. nulli fas ſit. Nos potentiſſimi ſacerdotes adminiſtramꝰ officium potentiſſimi ſacerdotis pura chriſti quod fuit eternū. ergo officium ſummi ſacerdotis ſimiler eſt eternū.

¶ In contrariū eſt. quia papa nō eſt ſummus ſacerdos niſi quādiu viuit. ſed non ſemꝑ viuit ergo non ſemꝑ eius ſacerdotiū durat in eternū ꝓpter ſempiternitatē ergo ſacerdotij nō poteſt argui ꝙ papa renunciare non poſſit.

¶ Reſpon. Dicendū ꝙ primo diſtinguendū eſt de ſacerdotio. Nam triplex eſt ſacerdotium ſimplex. magnum. et ſupremum.

¶ In primo gradu ſunt omnes ſimplices ſacerdotes qui poſſunt per caracteris ſacerdotalis impreſſionem corpus chriſti conficere.

¶ In ſecundo vero ſunt omnes epiſcopi qui pfectionem caracteris habent et poſſunt alios in ſacerdotes et epiſcopos cōſecrare. Unde de quolibet epiſcopo dicitꝰ. Ecce ſacerdos magnus.

¶ Sed in tertio gradu ſolū eſt ipſe papa qui vt habet caracteris ſacerdotalis impreſſionē eſt ſacerdos vt vero habet caracteris pfectionē eſt ſacerdos magnus et vt habet ſuꝑ totam eccleſiam vniuerſalem iuriſdictionē eſt ſacerdos ſupremus. Hoc viſo poſſumus dicere ꝙ ſacerdotium chriſti fuit eternū ratione perſone offerentis et ratione rei oblate ⁊ ratione vnius paſſionis cōmemorate. Planū eſt enī ꝙ perſona illa que obtulit ſe ī ara crucis eterna fuit. Corpus ſimiliter chriſti oblatū in cruce eternū eſt paſſio ſimiliter ſua effectū eternum habet. quia ſi crucifixus eſt ex infirmitate viuit tamē ex virtute. exiſtens enī in cruce habebat effectū vite eterne. Sacerdotiū ergo pape repſentat ſacerdotiū chriſti in eternitate nō quidem quantū ad pſonam. quia planū eſt ꝙ papa non ſit illa pſona eterna que fuit xp̄s. Sed quantū ad officium quia ſicut illa pſona obtulit corpus ſuū ſub ſpecie ꝓpria in cruce. ita papa vt eſt ſacerdos vel epiſcopꝰ offert illud idem corpus ſub ſpecie panis et vini. et quantū ad hoc non ſolum ſacerdotiū pape verumetiā ſacerdotiū cuiuſlibet ſimplicis ſacerdotis et cuiuſlibet epiſcopi eſt eternū. quia caracteris impreſſio et caracteris pfectio vt dicebatur ſupra remanet in anima ſeparata. nec talia q̄ ſunt ordinis poſſunt tolli nec auferri poſt impreſſionē ipſorum Sed ex hoc non arguit ꝙ papa renunciare nō poſſit eo ꝙ poteſtas iuriſdictionis per quā papa eſt ſummꝰ ſacerdos pōt tolli et auferri ope humano ſicut ope humano poteſt conferri. nō enim pape ſacerdotiū eſt eternum ꝓpter poteſtatem iuriſdictionis ſed ꝓpter poteſtatē ordinis. Nam de eternitate poteſtatis iuriſdictiōis ſupradictum eſt.

¶ Ad primū ergo eſt dicendum. ꝙ argumentum ſumptū a maiori ad minorem non tenet niſi quando magis et minus vniformiter accipiuntur. nam maior eſt bubalus mure. tamen quantū per intrare per foramen bubalus eſt minor mure. ita licet ſummus ſacerdos ſit maior ſimplice ſacerdote ꝓpter iuriſdictionē quā habet. quantū tamen ad deſinere eſſe minor eſt ſummus ſacerdos ꝙ ſimplex ſacerdos quia ſimplex ſacerdos non poteſt deſinere eſſe ſacerdos ꝓpter caracteris impreſſionē quā habet que etiam in anima ſeparata a corpore remanet. Sed ſummus pontifex poteſt deſinere eſſe ſummus pontifex quantū ad poteſtatem iuriſdictionis quā poteſt dimittere per ſuū diſſenſum ſicut ipſam accepit per ſuū aſſenſum.

¶ Ad ſecundū eſt dicendū ꝙ vita ſummi pontificis non poteſt eſſe ſine ſacerdotio. vt ſacerdotium dicit poteſtatē ordinis que conſiſtit in corporis chriſti veri oblatione. Iſto nanq; modo ſacerdotiū chriſti fuit eternū ratione perſone offerentis et ratione rei oblate que effectum eternū habuit. et quia quilibet ſacerdos offert in pſona chriſti et cōficit eandem rem quā chriſtus obtulit. Ideo quantum ad hoc cuiuſlibet ſacerdotis ſacerdotiū poteſt dici eternū.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ officium ſummi ſacerdotis fuit ſemel ſe offerre in cruce qꝛ ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata alioquin oportuiſſet eum frequēter pati ab origine mundi. vt dicit aplus ad Hebre. ix. Sic quilibet ſacerdos ſemel offert et ſemper offert vnum et idem corpus chriſti. et ſemper facit rememorationem vnius mortis et vnius paſſionis chriſti.

Ad ſeptimū ſic procedit. Videtur enim ꝙ papam poſſe renunciare non poſſit pbari per rationes. quia non eſt conſonum ratōni ꝙ quis ſue pfectioni cedat. Sed ſtatus papalis eſt ſumme pfectionis. ergo nō eſt conſonum rationi ꝙ aliquis tali perfectioni debeat renunciare.

¶ Preterea apoſtolus dicit ꝙ qui epiſcopatū deſiderat bonū opus deſiderat. Sed ſtultum eſt et contra rationē non appetere bonū opus ergo contra rationē eſt renunciare papatui.

¶ Preterea quod a perfectis iuris legitur eſſe factum contra rationē eſt illud non ſequi. Sed de yſaia ꝓpheta legimus ꝙ ſponte ſe obtulit ad ſuſcipiendū prelationis officium quando dixit. Ecce ego mitto me. non eſt ergo conſonū rationi officium papatus refutare.

¶ In contrariū eſt. quia perfectionis eſt propriam imperfectionē recognoſcere. Iuxta illud pſal. Imperfectū meū viderūt oculi tui. Si ḡ aliquis inſufficientē ſe cognoſcat officium papatus exercere ad pfectionem eius ſpectat predicto officio renunciare.

¶ Reſpon. Dicendū ꝙ poteſtas papalis quātum ad preſens tripliciter poteſt conſiderari.

¶ Primo ratione perſone ſuſcipientis.

¶ Secundo ratiōe poteſtatis ſuſcepte.

¶ Et tercio ratione finis ꝓpter quem ſuſcipit. Et ſecundū iſta tria tribus rationibus quantū ad preſens probari poteſt ꝙ papa poſſit renunciare.

¶ Primo quidem ratione perſone que in papam aſſumitur. Nam ad ea q̄ ſunt impoſſibilia nullus debet cogi. Unde nec preceptū nec conſilium datur de impoſſibili. quia preceptū datur de re poſſibili. conſilium vero de re difficili. neutrū tamen de impoſſibili. Cum ergo cōtingere poſſit papam electum ſic fieri indiſpoſitum ad exercendum papale officiū aut ratione infirmitatis aut ratione ſenectutis. aut ratione fatuitatis. quia corrupto quodā interiori organo fantaſtico corrumpitur ipſū intelligere. vt dicitur primo de anima. vt non ſolum ſit difficile ſed etiā impoſſibile ipſum tale officiū poſſe exercere.

Ideo conſonum eſt rationi vt nulli pape daudatur via quin renūciare poſſit. potiſſime cum tale officium non coacte ſed voluntarie exercendum ſit. Iuxta illud. i. Petri. v. Paſcite q̄ eſt in vobis gregem dei nō coacte ſed ſpontanee. Super quo verbo dicit gloſa ꝙ quia hilarē datorem diligit deus. ideo non coacta ſed voluntaria ſeruitia ſibi ſunt accepta.

¶ Secunda ratio ſumitur quantū ad poteſtatem que recipit. Nam omnis virtus et omnis poteſtas que nō poteſt perpetuari in ſingulari datur multitudini. ſicut quia cōſeruatio ſpeciei humane non poteſt perpetuari in vno ſingulari. Ideo virtus generatiua data eſt multitudini vt aliqui de tota multitudine humani generis deputentur ad procurationē prolis per quā humana ſpecies conſeruetur. virtus vero nutritiua cum ſit neceſſaria ad conſeruatōnem cuiuſlibet indiuidui data eſt cuilibet ſingulariter ita ꝙ nullus poſſet renunciare virtuti nutritiue quin comedat et bibat. poteſt autē iſte vel ille renunciare virtuti generatiue quia non oēs tenentur dare de multitudine operā ad generationem prolis. Cum igitur poteſtas eccleſie ſit duplex ſcilicet iuriſdictionis et ordinis vt ſupradictū eſt. Et prima remaneat in tota eccleſia et in collegio cardinaliū. aliter ſi nullo modo remaneret mortuo papa nō poſſent ſibi de alio ꝓuidere. Secunda vero detur cuilibet homini ſingulariter per ſacramentū ordinis ad conficiendū corpus chriſti quod eſt cibus ſpiritualis quo quilibet fidelis in vita ſpirituali nutritur. relinquitur ꝙ poteſtati iuriſdictionis papa renunciare poſſit. non autē poteſtati ordinis.

¶ Tercia racio accipitur quantū ad finē qui intenditur. Nam nō eſt conſonum racioni ꝙ illud quod inſtitutū eſt pro bono reipublice contra tale bonū debeat militare. quia vt dicit iuriſconſultus in principio digeſtoꝝ. Nulla iuris racio aut equitatis benignitas patitur vt q̄ ſalubriter pro vtilitate hominū introducuntur nos ea duriore interpretacione contra ipſorū cōmodum ꝑducamus ad ſeueritatē. Cum igitur officium papatus a deo inſtitutū ſit pro vtilitate totius eccleſie non eſt conſonum racioni ꝙ ſi papa electus ad tale officium exercendum efficiatur impotēs vel ꝙ conſpiciat ꝙ ſit inſufficiens ꝙ precludat̄ via vt ipſe non poſſit renunciare et alius eligi ſufficiencior et potencior ad tantū bonum exequendum.

¶ Ad primū ergo eſt dicendū ꝙ ſicut dicit gloſa ſuper illo verbo. Geneſis. xix. Non poſſum in montem aſcendere eſt hic ciuitas parua ad quā poſſum cōfugere et ſaluari in ea. Per mōtem intelliguntur perfectionis opera ad que ſi quis non poteſt aſcendere permaneat in vita cōmuni. quāuis ergo ſtatus papalis ſit mons altus et perfectus. tamē ſi quis videt ex ſua inſufficiencia vel impotencia ꝙ non poſſit in tali monte ſaluari. Sed potius iuxta dictum illius ſancti Loth timeat ne malū cum apprehēdat et ſic moriatur. Deſcendat de tali monte et ſaluetur in ciuitate parua que eſt ſegor.

¶ Ad ſecundū eſt dicendum ꝙ ſcōm Grego. in paſtorali illo tempore appetere epiſcopatū fuit bonū opus appetere. quando quiſq; ad epiſcopatū perueniens ſecuturus erat palmā martirij obtinere. nunc aūt quia ſtatus epiſcopalis habet temporalē adminiſtracionē. et ſalutis animarum ſubditoꝝ procuracionē. ideo quāuis ab illis qui ſciunt ꝙ poſſunt talem curam habere humiliter ſit recipiendū indecenter tamen eſt appetendū.

¶ Ad tercium eſt dicendū ꝙ ſcōm Gregoriū in paſtorali in Hieremia ⁊ Iſaya ſubtiliter intuendū eſt quia Hieremias qui recuſauit plene non reſtitit. et Iſayas qui mitti noluit antē ſe per altaris calculum purgatū vidit. et quia vt ibi dicit valde et difficile purgatū ſe quemlibet poſſe cognoſcere. ideo paſtorale officiū tucius declinatur ꝙ̄ ſuſcipiatur.

Ad octauū ſic ꝓceditur. Videtur enim ꝙ papam poſſe renūciare non poſſit probari per auctoritates. Scribitur lxiii. diſtin. ꝙ electio ſummoꝝ ſacerdotū a cardinalibus et religioſis clericis debet fieri. electio vero eorū diuino eſt ſeruanda. et ibi ſubditur ꝙ electionē ſummorum ſacerdotum ſibi dominus reſeruauit. licet electionē eorum bonis ſacerdotibus et ſpiritualibus conceſſiſſet. non ergo videtur poſſe probari per auctoritates ꝙ papa poſſit renūciare ſed magis contrarium.

¶ Preterea ſcribitur. xxi. diſtin. ꝙ marcellinus epiſcopus vrbis rome poſt confeſſionē factam ꝙ in hereſim lapſus fuerat thurificando ydolum paganoꝝ. nullus tamen epiſcoporū congregatorum in conſilio fuit auſus contra eum proferre ſententiam depoſitiōis. Si ergo pro hereſi papa nō poteſt deponi. multo ergo fortius non poteſt renūciare ſi eſt fidelis.

¶ Preterea ſcribit̄ extra de tranſla. epiſ. ꝙ corporalia facilius deſtruūtur ꝙ̄ conſtruant̄. ſpiritualia vero econtra facilius conſtruūtur ꝙ̄ deſtruantur. cum ergo inter papā et eccleſiam ſit coniunctio ſpūalis. Videtur ex hoc poſſe probari ꝙ nullo modo talis coniunctio poſſit deſtrui.

¶ In contrariū eſt quod notatur. viij. q. i. et in geſtis romanoꝝ pontificū dicitur ꝙ clemēs renūciauit papatui. ergo videtur ꝙ per ſimile quilibet alius poſſet renunciare.

¶ Reſpon. Dicendū ꝙ canones et geſta ſanctorum quatuor ſummos pontifices narrāt renunciaſſe papatui Clementē Cyriacū Marcellinum et Celeſtinum: non tamen ex eodem fonte nec ex eadem radice coꝝ renunciacio proceſſit. ſed Clemens renunciauit ꝓpter mali exempli in poſterū vitaciones. Cum enim fuerit inſtitutus papa a beato Petro ne poſteris exemplū ꝑniciosum daret̄ vt quilibet poſſet ſibi eligere ſucceſſorē. et ita officiū papatus daret̄ per hereditariā ſucceſſionē et non per electionē renunciauit papatui. ⁊ poſtmodū quarto loco poſt Petrum canonice fuit electus. ſicut notatur. viij. q.

¶ Cyriacus vero reſignauit propter martirij coronacionē. Nam ſicut notatur in legenda. xi. milium virginū quando ſancta Vrſula cum alijs. xi. milibus virginibus romā venit tunc Cyriacus vrbis romane epiſcopus angelica viſione monitus. ꝙ cum illis virginibus deberet ſimul eſſe coronā martirij recepturus ſtatim congregatis cardinalibus eis reclamantibus et renitentibus papatui renunciauit Marcellinus autē renūciauit ꝓpter ydolatricā operacionē quia templū paganoꝝ ingreſſus ydolis ipſoꝝ thurificauit quod ſe feciſſe ꝯfitens corā conſilio epiſcoporū ſeipſum depoſuit dicens Ego Marcellinus ob ſcelus ydolatrie quod feci dignū comunitū iudico me deponendum ⁊ anathematiço omnes qui corpus meum tradiderint ſepulture. ¶ Ab illo tamen ſcelere ſe correxit. Quia poſtmodum ꝓ chriſto martirium ſuſcepit. vt notatur. xxi. di. ¶ Sed Celeſtinus renunciauit ꝓpter ſue imperfectionis recognitionem. Quia videns ſe impotentem ⁊ inſufficientem ad regimen eccleſie conſilio ſpiritualium ſenciſ ductus papatui renunciauit. Ab imperitis enim ⁊ in expertis tantum officium magna temeritate ſuſcipitur ⁊ retinetur. Quia ars artium eſt regimen animarum. vt dicit Gregorius in paſtora. ¶ Cum ergo omnium ſupdictoꝝ pontificum renunciacionem eccleſia habuerit ratam ⁊ acceptam. cuius ſignum eſt. quia omnes canonizauit. ⁊ ſcrip ſit in cathalogo ſanctorū auctoritate ipſius eccleſie ſatis ē manifeſtum ꝙ papa renunciare pōt.

¶ Ad primum eſt dicendum. Quod ideo electio ſummorum pontificum dicitur eſſe diuino iudicio reſeruata. quia dato ꝙ cardinales poſſint Papam eligere non tamen poſſunt ipm reicere ipo nolente. ſicut tamen eius electio nō tenet niſi per eius ꝯſenſum ita eius renunciatio requirit eius diſſenſum.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum: ꝙ ideo contra Marcellinum nullus dedit ſententiam depoſitionis: quia paratus erat ſe corrigere ⁊ in heresi non pertinaciter permanere. ¶ Vnde eius ceſſio magis debet dici renunciatio ꝙ̄ depoſitio. vt notat̄ di. ſupdicta.

¶ Ad tercium eſt dicendum. Quod quando illud quod eſt ſpirituale fit ſolum ex opere operato: Puta impreſſio caracteris baptiſmalis confirmationis ſeu ordinis tunc facilius conſtruitur quam deſtruatur. Quia conſtructio eſt conceſſa miniſtris eccleſie mediante amminiſtratione ſacramentorum. Deſtructio vero minime. Sed quando illud quod eſt ſpirituale non ſolum requirit opus operatum ſed opus operantis ſicut infuſio gratie ⁊ ꝯuerſio ad deū ad quā requirit̄ ꝓprie voluntatis arbitrium in adultis: tunc facilius deſtruit̄ ꝙ̄ ꝯſtruat̄. quia arta ē via que ducit ad vitā ⁊ lata q̄ ducit ad ꝑdicionem. Cum ergo ad papalem ptātem requirat̄ opus humanū puta ꝯſenſus ipius recipient̄ facilius talis ptās deſtruit̄ ꝙ̄ ꝯſtruat̄ qꝛ ad ꝯſtructionē requirit̄ ꝯſenſus eligentiū ⁊ ipſius electi. Ad deſtructionē vō eius ſufficit ſolū diſſenſus.

## ¶ Queſtio quinta de pape depoſitione.

Poſtea conſiderandū eſt de depoſitione. Circa quod q̄runtur octo.

Primo. vtꝝ ſolum ꝓ hereſi papa ſit deponēdus.

¶ Secundo. vtꝝ ſi ꝑ violentiam vel ignorantiam in hereſim labat̄ deponendus ſit.

¶ Tercio. vtrum ſit deponendus pro ſymonia.

¶ Quarto. vtꝝ ſit deponendus ꝓ quocumq; notorio crimine.

¶ Quinto. Vtrum ad depoſitionem eius ſit neceſſaria ꝓductio teſtium pluriū ꝙ̄ ad depoſitionem alioꝝ.

¶ Sexto. vtꝝ ad generale ꝯciliū ſpectet eius depoſitionem ꝓnunciare.

¶ Septimo. vtꝝ papa mortuus ꝓ hereſi poſſit ꝯdemnari.

¶ Octauo. Vtrum pape aperte malo ſit obediendum.

Ad primum ſic proceditur. ¶ Videtur enim ꝙ papa non ſolum ꝓ hereſi verum etiam ꝓ alijs criminibus ſit deponendus quia maiori peccato maior debet̄ pena. ſecundum illud Deutro. xxv. Pro menſura peccati erit ⁊ plagarum pondus. Sed maior pena debetur fidelibus peccantibus ꝙ̄ infidelibus. Iuxta illud apoſtoli ad Hebre. x. Quāto magis putatis deteriora mereri ſupplicia q̄ filium dei conculcauerit. ⁊ ſanguinem teſtamēti pollutum duxerit in quo ſanctificatus ē. ⁊ ſpiritui gratie contumeliam fecerit. Videtur ergo ꝙ etiā ꝓ alijs peccatis deponendus ſit.

¶ Preterea. Scribitur. vj. queſtio. j. auctoritate Auguſtini. Vtrum alicui heretico in cuius vita preter illud ꝙ hereticus eſt nō inueniāt homines quod rep̄hendant catholicum peſſimis moribus deponere debeamus non audeo p̄cipitare ſententiam. Videtur ergo quod ꝓ peſſimis moribus Papa ſit deponendus ſicut ꝓ hereſi.

¶ Preterea. Depoſitio ſemper fit a ſuperiori. Sed Papa ſuperiorem ſe non recognoſcit. Vnde cum Marcellinus Papa in hereſim eſſet lapſus epiſcopi in concilio congregati ſententiam depoſitionis contra eum non protulerunt dicentes. ¶ Noli audiri in noſtro iudicio ſed collige in ſinu tuo cauſam tuam quoniam ex te iuſtificaberis ⁊ ex ore tuo condemnaberis. Quia prima ſedes non iudicabitur a quoq;. ¶ Pro hereſi ergo Papa non eſt deponendus.

¶ In contrarium eſt quod ſcribitur .xl. di. c. Si papa. vbi dicitur ꝙ in pāā vita culpas pape nullus redarguere pſumit mortalium. Quia cunctos ipſe iudicaturus a nemine iudicandus eſt niſi depꝛehendatur a fide deuius ꝓ cuius ꝑpetuo ſtatu vniuerſitas fidelium orat.

¶ R. Dicendum ꝙ Papa dirigitur in caput totius eccleſie. Iuxta illud apoſtoli ad Ephe. i. Ipm dedit caput ſuper omnem eccleſiam que ē corpus eius. Capitis autem eſt influere vitam omnibus membris. Principium autem vite ſpūalis eſt ipſa fides. quia ſine fide eſt impoſſibile placere deo. Unde apoſtolus ad Hebre. xj. fidem dicit eſſe ſubſtantiam. i. fundamentum omnium ſperandarum rerum. Si ergo papa deuius a fide mortuus eſt ipſe vita ſpirituali. ⁊ ꝑ conſequens alijs influere vitam non poteſt. Unde ſicut homo mortuus non eſt homo ita papa depꝛehenſus in hereſi nō ē papa. ꝓpter quod ipſo facto eſt depoſitus.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum: ꝙ infidelis grauius erit puniendus ꝓ peccato infidelitatis quam alius ꝓ quocunqꝫ peccato ꝑpetrato. Sed verum eſt ꝙ ꝓ eodem peccato grauius punietur fidelis quam infidelis ꝓpter ingratitudinem in q̄ exiſtit de ſua vocatione.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ ſicut fides fundat omnes virtutes ita infidelitas fundat omnia vicia. Poteſt tamen eſſe ꝙ hereticus dato quod grauius peccet ex ipſo genere peccati. Ex aliqua tamen circumſtantia poteſt eius peccatum alleuiari. ⁊ catholicus dato quod ex ipſo genere peccati minus peccet quia fidelis eſt ex aliqua circumſtancia tamen poteſt eius peccatum aggrauari. Ideo Augu. noluit de vtroqꝫ p̄cipitare ſententiam.

¶ Ad tercium eſt dicendum: quod ſicut notat Hugu. xxj. di. Ideo epiſcopi in concilio congregati Marcellinum confeſſum de hereſi nō depoſuerunt. Quia paratus erat corrigi ⁊ ſuam ſententiam reuocare. ⁊ quando ſic eſt nec papa nec alius ꝓ hereſi deponendus eſt. ſicut p3. xxiiij. q. i. c. Dicit apl's

Ad ſecundum ſic pcedit. Uidetur enim ꝙ non ſit deponendus papa ſi ꝓpter ignorantiam vel violentiam in hereſim labatur. quia ignorantia excuſat a peccato infidelitatis. Iuxta illud apoſtoli. i. ad Thy. i. Prius fui blaſphemus ⁊ ꝑſecutor ⁊ contumelioſus ſed miſericordiā ꝯſecutus ſum. q2 ignorans feci in credulitate

¶ Preterea. Notatur. xxi. di. Nunc ideo epiſcopi in concilio congregati Marcellinum papā in hereſim lapſum non depoſuerunt quia coactus fuit a paganis vt templum eorum ingreſſus grana thuris ſuper prunas imponeret. Uidetur ergo quod coactio excuſet ab ydolatria: vel hereſi.

¶ Preterea. Secundum Auguſtinum in de vera religione. Peccatum non eſt peccatū niſi voluntarium quod ſi voluntarium non eſt nō eſt peccatum. ſicut ergo coactio tollit voluntarium. ita videt̄ tollere ꝙ hereſis vel ydolatria coacte ꝯmiſſa non ſit peccatū.

¶ In contrarium eſt quod ſcribitur Math. x. Qui negauerit me coram hominibus negabo eum coram patre meo. papa ḡ qui xp̄m negat negandū ē ꝙ non ſit papa.

¶ R. Dicendum ꝙ ſecundum Auguſtinum ſuper illo verbo apoſtoli ad Roma. x. Corde enim creditur ad iuſticiam. ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Pene omnes qui chriſtum inter tormenta coram perſecutoribus negauerūt quod de illo credebant corde tenuerunt. ⁊ tamen ore non confitendo perierunt niſi qui poſtmodum per penitentiam reuixerunt vt Petrus qui in illa negatione intus veritatem tenebat ⁊ ore mēdacium ꝓferebat. Et ſubdit. Cur Petrus lacrimis diluit quod ore negauerat ſi ad ſalutem ſufficiebat quod ſolum corde crederet. Uolēs ergo ſaluari ⁊ cum deo pacem habere non aliud habuit in ꝓfeſſione oris: ⁊ aliud in ſecreto cordis. quia nihil ꝓdeſt hoc eſſe ī corde quod verum eſt ſi hoc dicitur voce quod falſum eſt eo quod veritas fidei non ſolum eſt credenda ſed etiam loquenda. quamuis enim veritatem fidei ꝯfiteri ſit p̄ceptum affirmatiuum ꝙ ſi ſemper obligat non tamen ad ſemper. tempe tamē ⁊ loco vbi aliquid ſubtraheretur honoris nominis chriſti ⁊ vbi infideles inſultarent contra chriſti nomen confiteri illa que ſunt fidei eſt de neceſſitate ſalutis. ⁊ potiſſime ad hoc tenet̄ papa ⁊ alij ſuperiores de eccleſia quorum confeſſione alij fideles audaciores fiunt. Unde dicit apoſtolus ad Philipen. i. Scire vos volo fratres quod que circa me ſunt magis ad ꝓfectum euangelij venerunt ita vt vincula manifeſta fierent in omni pretorio vt plures ex fratribus confidentes in dn̄o: ſub vinculis meis habundantius auderent verbum dei loqui ſine timore.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ infidelitas duo dicit.

¶ Primo eorum que ſunt fidei repugnantiā: ⁊ quantum ad hoc ſemꝑ includit cā3 aggrauātem nō excuſantem.

¶ Secundo quandoqꝫ ſimul cum hoc dicit ignorantiam. ⁊ hoc ſi nō ꝓcedat ex certa malicia ſicut non pcedebat in paulo conſequit̄ miſericordiam. Si vero ſit affectata ſic ignorans dicente apoſtolo ignorabitur.

¶ Ad ſecūdum eſt dicendū ꝙ minus peccauit Marcellin⁹ quia cōpulſus ydolatriam cōmiſit ꝙ ſi propria voluntate cōmiſiſſet. Ideo epi de concilio noluerūt eum deponere potiſſime quia paratus erat corrigi. talis tamen coactio nō excuſabat eum quin eſſet deponend⁹ ſi propria volūtate non renunciaſſet.

¶ Ad terciū eſt dicendū. ꝙ chriſtus mandauit in confitēdo fidem eius non eſſe timēdum eos qui occidūt corpus animā tamen non poſſunt occidere. quia ad perdendū bona anime cogi non poſſum⁹. Nam ſcdm Aug. Bona corporalia et tpalia inuiti poſſumus amittere. bona vero ſpiritualia non.

Ad terciam ſic ꝓceditur. Uidet̄ enim ꝙ papa pro ſymonia ſit deponendus. quia papa eſt deponend⁹ pro hereſi. vt ſupradictum eſt. Sed ſymoniacus infidelis eſſe ꝓbatur immo ſymoniacoꝝ hereſis ceteris eſt damnabilior. vt dicit̄. i. q. i. Ergo videtur ꝙ pro ſymonia papa ſit deponendus.

¶ Preterea ſymonia a petro primo eſt damnata. Iuxta illud Act. viij. Pecunia tua tecum ſit in ꝑditione. quia eſtimaſti donum dei pecunia poſſideri. ergo pro ipſa ſymonia papa gerens vicē beati Petri eſt damnandus.

¶ Preterea damnat⁹ a deo eſt deponendus: ſed vendentes et ementes ſpiritualia pariter a deo damnant̄. vt dicitur. i. q. iij. Uidetur ergo ꝙ papa ꝓpter ſymoniam ipſo facto ſit deponendus.

¶ In contrarium eſt. quia quiſqꝫ poteſt emere vel vendere rem ſuā. ſed bona ſpūalia et temporalia eccleſiarum ſunt pape. Uenditio ergo vel emptio in talib⁹ circa eum non habet locū.

¶ Reſpon. Dicendū ꝙ certum eſt ſummū pontificem canonicā ſymoniā a iure poſitiuo prohibitā non poſſe cōmittere quia ipſe eſt ſupra ius. et eum iura poſitiua nō ligant. Si eni imperator non ligat̄ iure. quia princeps legibus ſolutus eſt. vt dicit iuriſconſultus in principio digeſtoꝝ. Multo fortius papa nullo iure ligari poteſt. ſed quod ſibi placet legis vigorem habet. poteſt tamen forte ſymoniam committere prohibitam a lege nature. vt ꝙ pro re temporali intenderet ſpūale tribuere. repugnat enim nature rei ꝙ res ſpūalis que gratis accipit̄ precio rei tpalis vendatur. certū eſt ſimiliter ꝙ ſummus pontifex pro bono publico ab epis et alijs prelatis eccleſiaꝝ accipere pōt ſummam pecunie ꝓut ſecundū deum et rationem videtur ſibi expedire ꝙ alij inferiores p̄lati facere ſine peccato nō poſſunt. quia quantūcunqꝫ rectā intentionem per quā poſſent ſubterfugere ſententiā iuris naturalis habeāt. et per quā poſſent excuſari a peccato in foro cōſcientie tamen nō poſſent excuſari a peccato qd incurrunt tranſgrediendo precepta ſuperioris. q2 ipſi ſunt obnoxij et ſubiecti ſententijs canonū talia ꝓhibentiū. Ideo recta intentio excuſans ſummū pontificē alios p̄latos inferiores excuſare non pōt. Cum ergo papa nō ſit deponēdus pro recta vel nō recta ꝯſcientia et ꝓ ſymonia ſcdm ꝙ eſt contra legem iuris naturalis q2 de talib⁹ pōt ipſe dicere. qui autē iudicat me dominꝰ eſt. ſed ſolum pro his qui agunt̄ in exteriori iudicio et que foris apparent. Cum iſto modo ſymoniā prohibitam non poſſit committere pro ea non eſt deponendus.

¶ Ad primū ergo eſt dicendū. ꝙ ſicut notatur i. q. i. c. cum omnes. Hereſis pōt accipi dupl'r.

¶ Primo ſtricte et ſic accipit Aug⁹. et ponitur xxiiij. q. iij. c. quando dicit̄. ꝙ hereſis vel hereticus eſt qui alicuius tēporalis cōmodi et maxime glorie principat⁹ ſui gratia falſas ac nouas opiniones vel gignit vel ſequitur in eccleſia. Unde hereſis ꝓprie ſumpta dicit peruerſum dogma contrarium directe fidei. vel de his que ſunt fidei ꝙ quis ꝑtinaciter velit intrare alias nutrire vel defendere in eccleſia.

¶ Secundo modo accipit̄ large et ſic omnis iniuria vel violētia facta alicui rei ſacre vel ſpirituali vel alicui ſacramēto poteſt hereſis appellari. et ſic accipit idem Aug⁹. et ponit̄. xxiij. q. iiij. vbi dicit̄ forte in populo dei ſtat iuxta te auarus raptor quē noſti talem et infidelis eſt. a fide ſacramentorū deuius vel potius fidelis vocatur et non tamē potes eum de eccleſia pellere ꝓ hereſi. ergo primo modo ſumpta papa eſt deponendus. ſed pro hereſi ſecundo modo accepta non.

¶ Ad ſecundū eſt dicendum. ꝙ beatus Petr⁹ damnauit ſymoniā prohibitam a lege nature ſecundū ꝙ dicit prauam exiſtimationē et prauam conſcientiā qua credatur res data gratis precio temporalis rei poſſe emi vel vendi. Unde dixit. Penitentiā itaqꝫ age ab hac nequicia ⁊ roga deum ſi forte tibi remittatur.

¶ Ad tercium eſt ſimiliter dicendū ꝙ vendentes et ementes ſpiritualia ac praua intentione damnantur a deo. ſed venditio et emptio rerū ſpiritualiū modo ꝓhibito ab eccleſia quāuis liget omēs inferiores prelatos ſummū tamen pontificem ligarē non poteſt ratione ſuperius dicta.

AD quartum ſic ꝓceditur. Videt̃ enim ꝙ pro quocunq; notorio crimine papa ſit deponẽdus. quia ſcribit̃. i. ad Thimothe. iij. ꝙ epiſcopi ꝓbentur primo et ſic miniſtrent nullũ crimen habentes. Sup quo verbo dicit glo. ꝙ epiſcopi criminib⁹ inuoluti deponendi ſunt et non tollerandi. Multo ergo fortius eſt hoc obſeruanduz in papa qui eſt ſummus epiſcopoꝝ.

¶ Preterea ſuper illo verbo Ioh. xxi. Paſce oues meas. dicit Aug⁹. ꝙ paſcere oues eſt credentes in chriſto ne a fide deficiant confortare. et exemplũ virtutum cum verbo predicatõnis impendere. Sed ſi papa non facit primũ puta ꝙ non inueniatur fidelis eſt deponend⁹. ergo ſimiliter ſi nõ facit ſecundũ puta ꝙ inueniatur crimіnoſus deponẽdus eſt.

¶ Preterea qui crimen aliquod defendit et ſe de illo corrigere non vult. ſubuerſus eſt et proprio iudicio cõdemnatus. vt dicit apoſtol⁹ ad Titũ. iij. Si ergo papa ſit in aliquo notorio crimine et non vult ſe corrigere. videtur ꝙ ipſo facto ſit depoſitus.

¶ In contrariũ eſt quia papa vt eſt papa nõ poteſt ab aliquo ſuperiori iudicari. ſed nulli⁹ criminis obiectio accipit̃ contra eum niſi ſoli⁹ hereſis. ergo pro nullo alio crimine quantumcunq; notorio poteſt deponi.

¶ Reſpon. Dicendũ ꝙ iſtam dubitationẽ mouet Hugo. xl. diſt. c. ſi papa. Ubi querit an papa poſſit accuſari de crimine ſymonie vl' adulterij vel homicidij. et dicit ſe credere ꝙ ſi notorium eſt crimen eius quodcunq; et inde ſcandalizatur eccleſia et admonitus incorrigibilis exiſtat ꝙ poteſt accuſari allegat⁹ pro ratõne quia contumacia infidelitas eſt. Iuxta illud qđ ſcribitur. i. Regũ. xv. c. et ponitur. lxxxi. diſtin. c. ſi qui ſunt p̃sbyteri. peccatũ ariolandi eſt nõ obedire et ſcelus ydolatrie nõ acquieſcere. ſicut ergo pro ydolatria ⁊ hereſi papa eſt deponend⁹ ita videtur velle concludere ꝙ papa pro quocunq; notorio crimine exquo monitus nõ vult ſe corrigere pro tali contumacia et inobediẽtia eſt accuſand⁹ et deponendus. Sed q̃s cognoſcet de tali cõtumacia et coram quo iudice fiat denunciatio vel accuſatio eius planũ eſt enim ꝙ ſupra ſe nõ habet niſi deum. et ideo verũ eſt ꝙ ſi fuerit negligẽs in officio ſuo et criminib⁹ inuolutus. et multos innumerabiles populos catheruatim ſuo prauo exemplo ſecũ ducit. erit primo mancipio iehẽne. cum ipſo plagis multis in eternũ vapulaturus. In preſenti tamen vita culpas eius et crimina nullus mortalium preſumit arguere. ſicut ſcribitur diſtin. ſupradicta. c. ſi papa. Puto ergo ꝙ pro crimine quantumcunq; notorio papa deponendus non eſt. quia talis depoſitio vel actio redũdaret in malum totius eccleſie cum ſi audiretur eius accuſatio eccleſia remaneret acephala.

¶ Ad primum ergo eſt dicendũ ꝙ diuino iudicio fortius punietur papa et ſumm⁹ epiſcoporũ q̃ aliqui alij. eo ꝙ quanto in ſtatu ſublimiori tanto in periculo maiori verſatur. Sed humano iudicio ipſe habet omnes iudicare et a nullo iudicari.

¶ Ad ſecundũ eſt dicenduz ꝙ chriſtus p̃cepit malos paſtores eſſe audiendos in doctrina et in his que ſunt fidei. In peccatis vero et in criminibus vel in malis operibus mandauit nõ eſſe imitandos. Iuxta illud Math. xxiij. Super cathedram moyſi ſederũt ſcribe et phariſei quecunq; dixerint vobis ſeruate et facite. ſcđm vero opera eoꝝ nolite facere. Ideo pro infidelitate et falſa doctrina papa deſinit eſſe papa. et paſtor deſinit eſſe paſtor. Sed ꝓ malis operibus ⁊ pro alijs peccatis nõ deſinit papa eſſe papa et paſtor non deſinit eſſe paſtor ſecundũ mandatum chriſti.

¶ Ad tercium eſt dicendũ ꝙ papam eſſe incorrigibilem poteſt intelligi dupliciter.

¶ Primo per ipſius criminis vel peccati continuationem puta ꝙ monitus non ꝓpter hoc deſiſtat a peccato fornicationis vel alio accuſatione digno.

¶ Secũdo per ipſius criminis priuatem defenſionem vt ꝙ defendat et dicat tale crimẽ habens circumuolutã maliciam non eſſe peccatũ ita ꝙ crimina prohibita iure diuino laudaret ⁊ defenderet tanquã licita. Prima igitur correctio nõ facit papam deſinere eſſe papam. Sed ſecunda puto ꝙ ſic. quia talis incorrectio et cõtumacia equipollẽt hereſi. et ſi iſto modo intelligatur opinio ſupradicta tollerari poteſt.

AD quintum ſic ꝓceditur. Videt̃ enim ꝙ ad depoſitionẽ pape non plures teſtes requirant̃ q̃ ad depoſitionẽ aliorum. quia teſtimoniũ duorum vel trium eſt preceptum veteris legis et noue. Scribit̃ deutro. xix. Non ſtabit teſtis vnus contra aliquem. ſed in ore duoꝝ vel trium ſtabit omne verbũ. Hoc idem chriſt⁹ replicauit in euangelio. Sed papa non poteſt ſtatuere aliquid contra legez et euangelium. ergo videtur ꝙ ad depoſitionem eius ſufficiat duorum vel trium teſtimonium.

¶ Preterea papa non poteſt facere ſtatutum ꝙ nõ poſſit incuſari de hereſi. ſicut notatur. xl. di. ergo ſimiliter nõ poteſt facere ſtatutũ ꝙ non poſſit condemnari niſi per determinatũ numerum teſtium.

¶ Preterea quãto negocium eſt magis periculoſum tanto citi⁹ et per pauciora remedia in eo ſubueniẽdum eſt. ſed hereſis pape p̃iculoſa eſt valde cum ad eum ſpectet queſtiones emergentes de hereſi determinare. ergo videtur ꝙ pauciores teſtes ſint neceſſarij ad depoſitionẽ eius q̃ aliorum.

¶ In contrariũ eſt. quia quanto p̃ſona eſt ſublimior. tanto eius depoſitio cum maiori ſolennitate et maturitate fieri debet. ſed papa eſt in ſublimiori ſtatu q̃ ſit aliqua p̃ſona in eccleſia: maior ergo multitudo teſtiũ eſt neceſſaria ad depoſitionem eius q̃ ad depoſitionẽ alioꝝ.

¶ Reſpon. Dicendũ ꝙ de numero teſtium qui requirunt̃ ad depoſitionẽ eccleſiaſticoꝝ virorũ Habet̃. ij. q. v. vbi dicitur q̃ preſul nõ damnatur niſi cum. lxxij. teſtibus. Preſbyter vero cardinalis niſi cum. xliij. teſtibus nõ deponatur. Dyaconus aũt cardinalis vrbis Rome niſi cũ xxvij. teſtibus non damnabit̃. Subdyaconus vero accolit⁹ exorciſta lector hoſtiari⁹ niſi cum ſeptem teſtib⁹ non damnabit̃. Super quibus verbis gloſa ordinaria mouet dubitationem. Utrum in depoſitõne pape deberẽt duplicari teſtes. et reſpõdit ꝙ non. imo duo vel tres ſufficiunt ad depoſitionẽ eius et in tali caſu ip̃e eſt deterior conditõnis q̃ alij pro tanto quia ipſe ſine cooꝑatione alioꝝ creatus eſt maior. et iđo ſine ſpe venie eſt cõdemnandus. ſed puto hoc eſſe intelligendũ quando hereſis pape eſſet ſic aperta et manifeſta ꝙ non poſſet tergiuerſatione aliqua celari. q2 cum euidentia patrati ſceleris nõ indigeat clamore accuſatoris tũc ipſo facto eſſet depoſitus. Sed ſi eius hereſis eſſet occulta vel dubia tunc ad diſcuſſionẽ eius plures teſtes eſſẽt neceſſarij et magis ydonei q̃ ad depoſitionẽ aliorum. Si eniz talis multiplicatio teſtium ordinata eſſet per canones de clericis Romane curie vt aliqui dicunt ꝓpter illi⁹ ſedis dignitatẽ. vel quia plurib⁹ ipſi efficiunt̃ odioſi ꝓpter cauſas determinãdas eis cõmiſſas multo forti⁹ hoc eſt neceſſariũ in papa qui eſt caput illoꝝ et totius eccleſie.

¶ Ad primũ ergo eſt dicendum q̃ papa nõ facit ſtatutũ contra legem vel euangeliũ. quia nõ ſtatuit ꝙ paucorum vt duoꝝ vel trium teſtimonium ſufficiat ad ſententiandũ aliquez. ſed ſtatuit ꝙ numerus plurũ teſtium ſit neceſſari⁹ ad depoſitionẽ clericoꝝ romane eccleſie vel alioꝝ ꝓpter cauſas ſuperius dictas.

¶ Ad ſecundũ eſt dicendum ꝙ non eſt ſimile. quia ſtatutũ ꝓhibens ne papa poſſet incuſari de hereſi eſſet in preiudiciũ totius eccleſie. periclitaretur enĩ vniuerſitas fidelium ſub regimine eius. Sed plurũ teſtium productiõ non eſſet in p̃iudiciũ ſed in auxilium veritatis inueniende et determinande.

¶ Ad tercium eſt dicenduz ꝙ argumentũ habet veritatem quãdo hereſis eius vt dicebat̃ eſſet publica et notoria. tunc enim ſine ſpe venie vt dicebat opinio ſupradicta tanquaz ſubuerſus ꝓprio iudicio eſſet condemnatus.

AD ſextum ſic ꝓceditur. Videtur enim ꝙ ad cõcilium non ſpectet papam in hereſim dep̃henſum condemnare vel ſententiare. quia per illud cõcilium non poteſt damnari qđ non poteſt ſine ei⁹ auctoritate congregari. ſed abſq; auctoritate Romani pontificis concilium cõgregari non debet. vt dicitur xvij. diſtin. ergo per conciliũ non poteſt ſententiari.

¶ Preterea conciliũ non habet auctoritatem niſi papa approbante. Scribit̃ enim. xvi. diſt. ꝙ auctoritate Romani põtificis octo concilia roborant̃. ſentẽtia igitur lata contra eum nulla exquo non eſſet eius auctoritate roborata.

¶ Preterea ille non poteſt conueniri cauſa fidei qui pro loco et tempore habet omnia que ſunt fidei mutare et obſcura determinare. ſed talis eſt ip̃e papa. vt dicitur. xiij. diſtin. ergo a nullo poteſt pro tali cauſa in iudicio cõueniri.

¶ In contrariũ eſt quod ſcribit̃. xxi. diſt. ꝙ cum Marcellinus epiſcop⁹ vrbis Romane ſcelus ydolatrie cõmiſiſſet collectũ fuit vniuerſuz concilium ſanctoꝝ et epiſcopoꝝ. et ſi ipſe propria voluntate non renũciaſſet vel ſe corrigere noluiſſet illi euz depoſuiſſent. Ad conciliũ ergo ſpectat papam in hereſi dep̃henſum condemnare vel deponere.

¶ Reſpon. Dicendum ꝙ dupliciter põt oſtendi in caſu hereſis depoſitiõem pape ad concilium ſpectare.

¶ Primo quidẽ ſicut papa mortuo poteſtas eius remanet in collegio cardinaliũ vel in collegio vniuerſalis eccleſie vt ſupradictũ eſt. ſic papa in hereſi deprehenſo ſtatim ipſo facto poteſtas eius remanet in eccleſia quia ſolũ per tale crimen papa deſinit eſſe papa. per talez igitur poteſtatem eccleſiã poſſet illum damnare ſicut per talem poteſtatẽ poteſt alium ſibi preficere.

¶ Secundo quia magis eſt periculoſa hereſis capitis q̃ membroꝝ. ſed ſicut ſcribitur in

epl'a Auguſtini ad Innocen. papam. cum ſurrexit in eccleſia hereſis pelagij ⁊ celeſtini. Aug' cum. xl. epiſcopis in cōcilio congregati ſcripſerunt pape Innocētio dicentes. Non quippe hereſis nimiū pernicioſa temptat aſſurgere inimicorum gratie chriſti qui nobis etiā dominicam orationē impijs diſputationibus conant auferre. ad quaꝫ extirpandā venerabilitas tua inſtanter et celeriter ꝓuidendū occurrat. Multo igitur fortius ad tollendā et damnandā hereſim in capite eccleſie inſurgenteꝫ ſtatim vniuerſitas fidelium congregari deberet.

Ad primū ergo eſt dicendū. ꝙ cum papa eſt papa conciliū congregari nō debet niſi auctoritate eius. ſed per crimē hereſis vt dictū eſt papa deſinit eſſe papa. ideo in tali caſu eius auctoritas non requireret ſed ſufficeret auctoritas collegij et aliorū epiſcopoꝝ ac doctorum ſacre ſcripture.

Ad ſecundū ſimiliter eſt dicendū. licet eniꝫ in queſtionibus terminādis auctoritas pape dū eſt papa ſit neceſſaria cum tamē deſinit eſſe papa per crimē hereſis auctoritas illa remanꝫ in eccleſia ſicut ipſo mortuo.

Ad terciū eſt dicendū ꝙ verum eſt pro loco et tempore papā poſſe interp̄tari illa que ſunt dubia et obſcura in fide illa ſemꝑ tamen conditione ſeruata ꝙ nec p̄ceptis euangelicis ſit contrarium nec decretis ſanctoꝝ patrum inueniat̄ aduerſum. vt dicitur in eadem diſtin. c. ſicut.

Ad ſeptimū ſic ꝓceditur. Videt̄ enim ꝙ papa mortu' pro hereſi ꝯdemnari non poteſt vel excōicari. quia excōmunicationeꝫ debet p̄cedere admonitio. vt ſcribit̄ xxiij. q. ij. c. indigne. ſed mortu' non poteſt admoneri. ergo pro quocunq̄ crimine non poteſt damnari.

Preterea ſcribit̄. iij. q. ix. Abſens per alium accuſari aut accuſare non poteſt. ſed papa mortuus abſens eſt in vita militātis eccleſie. ergo ſicut iuſte per alium nō poteſt accuſari. ita iuſte non poteſt condemnari.

Preterea ſi papa mortu' damnaret̄ vel excōmunicaretur non fieret hoc niſi per papā viuentem. ſed par in parem non habet imperiū. ergo videt̄ ꝙ ſentēcia lata contra eum nulla ſit.

In contrariū eſt ꝙ dicit Aug'. in quadam ep'la. et ponitur. xxiij. q. ij. Si vera ſunt q̄ Ceciliano obiecta ſunt et nobis aliq̄ndo poſſunt monſtrari ipm mortuū anathematizarem'.

Reſpon. Dicendū ꝙ potiſſime in tribus caſibus mortu' poteſt excōicari et incuſari.

Primo de hereſi. dicit enim Aug'. et ponit̄ xxiij. q. ſupradicta. ꝙ ſi qui in vita ſua non recte ſapuerūt licet non cōdemnati fuiſſēt adhuc viuentes. tamē demonſtrato peccato eorū poſt mortē ipſi anathematizari ſubijciantur.

Secūdo ſi aliquis heredes cōſtituit hereticos. Vnde ſcribit̄ extra de here. Si quis epiſcopus heredes īſtituerit extraneos vt hereticos vl' paganos ſaltē poſt mortem ei anathema dicatur atq̄ eius nomen inter dei ſacerdotes nullo modo recitetur.

Tercio ſi aliquis decedat cum notorijs criminibus q2 ex quo notoriū eſt eum impenitentem deceſſiſſe pro eo oblatio fienda non eſt aut aliqua deprecatio. vt dicit̄. lxxxviij. diſt. c. neq̄. quod intelligendū eſt ſi potuit cōfiteri et penitere et ex ꝯtemptu obſtinatus deceſſit. Si ergo notoriū ſit papam mortuū hereſim et ꝑuerſum dogma docuiſſe vel nutriuiſſe in eccleſia dū viuebat poſt mortē etiam poſſet in tali caſu incuſari et damnari.

Ad primū ergo eſt dicenduꝫ ꝙ in caſu hereſis quilibet eſt ammonit' et a iudice et a iure. Nam Math. vlti. dicit ſaluator. Qui non crediderit damnabit̄. Et a iure quia ãmonit' eſt a canone. ſicut pateꝫ. xxiij. q. v. c. admiſtratores.

Ad ſecunduꝫ eſt dicendū. ꝙ licet ſit abſens quantū ad ꝑſonam p̄ſens tamē eſt quantū ad effectū culpe. ſcd'm quem modū puto ꝙ poſſit contra eum fieri denunciatio et accuſatio ſicut fieret ipſo viuente. ex quo cōtumax et incorrigibilis deceſſit poteſt excōicari et illa pena puniri qua in vita fuiſſet punitus vt extra cimiteriū proijci et comburi.

Ad terciū eſt dicenduꝫ ꝙ ſi in notoria hereſi papa decederet. et ipſo viuente ꝑuerſum dogma vl' nutriuiſſet vel docuiſſet nō eſſet tunc pape viuenti par vel equalis quia ex tali crimine ſtatim deſiſtit eſſe papa nec amplius habet iuriſdictionem in eccleſia.

Ad octauū ſic procedit̄. Videtur enim ꝙ pape aperte malo obediendū non ſit. quia ſcribitur Sapiē. xi. Per que quis peccat per ea puniat̄. ſed papa aperte malus peccat nō obediēdo deo ſuo ſuꝑiori. ergo ꝑ ea debꝫ puniri vt inferiores ſui ſibi nō obediant.

Preterea ſuper illo verbo ad Hebre. xiij. c. Obedite p̄poſitis veſtris. dicit glo. Obediendum eſt p̄poſitis inquantū vita et mores eoꝝ pij et iuſti exiſtunt. ſi ergo vita et mores pape ſunt aperte mali nō eſt ſibi obediendmu.

Preterea dicit Grego. in reg. in exemplum culpa vehementer extendit̄ cum pro reuerentia ordinis peccator honoratur ſed nō eſt prebenda occaſio culpe extēdēde. pape ergo ap'te malo ſubtrahenda eſt obedientia ⁊ reuerentiā.

In contrarium eſt quod ſcribit̄. i. Petri. ij. Obedite dominis veſtris non tantū bonis et modeſtis ſed etiam diſcolis.

R. dicendū ꝙ pape aperte malo morib' vl' vita obediendū eſt quod ꝓbatur primo auctoritate. Nam ſuper illo verbo ad romanos. xiij. Omnis anima p̄ſtatibus ſublimiorib' ſubdita ſit. dicit glo. Poteſtatibus bonis vel malis in eo ꝙ ſublimiores ſunt obediendū eſt. Si ergo obedientia et ſubiectio debet̄ alicui ratōne poteſtatis ſublimioris q̄diu durat in papa talis ſublimior poteſtas tamdiu debet ꝑmanere in omnib' ſubditis eius ſubiectio ⁊ obedientia q̄ diu manet cauſa tamdiu dēt manere effectus.

Secundo ꝓbatur hoc rōne. nā poteſtas prelationis eſt donū gratie gratis date non donū gratie gratis facientis. Sed tale donū gratie gratis date non tollitur in papa ꝑ aliq̄d peccatum niſi ſolum per vnum puta pro crimine hereſis vt ſupra dictum eſt per tale enim peccatum ſolū papa deſinit eſſe papa. ſed per cetera alia peccata p̄tās prelationis in eo non tollit̄. quia cum ſit donū gratie gratis date non tollitur per peccatū ſicut peccato nō directe opponitur.

Ad primuꝫ ergo eſt dicendū. ꝙ per que peccat aliquis ꝑ illa debet puniri quādo iſtud poteſt fieri ſine detrimento alterius. Sed ſi pape aperte malo non obediretur non poſſet fieri ſine detrimento eccleſie. et ideo de hoc non debꝫ puniri.

Ad ſecundū eſt dicendum ꝙ vita et mores poſſunt eſſe pij et iuſti ex parte pape dupliciter aut quia per ipſum aguntur et docentur. et ſic obediendū eſt pape aperte bono et ſancto. aut quia per ipſum ſolum docentur ſed non aguntur ad modū ſcribarū et phariſeorū et ſic obediendū eſt pape aperte malo.

Ad terciū eſt dicendū. ꝙ quedaꝫ eſt occaſio mali directa q̄ directe ordinatur in malū. et iſta nō eſt danda nec pape nec alicui Quedā vero indirecta q̄ de ſe tendit in bonū et iſta eſt danda aliquādo vt quando illud bonuꝫ quod eſt mali occaſio eſt bonū neceſſitatis et publice vtilitatis eccleſie quod inde ſequitur ſicut cōtingit in caſu ꝓpoſito.

# Queſtio. VI. de papalis ſentētie appellatōe

Nunc conſiderandū reſtat de papalis ſentētie appellatōne. Et circa quod queruntur octo.

Primo. vtruꝫ a papa poſſit appellari ad deum.

Secundo. vtrū a papa appellare ad deum ſit appellare contra deum.

Tercio. vtrū ſi a papa appellat̄ ad deū talis appellatio admittatur apud deum.

Quarto. vtrū a papa p̄ſenti poſſit appellari ad papam futurum.

Quinto. vtrū a papa poſſit homo appellari ad collegiū cardinaliū licite.

Sexto. vtrū a papa poſſit appellari ad concilium generale.

Septimo. vtrū papa poſſit facere ſtatutuꝫ ꝙ ab eius ſententia poſſit appellari.

Octauo. vtrū ſit error dicere ꝙ a papa poſſit ad deum vel hominē appellari.

Ad primuꝫ ſic ꝓceditur. Videtur enim ꝙ licite a papa poſſit appellari ad deum quia fideles chriſti nō ſunt a deo derelicti. Ipſe enim dicit ad Hebre. xiij. Non te deſeram nec derelinq̄. ita vt confidenter dicamus. Dominus mihi adiutor nō timebo q̄d faciat mihi homo. Sed pleruncq̄ contingit papam iniuſticiā facere quia cū homo ſit paſſionari et perturbari pōt. ita vt vel carnis affectione vel aliqua corruptiōe a recto tramite iuſticie deuiet. ne ergo fideles eccleſie a deo videantur derelicti. licet eis in cauſa iniuſta ad deum appellare.

Preterea ſcribit̄ Iſa. lxiiij. ꝙ iuſticie humane ſunt quaſi pann' menſtruate mulieris poſſunt enī diuerſis falſis colorib' colorari. Sed appellatio eſt remediū de cauſa viciata per iniuſticiam. Scribit̄ enim. ij. q. vi. Licet appellatori viciatā cauſam remedio appellatōnis ſubleuare. ergo in cauſa ſic viciata licet a papa ad deum appellare.

Preterea ſcribit̄ Iaco. v. In ꝑſona opprimentiū et iniuſticiā facientiū. Ecce merces operariorum veſtroꝝ que fraudata eſt a vobis clamat ⁊ clamor eoꝝ introiuit in aures domini ſabaoth. ſed nō eſt aliud appellatio niſi clamor de ſentēcia iniuſte lata a iudice inferiori ad ſuperiorem. videt̄ ergo ꝙ a papa ad deū appellari poſſit cum alium ſuꝑiorem non habeat.

In contrariū eſt quia aut deus audiret cauſam per appellationē ad ipſuꝫ delatam inquātum deus aut inquantū homo. non primo mō quia deum nemo vidit vnq̄. nec ſecūdo modo quia poſt aſcenſioneꝫ non eſt modo humano

cum hominib⁹ conuerſatio. Unde Job .xxi.
Marie magdalene volenti ſecū modo huma/
no cōuerſari dixit. Noli me tangere. videt̄ ergo
ꝙ ad deum in p̄ſenti vita appellari nō poſſit.

¶ Reſpon. Dicendū ꝙ tribus ratōibus quan
tum ad preſens pōt probari ꝙ in preſenti vita
appellari a papa ad deū ridiculū eſt et friuolū.
¶ Primo quidē ex parte ipſius appellatōis.
Secūdo ex parte pape a quo appellat̄.
Et tercio ex parte dei ad quem appellatur.
Prima ratio ſic patet. eſt nanqȝ appellatio re/
mediuȝ ad releuandū oppreſſos in cauſa iudi
ciaria. ita ꝙ ex parte cauſe pro qua fit includit
oppreſſoꝝ releuatōnē quia non niſi pro cauſa
iniuſta. vel pro iniuſte oppreſſis appellatō eſt
fienda.
¶ Secūdo ex parte iudicis a quo appellat̄ in
cludit apoſtoloꝝ petitionē. vnde dicit̄. ij. q. vi.
ꝙ ab eo a quo appellatū eſt ad eum qui de ap
pellatione cogniturus eſt dimiſſorie littere diri
gantur que vulgo apl̄i appellant̄ vt manifeſte
appareat ſupiori iudici oppreſſum appellaſſe
et ad noticiam iudicis inferioris deueniſſe.
¶ Tercio includit ex parte ipſius appellatio/
nis publicā conſcriptionē. quia dato ꝙ apo/
ſtoli qui petūtur negent̄ apparet iudici ſupiori
inferiorē iudicem talem appellationē non late
re ex quo ſub manu publica cōſcripta eſt.
¶ Quarto ex parte temporis includit debitā
determinationē quaten⁹ ſic appellans nō poſ
ſit deludere ſupiorem iudicem et inferiorē vtri/
uſqȝ iudicium ſubterfugiendo.
¶ Quinto includit teſtium allegationē. quia
his peractis coram ſupiori iudice adducuntur
teſtes et pcedītur in cauſa ſecundū allegata et
probata.
¶ Sexto et vltimo includit cauſe cognitionē.
quia pnunciatur ſententia et concludit̄ in cau
ſa. Ridiculū autē eſt dicere ꝙ tali ordine iudi/
ciario recurratur ad deum in preſenti vita cum
ipſe in iudicio talem ordinē iudiciariuȝ ſeruare
nō indigeat. nouit enim decipientē et eum qui
decipitur et ſunt nuda et apta oculis eius om/
nia. nedum anteꝙ̄ ſcribantur ſed etiam anteꝙ̄
fiant.
¶ Secunda ratio accipit̄ ex parte pape. ſolus
enim papa dicit̄ eſſe vicarius dei. quia ſolum
quod ligatur vel ſoluit̄ per eum habet̄ ſolutuȝ
et ligatū per ipſum deuȝ. Sententia igit̄ pape
et ſententia dei vna ſententia eſt. ſicut vna ſen
tentia eſt pape et auditoris eius. Cum igit̄ ap
pellatio ſemp̄ fiat a minori iudice ad ſupiorem
ſicut nullus eſt maior ſeipſo. ita nulla appella/
tio tenet facta a papa ad deū quia. vnum con/
ſiſtorium eſt ipſius pape et ipſius dei. cui⁹ con
ſiſtorij clauiger et hoſtiarius eſt ipſe papa. nul
lus ergo poteſt appellare a papa ad deū. ſicut
nullus poteſt intrare ad conſiſtoriū dei niſi me
diante papa qui eſt eterne vite cōſiſtorij clauí/
ger et hoſtiari⁹. et ſicut nullus poteſt appellare
ad ſeipſuȝ. ita nullus poteſt appellare a papa
ad deum. qꝛ vna ſententia eſt et vna curia dei
et pape.
¶ Tercia ratio accipit̄ ex parte dei ad quē ap
pellatur. Dicitur eniȝ. ij. q. vi. ꝙ iudicia appel/
lationum ab eis ſunt audiēda ad quos appel
latur. itaꝙ ſicut iudices a quibus appellatur
ſunt viſibiles et viſibiliter et ſenſibiliter ſenten
ciauerunt cōtra oppreſſos. ita viſibiliter et ſen
ſibiliter talis releuatio oppreſſoꝝ debet fieri p̄
ſuperiores iudices ad quos appellatū eſt. pla/
num eſt autē ꝙ deus inuiſibilis eſt. Scribitur
eniȝ Exo. xxiij. Non videbit me homo et viuet
Et in Job ſcriptū eſt. Si venerit ad me nō vi/
debo eum. Non ergo viſibiliter et ſenſibiliter
p̄tractat cauſam delatā ad ipſum per appella/
tionem. Scribit̄ enim Daniel. ij. Sermo queȝ
tu queris res grauis eſt. nec reperiet̄ quiſꝙ̄ qui
indicet illū exceptis dijs quoꝝ non eſt cum ho
minibus conuerſatio.
¶ Ad primū ergo eſt dicendum ꝙ deus nō de
ſerit ſuos fideles. ſed ſemp̄ ſubuenit eis in cau
ſa iuſta aut via appellationis. et ſic ſubuenit
eis mediante homine per ordinē iudiciariū qd̄
inter homines agitur aut via ſupplicatiōis et
orationis per quā immutat cor iudicis de iniu
ſticia ad iuſticiā. de malo ad bonū. Unde iſto
modo a ſententia pape ad deū debet homo re
currere p̄ orationē et ſupplicationē modo quo
dixit ille ſanct⁹ Jacob Geneſ. xliij. Deus autē
meus omnipotēs faciat vobis eum placabilē
et remittat vobiſcū hunc fratrē veſtrum et eum
quē tenet in vinculis. Quandoqȝ autē via re/
munerationis quia iuſto suo iudicio permittit
ſuos fideles quādoqȝ iniuſte opprimi vt ex eo
rum paciencia magis eos remuneret.
¶ Ad ſecundū eſt dicendum ꝙ humana iniu/
ſticia non ſemp̄ in preſenti vita diſcutitur. qua
etiam diſcuſſa via appellationis ⁊ modo iudi
ciario plerumqȝ defectuȝ magnū patitur. vt di
cit Auguſtin⁹ ꝙ lex iſta ciuilis que in regendo
ciuitates poſita eſt multa concedit et multa im
punita relinquit que tamē per diuinaȝ iuſticiā
iudicabunt̄. Et idem Auguſtin⁹ ſuper illo ver/
bo. i. Petri. v. Si iuſtus vix ſaluabit̄ impius
et peccator vbi parebunt. dicit quare iuſt⁹ vix
ſaluabitur. niſi quia iuſticiam dei tantam eſſe
conſtat vt interduȝ que videntur in hominib⁹
noſtro iudicio eſſe iuſta iudicio dei inueniētur
iniuſta. relinquitur ergo diſcutienda iniuſticia
humana in futuro iudicio ſed in preſenti vita
non diſcutitur a deo via appellationis niſi me
diante homine et mediāte ordine iudiciario a
deo inſtituto.
¶ Ad tercium eſt dicendum ꝙ ſicut dicit glo.
ſuper illo verbo. Illud dictum eſt ad terrorem
illorum qui putant pauperes et oppreſſos nul
lum habere tutorem. ſed domin⁹ omnipotens
cauſas ſinguloꝝ in futuro iudicio tractabitur in
quo reddetur vnicuiqȝ ſcd̄m opera ſua.

Ad ſecunduȝ ſic pceditur. Uidet̄ enim
ꝙ appellari a papa ad deū non ſit ap
pellare contra deum. quia plus valet
appellatō viui ꝙ̄ mortui. Sed iniuſticia facta
Abel a fratre ſuo appellauit ad deum. Juxta
illud Geneſ. iiij. Uox ſanguinis fratris tui cla/
mat ad me de terra. ergo videtur ſimiliter ꝙ de
iniuſticia facta a papa poſſit homo reclamare
ad deum.
¶ Preterea appellatio eſt clamor ꝯ iniuſticia
facta ab inferiori iudice p̄ueniens ad ſuperio/
rem. ſed talis fuit clamor filiorum iſrael perue
niens ad deum. Juxta illud Exo. iij. Uidi af/
flictionē populi mei in egypto et clamorē eius
audiui. Uidetur ergo ꝙ licitum ſit a papa ap/
pellari ad deum.
¶ Preterea appellare eſt iudicē ſuper ſua cau
ſa imperrare. Sed ſic appellauit Suſanna qū
dixit Daniel. xiij. Deus eterne qui occultorum
es conditor qui noſti omnia anteꝙ̄ fiant. tu
ſcis quoniā falſum contra me tulerunt teſtimo/
nium. Et ſubditur ibi ꝙ dominus exaudiuit
vocem eius. appellatō ergo ad deum de cauſa
iniuſta non eſt contra deum.
¶ In contrariū eſt. quia papa eſt medius et ſe
queſter inter deum et hominē ſicut fuit Moy
ſes Juxta illud Deutro. v. Ego ſequeſter ⁊ me
dius fui inter deū et vos. ſed Dathan et Aby/
ron qui contempſerūt ſententiam Moyſi ſub
merſi ſunt in infernum ac ſi contempſiſſent ſen
tentiam dei. ſicut ſcribitur Numeri. xvi. Uide/
tur ergo ꝙ appellare a papa ad deuȝ ſit appel
lare contra deum.
¶ Reſpon. Dicendū ꝙ appellatio quantum
ad preſens tria importat.
¶ Primo ordinem iudiciarium et per conſe/
quens diuinam ordinationē. quia vt dicit̄ ad
Roma. xiij. Que a deo ſunt ordinata ſunt.
¶ Secundo importat temporis determinatio
nem quia in prefinito et determinato tempore
appellatio fienda eſt.
¶ Secundo importat p̄prie iuſticie defenſio
nem. quia quicūqȝ appellat confidit de p̄pria
iuſticia. et p̄priam iuſticiam tanꝙ̄ fundamen/
tum ponit. Ex iſtis ergo trib⁹ poteſt oſtendi ꝙ
quicunqȝ in preſenti vita a papa appellat ad
deum appellat contra deum.
¶ Primo quidem ex parte diuine ordinatio/
nis. Nam ſuper illo verbo. i. ad Chorint. iiij.
Mihi autem pro minimo eſt vt a vobis iudi/
cer aut ab humano die. Dicit glo. Duo eſſe ge/
nera iudiciorū. vnum humanum quo iudicat
hominem in preſenti vita ꝙ apoſtolus appel/
lat diem hominis. Aliud diuinuȝ quo iudica/
bit deus in fine ſeculi. ꝙ apoſtol⁹ appellat di
em dei. Cum ergo appellatio non imitat̄ iu/
dicio quo iudicabit deus. ſed imitatur proprio
iudicio quo iudicat̄ homo in preſenti vita qui
cunqȝ appellat a papa ad deum vult ſubterfu
gere iudiciū illud in quo deus ordinauit vt iu
dicet in p̄ſenti ſeculo. Et quantū eſt in ſe vult
ſubterfugere ordinationē diuinam et reſiſten/
do diuine ordinationi ſcd̄m apoſtolum reſiſtit
diuine voluntati. appellans ergo iſto modo a
papa ad deum appellat contra deum.
¶ Secūdo quia talis appellatio repugnat tē
poris determinationi. Nam de⁹ prefixit diem
determinatam in qua omnes iudicandos per
ipſum oportet preſentari ante tribunal ipſius
vt recipiat vnuſquiſqȝ prout geſſit in corpore.
Sicut dicit apoſtol⁹. i. Chorin. v. Sed cū ap/
pellatio ſit remedium iuris quicunqȝ in hac vi
ta vult appellare ad deum vult via iuris ante
diem iudicij qui erit poſt hanc vitam pcedere
in iudicio. ⁊ vult via iuris p̄uenire diem a iu
dice ordinatum. Et ſic iſto modo appellari ad
chriſtuȝ iudicem eſt appellare contra iudicem.

¶ Tercio talis appellatō repugnat diuine iu
ſticie. Nam cum omnis appellatio innitat̄ iuri
et iuſticie. ſequit̄ ꝙ quicunqȝ appellat vult ſuā
iuſticiam ſtatuere tanꝙ̄ fundamentuȝ et de ſua
iuſticia habet confidentiā. Sed ſcd̄m apoſto/
lum ad Roma. x. Querentes ſuā iuſticiaȝ ſta/
tuere iuſticie dei non ſunt ſubiecti. omnis ergo
appellans ad deum cum appellatio innitatur
proprie iuſticie ſubtrahit ſe a diuina iuſticia ⁊
prouocat diuinā iuſticiam contra ſe. quia cum
non iuſtificet̄ in conſpectu eius omnis viuens
caro. quicunqȝ in ꝯſpectu dei vult ſtatuere pro
priam iuſticiā ⁊ de p̄pria iuſticia gloriari quā
tum eſt in ſe fatetur iuſticiam illam a deo non

habere. et ſic ſubtrahit ſe a iuſticia dei exquo ſue appellationis ꝓpriam iuſticiam ponit. appellans ergo iſto modo ad deum appellat contra deū. In conſpectu eñ hominis homo pōt appellare ⁊ ꝓpriam iuſticiam ſtatuere cum ab ipſo homo non recipiat iuſticiam et alia bona ſua interiora et ab eo non cognoſcitur niſi illa que foris apparent. ſed in conſpectu dei talis appellacio vel iuſticie fundatio non habet locum.

¶ Ad primū ergo eſt dicendum ꝙ ſanguinis Abel clamatio non fuit appellatio vel accuſatio. quia vt ibi dicit gloſa. Euidentia patrati ſceleris nō indiget clamore accuſationis vel appellationis. ſed fuit diuine iuſticie vindicte expreſſio. Unde dicit ibi gloſa. Magna eſt iuſticie virtus que vindictā exprimit pro ſanguine innocentis.

¶ Ad ſecundū ſimiliter eſt dicēdum ꝙ clamor filiorum iſrael fuit expreſſio diuine vindicte nec tamen hanc fecit deus immediate per ſeipſum ſed mediāte Moyſe cui dictū eſt. Ueni vt mittam te ad Pharaonē vt educas populū meū filios iſrahel de egypto. Sic mediante papa deus facit in preſenti vita iuſticiam via appellationis de omnibus oppreſſis a cuiꝰ ſententia appellare eſt valde periculoſum ſicut periculoſum fuit Datan et Abyron qui ſubtraxerunt ſe a ſententia Moyſi.

¶ Ad terciū eſt dicendum ꝙ recurſus Suſanne ad deum non fuit per viam appellationis ſed per modū deuote ſupplicatiōis. et iſti duo recurſus ſunt liciti vt per modū appellationis recurratur ad hominē potiſſime ad vicariū iheſu chriſti et per modum orationis et ſupplicationis recurratur ad deum.

Ad tercium ſic ꝓceditur. Uidetur enim ꝙ appellatio facta ad deū ſit admittenda. qr nulli eſt danda materia deſperandi. ſed ſi a ſententia iniuſte lata a papa ad deum appellari non poſſet daretur homini materia deſperandi exquo ad aliquē recurrere non poſſet. ergo videtur ꝙ talis appellatio ſit admittenda.

¶ Preterea rationabile eſt ꝙ cum deeſt auxilium humanū queratur diuinum. Sed. ij. paralip. xx. In perſona illiꝰ ſancti regis Joſaphat cum deeſt nobis auxilium humanū hoc ſolum eſt nobis refugium vt oculos noſtros dirigamus ad deum. Sed de ſententia iniuſte lata a papa non poteſt haberi auxilium humanū. rationabile ergo eſt ꝙ appelletur ad deum.

¶ Preterea ſuperborū depreſſio eſt deo placita. Iuxta illud Judith. ix. Superbi ab inicio deo non placuerunt. ſed humilium et manſuetorum ſibi ſemper placuit deprecatio. Sed in tali appellatōne qua appellatur a papa ad deū ſequitur oppreſſorum liberatio et ſuperborū humiliatio. videtur ergo ꝙ talis appellatio ſit rationabilis

¶ In contrariū eſt quia ſubterfugere iudiciū a deo inſtitutū eſt ſubterfugere ordinē diuine iuſticie. ſed ſic appellans videtur ſubterfugere velle iudicium a deo inſtitutū. non ergo talis appellatio admittenda eſt.

¶ Reſpon. Dicendū ꝙ appellatio facta a papa ad deum rationabiliter eſt repellenda et nō admittenda ꝓpter duo.

¶ Primo quidē. quia omnis appellans iuſtificat ſe et iniuſtificat iudicem a cuius ſententia appellat. quia eoipſo ꝙ appellat dicit ſe iniuſte grauatū. et aſſerit iudicē eum iniuſte grauantem et per conſequēs dicit ſe iuſtum et iudicem iniuſtū appellans igitur a papa ad deum neceſſario habet iuſtificare ſeipſum coram deo et iniuſtificare papā. ſed quicunqꝫ iuſtificat ſe coram deo et iniuſtificat aliū meretur a deo repelli. Exemplū habemus de phariſeo. Luce xviij. Qui iuſtificans ſeipſum et iniuſtificans publicanum fuit a deo repulſus. appellatio ergo facta a papa ad deum non eſt admittenda. ſed potius repellenda ex parte ipſius appellātis qui eoipſo ꝙ iuſtificat ſe et iniuſtificat aliū repellenda eſt eius appellatio.

¶ Secundo hoc patet ex parte ipſius appellationis. quia appellatio innititur ſciencie quia innititur regulis iuris. Jura autē et leges planum eſt ꝙ ſe tenēt ex parte ſcientie. Cum igitur in ſciendo et in cognoſcendo ſit motus rerum ad animam oportet ꝙ deus cognoſcatur a nobis non immediate ſed per ſuas ſimilitudines et per ſuos effectus. Juxta illud apli ad Ro. i. Inuiſibilia dei per ea que facta ſunt intellecta conſpiciuntur. Supplicatio vero et oratio innititur gratie ⁊ amori. quia in amando eſt motus anime ad res.

¶ Ideo quāuis deus a nobis non immediate cognoſcatur poteſt a nobis immediate diligi ⁊ immediate amari. appellatō igitur que innititur ſententie nō poteſt intrare ad deū immediate niſi mediāte homine et mediantibus iudicibus inſtitutis a deo. ſed oratio et ſupplicatio que innititur amori immediate poteſt intrare ad deum. quia intrat amor vbi ſciencia foris ſtat.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ ſpes noſtra de deo non ſolū debet eſſe in hac vita. quia ſicut dicit apoſto. i. ad Chorin. xv. Si in hac vita tantum in chriſto ſperantes ſumus miſerabiliores ſumus omnibꝰ hominibus. contingit enī iuſto iudicio dei homines bonos ⁊ ſanctos quandoqꝫ ab eccleſia ſeparari per ſententiam iniuſtam vel excōmunicationis ſeu depoſitionis qui ſi ſine vlla cōtumelia vſqꝫ ad mortem fidem quā in eccleſia catholica predicari ſciunt teneant et defendant hos coronat pius pater in occulto videns. ſicut dicit Auguſtinus in libro de vera religione.

¶ Ad ſecundū eſt dicendum ꝙ cum deeſt auxilium humanū querendum eſt diuinū non per modum appellationis ſed per modū deuote ſupplicationis quā ſemper ipſe pius pater exaudit. vel liberando. vel patientiā tribuendo vel in meliꝰ id quod petitur cōmutando. ſepe enim que petuntur ſcdm Auguſtinū non dantur quandoqꝫ petuntur vt meliora dentur vel conuenientiori tempore largiantur.

¶ Ad tercium eſt dicendum ꝙ ſuperbia ſuperioris in hac vita non eſt repellenda ꝓpria virtute ſed patienter portanda. quia ſcdm apoſtolum. Non debemus vinci a malo. ſed vincere in bono malū. et potiſſime ab obedientia ſummi pontificis locū dei gerentis in terra nullus ſub quocunqꝫ pretextu ſine nota ſuperbie poteſt ſe ſubtrahere.

Ad quartum ſic ꝓceditur. Uidetur enim ꝙ a papa preſenti ad futurū poſſit homo appellare. quia maior eſt papa futurus reſpectu preſentis ꝙ̄ fuerit Ceſar imperator reſpectu pauli. ſed paulus ad ceſarem appellauit contra illos qui falſo modo ipſum incuſabāt. ſicut patet Actuū. xxv. ergo multo magis a papa preſenti homo poteſt appellare ad futurum.

¶ Preterea ſcribitur. ij. q. vi. Qui ſe ſcit alijs eſſe prepoſitū non moleſte ferat aliquē ſibi eſſe prelatū. ſicut ergo preſens papa ſcit ſe eſſe prepoſitum in audiendo omniū appellantium iudicia. ſic non debet moleſte portare ſi ab eo ad futurum papam appellatur.

¶ Preterea ſcribitur. ij. q. ſupradicta. Romanam ſedem appellet qui iudicem ſuſpectū habet. Sed papa p̄ſens quandoqꝫ poteſt haberi ſuſpectus iudex. ergo ad futurum papam romanam ſedem tenentem poteſt appellare.

¶ In contrarium eſt. quia appellationes que fiunt cauſa dilationis non ſunt recipiende. vt ſcribitur. ij. q. vi. Sed talis appellatio eſſet qua appellaretur a papa preſenti ad futurum quia nunqꝫ ſic imponeretur finis litibus et queſtionibus. non eſt ergo talis appellatio recipiēda.

¶ Reſpon. Dicendum ꝙ ridiculoſa eſt appellatio facta a papa preſente ad futurū. quod poteſt probari ratione oſtenſiua et ratione ducente ad impoſſibile.

¶ Prima ratio eſt talis: nam papa preſens comparatus ad futurū papam vt futurum nō eſt minor ipſo immo maior et perfectior. quia papa preſens eſt in actu. futurus vero vt futurus eſt in potētia. ſemper autem actus eſt potior et perfectior potentia. et quia a maiori ad minorem et a perfectiori ad minus perfectū appellatio non tenet. Ideo iſto modo a papa preſenti vſqꝫ ad futurum appellare ridiculoſum eſt. Si vero appelletur ad futurū papam non vt futurum ſed vt tunc preſentē. quia tunc eſſet in actu et eiuſdē auctoritatis cuius eſt papa preſens nec iſto modo teneret appellatio quia planum eſt ꝙ par in parem non habet imperiū. Semper autē ille qui cognoſcit de appellatione maior eſt illo a quo appellatur. Ratio vero ducens ad impoſſibile eſt talis. Nam ſi a papa p̄ſenti poſſet appellari ad futurū eadem ratione ab illo futuro poſſet appellari ad alium futurum et ſic duo impoſſibilia ſequerentur.

¶ Primo ꝙ eſſet ꝓceſſus in infinitum.

Secūdo ꝙ queſtiones et lites inter fideles eccleſie nunqꝫ finirentur et ꝙ appellatio q̄ tanquam remediū iuris inuenta eſt pro iuſticia cōtra iuſticiam militaret.

¶ Ad primū ergo eſt dicendū ꝙ Paulus appellauit ad Ceſarem tanqꝫ romanus ciuis non tanqꝫ maior vel equalis ſibi. vt dicit Auguſtinus. et ponitur. x. diſt. ſi in adiutoriū noſtrum terreni imperij leges aſſumēdas putatis non rep̄hendimus. Nam fecit hoc Paulus cum aduerſus iniurioſos romanū ſe ciuem eſſe teſtatur.

¶ Ad ſecūdum eſt dicendum ꝙ papa preſens reſpectu futuri vel eſt maior vel ſaltē ſibi equalis. Ideo ſine iniuria eius fieri non poſſit talis appellatio.

¶ Ad terciū eſt dicendū ꝙ omnium cauſarū negocia ſedis apoſtolice determinationi reſeruata ſunt et in omnibꝰ ſemper eius eſt expectandum conſultum cuius tramiti ſi quis ex aliqua ſumptione vel p̄ſumptione obuiare temptauerit non ſine honoris ſui periculo apud eandem ſedem ſe cauſas noſcat redditurū. vt dicitur. ij. q. ſupradicta.

Ad quintum ſic ꝓceditur. Uidetur enim ꝙ a papa ad collegium cardinaliū liceat homo appellare poſſit. quia ad il-

los pertinet iudicare de iudice ad quos ꝑtinet ipſum iudicem eligere. ſed ad collegiū cardinalium ꝑtinet papā iudicem eligere. ergo ad eos ꝑtinet de ipſo iudice iudicare.

¶ Preterea papa tenetur ſententiare et iudicare negocia eccleſie de conſilio cardinalium. ſi ergo aliqua facit non de conſilio card. videtur ꝙ ſaltem in talib⁹ ad eos appellari poſſit.

¶ Preterea papa comparatur ad cardinales ſicut caput ad membra. ſed aliquā virtutem recipit caput a membris. quia ſine vita cordis caput viuere nō poſſet. Sicut ergo ſi caput in corpore naturali offēderet poſſet appellari ad cor. ita ſi papa q̄ eſt caput in corpore miſtico offendit poteſt appellari ad cardinales.

¶ In contrarium eſt quia a maiori non appellatur ad minorem. ſed minor eſt auctoritas collegij q̄ pape. ergo talis appellatio nulla eſt.

¶ Reſpon. Dicendum ꝙ cardinales aſſiſtunt pape ſicut conſiliarij et ſicut famulantes et ſeruientes ſibi. oſtendūt enim ipſi pape diuerſas vias ſuper negocijs ꝓpoſitis ſuper quib⁹ conſilium vult accipere ⁊ ad ipſum poſtmodū ſpectat eligere et terminare quod magis expediēs eccleſie eſſe videtur. Unde cardinales a cardine dicti ſunt. quia ſicut in cardine vertit̄ totum hoſtium. ſic inter eos vertuntur negocia conſiliabilia totius mundi. Sed magna dementia eſſet appellare a domino ad ſibi ſubſeruiētes. et a rege ad ſuos conſiliarios. Magne ſimiliter eſt dementie credere ꝙ a papa ad cardinales poſſit appellari. cum ipſi cardinales ad papam comparētur ſicut ſubſeruientes et ſicut cōſiliarij eius. Papa vero comparatur ad cardinales ſicut celum comparatur ad terraꝫ. Unde dicitur. x. diſtin. Nunquid iuſtum vobis videtur ſi cedat ſpirit⁹ carni. ſi a terrenis celeſtia ſuperentur ſi diuinis preferantur humana. ſicut ergo celum generat et corrumpit iſta inferiora alterat et variat ipſa nihil tamen iſtoꝝ inferiorum inſurgit contra celum vel appellat̄ contra ipſum. ſed pacienter tollerat quicquid celū operatur in eis ſiue per generationē ſiue corruptionem ſiue alterationē. ſic poteſtas papalis tanquam celeſtis. ita poteſt omnes inferiores poteſtates tam clericoꝝ ꝙ laicorum generare, corrumpere ⁊ alterare ꝙ nulli licꝫ inſurgere vel appellare contra ipſum.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ papa eligit cardinales et cardinales eligunt papā non tamen eodeꝫ modo. ſed papa eligit cardinales ꝓpria ſua virtute. quia quicquid fruct⁹ et quicquid auctoritatis eſt in eis ē a papa. Unde ſaluator. Jo. xiij. dixit diſcipulis quoꝝ perſonas cardinales repreſentant. Non vos me elegiſtis ſed ego elegi vos et poſui vos vt eatis et fructum afferatis. Et Jo. x. dixit. Manete in me et ego in vobis quia ſine me nihil poteſtis facere. Sed cardinales eligunt papam auctoritate ipſius pape non auctoritate ꝓpria. quia enim a duabus partibus cardinaliuꝫ electus ipſo facto ab vniuerſali eccleſia ſummus pontifex habeatur auctoritate pape firmatum eſt. Unde ſic poſſunt papā eligere auctoritate ſua quod tamen non poſſunt de ipſo electo iudicare vel contra ipſum appellationem recipere.

¶ Ad ſecundū eſt dicenduꝫ ꝙ non eſt de ratione pape vt papa determinare vel ordinare negocia eccleſie de cōſilio cardinaliū. Poteſt enī ſine eorum conſilio talia expedire et determinare. quia chriſtus cuius vicem gerit non legim⁹ ꝙ aliqua de cōſilio apoſtoloꝝ egerit vel determinauerit niſi temptatiue eos inſtruendo ſicut quando dixit Philippo. Unde ememus panes vt manducent hi temptans eum. Ipſe tamen ſciebat quid eſſet factur⁹. Et ſicut quādo dixit Petro. Reges terre a quib⁹ recipiunt tributum a filijs vel ab alienis. Sed quia papa purus homo eſt et poteſt in talib⁹ negocijs falli et fallere tanto ampli⁹ decet ipſum cum maturiori cōſilio agere cuncta que agit quāto per eum determinata ponunt̄ ſuper candelabrum et non ſub modio. et quāto determinationi ipſius nullus mortalium audet reſiſtere.

¶ Ad tercium eſt dicendum ꝙ non eſt de ratione capitis vt caput aliquid recipere a membris ſed ſemper influere. Unde caput in corpore naturali non recipit aliquid a membris vt caput. ſed ſi recipit aliquid hoc eſt ratione nutrimenti quo indiget per digeſtionē factaꝫ in ſtomacho et in epate et in corde et quātum ad hoc deficit a ratione capitis. ſed ſummus pontifex ſic eſt caput i toto corpore miſtico eccleſie ꝙ nihil virtutis ⁊ auctoritatis a membris recipit ſed ſemper influit ꝓpter qd̄ habet complete rationem capitis.

Ad ſextum ſic ꝓceditur. Videtur enim ꝙ a papa homo poſſit appellare ad generale concilium. quia a minori poteſt homo ad maioreꝫ appellare. ſed maior eſt poteſtas in concilio q̄ in papa quia in iſto papa vel in illo poteſtas eccleſie morit̄. ſed in concilio et in tota eccleſia nō morit̄. licet ergo a papa ad concilium appellatur.

¶ Preterea ſcd̄m Auguſtinū. Bonum commune prefert̄ cuilibet bono priuato. ſed generale conciliū repreſentat bonum cōmune tocius eccleſie. papa vero cum ſit perſona priuata merito ſubeſt auctoritati et poteſtati concilij.

¶ Preterea cōmunitas errare non poteſt vnde nec excōmunicatur. papa vero errare poteſt ſed ab omni deuio et obliquo poteſt appellari ad rectum et regulatum a papa. ergo ad concilium poteſt appellari.

¶ In contrariū eſt. quia conciliuꝫ generale recipit auctoritateꝫ a papa et non econuerſo. ſicut patet. xvij. diſtin.

¶ Reſpon. Dicendum ꝙ ſicut dicit ... us tercio ethicoꝝ. Electio eſt determinatio concilij. Fit enim concilium ex multis perſonis. vt per illas ꝓponantur diuerſe vie ex quibus ille qui preeſt cōcilio poſſit vnam pre alijs eligere. Nā ſcd̄m Damaſcenū. Electio eſt multis preiacentibus vnū pre altero eligere. Sine papa ergo vel eius auctoritate in concilio nulla poteſt fieri electio de his que ꝓponuntur. Ideo dicitur xvij. diſtin. ꝙ auctoritas congregandoruꝫ vniuerſalium concilioꝝ penes apoſtolicam ſedeꝫ reſidet. quia abſꝙ romani pontificis auctoritate concilium nec firmitatē nec auctoritatē habet. Eſt ſimiliter alia ratio quare a papa ad cōcilium appellari nō poteſt quia ordinem rerū naturaliuꝫ in regimine naturali nullus poteſt immutari niſi deus. Et in regimine morali ordinem iudiciariuꝫ nemo poteſt immutare niſi papa qui vicem dei gerit in terra. Sed ordo iudiciarius qui vertitur inter homines preſupponit auctoritatem pape ad concilium conuocando et auctoritatē tribuendo et modum appellationis vnius ad alterū ordinando. Ridiculoſa ergo eſt apppellatio a papa ad conciliū cum ordinem iudiciariū in regimine eccleſie cōcilium immutare non poſſit abſꝙ auctoritate pape.

¶ Ad primuꝫ ergo eſt dicendum ꝙ maioritas dicta de poteſtate vt reſidet in eccleſia et in papa non accipitur ſecundū vniuocam rationem quia vt eſt in eccleſia vel in concilio eſt radicaliter et habitualiter. quia deficiente papa ⁊ collegio cardinalium poſſet ſibi de collegio et de paſtore ꝓuidere. Sed in papa huiuſmodi potentia eſt actualiter. et qꝛ quod eſt in actu poteſt agere. quod vero eſt in habitu et in potentia non agit. ergo poteſtas eccleſie maioritate potentiali vel habituali maior eſt in cōcilio et in tota cōgregatione fidelium q̄ in papa. quia in concilio fidelium talis poteſtas nunꝙ moritur. In papa vero iſto vel illo morit̄. Sed maioritate actuali maior ē poteſtas eccleſie in papa q̄ in concilio. quia conciliū per illam poteſtiam non poteſt agere. papa vero poteſt agere quando vult. Cum igitur appellare dicat actū a papa ad concilium non tenebit talis appellatio ſicut nō tenet appellatio de maiori ad minorem.

¶ Ad ſecundū eſt dicendum ꝙ quia ſcd̄m Auguſtinū ſuper illo verbo Geneſ. i. Vidit deus cuncta que fecerat et erāt valde bona. Omnia a deo ꝓducta bona quideꝫ erant in ſe. ſed valde bona ꝓpter ordineꝫ quē ad inuicem tenēt. Cū ergo toti⁹ eccleſiaſtici ordinis dux ⁊ caput ſit ipſe papa. ſicut per appellationē tolleretur talis ordo ita tolleretur tale bonum. quia cum bonum exercitus non ſit niſi ꝓpter bonum ducis. et bonum eccleſie non niſi ꝓpter bonū pape. Maius bonuꝫ eſt bonum ducis q̄ totius exercitus et bonum pape maius q̄ totius eccleſie.

¶ Ad tercium eſt dicendum ꝙ quando papa erraret in tali caſu vt ſupradictum eſt recurſus poteſt haberi ad cōcilium. quia ꝓpter hereſim papa deſinit eſſe papa. ſed ipſo exiſtēte in ſua auctoritate null⁹ ab eo pōt ſe ſubtrahere quacunꝙ via.

Ad ſeptimū ſic procedit̄. Videntur eniꝫ ꝙ papa poſſit ſtatutū facere ꝙ ab ei⁹ ſententia homo poſſit appellare. quia papa poteſt facere ſtatutū ꝙ poſſit papatui renunciare. ergo vt videtur multo fortius poteſt facere ſtatutum ꝙ ab eius ſententia homo poſſit appellare.

¶ Preterea abſꝙ iniuria alterius homo poteſt renunciari iuri ſuo. dato ergo ꝙ ordine iudiciario appellatio a papa nulla ſit quia nō recognoſcit ſuperiorē poteſt tamē vt videtur predictum ordinem iudiciariū immutare et tali iuri renunciare.

¶ Preterea papa ſolut⁹ eſt a ſolutione tributi. et tamen ſi tributū petit imperator. papa nō negat. ergo ſimiliter dato ꝙ non ſit ſolut⁹ a lege appellationis. videtur ꝙ ſeipſum pōt ſtringere tali lege.

¶ In contrarium eſt. quia papa non poteſt ꝙ decretis ſanctorum patrū inuenitur contrariū vel aduerſum. vt dicitur. xiiij. diſt. c. ſicut. Sed in capitulis epheſini concilij inuenitur diffinitum ꝙ a ſedis apoſtolice ſententia nulli liceat appellare.

¶ Reſpon. Dicenduꝫ ꝙ ſicut deus comparat̄ ad omnes cauſas ſecūdas in actione naturali. ita papa comparat̄ ad omnes poteſtates inferiores eccleſiaſtici ordinis in iuriſdictiōne et a-

ctione morali. Sed ſic deus comparaẗ ad cauſas ſecūdas in iuriſdictione naturali quia pōt eximere vnam creaturā a iuriſdictione alterius vt pōt eximere cōbuſtibile a iuriſdictione ignis comburētis vt quod ſtans in igne non comburatur ſicut fecit de Daniele et ſocijs eius. Sed non pōt eximere aliquā creaturā a iuriſdictōne ſua. Nam ſcđm apoſtolū. Fidelis eſt deus ⁊ ſeipm negare non pōt. Si autē eximeret creaturam aliquā a iuriſdictione ſua. negaret ꝙ non eſſet deus. Sic papa comparaẗ ad poteſtates eccleſiaſtici ordinis quia pōt eximere vnū prelatum et vnum collegiū a iuriſdictione ſuperioris nullum tū pōt eximere a iuriſdictiōe ſua. qꝛ tunc negaret ꝙ non eſſet caput toti⁹ eccleſie. cū igitur per talem appellatonē homo ſubtrahat ſe a iuriſdictiōe pape et ſupponat ſe iuriſdictōi alterius non pōt papa ſtatutū condere ſicut nō poſſet facere ſtatutū ꝙ papa exiſtens papa nō preeſſet toti eccleſie.

Ad primū ergo eſt dicendū ꝙ papa nō poteſt renunciare papatui ſed ꝙ exiſtens papa neget ſe eſſe papā et caput totius eccleſie contradictionem implicat. vnde illud nō eſt factibile illud autē ſic.

Ad ſecundū eſt dicendū ꝙ quilibet pōt renunciare iuri ſuo ſi illud ius nō eſt ſibi ꝑ alium acquiſitū. et ſi in preiudiciū illius talis renunciatio non vertaẗ. Nunc autē ius pape a ſolo deo eſt ſibi acquiſitū. et ideo exiſtens papa nō poteſt renunciare tali iuri ſine iniuria ipſi⁹ dei et totius eccleſie.

Ad terciū eſt dicendū ꝙ tributum ſolutẗ de bonis tpalibus que papa pōt ſupponere poteſtati alioꝝ abſqꝫ preiudicio ſue iuriſdictiōis. Sed ꝙ aliquis ꝑ appellationē ſubtraheret ſe vniuerſaliter ab auctoritate ſua preiudicaret iuriſdictioni ſue que eſt caput totius eccleſie.

Ad octauum ſic ꝓceditur. Videẗ enim ꝙ non ſit error dicere a papa poſſe appellari ad deū vel hominē. quia error et omne vicium ſcđm Auguſtinū eſt contra naturam. ſed appellare ſup cauſa iniuſta eſt naturale. ſicut naturale eſt violētiam repellere. ergo ſic appellare non eſt error.

Preterea ſcđm Auguſtinū in de vera religione. Dubia in fide tamdiu credēda ſunt quādiu contrariū non ꝑcipiat auctoritas ſancte eccleſie. ſed nulla auctoritate videtur diffinitū ꝙ hoc ſit error dicere a papa ad deū poſſe appellari. ergo talis appellari ad hereſim nō ꝑtinet.

Preterea vnuſquiſqꝫ teneẗ ſe in vita naturali ꝯſeruare quantū poteſt. ergo ſimiliter in vita morali. ſed appellatio ad hoc eſt inuenta ad cōſeruationē videlicꝫ iuſticie in vita morali. ergo abſqꝫ peccato hereſis non ſolū credere verum etiam facere licitum eſt.

Jn contrariū eſt. quia error eſſet credere papam non eſſe caput toti⁹ eccleſie. ſed quicunqꝫ credit a papa poſſe appellari ad hominem vel deum ordine iudiciario credit papā non eſſe caput totius eccleſie. ergo ſic credere error eſt.

Reſpon. Dicendū ꝙ articulus fidei eſt credere vnam ſanctā catholicam et apoſtolicā eccleſiam. vnitas autē illius eccleſie et firmitas eſt ex vnitate ⁊ firmitate capitis. Quicunqꝫ autem credit a papa poſſe appellari in ꝑſenti vita ad hominem credit aliud caput eſſe in eccleſia preter papam et ſic nō credit eccleſie vnitatem. quicunqꝫ aūt credit a papa poſſe appellari ad deum ordine iudiciario credit huiuſmodi ordinem iudiciarium non eſſe inſtitutū inter homines fieri in ꝑſenti vita: et ſic peccat contra apoſtolicam auctoritatē. Unde puto ꝙ error ſit credere a papa ad deum vel hominē in ꝑſenti vita poſſe appellare potiſſime temerarie et ꝑtinaciter hoc defendendo.

Ad primū ergo eſt dicendum ꝙ illud qđ eſt naturale in vno pōt contra naturā eſſe in alio. Naturale nanqꝫ in igne eſt calefacere. ⁊ contra naturam in qua ſic naturale eſt vt poteſtas inferior ſup cauſa iniuſta recurrat ad ſuperiorem ſed ꝙ ſubtrahat ſe vniuerſaliter a ſuperiori eſt contra naturam. quia tunc ſupremum non eſſet ſupremum.

Ad ſecundū eſt dicendum ꝙ quicunqꝫ pertinaciter defendit contra illa que determinata ſunt per quatuor cōcilia hereſim incurrit qꝛ illa approbata ſunt per eccleſiā ſicut quatuor euangeliſte vt ſcribiẗ. xv. diſt. c. ſicut. Sed in capitulis ephesim concilij inueniẗ ꝙ a ſedis apoſtolice ſententia nulli appellare liceat.

Ad terciū eſt dicendum ꝙ vniuerſaliter homo teneẗ vitam ſuam conſeruare tam naturalē ꝙ moralem quantū poteſt. ſed in caſu fidei vel pro vitando maiori ꝑiculo ſeu pro vtilitate rei publice tenetur ſe mortis periculo exponere.

## Queſtio. VII. de reprehenſione pape

Deinde conſiderandū eſt de pape reprehenſione. Circa quod queritur quatuor.

Primo. vtrū ad papā ſe extendat fraterna reprehenſio.

Secundo. vtrum reprehenſio pape debeat fieri in ſecreto vel in aperto.

Tercio. vtrū ſi papa non audit reprehēdentem ſit dicendū eccleſie.

Quarto. vtrū papa de omni peccato reprehendi debeat ex precepto.

Ad primum ſic ꝓceditur. Videẗ enim ꝙ ad papā ſe non extēdat fraterna reprehenſio. qꝛ ſcribitur Exo. xix. Beſtia q̄ tetigerit montē lapidabiẗ. per montē vero papa. per beſtiam aūt quilibet inferior. ꝑ tangere autē reprehenſio intelligiẗ. vt glo. dicit. Item ij. Regū. vi. c. ſcribitur. ꝙ Oza percuſſus eſt qui tetigit archam dn̄i per quā papa ſignificatur. Similiter numeri. xij. ſcribiẗ ꝙ Maria ſoror Aaron ꝑcuſſa eſt lepra. qꝛ corripuit Moyſen principē et ducem populi. nō ergo ad papā ſe extendit fraterna reprehenſio.

Preterea opa iuſticie quandoqꝫ dimittēda ſunt ꝓpter ſcandalū vt excōmunicatio principis vel cōitatis ſeu repetitio decimarū quandoqꝫ dimittitur ꝓpter ſcandalū vitandum. cū ergo papa de facili poſſit ſcandalizari et indignari de reprehēſione ſibi facta videẗ ꝙ dimittenda ſit talis rep̄henſio ꝓpter ſcandalū.

Preterea reprehendēs eſt agens reprehenſus vero eſt patiēs. ſed ſcđm Auguſtinū. agēs eſt ſuꝑior paciente. papa ergo qui ſuperior eſt non debꝫ ab aliquo reprehendi.

Jn contrariū eſt. qꝛ quilibet teneẗ ex precepto domini corripere fratrem ſuum. Juxta illud Math. xviij. et poniẗ. ij. q. i. Si peccauerit in te frater tuus corripe eum inter te et ipſum ſolū Sed omnis homo eſt frater ipſius pape quia ipſe xp̄s cuius vicē gerit non cōfunditur omēs hoīes fratres vocare dicēs ad Hebre. ij. Nunciabo nomen tuū fratribus meis. ergo talis reprehenſio ad papā ſe extendit.

Reſpon. Dicendū ꝙ aliqui dicūt reprehenſionem fraternā ſe non extendere ad papā niſi in ꝑiculo fidei vel in crimine hereſis. tunc enim inferior ſit ſuꝑior cum agaẗ cauſa dei. ſicut accidit de Lanfredo monacho qui de licentia ſui abbatis fuit ad conuincendū berengarium qui impugnabat quendā articulum fidei. ſed in omnibus alijs cū corripiēs reſpectu correpti teneat ſuꝑiorem locū eo ipſo ꝙ papa ſuperiorē locum tenet in tota eccleſia in ꝑſenti vita nullus mortaliū culpas eius rep̄hendere habet. vt dicitur. xl. diſt. c. ſi papa. et quādo diciẗ ex precepto domini. Si peccauerit in te frater tuus corripe ipm̄. ergo ſi peccat in te talis frater puta papa fallacia eſt cōſequentie. non enim intelligiẗ talis correctio de omni fratre ſed ſolū de inferiori vel equali. puto tamē abſqꝫ preiudicio eſſe diſtinguendum ꝙ correptio ſeu rep̄henſio trib⁹ modis poteſt fieri.

Primo modo per modū ſimplicis admonitionis. et iſta cum ꝓcedat ex caritate ſe extendit ad papam et ad omnes ſuꝑiores maxime quādo ſperaẗ de emendatiōe. Licet enī papa ſit vniuerſaliter ſuꝑior alijs dignitate. in multis tamen alijs poteſt eſſe inferior. Dicit enim Aug⁹. in ep̄la ad Hiero. Rogo te vt me fidenter corrigas vbi mihi hoc opus eſſe ꝓſpexeris quia quanꝙ ſecundū honoꝝ vocabula q̄ iam eccleſie vſus obtinuit ep̄atus ꝑſbytero maior ſit tamē in multis rebus. Aug⁹. Hiero. Minor eſt licet etiā a minore non ſit refugiēda vel dedignanda correptio.

Secundo poteſt fieri per modum imperij ⁊ pene cōminationis.

Tercio per modū denunciationis et incuſationis coram iudice et neutra illarū extendit ſe ad papam quia ꝑdictis modis ipſe omnes iudicat et a nemine iudicatur.

Ad primū ergo eſt dicendū ꝙ illa correptio que fuit ab inferiori ad ſuperiorem ex ſimplici admonitiōe caritatis debet habere tria.

Primo diſcretionem ⁊ debitam diligentiā vt ſperetẗ vel credatur eius correptio.

Secundo debet habere ſubiectionē et debitam reuerētiam vt non fiat modo temerario et cum proteruitate.

Tercio debet habere dilectionē et beniuolentiam vt non fiat cauſa diffamatiōis ſeu detractionis. ꝓpter igitur carentiā primi mandatum fuit beſtiam montē non tangere. id eſt beſtialiter et indiſcrete ꝓlatum reprehendentē lapidari ꝓpter carentiā vero ſecundi Oza percuſſus eſt temerarie tangēs archam. cum enim eſſet de genere ſacerdotali ꝓprijs humeris debebat portare. Unde diciẗ in textu. ꝙ propter temeritatē percuſſus eſt a dn̄o. Sed ꝓpter carentiam tercij Maria ꝑcuſſa eſt lepra. qꝛ cauſa murmuratiōis et diffamationis inſurrexit contra Moyſen.

Ad ſecundū eſt dicendum ꝙ excōmunicatio principis et multitudinis non dimittiẗ ꝓpter ſcandalum tantū. cum equitas iuſticie non ſit dimittenda ꝓpter ſcandalū ſed ꝓpter periculum ſciſmatis vel cōtemptus excōmunicatiōis vitandum. Similiter repetitio decimaꝝ a militibus et principib⁹ non eſſe dimittenda ꝓpter ſcandalū. ſed quia ipſi quandoqꝫ dicunt ſe habere eas ex dono eccleſie.

¶ Ad tercium eſt dicendū ꝙ tali reprehenſione que ꝓcedit ex caritate cum cōditionibus ſupradictis ſuperior poteſt reprehendi ab inferiori. quia ſi ſuperior eſt dignitate p̄lationis in multis tamen alijs poteſt eſſe inferior.

Ad ſecundū ſic ꝓceditur. Videtur enim ꝙ in aperto nō in ſecreto reprehenſio pape debeat fieri. quia Paulus inferior fuit Petro. cum ſcribit ad Gal. ij. ꝙ cum veniſſet Cephas anthiochiam in faciem ſibi reſtitit coram omni populo quia reprehenſibilis erat in aperto ergo non in ſecreto debet fieri pape reprehenſio.

¶ Preterea ſcribit .i. ad Thimo. v. Peccantem coram omnib⁹ argue vt ceteri timeant. Coram omnib⁹ ergo papa eſt arguēdus vt alij inferiores timorem habeant.

¶ Preterea ſcribit Act. v. ꝙ Petrus Ananiam et Zaphiriam vxorē eius occulte defraudantem de precio agri publice denūciauit nulla ſecreta admonitione p̄miſſa. ergo ſi papa occulte vel publice peccet ꝓpter ſtatum publicū in quo reſidet reprehendi debet.

¶ In contrariū eſt. quia ſup illo verbo Mathei. xvi. Aſſumens petrus Jeſum ſeorſum increpauit illum. dicit Hieronimus ꝙ aſſumpſit pet⁹ Jeſum ſeparatim ne p̄ſentibus ceteris condiſcipulis magiſtrum videatur arguere.

¶ Reſpon. Dicendum ꝙ illa queſtio eſt dubia ꝓpter rep̄henſionem Pauli qui publice coram omnibus Petrū arguit. Sicut patet ad Gal. ij. Et quāuis ſcd̄m Hiero. dicatur ꝙ talis rep̄henſio fuerit diſpenſatoria et non vera. E contrario dicēte Auguſtino. ꝙ fuit vera et nō ficta Ad preſens tamē poteſt predicta dubicatio ſolui vniuerſaliter de cōmuni correptiōe fraterna vt dicat ſicut dicit Aug⁹. in libro de verbis domini. ꝙ peccatum vel eſt publicū et notorium. vel eſt occultum et ſecretū. Si vero ſit publicū quia tunc non ſolū peccat in te nec tibi iniuriā et contumeliā facit. ſed etiam in omnes vidētes modo quo dicitur. Math. xviij. de ſeruo nequā cuius opera videntes conſerui eius contriſtati ſunt valde. Tunc dicente ap̄lo coram omnib⁹ debes arguere. Si vero peccatū ſit ſecretū tunc ſcd̄m verbum ſaluatoris debes arguere inter te et ipſum ſolum.

¶ Secūdo poteſt ſolui particulariter de reprehenſione que extendit ſe ad papā et loquendo de iſta puto eſſe dicendū ꝙ vel iſta reprehenſio eſſet in cauſa fidei et in crimine hereſis. et tunc publice talis reprehenſio eſt fienda. Unde dicit glo. ad Gal. ij. ꝙ nequāꝙ̄ paulus petrum coram omnib⁹ reprehendiſſet vel in faciem ſibi reſtitiſſet niſi ei fuiſſet par vel equalis quod eſt verum quantū ad defenſionem fidei. Et Aug⁹. in epiſtola ad Hiero. vbi iſtam queſtionē pertractat. dicit ꝙ Paul⁹ poſteris prebuit exemplū quo non dedignarētur maiores a minoribus corrigi pro defendendo euangelicā veritatem ſalua fraterna caritate. Et ſubdit ꝙ pro veritate fidei minores maiorib⁹ reſiſtere poſſūt ſi tramitem fidei veritatis relinquant. cū ergo iudaiſare et ad iudaizandū alios ꝓuocare. iam veritate euangelica ꝓmulgata eſſet contra tramitē doctrine euangelice merito in tali caſu Pet⁹ a Paulo rep̄henſus eſt. et papa in tali caſu iuſte a quocunꝙ fideli poſſet corrigi. ſi vero fiat ſuper emendatōne aliorum peccatorum zelo caritatis verbo ſimplicis admonitiōis debet fieri in ſecreto ſi ſperet correctio. et hoc nō temerarie ſed ſeruatis conditionibus ſupradictis.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ Paulus fuit minor Petro et maior et equalis. Minor quidem fuit poteſtate prelationis. quia ſolus Petrus fuit cephas id eſt caput totius eccleſie. Maior autē prerogatiua electionis. quia electus fuit a chriſto poſt reſurrectionem et poſt glorificatiōem. Unde in bulla pape Paulus ponitur a dextris Pet⁹ vero a ſiniſtris. Sed equalis fuit officio predicatiōis et fidei defenſionis quia creditū fuit ſibi euangeliū preputij. ſicut Petro euangeliū circūciſionis ſicut ipſe teſtatur ad Gal. ij. Unde in tali caſu iuſte poterat Petrum reprehēdere ſicut equalem ſibi vel minorem.

¶ Ad ſecundū eſt dicendū ꝙ verbum apoſtoli intelligitur de peccatis publicis et notorijs: vel intelligit de correctione que pertinet ad prelatos et ad quos ꝑtinet corrigere non ſolū per fraternam caritatē ſimplici verbo monendo verumetiam per iuſticie equitatem delinquentes puniendo et penā infligendo vt alij timeant.

¶ Ad tercium eſt dicendum ꝙ peccatū Ananie et Zaphire vxoris eius non deuenerat ad notitiam Petri modo humano per denunciationem vel incuſationē ſed per diuinam reuelationem. et ideo in peccato illo proceſſit non ſcd̄m formam humani iudicij. ſed ſcd̄m formam iudicij diuini tanꝙ̄ executor dei exiſtens.

Ad tercium ſic ꝓceditur. Videtur enim ꝙ non ſit dicendū eccleſie dato ꝙ papa non audiat reprehendentem. quia ſecundū gloſam. per eccleſiā intelligitur prelatus ſed papa nō habet ſupra ſe prelatū niſi deum: ergo neglecta reprehenſione non poteſt dici eccleſie.

¶ Preterea ſcd̄m regulam chriſti Math. xviij Si peccauerit in te frater tu⁹ ſi te non audit debes adhibere vnum vel duos. ergo teſtium adhibitio neceſſaria eſt anteꝙ̄ dicatur eccleſie.

¶ Preterea fama fratris reſeruanda eſt et tanto magis fama pape quanto eius fame detrahere eſt magis periculoſum. ſed per dicere eccleſie fama eius perditur. ergo neglecta reprehenſione per papam non ꝓpter hoc dicendum eſt eccleſie.

¶ In contrariū eſt. quia vt ſupradictum eſt ad papam ſe extendit reprehēſio fraterna. ergo ad ipſum ſe extendit ordo reprehēſionis fraterne. ſed hoc eſt ordine fraterne reprehenſionis. ꝙ ſi homo non auditur in monitione ſecreta dicat eccleſie. in reprehenſione ergo pape talis ordo debet ſeruari.

¶ Reſpon. Dicendum ꝙ ſicut ſupradictum eſt reprehenſio que ſe extendit ad papam per modum ſimplicis monitionis eſt fienda cum ſpe emendationis ſeruatis illis conditionibus ꝙ fiat cum debita diſcretiōe et diligentia cum dilectione et beniuolentia. et cum ſubiectione et reuerentia. Diſtinguendū eſt tamen de his que reprehendunt in papa. quia quedā ſunt occulta peccata que ſolum ſunt in malū ipſius peccantis et illius in quē peccatur in talibus ordo predictus ſeruādus eſt vt priuſꝙ̄ dicatur eccleſie p̄cedat ſecreta monitio. Quedam vero ſunt que redundāt in malum toti⁹ reipublice. ſicut peccatū hereſis et ſubuerſio toti⁹ fidei chriſtiane. et in talibus non eſt talis ordo ſeruandus. ſed ſtatim ſuccurrendū eſt periculo. eo ꝙ bonū cōmune preferendū eſt cuilibet bono priuato. niſi firmiter crederet ꝙ a tali ſubuerſione ꝑ monitionem ſecretam vellet deſiſtere. Hunc enim modum tenuit Aug⁹. cum epiſcopis africanis inſurgēte pelagianorū hereſi. ꝙ non p̄cedente admonitione ſecreta denunciauerūt pape Innocētio dicētes. Domino beatiſſimo meritoꝙ venerabili pape Innocentio Auguſtin⁹ in domino ſalutem. Noua quippe hereſis et nimiū pernicioſa temptat aſſurgere inimicorū gratie chriſti qui nobis etiā dominicā orationem impijs diſputationib⁹ conantur auferre ad quam extirpandā venerabilitas tua inſtanter et celeriter ꝓuidendum occurrat.

¶ Ad primū ergo eſt dicendum ꝙ per eccleſiā poteſt intelligi prelatus vel ipſa cōgregatio fidelium qui locū prelati tenet in cauſa fidei vel in eo ꝙ redundaret in periculum multitudinis et totius reipublice.

¶ Ad ſecundum eſt dicendū ꝙ ille ordo debet ſeruari in peccatis qui ſunt in malū ipſius peccantis [illegible]. ſed quādo ſunt talia peccata per que pōt eſſe ſubuerſio chriſtiane fidei talis ordo ſeruandus non eſt.

¶ Ad tercium eſt dicendū ꝙ ſic ſaluator ordinauit reprehenſionem fraternam fieri vt prouideatur conſcientie et in nullo fama ledat quod fit per ſecretam monitionē. tamen quia cōſcientia eſt fame p̄ferenda ſi aliter peccatum fratris emendari non poteſt ſine diſpendio fame ordinauit domin⁹ finaliter vt publice denuncietur quatenus talis obiurgatio a pluribus ſit ei remedium ſalutare.

Ad quartū ſic ꝓceditur. Videtur enim ꝙ de omni peccato papa reprehendi nō debeat. quia ſup illo verbo. Math. xviij. Si peccauerit in te frater tuus. dicit glo. notabiliter eſſe dictum. ſi peccauerit in te. quia de peccatis cōmiſſis in deum non eſt noſtri arbitrij iudicare. De plaſfemijs vero et alijs peccatis in deum cōmiſſis non eſt hominis papā vel alium reprehendere.

¶ Preterea in fraterna reprehenſione chriſtū imitari debem⁹. Iuxta illud ap̄li ad Ephe. v. Imitatores mei eſtote ſicut filij cariſſimi. Sed chriſtus multa peccata punit de quibus ſecretam monitionē non premittit. non ergo de omni peccato eſt ſecreta reprehenſio facienda.

¶ Preterea ſcribitur Gene. xxxvij. ꝙ Joſeph accuſauit fratres ſuos apud patrē ſuum crimine peſſimo. nec legitur ꝙ aliqua ſecreta monitio preceſſerit. non ergo de omni peccato eſt talis reprehenſio facienda.

¶ In contrariū eſt. quia ſup illo verbo. Mathei. xviij. Si peccauerit in te frater tuus. dicit glo. Quocunꝙ peccato peccauerit te ſciente debes corrigere fratrem tuū. de omni ergo peccato correctio talis eſt facienda.

¶ Reſpon. Differētia eſt inter denunciatiōem accuſationē et ꝓclamationē. quia denunciatio fit ꝓpter emendationem fratris. et ideo precedit fraterna reprehenſio anteꝙ̄ fiat talis denūciatio vt ſimul preſeruet fama cum emendatione delinquentis. In accuſatione vero intenditur ſatiſfactio eccleſie et p̄ſeruatio ſalutis reipublice ꝓpter quod non de omnibus fienda eſt accuſatio. ſed ſolum de illis de quibus euidens eſt ꝙ ꝓueniat periculum toti multitudini et toti reipublice. vel ſpirituale vel corporale. et quādo ſic eſt poteſt homo ad accuſationē procedere monitiōe ſecreta non p̄cedente. quia bonum cōmune preferendum eſt bono priuato.

Unde accuſationē oportet inſcribi. denūciationem vero non. ſicut patet extra de accuſa. Sed ꝓclamatio fit de quibuſdaꝫ leuibus peccatis qui magis debet dici cōmemoratio ꝙ accuſatio vel denunciatio. Reducit enim ad memoriam facti culpa de qua purgare ſe tenetur que fame eius detrimentū non facit. Nam ſi ꝓclametur aliquis publice de aliqua graui culpa ex qua infamari poſſit ſecreta monitione nō precedente illicitū eſſet et contra chriſti preceptuꝫ. Ex quo patet ꝙ nec de omni peccato eſt reprehenſio fraterna facienda. nec de omni eſt pretermittenda.

Ad primū ergo eſt dicendū ꝙ peccata commiſſa in deuꝫ poteſt intelligi dupliciter. vel per cognitioneꝫ. ita ꝙ ipſe ſolus deus ſciat et non homo. et tunc talia nō eſt arbitrij noſtri reprehendere. vel per offenſionē ita ꝙ ipſe offendat quia fit aliquid te neſciente contra ꝓcepta eius et talia magis tenemur reprehendere ꝙ ſi committerentur in nobis.

Ad ſecundū eſt dicenduꝫ ꝙ peccata occulta nobis ſunt deo manifeſta. Unde ſicut omnia peccata publica ſe habent in iudicio humano ſic omnia peccata nobis occulta ſe habent manifeſte in iudicio diuino ꝓpter ꝙ poteſt punire ipſa ſecreta monitiōne non ꝓcedente. et tamē plerumqꝫ reprehēdit peccatores interi⁹ remorſum cōſcientie tribuēdo homine vigilante vel dormiente. Iuxta illud Iob. xxxiij. Per ſomnum in viſione nocturna qñ irruit ſopor ſuper homines tunc aperit aures virorꝝ et eos erudiens inſtruit diſciplina vt auertat hominē ab his que fecit.

Ad tercium eſt dicenduꝫ ꝙ multa credenda ſunt facta eſſe per antiquos patres pertinentia ad caritateꝫ fraternā que ſcripta non ſunt. pōt ergo eſſe ꝙ Ioſeph monuit fratres ſuos ante accuſationē licet hoc non ſit ſcriptum. Uel pōt dici ꝙ illud peccatū erat crimen publicū ſalteꝫ inter fratres. vnde erat accuſatione dignū ſecreta monitione non precedente.

# Queſtio octaua de pape repreſentatione

Poſt hoc videnduꝫ eſt de pape repreſentatione. Circa qđ queruntur quatuor.

Primo. vtrum papa repreſentetur per archam Noe.

Secundo. vtrū papa repreſentet per montem ſynai.

Tercio. vtrū papa rep̄ſentet chriſtū quantū ad ꝑſonam vel quantū ad officium.

Quarto vtrū pape aſſiſtāt cardinales ſicut chriſto aſtiterunt apoſtoli.

Ad primū ſic ꝓceditur. Uidet enim ꝙ papa nō repreſentet per archam noe. quia archa. xl. diebus ſtetit ſuꝑ aquis et aque eleuauerunt eam in ſublime a terra: vt ſcribitur Geneſ. vij. Sed poteſtas eccleſie cuius papa ſponſ⁹ eſt: eſt eterna. Iuxta illud Danielis. vij: Poteſtas eius poteſtas eterna que non auferet et regnum eius qđ non corrumpetur. ergo poteſtas pape non repreſentatur per archam noe.

Preterea archa. xv. cubitis eleuata eſt ſuꝑ omnes mōtes. vt dicit Geñ. c. ſupradicto. ſed poteſtas pape nō eleuabitur ſed deprimet ſub tractis fidelib⁹ ab obedientia ſua. Iuxta illud prima ad Thimo. iiii. In nouiſſimis tꝑibus diſcedent quidaꝫ a fide attendētes ſpiritibus erroris. ergo poteſtas pape nō repreſentatur ꝑ illam archam.

Preterea in eccleſia cuius papa ſpōſus eſt plures ſunt mali ꝙ boni. Sed ſcribitur. Geñ. vij. ꝙ de animalibus mundis intrauerūt in archam ſeptena et ſeptena. De animalibus vero īmundis duo et duo. ergo eccleſia vel papa nō repreſentat per illam archam.

In contrariuꝫ eſt. quia vbi rep̄ſentatus eſt xp̄s ibi repreſentatus eſt papa qui eſt vicarius chriſti. ſed in archa illa rep̄ſentatus eſt chriſt⁹. Scribitur enim extra de ſi. catho. Firmiter credimus ꝙ chriſt⁹ vna in duabus naturis ꝑſona viam vite manifeſti⁹ demonſtrauit. ſuper quo verbo dicit glo. ꝙ hoc ſignificatū fuit in archa noe vbi facta eſt ſanctorꝝ redemptio per duas naturas quo ad opinionē et veritatem.

Reſpon. Dicendū ꝙ iſtam queſtionē qualiter chriſt⁹ cuius papa vicarius exiſtit ſignificatus ſit per archam noe ꝑtractat Aug⁹. xv. de ci. dei. c. xxvi. et in libro contra Fauſtū manicheū negantem in libris hebreorꝝ aliquid de chriſto eſſe ꝓphetatum. et poſſum⁹ colligere ex dictis Auguſtini ꝙ quatuor modis illa archa chriſtū repreſentauit et per ꝯſequens papam vicariū eius repreſentabat.

Primo quantū ad illi⁹ arche diſpoſitiōem

Secūdo quantū ad eius compaginationē

Tercio quantuꝫ ad naturarū contentarum diuerſificationem.

Et quarto quantū ad eius perfectionem et conſummationē. Fuit autē diſpoſitio illius arche talis. quia. ccc. cubitorꝝ fuit longitudo. l. cubitorum latitudo. xxx. cubitorū altitudo. ita ꝙ erat archa illa ſepties lōgior ꝙ lata. Erat ſimiliter decies longior ꝙ alta. ſcđm quem moduꝫ ꝓporcionatū eſt corpus humanū bene diſpoſitum. Nam longitudo corporis humani eſt a vertice capitis vſqꝫ ad veſtigia. Latitudo vero a dextra ad ſiniſtram. Et altitudo eius a dorſo vſqꝫ ad ventreꝫ. Unde erit corpus humanū ſi bene ſit ꝓporcionatū ſepties longius ꝙ latuꝫ et decies longius ꝙ groſſum ſiue altū. Depoſitio ergo illius arche ſignificabat diſpoſitioneꝫ chriſti corporis in vtero virginali concepti.

Compaginata vero fuit illa archa ex lignis leuigatis. quia eccleſia cuius xp̄s caput exiſtit cōpaginata eſt ex viris ſanctis in eternū manſuris. Ligna enim leuigata vt dicit glo. Geñ. vij. Ligna imputribilia dicta ſunt. et non ſoluꝫ ligna illa erant leuigata. verumetiā quadrata et bituminata. et quia leuigata erant ſignificabant ſanctoruꝫ incorruptionē. quia vero erant quadrata ſignificabant ſanctorꝝ conſtantiā et perfectionē. vt ſicut quadratū ſemper reſiliſtat ita ſancti nec ꝓſperis nec aduerſis frangūtur. Sed quia bituminata ſignificabant ſanctorū dilectionem. Eſt enim bitumen ꝓfectiſſimum glutinum caritatis.

Continebat autē in dicta archa natura maſculina et feminina de omnib⁹ animalib⁹ que ſignificabāt dupliceꝫ naturā in chriſto diuinā et humanā per quā facta eſt omniū ſanctorꝝ redemptio ſcđm veritatem et ſcđm opinionem. quia ſcđm figuratiuā ſignificationē duplex natura in chriſto ſignificata eſt per duplicē naturam exiſtentē in archa. ſcilicet maſculinā et femininam.

Fuit autē illa archa ſic cōſummata ꝙ in parte inferiori multū lata et in parte ſuꝑiori multū ſtricta. ſic eccleſia cui⁹ papa ſponſus exiſtit inferius eſt multum ampla ꝓpter multos filios quos habet et multa membra habentia diuerſos actus. ſuꝑius tamen eſt multū ſtricta. quia in vno cubito ꝯſicitur et conſummat. Iuxta illud Geneſ. vij. In cubito cōſummabis ſummitatem eius. In vno enī chriſto capite tota eccleſia eſt ꝑfecta cuius vicarius papa exiſtit.

Ad primū ergo eſt dicendū ꝙ ſicut dicit gloſa. Geñ. vij. Quadragenario numero pluuia inundauit et archa ſtetit ſuꝑ aquas. et poſt quadraginta dies Noe feneſtrā aperuit quorꝝ dierum numerus ſignificabat tribulationē penitētie. quia ieiunātibus. xl. diebus celum aperitur. Nam Moyſes Helyas et Chriſtus quadragenario numero ieiunia conſecrauerūt tanquā tribus temporibus neceſſaria. ante legem. ſub lege. et ſub gratia.

Ad ſecundū eſt dicendū ꝙ. xv. cubitis archa illa fuit eleuata ſuꝑ montes. quia ſacramentū baptiſmi ꝑ qđ eleuamur ad eternā quietem dandam nobis in futura reſurrectione fienda. In octaua etate trāſcendit omnem ſcientiaꝫ et omnem altitudinē montium ſuperborꝝ. ſepteꝫ namqꝫ et octo faciunt. xv. quies ergo data hominū ſeptima die et futura reſurrectio fienda in octaua etate ꝑ ſacramentū baptiſmi nobis acquiritur in cui⁹ ſignificatione archa illa. xv. cubitis ſuper mōtes eleuata eſt. ſicut gloſa dicit. Geneſ: vij.

Ad tercium eſt dicendū ꝙ non dicunt ſeptena et ſeptena de mundis animalib⁹ intraſſe in archam et de immundis bina et bina. ꝙ plures ſunt boni ꝙ mali. ſed boni ſeruant vnitatē ſpiritus in vinculo pacis qui ſeptiformi operatione bonorū ſpiritus ſancti cōmendatur. Iuxta illud ad Ephe. v. Sollicitū ſeruare vnitatē ſpiritus in vinculo pacis. Mali vero in binario continent tanquā diuiſibiles et ad ſciſmata faciles. Ideo de mundis intrauerunt ſeptena et ſeptena. et de immūdis bina et bina. ſicut gloſa exponit capitulo ſupradicto.

Ad ſecundū ſic procedit. Uidetur eniꝫ ꝙ per montem ſynai nō repreſentetur papa. quia monteꝫ ſynai poterat populus aſcendere clangente buccina. Iuxta illud. Exo. xix. Cum clangere ceperit buccina aſcendant populi in montē. ſed montē qui papa eſt non debet aliquis aſcendere vel tangere. quia omnis qui tetigerit talem montē morte morietur vt dicit eodeꝫ li. et. c. ergo ꝑ montem illū papa nō repreſentatur.

Preterea ſuꝑ illo verbo pſal. Quis aſcendet in montē domini. dicit gloſa. ꝙ nullus propria virtute. ſed ad papatū quis ꝓpria virtute aſcendere poteſt. ergo ꝑ montem illū papa nō ſignificatur.

Preterea in monte illo Petrus petijt fieri tria tabernacula. Chriſto vnū. Moyſi vnū et Helye vnū. ſed in papatu non eſt niſi vnū tabernaculū et vna poteſtas. ergo ꝑ talem montem papa non ſignificat.

In contrarium eſt glo. Exodi. xix.

Reſpon. Dicendū ꝙ congrue ꝑ montem ſynai eccleſia cui⁹ papa eſt caput et rector ſignificata eſt. Ita enim ſcribit. Exo. xix. Die autē tercia deſcēdet domin⁹ coram omni plebe ſuper montē ſynai. in quibus verbis tangunt tria ꝑ que congrue ſignificat eccleſia.

Primo tꝑis congruitas quia non prima die

in lege nature. nec ſcḋa die in lege ſcripta. ſ; tercia die in lege gratie. quando venit plenitudo temporis tunc xp̄s deſcendet aſſumens carnē in vtero virginali.

¶ Secūdo eccleſie vniuerſalitas quādo dicit coram omni populo. Nam in lege gratie eccleſia incepit eſſe omis populi et eſſe vniuerſalis quia in ea nō eſt acceptus grecus neqꝫ latinus nō maſculus neqꝫ femina. vt dicitur Gal. iiij. Unde ſola ipſa dicit catholica qḋ idem ſonat ꝙ vniuerſalis. ſcḋm Iſido. Nam ſynagoga iudeorum catholica nō erat. quia nec erat vniuerſalis quantū ad ritum cum non tenerent ritum illum ſeruare niſi iudei. nec quātum ad tempꝰ. quia non ſemꝑ erat duratura.

¶ Tercio ipſius eccleſie altitudinis ſublimitas. quādo ſubdit ſuper montē ſynai. Super eccleſiā eniꝫ totam xp̄s deſcendit. qꝛ ipſe venit omnes ſaluos fieri et ad cognitiōem veritatis ꝑducere. vt dicitur. i. ad Thimo. i. Significat autē congrue poteſtas papalis et eccleſie ꝑ talem montem ꝓpter dictē poteſtatis ſublimitatem. quia nō eſt aliqua altior ⁊ ſublimior ipſa. Et ꝓpter eius auctoritatē. quia oēs alij montes et omnes alie poteſtates huic ſubijciūtur. Uolentes ergo reſiſtere auſu temerario lapidibus opprimēdi ſunt. Sic eni dicitur Exo. xix. Cauete ne aſcendatis in montē neqꝫ tangatis finem illius. Omnis ergo qui tetigerit montē morte morietur. Et ſubdit ibi. Manus nō tanget eum ſed lapidibus opprimetur aut confodietur iaculis ſiue iumentū fuerit ſiue homo.

¶ Ad primū ergo eſt dicendū ꝙ origenes ſoluit dictum argumentū ſuper verbo allegato dicens ꝙ prius deus ꝓhibet populū in monteꝫ aſcendere mortemqꝫ minatur. poſtmodū iubet vt clangente buccina populi in montem aſcendant humanā compeſcens audaciā. et ad obediendum inuitans. ꝓhibemur ergo montē papalis poteſtatis aſcēdere vel tangere per rebellionem et temerariā reſiſtentiā et iubemur clangente buccina eius doctrine dictū montē aſcendere ꝑ preceptionē alias receptionē eius mandati ⁊ eius ſubiectā obedientiam.

¶ Ad ſecundū eſt dicendum ꝙ mons ibi accipitur ꝓ ſacra ſcriptura cuius cognitio mons magnꝰ et altus eſt. quia omnium mundanarū ſcientiarū cacumina tranſcendit. omnēqꝫ philoſophiam ab alto deſpicit ad quē montem ſi philoſophi eoꝝ ingenij cacumine aſcēdere potuiſſent. nunqꝫ ydola coluiſſent. nec vnqꝫ creature colluꝫ inclinaſſent. ſicut dicit Richardꝰ in libro de cōtemplatione.

¶ Ad terciū eſt dicendum ꝙ ſcḋm Hiero. Errauit Petrus tria tabernacula petens fieri cum in vnum tabernaculū et in vnam veritatē conueniat lex ꝓphetia et euangeliū. Et ſicut petrꝰ errauit volens facere diuiſionē in monte ſacre ſcripture. ſic erraret faciens diuiſionē in monte vnitatis eccleſie ponens aliud caput in ſpūalibus. et aliud foꝛe in temporalibꝰ.

Ad terciū ſic proceditur. Uidetur eniꝫ ꝙ papa rep̄ſentet chriſtū quantū ad perſonam eius. qꝛ tenens locuꝫ alicuius rep̄ſentat perſonā eius. Sed papa tenet locuꝫ chriſti. Dicit eniꝫ Cyrillus in li. theſau. ꝙ apl̄i in euāgelijs et epiſtolis affirmauerūt in omni doctrina petrū eſſe loco domini et eius eccleſie dātes eidem locū in omni capl̄o et ſynagoga in electione et cōfirmatione. papa ergo tenens locum chriſti rep̄ſentat ꝑſonam eius.

¶ Preterea dicit ideꝫ Cyrillus in li. ſupradicto. ꝙ petro omnes iure diuino caput inclinant et primates mundi tanqꝫ ipſi dn̄o Jeſu obediunt. omnis ergo papa ſucceſſor petri perſonaꝫ eius repreſentat.

¶ Preterea quilibet papa ſuccedit petro. ſed petrꝰ ſuccedit xp̄o. Unde Criſo. exponēs illud verbū. Jo. xxi. Paſce oues meas. ſic dicit eſſe intelligendū loco mei p̄poſitus eſto fratꝝ. papa ergo rep̄ſentat ꝑſonam chriſti.

¶ In contrariū eſt. quia ꝑſona chriſti fuit eterna. perſona vero cuiuſlibet pape eſt tp̄alis. ſed temporale nō ſuccedit eterno.

¶ Reſpō. Dicendū ꝙ petrus non ſucceſſit xp̄o vt eſſet xp̄s ſicut ipſe erat. ſuccedit eni vnus papa alteri ⁊ vterqꝫ eſt papa nec vnus altero maior. Sed petrꝰ non ſucceſſit chriſto ꝙ eſſet xp̄s equalis ei in ꝑſona. Non eniꝫ dicimus ꝙ ſint plures chriſti quorū vnus ſuccedat alteri ſicut dicimus ꝙ ſint plures pape quoꝝ vnus alteri ſuccedit. Nā ſi ſunt aliqui qui dicant dij multi et domini multi. nobis tamē non eſt niſi vnus deus pater ex quo omia et nos in illo. et vnus Jeſus chriſtꝰ per quē omnia et nos per ipſum vt dicit apl̄s. i. Chorin. viij. Succeſſit ergo petrus xp̄o et quilibet alius papa ſuccedit ſibi vt vicarius eius in officio ⁊ poteſtate non in perſona. Nam ꝙ vnus papa ꝑſonaliter cedat et alius ꝑſonaliter ſibi ſuccedat tribꝰ modis quātum ad preſens contingere poteſt.

¶ Primo mortis interuentione. qꝛ cum quilibet homo ſit mortalis mortuo vno papa vel vno epiſcopo pōt alius ſibi ſuccedere in papatu vel epiſcopatu.

¶ Secūdo culpe diſpoſitione. vt ſi labatur in hereſim ipſo facto debꝫ cedere et alius ſibi ſuccedere.

¶ Tercio officij reſignatiōe. vt ſi ex defectu ſcientie vel ſenectutis officiū papatus ipſe papa reſignet poteſt ꝑſonaliter cedere et alius eligi ⁊ ꝑſonaliter ſibi ſuccedere. Nullo autē iſtoꝝ modorum chriſtꝰ potuit ꝑſonaliter cedere. nec poſſet quin ſemꝑ ſit papa et caput et rector totius eccleſie. non quidem mortis interuentiōe. quia ꝑſona chriſti eterna fuit habēs immortalitatē et lucem habitans inacceſſibilē. immo in ipſa paſſione et morte quā in humana natura ſuſtinuit effectum vite habebat. quia dicente apl̄o ad Hebre. vij. Factus eſt pontifex ſcḋm virtutem vite inſolubilis nec culpe depoſitiōe quia peccatū non fecit nec dolus inuētus in ore eiꝰ. nec officij reſignatione. qꝛ ipſe factus eſt papa et pontifex cum iureiurando per eum qui dixit ad eum. Tu es ſacerdos ineternū. Non igitur ꝑſonaliter chriſtus ceſſit papatui ⁊ pontificatui. et per conſequēs nec petrus nec aliquis papa ſucceſſit vel ſuccedet ſibi ꝑſonaliter. qꝛ non pōt aliquis alicui ꝑſonaliter ſuccedere niſi aliquis ſibi ꝑſonaliter cedat iſtis tribꝰ modis ſupradictis. Chriſtꝰ ergo qui ſemꝑ eſt viuens et ſemꝑ eſt papa et pontifex totius eccleſie et erit in perpetuuꝫ non poteſt ꝑſonaliter ſibi cedere nec alius ꝑſonaliter ſibi ſuccedere. poteſt enim pontifex ipſo viuente cōſtituere vicarium ſuuꝫ qui rep̄ſentet perſonam eius in officij adminiſtratione. ſed ꝙ ſuccedat ſibi perſonaliter non. Sic chriſtus qui ſemꝑ viuit et ſemper eſt ſacerdos in eternū. et nunquā poteſt cedere papatui et pontificatui ꝑſonaliter quin ipſe ꝑſonaliter ſit caput ⁊ pontifex totius eccleſie inſtituit Petrum ſuū vicarium cui totū quod ſuuꝫ erat plene cōmiſit vt loco eius regeret totam eccleſiam Unde petrꝰ ſucceſſit xp̄o non quidem ꝑſonaliter cum chriſtꝰ ꝑſonaliter nū ceſſiſſet. ſed ſicut vicarius et miniſter eius in officij adminiſtratiōe pōt ergo quilibꝫ papa poſt petꝝ dici ſucceſſor petri ꝑſonaliter qꝛ cedente petro ꝑſonaliter per morteꝫ alius ꝑſonaliter ſucceſſit. Sic quolibet papa ꝑſonaliter cedente vel per mortē vel alijs modis ſupradictis pōt alius eligi et perſonaliter ſuccedere. Sꝫ tam petrus qꝫ ſucceſſores eiꝰ non ſunt ꝑſonaliter ſucceſſores xp̄i. ſed dicuntur vicarij et miniſtri eius ipſo chriſto ſemꝑ viuente. et ſemꝑ in papatu et pontificatu regnante. ⁊ ſic paulꝰ appellat petrū et alios ſucceſſores miniſtros et vicarios xp̄i. dicens. i. ad Chorin. iij Quid igitur eſt appollo. quid vero paulus. qḋ autē cephas. reſpondet ſtatim miniſtri eius cui crediditis. Et per hoc patet reſpōſio ad auctoritates et rationes ſuperius dictas.

Ad quartum ſic ꝓceditur. Uidetur enī ꝙ cardinales non aſſiſtant pape ſicut apoſtoli aſtiterūt chriſto. quia epiſcopi rep̄ſentant perſonas apoſtoloꝝ ſicut preſbyteri et archidyaconi rep̄ſentant perſonas illoꝝ lxxij. diſcipuloꝝ quos ante faciem ſuam miſit. ſicut dicit glo. Luce. x. Nō ergo cardinales aſſiſtunt pape ſicut apoſtoli chriſto.

¶ Preterea omnes apoſtoli fuerunt epiſcopi. ſed nō omnes cardinales ſunt epiſcopi. aliqui enim ſunt p̄ſbyteri et aliqui dyaconi. ergo non aſſiſtunt pape ſicut apoſtoli chriſto.

¶ Preterea apoſtoli ſunt miſſi in mundū vniuerſum. Juxta illud Math. vlt. Euntes docete omnes gentes. ſed cardinales non mittuntur. ergo non aſſiſtunt pape ſicut apoſtoli chriſto.

¶ In contrarium eſt. quia apoſtoli appellati ſunt chriſti fratres. Juxta illud. Nunciabo nomen tuuꝫ fratribus meis. et principes terre per eū facti ſunt. Juxta illud. Conſtitues eos principes ſuꝑ omnem terraꝫ. Sed papa cum facit aliquos cardinales inſignit eos iſta duplici dignitate. quia dicit. Eſtote fratres mī et principes mundi: ergo aſſiſtunt pape ſicut apl̄i aſtiterunt chriſto.

¶ Reſpon. Dicendum ꝙ apoſtoli dupliciter poſſunt cōſiderari.

¶ Primo vt chriſto p̄ſentialiter aſtiterūt ante eius paſſionem et aſcenſionem.

¶ Secūdo vt ex precepto xp̄i poſt eius aſcenſionem per mundum ſe diuiſerūt. vnuſquiſqꝫ vnam prouinciam in ſortem ſue predicatiōnis accipiendo.

¶ Primo ergo modo rep̄ſentat ꝑſonas apoſtolorum cardinales qui pape vicario xp̄i principaliter aſſiſtunt.

¶ Secundo vero modo repreſentant ꝑſonas apoſtolorū epiſcopi qui in partem ſollicitudinis vocati ſunt regētes diuerſas ꝓuincias vel diuerſas ciuitates. ſcḋm quod fecerūt apoſtoli poſt aſcenſionē chriſti. et iſtud ſatis conueniēs eſt. quia ſicut in ierarchia angeloꝝ aliqui ſunt aſſiſtentes et aliqui miſſi. ſic in noſtra eccleſiaſtica ierarchia aliqui debent eſſe miſſi et aliqui aſſiſtentes.

¶ Ad primū ergo eſt dicendum ꝙ epiſcopi et cardinales ꝑſonas apoſtoloꝝ repreſentāt licet diuerſimode. qꝛ illi vt miſſi et illi vt aſſiſtentes et hoc intelligitur de cōmuni lege et ſecundum cōmunem ſtatum vtrorumqꝫ ſicut tamē ex ſub-

orta cauſa angeli de ſuprema ierarchia quan doq; mittitur. Unde ille angelus qui miſſus eſt ad purgandū labia Iſaie ꝓphete de ordine ſeraphin eſt appellat᷑. ipſo ꝓpheta teſtante. Uolauit ad me vnus de ſeraphim non obſtante ꝙ ſeraphin potiſſime ſint inter aſſiſtentes. ſic ex ſuborta cauſa cardinales quandoq; mittuntur a papa non obſtante ꝙ ipſi repreſentant perſonas apoſtoloꝝ vt fuerunt aſſiſtentes non vt miſſi.

¶ Ad ſecundū eſt dicendū ꝙ apoſtoli non ſemper aſſtiterunt chriſto vt epiſcopi. ſed magis vt miniſtrātes ei in alijs actibus neceſſarijs. facti ſunt enī epiſcopi ab eo poſt reſurrectionē quādo Ioh. xx. dixit. Accipite ſpiritū ſanctū quorum remiſeritis peccata remittuntur eis. ſic ad cardinales non requirit᷑ ꝙ ſint omnes epiſcopi vt aſſiſtāt pape. ſed vt miniſtrēt ei in alijs actibus neceſſarijs.

¶ Ad tertium patet ſolutio. qꝛ ex ſuborta cauſa epiſcopi poſſūt aſſiſtere pape et cardinales poſſunt mitti ſcd'm beneplacitū eius.

# ¶ Queſtio · IX · de exhibitione honoris pape

Deinde videndum eſt de exhibitione honoris qui debet᷑ pape. Circa quod querūtur ſex.

¶ Primo. vtrum pape debeatur honor qui debet᷑ chriſto ſcd'm ꝙ deus.

¶ Secundo. vtrum pape debeatur honor qui debetur chriſto ſcd'm ꝙ homo.

¶ Tertio. vtrū pape debeat᷑ honor qui debetur ſanctis.

¶ Quarto. vtrum pape debeatur honor qui debetur angelis.

¶ Quinto. vtrum pape debeat᷑ honor qui debetur ymagini chriſti.

¶ Sexto. vtrum pape aperte malo debeatur honor.

Ad primum ſic ꝓceditur. Videt᷑ enim ꝙ honor qui debet᷑ chriſto ſcd'm ꝙ de᷒ debeatur pape. qꝛ honor debetur poteſtati. ſed vna eſt poteſtas chriſti ſcd'm ꝙ deus et pape. quod ꝓbatur. qꝛ poteſtas chriſti ſcd'm ꝙ deus ē peccata dimittere. Iuxta illd' Mar. ij. Quis pōt peccata dimittere niſi ſolus deus. Iſtud autem conuenit pape. quia quodcunq; ligat vel ſoluit ſup terram eſt ligatum vel ſolutum in celis. ſicut dictū eſt petro Math. xvi. Idem ergo honor debetur vtriq;.

¶ Preterea latria eſt ſeruitus debita ſoli deo. Latine enī ſeruitus grece latria dicitur. ſicut dicit Aug᷒. x. de ciui. dei. c. i. ſed omnis ſeruitus debet᷑ pape. ergo omnis honor qui debet᷑ deo debetur ſibi.

¶ Preterea dominatio cōuenit deo ex tempore ſicut ſeruitus ex tempore conuenit creature. Unde ſicut dicit Aug᷒. v. de ciui. dei. c. xvi. ꝙ non debemus dicere deum fuiſſe dominū ab eterno ne cogamur creaturam ſempiternā dicere. quia ille ſempiterne non dominaret᷑ niſi iſte ſempiterne famularet᷑. ſed omne quod cōuenit deo ex tpe conuenit creature et creatori. Idem ergo honor debetur pape qui debetur chriſto ſcd'm ꝙ deus.

¶ In contrarium eſt. quia honor qui debetur creatori ſine peccato ydolatrie non debet᷑ pure creature. Dicit enim Aug᷒. i. de trini. c. vi. ydolatre dicunt᷑ qui ſimulacris vel creaturis eam ſeruitutē exhibent qui debetur deo que ſeruitus greca ſcriptura latria nominat᷑. ſcd'm quā dictum eſt. Dominū deum tuū adorabis et illi ſoli ſeruies. Sed chriſtus ſcd'm ꝙ deus eſt creator et idem deus cum patre et filio. papa vero eſt pura creatura. Idem ergo honor non debetur vtriq; ſine peccato ydolatrie.

¶ Reſpon. Dicendū ꝙ chriſtus ſcd'm ꝙ deus vno honore honoratur cum patre et filio. quia ſicut tres perſone ſunt vnus de᷒. ſic vno honore honorātur. Sciendū eſt tamen ꝙ honor poteſt exhiberi deo dupliciter.

¶ Primo ratione cōmunis poteſtatis cū qua conuenit cum creaturis conuenientia cuiuſdā annologie non vniuocationis. Conuenit ergo creatori et creature poteſtas et dn̄atio et multa alia vt bonitas ſcientia et iuſticia que attribuūtur deo tamen conueniūt creature. Deo quidē eſſencialiter. Creature vero participatiue et miniſterialiter alias inſtrumētaliter et ratione iſtorum que conueniūt deo et creature quidā honor et quidam ſeruitus impendit᷑ deo que ſine peccato poteſt exhiberi creature vt thurificatio et genuflexio et alia ſeruit᷒ que greco nomine dulia appellat᷑ ſcd'm Aug. li. ſupradicto. Quedam vero ſeruitus deo impendit᷑ ratione eius ſingularis maieſtatis. quia dominatio et poteſtas que eſt in deo nō eſt poteſtas vel dominatio ſimpliciter dicta. ſed poteſtas et dn̄atio ſumma que nō eſt alia ꝙ ipſa deitas et diuina maieſtas ratōne cuius ſingulare gen᷒ ſeruitij ſibi exhibetur qd' latria appellat᷑. Quomodo autē latria ſit ſingulare genus ſeruitutis. Aug᷒. declarat. x. li. de ciui. dei. c. iiij. dicens ꝙ in ſacrificando ſit dei cultus et ꝙ ſacrificium ſumere ſit ꝓprie ſeruitus debita ſoli deo greco nomine latria appellata. Duo illi fratres Chayn et Abel ſatis indicant quoꝝ maioris deus reprobauit ſacrificiū vero minoris aſpexit. Sacrificiū ergo eſt ille ſingularis honor et illa ſingularis ſeruitus qui ſic debet᷑ chriſto ſcd'm ꝙ deus ꝙ non debet᷑ pape nec alicui pure creature. Un̄ Aug. li. ſupradicto dicit vt alia nunc taceā que pertinent ad religionis obſequiū quo colitur deus: ſacrificium certe nullus hominū eſt qui audeat dicere deberi niſi deo. Et ſubdit. Multa denique de cultu diuino vſurpata ſunt que honoribus deferūtur humanis ſiue humilitate nimia ſiue adulatione peſtifera. ita tamē vt quib᷒ ea deferunt᷑ homines haberētur qui dicunt᷑ colendi et venerādi. Si aūt multū eis additur vt adorandi. Sacrificādum vero null᷒ cenſuerit niſi ei quē deum aut ſciuit aut putauit aut finxit.

¶ Ad primū ergo eſt dicendum ꝙ ſicut ſeruus reſpicit dominū. ſic ſeruitus dominatōnem. et ſicut ſeruitus ſimpliciter dicta dn̄ationem ſimpliciter. ita ſeruit᷒ ſumma dn̄ationem ſummā. In chriſto autē ſcd'm ꝙ deus inuenit᷑ dominatio que eſt poteſtas ſumma. et ideo ſeruit᷒ ſumma ſibi debetur que latria appellat᷑. In papa autē non inuenitur niſi participatiue et miniſterialiter.

¶ Ad ſecundū eſt dicendū ꝙ aliquid boni eſt in creatore qd' non eſt in creatura ratione cuius ſibi debet᷑ ꝓprius honor qui nō debetur creature. ſed qꝛ nihil eſt in creatura qd' non excellentius ſit in creatore. Ideo omnes honores qui impendunt᷑ creature pn̄t exhiberi creatori.

¶ Ad tertiū eſt dicendum. ꝙ xp̄s poteſt conſiderari dupliciter. ſcʒ inquantū dominus et inquantū deus. Inquantū vero dominus cum dn̄atio conueniat ſibi et creature adorat᷑ dulia. ſed inquantū deus adorat᷑ latria. licet enim poteſtatis dominatio vt eſt in deo vel in xp̄o ſicut in ſummo. pōt tamen ꝯſiderari vt non ſummū ſed vt cōicatum tali attributum creature. ſcd'm quem modū non eſt inconueniēs ꝙ talis ſeruitus conueniat deo ex tempore.

Ad ſecundū ſic procedit᷑. Videtur enim ꝙ pape debeat᷑ honor qui debet᷑ chriſto ſcd'm ꝙ homo. quia ſup illo verbo Adorate ſcabellū pedum eius. dicit glo. Caro chriſti a verbo dei aſſumpta ſine vlla impietate adorabit᷑ a nobis non illa adoratōe que latria eſt que ſoli deo debet᷑. ſed illa que eſt yperdulia que ſoli humanitati xp̄i impendit᷑. Cum ergo talis honor nō repugnet pape. videtur ꝙ licite ſine peccato ſibi exhiberi poſſit.

¶ Preterea dicit Aug᷒. xi. de ciuita. dei. c. xx. Mediator dei et hominū homo chriſtus ieſus cum in forma dei ſacrificium cum patre ſumat cum quo eſt vn᷒ deus. tamē in forma ſerui ſacrificium maluit eſſe ꝙ ſumere. ſi ergo forme ſerui in xp̄o non eſt ſacrificandū quod eſt ꝓprie latria. quātum eſt de omni alio honore. ita pōt exhiberi pape ſicut chriſto.

¶ Preterea xp̄s ſcd'm ꝙ homo non eſt deus: ſed omnis honor qui nō debetur chriſto ſcd'm ꝙ deus licite poteſt exhiberi pape. Idem ergo honor d'betur pape qui exhibetur chriſto ſcd'm ꝙ homo.

¶ In contrariū eſt. quia honor debet᷑ alicui ratione ſuppoſiti. ſed in xp̄o non eſt niſi ſuppoſitum diuinū et pſona diuina. ſed ſi poteſt ſine peccato ydolatrie honor qui debeatur deo exhiberi pure creature.

¶ Reſpon. Dicendū ꝙ idem honor qui debet᷑ chriſto vel diuinitati eius debet᷑ eius humanitati. qd' probat᷑ ratione auctoritate et exemplo. Ratio eſt talis. Nam honor pōt exhiberi alicui duob᷒ modis. Uno modo p ſe et primo et gratia ſui. Alio modo p accidens et vt cōiunctum alteri et vt non pōt per ſe nec gratia ſui.

¶ Primo modo ſolū natura diuina et pſona diuina honoratur honore latrie.

¶ Secūdo modo caro xp̄i et humanitas ipſa cōiuncta diuinitati eodē honore honorat᷑ quo honorat᷑ pſona diuina. Auctoritas vero eſt Damaſceni li. iij. c. xxxij. vbi ait. ꝙ caro ſaluatoris ſcd'm quidem eius naturā ſi conſideret᷑ vt diuiſa a diuinitate ſubtilib᷒ intelligentijs inadorabilis eſt nec adoret᷑ vt ſic niſi vt creatura. vnita aūt dei verbo ꝓpter ipſum et in ipſo adoratur eodē honore quo adorat᷑ ipſe. Exemplū autē eſt eiuſdē Damaſ. ſupradicto li. Si enī conſideretur carbo p ſe non inflāmatus igne tangibilis eſt nec timet᷑. Si vero cōſideretur vt igne inflāmatus eodē timore quo timet᷑ ignis timetur carbo. Similiter ſi cōſideretur caliga regis per ſe non ꝯiuncta pedi. non honorat᷑ nec oſculatur. In pede vero eodē oſculo quo oſculatur pes oſculatur caliga.

¶ Si vero honor qui debet᷑ deitati debet᷑ humanitati xp̄i non nude ſed vt cōiuncte pſonaliter diuinitati cum honor debitus deo ſine peccato ydolatrie non poſſit exhiberi pape nō debet pape exhiberi honor qui debet᷑ chriſto ſcd'm ꝙ homo.

¶ Ad primū ergo eſt dicendū ꝙ gloſa illa lo-

c

quitur de humanitate chriſti vt nuda nõ vt perſone diuine cõiuncta. Nos aũt vt dicit Damaſcenus. non vt nudam carnẽ chriſti honoram⁹. vel adoram⁹. ſed vt vnitã diuinitati eius.

¶ Ad ſecundũ eſt dicendum ꝙ xp̃s in forma ſerui ſacrificiũ accipere potuiſſet q̃ eſt ſeruitutẽ latrie recipe. noluit tamẽ in dicta forma talẽ ſeruitutem recipe vt dicit Aug⁹. li. libro ſupradicto. ꝓpter eius humanitatẽ oſtendendã et propter ſcandalum iudeoꝝ vitandũ. Similiter ne eius occaſione quiſq̧ exiſtimaret cuilibet ſacrificandum eſſe creature.

¶ Ad tertiũ eſt dicendũ ꝙ chriſto non debetur honor ſcd̃m ꝙ homo qui debetur deitati per ſe tamẽ vt eius humanitas ꝑſonaliter eſt coniuncta diuinitati. idem honor debetur vtriq̧.

Ad tertiũ ſic procedit. Videtur enĩ ꝙ honor qui debet ſanctis non debeat pape. quia beata virgo mater fuit omnium ſanctorũ. ſed aliquis honor debet beate virgini qui nõ debetur pape. qd̓ probat. quia ſcd̃m Auguſtinũ in ſermone de aſſumptione. eadem caro fuit matris et filij. Ideo ſicut caro filij non fuit corrupta ſed aſſũpta. ita et matris Similis ergo honor qui debetur filio debetur matri. ſed honor debitus filio non debetur pape vt dictum eſt.

¶ Preterea quod per ſupabundantiam dicitur vni ſoli cõuenit. ſed de ſolis aplĩs dictum eſt. Nimis honorati ſunt amici tui de⁹. ergo talis honor non debet pape.

¶ Preterea honor debetur pape ratione poteſtatis et auctoritatis. ſanctis autẽ debetur honor ratione ſanctitatis et bonitatis. Nam ꝓpter ſanctitatem canoniſant aliqui et numerant in cathalogo ſanctorũ. non ergo honor debit⁹ eis debetur pape.

¶ In contrariũ eſt. quia ſancti honorant et laudantur. quia in eis honoratur et laudat deus. Iuxta illud pſal. Laudate dominũ in ſanctis eis. Sic eodẽ modo in papa et in alijs prelatis eccleſie honorat deus: Iuxta illud Luce. x. Qui vos audit me audit. et q̃ vos ſpernit me ſpernit. honor g̃ qui debet ſanctis debet pape

¶ Reſpon. Dicendum ꝙ honor pape exhibet ratione poteſtatis et auctoritatis. verum q᷑ poteſtas talis eſt ordinata potiſſime q᷑ eſt a deo ſibi imbuta. et q̃ a deo ſunt ordinata ſunt ſicut dicit apl̃s ad Roma. xiij. Ideo includit talis poteſtas vite ſanctitatẽ et doctrine veritatem. quãuis enim abſolute loquẽdo poteſtas poſſit eſſe ſine ſapiẽtia et bonitate. et ꝑ conſequẽs ſine iſtis poſſit homo ratõne ſolius poteſtatis honorari. poteſtas tamen pape que ſupponit eſſe ordinata ſine bonitate et ſciencia inueniri non debet ꝓpter quod licet honor ſit ſibi exhibendus ratione poteſtatis non eſt ſibi ſubtrahendus honor qui debet ſanctis ratiõe ſanctitatis et doctrine veritatis.

¶ Ad primũ ergo eſt dicẽdum ꝙ beata virgo poteſt ꝯſiderari dupliciter. vel vt ꝑſona valde ſancta. et ſic adorãda eſt dulia ſimpliciter qua ſimiliter et honorant et adorantur alij ſancti et ſancte quo honore ſimiliter honoratur papa. Vel põt conſiderari vt mater dei. et ſic ꝑ hanc ſingularem dignitatẽ debet honorari quadaꝫ ſingulari reuerẽtia que yꝑdulia vocatur. qu. a neceſt deus nec ꝯiuncta deitati ꝑſonaliter ſicut fuit caro chriſti. Ideo honor latrie qui debet chriſto filio ſuo non debetur ſibi. Incorruptio autẽ carnis congruũ fuit vt ſibi cõueniret ſicut carni xp̃i. Non quidem ꝓpter diuinitatis perſonalem coniunctionẽ. ſed ꝓpter fomitis peccati extinctionem.

¶ Ad ſecundũ eſt dicendum ꝙ ibi nimis accipitur pro valde. vt dicit glo. Valde enĩ honorati ſunt apl̃i et valde honorantur papa et ep̃i ſucceſſores apoſtoloꝝ exiſtentes cum duces et rectores totius eccleſie ſunt conſtituti.

¶ Ad tercium eſt dicendũ ꝙ poteſtas pape ordinata eſſe debet ꝓpter quod nõ excludit bonitatem et veritatem et iuſticie equitatem ꝓpter que ſancti honorantur.

Ad quartum ſic ꝓcedit. Videtur enĩ ꝙ pape non debeat honor qui debet angelis. Nam angeli ꝑmiſerunt ſe vt deus adorari. Geneſ. xviij. talis autẽ honor non debet pape vt adoretur vt deus. nõ ergo honor exhibit⁹ angelis debetur pape.

¶ Preterea angeli Iſaie. vi. et Danĩ. ix. in figuris alarum et aliarũ ſimilitudinuꝫ receperũt reuerentiã ab Iſaia et Daniele. Sed iſtud prohibetur Exo. xx. Nõ facies tibi ſculptile et omnem ſimilitudinẽ neq̧ coles ipſa. non ergo honor exhibitus angelis debetur pape.

¶ Preterea angelus eſt maior chriſto. Iuxta illud pſal. Minuiſti eum paulomin⁹ ab angelis. ſed honor qui debet chriſto nõ debetur pape vt ſupradictũ eſt. ergo multo fortius nõ debetur pape honor qui debet angelis.

¶ In contrariũ eſt. quia Apocalip. vlti. ſcribitur. ꝙ angelus qui loquebat cum Iohanne non permiſit ſe adorari ab eo dicẽs. Vide ne feceris. cõſeruus enim tuus ſum et fratrũ tuorum. ſed papa recipit a fidelib⁹ eccleſie adorationes ꝓſtrationes et oſcula pedum. ergo maior honor exhibet pape q̃ angelis.

Reſpon. Dicendũ ꝙ natura ãgelica poteſt conſiderari dupliciter.

¶ Primo quantũ ad nature conditionem.

¶ Scd̃o quantũ ad dei in ipſa repſentationẽ

¶ Primo modo planũ eſt ꝙ natura angelica maior eſt natura hũana pape et cuiuſcunq̧ alterius. Dicit enĩ Hugo primo li. de ſacramẽtis parte quinta. In natura angelica triplicẽ eſſe poteſtatẽ ſeu virtutẽ vnam virtutis et ꝑfectionis qua vnuſquiſq̧ natura ſibi ipſi famulat. Aliaꝫ dñationis q̃ natura vni⁹ famulat alteri.

¶ Terciam adminiſtratõis. qua omnis natura inferior humana vel alia famulatur ei.

¶ Sed ſcd̃o modo ꝑfectius repſentatur de⁹ in natura humana q̃ in natura angelica. Dicit enĩ Aug⁹. ij. de tri. c. xi. ꝙ ꝑ illos tres angelos apparẽtes Abrae quos ꝓnos in terra adorauit viſibiliter repſentatam fuiſſe trinitat equalitatem atq̧ in tribus ꝑſonis vnam eandemq̧ eſſentie vnitatẽ. q᷑ licet tres viderit vnũ tamẽ adorauit. Et ꝑ illos duos angelos miſſos ad ſubuerſionẽ ſodomoꝝ repſentatas eſſe ꝑſonas filij et ſp̃us ſancti. q᷑ patreꝫ in ſcriptura nunq̃ legim⁹ miſſum. Vñ dicit ꝙ niſi illi fuiſſent cogniti Loth nõ adoraſſet eos in faciẽ ſuꝑ terrã. Igit exhibeat honor angelis ꝑ patres veteris teſtamẽti. q᷑ in eis repreſentabat deus ꝑ ſubiectam creaturã de aere vel vndecunq̧ viſibiliter ab eis aſſumptã. ſed longe melius deus repreſentat per papã et quantũ ad nature cõformitatem q᷑ dei filius nunq̃ angelos apprehẽdit ſed ſemẽ Abrae in vnitatẽ ꝑſone. et quantũ ad officij poteſtatem q᷑ nulli angeloꝝ conceſſit claues ligandi et ſoluẽdi in celo et in terra ſicut cõceſſit Petro et ſucceſſoribus eius.

¶ Ad primuꝫ ergo eſt dicendum. ꝙ ſicut dicit glo. Grego. Illi angeli quandoq̧ noïati ſunt angeli et quãdoq̧ deus. Deus quidẽ interius inſpirãdo. et angeli exteri⁹ adminiſtrãdo. Vñ de⁹ adorabat in eis. q᷑ cum preco verba iudicis nunciat nõ verba ſua ſ3 iudicis dicũtur. nõ tamẽ vacat miſterio ꝙ poſt dei filij incarnationem angeli nunq̃ talem reuerẽtiam accipe voluerunt. tanq̃ iam natura humana excelſior et nobilior eis facta.

¶ Ad ſecundũ eſt dicendũ. ꝙ credere angelos vel ip̃m deum quantũ ad diuinitatẽ poſſe alis vel ſimilitudine animaliũ figurari vel depingi dupliciter põt intelligi. Vno modo figuratõe ꝓpria vt quis credat ſimilẽ figurã deo et angelis ineſſe a natura ipſoꝝ. ⁊ hoc eſſꝫ impiũ et hereticũ credere q᷑ deus ſp̃us eſt et angeli quideꝫ ſp̃us ſunt. Sp̃us autem lineamẽtis et figuris caret reruꝫ corporaliũ. Alio modo põt intelligi figuratõne tranſumpta. vt quis credat aliquã dei vel angeli ſp̃ũalem ꝓprietatem tales figuras exprimere et ſignificare. ⁊ hoc eſt ſincere piũ et licitum.

¶ Ad tertiũ eſt dicendũ ꝙ xp̃s paulomin⁹ minoratus eſt ab angelis ſi cõſideretur humana natura in ſua nuditate et in corꝑis paſſibilitate. ſed ſi ꝯſideratur cõiuncta ꝑſonaliter diuinitati ⁊ vt imortalis facta. nõ eſt minor immo eſt domin⁹ et caput hominũ et angeloꝝ cuius vicarius papa exiſtit.

Ad quintũ ſic ꝓceditur. Videt enim ꝙ maior honor debeat pape q̃ imagini xp̃i. q᷑ papa eſt ymago dei naturalis ſcd̃m rationalẽ animã. ſed pictura xp̃i artificialis imago eſt. maior ergo honor debetur pape q̃ imagini chriſti.

¶ Preterea caro xp̃i eſt honorãda honore latrie. q᷑ coniuncta eſt ꝑſonaliter diuinitati. ſed imago xp̃i non eſt cõiuncta diuinitati ꝑſonaliter. ſi ergo ei non debet honor latrie maior vel equalis honor debet pape ſicut ſibi.

¶ Preterea ydolatria ẽ adorare ſimilitudinẽ rei vt rem. ergo eodẽ modo ydolatria eſt honorare eodẽ modo rem et ſimilitudinẽ rei.

¶ In contrariũ eſt Damaſ. iiij. li. c. viij. vbi dicit. ꝙ eodẽ honore adorat imaginatũ et imago ſi ergo honor latrie debet chriſto et imagini ei⁹ nõ debet ille honor pape q̃ debet imagini xp̃i

¶ R. Dicendũ ꝙ duplex eſt imago. vna naturalis ſicut ratõnalis creatura. altera artificialis ſicut pictura. vñ dicit Aug⁹. ꝙ aliter eſt ymago regis in filio et aliter in nummo. differẽtia autẽ eſt inter iſtã duplicẽ imaginẽ. q᷑ imago naturalis habet in ſe ꝓpriam dignitatẽ qua digna ſit ꝑ ſe honorari et ꝑ ſe põt eſſe honoris termin⁹. nec ꝓprie eſt cõſtituta ad aliquid repſentandũ Imago vero artificialis nõ habet in ſe ꝓpriã dignitatẽ qua digna ſit ꝑ ſe honorari. vel ꝙ ꝑ ſe poſſit eſſe honoris termin⁹. ſed ſolũ eſt inſtituta ad aliquid repreſentandũ. Et iſta eſt ratio quare de⁹ non adorat in imagine naturali. ſed adorat conuenienter in imagine artificiali. q᷑ in tali adoratiõe ipſa imago ſe habꝫ vt termin⁹ a quo. Deus vero vt termin⁹ ad quẽ. Vnde dicit Damaſ. iiij. li. c. viij. ꝙ cum honoram⁹ euangelia nõ honoram⁹ materiã. puta cartã vel attramentũ quib⁹ ſcripta ſunt. ſed honoram⁹ illum cui⁹ verba ſunt et fuerũt. ſimilit cum adoram⁹ crucẽ chriſti non adoram⁹ crucis materiã puta lignũ vel aurũ. ſed adoram⁹ xp̃m crucifixũ cui⁹ figurã repſentat. ſi ergo eodẽ honore honorat xp̃s et ſua imago. q᷑ honore latrie nõ debetur ille honor pape qui debet imagini xp̃i.

¶ Ad primũ ergo eſt dicẽdum ꝙ papa cum ſit

Imago dei naturalis nõ poteſt eſſe per ſe hono‑ris terminus cui nõ debetur honor latrie. Sed imago chriſti nõ adoratur vt honoris termin⁹ ſed eſt ſolũ honoris ſignum ꝓpter quod ado‑ratur eadem adoratiõe et eodem honore cum ſuo ſignato.

¶ Ad ſecundũ eſt dicendum ꝙ caro chriſti con‑iuncta diuinitati adoratur vt terminus ad quẽ ſ quis per accidẽs. quia ꝓpter diuinitatẽ cui eſt cõiuncta. imago vero chriſti eſt termin⁹ a quo. et ideo non eſt ſimile.

¶ Ad terciũ eſt dicendũ. ꝙ adorans imaginẽ chriſti honore latrie non mouet ad ſimilitudi‑nem imaginis ſicut ad rem terminantem eius intentionẽ. ſed ſicut rem a qua incipit eius in‑tentio ipſum vero chriſtũ adorant tanꝗ termi‑num ad quẽ eius adoratio et intentio complet

Ad ſextum ſic procedit. Videtur enim ꝙ pape aperte malo nõ debeatur ho‑nor. quia pape nõ debetur honor niſi ꝓpter chriſtum cuius vicari⁹ exiſtit. ſed chriſt⁹ non honorat malos cõtemnentes ipſum. Scri‑bitur eni. i. Regũ. ij. Qui me cõtemnunt erunt ignobiles. papa ergo aperte malus eſt cõtem‑nendus non honorand⁹.

¶ Preterea ſi papa aperte malus honoratur aut hoc eſt quia mal⁹ aut quia papa. Non pri‑mo modo. qꝛ malicia non eſt honorãda. Non ſecũdo modo. qꝛ ſcd'm Grego. Honorare ho‑minem nõ quia homo ſed ꝓpter aliquid quod circa ipſum ſit ſic eſt acceptio ꝑſone.

¶ Preterea in eo ꝙ quis peccat non eſt hono‑randus immo vituperand⁹. ſed papa in execu‑tione officij papal⁹ peccat ex quo eſt aperte ma‑lus. ratione ergo officij non eſt honorand⁹.

¶ In contrariũ eſt. quia ſup illo verbo. i. Pe‑tri. ij. Omẽs honorate. dicit glo. etiã ſi mali ſunt qui vobis preſunt debitũ eis honorẽ non ſubtrahatis.

¶ Reſpon. Dicendum ꝙ ſcd'm Tulium Ho‑nor eſt exhibitio reuerentie in teſtimoniũ virtu‑tis. Iſtud aũt contingit dupliciter fieri.

¶ Primo in teſtimonium virtutis ſue et gra‑tie ſui.

¶ Secundo in teſtimoniũ virtutis alterius et gratia alterius. Dupliciter ergo poteſt exhiberi honor ipſi pape.

¶ Primo in teſtimoniũ virtutis ſue et gratia ſue bonitatis et ſanctitatis.

¶ Secũdo in teſtimoniũ virtutis chriſti et gra‑tia chriſti cui⁹ vicarius exiſtit. Iuxta illud. i. ad Chorin. v. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros chriſti quãdiu ergo eſt vicarius chriſti et quãdiu non deſinit eſſe papa dato ꝙ ſit aperte malus honor papalis ſubtrahendus ſibi non eſt.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ honor de‑betur aliquãdo ratione meriti aliquãdo ratio‑ne officij. Primo modo deus nõ honorat ma‑los. Sed ſecundo modo tamdiu eos honorat ꝗdiu eos tollerat in officio. Et iſto modo pa‑pa aperte malus a fidelib⁹ eſt honorãdus quã‑diu a deo tolleratur in papatu et quadiu non deſinit eſſe papa. quia non exhibetur alicui ho‑nor ille in teſtimoniũ virtutis ſue ſed aliene.

¶ Ad ſecundũ eſt dicendum ꝙ papa aꝑte ma‑lus honorat non quia malus ſed quia papa. nec ſcd'm hoc honorat ꝓpter aliquid quod ſit circa ipſũ finaliter. ſed ꝓpter aliquid quod eſt ſupra ipſum vt propter deum a quo in papatu tolleratur.

¶ Ad terciũ eſt dicendum. ꝙ papa non peccat in officij executiõe. ſed quia indigne exequitur et ſic exhibendus eſt ſibi honor propter ipſam executionem non ꝓpter indignam.

# Queſtio decima quo modo ad papam ſpe‑ctat de fide et hereſi determinare.

Poſt hoc conſiderandum eſt de potentia pape reſpectu eccleſie cui preeſt adminiſtratiue. Eccle‑ſia aũt aliqua eſt comprehenſo‑rum aliqua viatorum. Et viatorũ aliqua eſt ſup terrã et aliqua infra terrã. Com‑prehenſorum aũt eccleſia ex tribus integratur.

¶ Primo trinitatis et diuinarum perſonarũ dominatiõne.

¶ Secundo ſanctorum veneratione.

Et tercio angelorum adminiſtratione.

In ipſa autẽ trinitate quatuor conſiderãda occurrunt.

¶ Primo ſi ad papam ſpectet de fide ⁊ de he‑reſi determinare.

¶ Secundo ſi ad eum ſpectet determinare de vnitate diuine eſſentie.

¶ Tercio ſi ad eum ſpectet determinare de di‑ſtinctione perſonarum.

¶ Quarto ſi ad eũ ſpectet determinare de hu‑mana natura aſſumpta a dei filio.

Circa primũ queruntur ſex.

¶ Primo. vtrum ad papã ſpectet determina‑re que ſunt fidei.

¶ Secundo. vtrum ad papã ſpectet determi‑nare quid eſt hereſis.

¶ Tercio. vtrũ ad papam ſpectet circa illa q̃ ſunt fidei aliquid diminuere vel addere.

¶ Quarto. vtrũ ſine mandato pape aliquis poſſit de hereſi inquirere.

¶ Quinto. vtrum ſine mandato pape aliq̃s poſ‑ſit in hereſi comprehenſos condemnare.

¶ Sexto. vtrũ ſine mandato pape liceat prin‑cipibus xp̃iane fidei hereticos cape et iudicare

Ad primũ ſic procedit. Videtur enim ꝙ nõ ſpectet ad papã illa que ſunt fidei determinare. qꝛ quod non eſt a papa inuentũ ad papã non ſpectat determinare. ſed fides et illa que ſunt fidei nõ ſunt a papa inuẽ‑ta. Scribitur enim. i. Petri. i. ꝙ non volũtate humana allata eſt aliquãdo ꝓphetia. ſed ſpũ ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti dei homĩes.

¶ Preterea. i. Ethi. ſcribit. ꝙ vnuſquiſque be‑ne iudicat de his que nouit et horũ eſt bonus iudex. ſed plures quãdoque ſunt in eccleſia ma‑giſtri et doctores qui melius ſciunt que ſunt fi‑dei ꝗ papa. ergo ad eos magis ſpectat deter‑minare talia ꝗ ad papam.

¶ Preterea fides eſt cõmunis omnib⁹ fideli‑bus ⁊ in fide cauſa vniuſcuiuſque fidelis agitur ergo ad omẽs fideles ſpectat determinare que ſunt fidei.

¶ In contrariũ eſt Aug⁹. contra epiſtolã fun‑damenti vbi dicit. Ego autẽ non crederẽ euan‑gelio ſi non crederẽ eccleſie. ex mãdato ergo pa‑pe qui eſt caput eccleſie illa que ſunt fidei robo‑rantur et terminantur.

¶ Reſpo. Dicendum ꝙ vna eſt fides totius ec‑cleſie et modernorũ et antiquorum. Iuxta illud apoſtoli ad Ephe. iiij. Unus deus, vna fides vnum baptiſma. Ad illum ergo pertinet deter‑minare que ſunt fidei qui eſt caput totius eccle‑ſie. talis autẽ eſt ſummus põtifex ſucceſſor Pe‑tri pro cuius fide ſingulariter rogauit ſaluator Luce. xxij. quando dixit. Ego pro te rogaui pe‑tre vt nõ deficiat fides tua. et tu aliquãdo con‑uerſus confirma fratres tuos. Iſtud aũt ſatis figuratum eſt Exo. xviij. vbi dictum eſt Moyſi qui fuit rector iudeorum. ſicut papa eſt rector om‑nium xp̃ianorum. eſto tu populo in his que ad deum ꝑtinent vt oſtendas ei cerimonias et ri‑tum colendi deum. Sic ergo omnes queſtio‑nes emergentes de lege et de cultu dei reſerua‑bantur Moyſi determinande. ſic omnia que ſunt fidei chriſtiane pape eſt ꝓprie determina‑re. Unde dicit Cyrillus in li. theſau. Ut mem‑bra maneamus in capite in noſtro apl'ico thro‑no romanorũ pontifice maneamus. a quo nõ‑ſtrum eſt querere q̃d credere quid tenere ⁊ quid querere debeam⁹. Et Marinus in epl'a ori‑entalibus miſſa dicit. Omnes fines orbis ter‑re qui dominũ ſincere receperũt. et vbique terra‑rum catholici veram fidem cõfitentes in ponti‑ficem romanorum tanꝗ in ſolem reſpiciunt. et ex ipſo lumine catholice et apoſtolice fidei reci‑piunt veritatẽ nec immerito. quia Petrus legit primo perfectã fidem eſſe cõfeſſus domino re‑uelante. cum dixit Math. xvi. Tu es chriſtus filius dei viui.

¶ Ad primũ ergo eſt dicendum ꝙ ſicut per ho‑mines deo ordinante tradita ſunt nobis diui‑na eloquia. ita deo diſponente per homĩes no‑bis dubia ipſi⁹ fidei declarant et determinan‑tur. Unde Damaſ. i. libro. Omnia que tradi‑ta ſunt nobis ꝑ leges et ꝓphetas et apoſtolos et euangeliſtas ſuſcipiamus veneremur et co‑gnoſcamus. nihil vltra hoc inquirẽtes.

¶ Ad ſecundũ eſt dicendum ꝙ ſicut dicit. xx. di. c. Decretales. Aliud eſt cauſis terminũ impo‑nere. et aliud eſt ſanctã ſcripturam diligẽter ex‑ponere. In negocijs ergo et queſtionib⁹ inſur‑gentibus de fide diffiniẽdis et terminãdis nõ ſolũ eſt neceſſaria ſciencia verumetiã poteſtas Unde xp̃s dicturus petro. Quodcunque liga‑ueris ſup terram erit ligatũ et in celis. pri⁹ dixit Tibi dabo claues regni celorũ. in altero dans ei ſcientiã diſcernẽdi inter leprã et lepram. In altero autẽ dans ſibi ꝑtãtem eijciendi aliquos ab eccleſia vel recipiendi. Iuſtum eſt ergo et ra‑tionabile vt cum q̃ſtiones alique et dubia in‑ſurgunt de fide ꝙ papa doctores ⁊ magiſtros in ſacra pagina ſibi adiũgat. vt ꝑ eos plene ve‑ritas diſcutiat. ſed talibus q̃ſtionibus finem et terminũ imponere ad ſolius pape poteſtatem pertinet.

¶ Ad terciũ eſt dicendũ ꝙ ſcd'm Aug. xiiij. de tri. c. ij. Aliud eſt ſcire tantũmodo ꝙ homo cre‑dere debeat ꝓpter adipiſcendã vitam beatam que nõ niſi eterna eſt. Et aliud eſt ſcire quẽad‑modũ hoc ipſum et pijs opituletur et contra im‑pios defendat qꝛ primũ ꝑtinet cõiter ad omẽs fideles. Secundũ vero ſpectat ad ſummũ pon‑tificem et alios maiores de eccleſia.

Ad ſecundũ ſic ꝓceditur. Videtur enim ꝙ ad papã non ſpectat determinare q̃d eſt hereſis. qꝛ papa non põt determi‑nare ꝙ papa deprehẽſus in hereſi ſit papa. vt ſupradictũ eſt. ergo cum hereſis ſit impugnatõ fidei non poterit determinare ꝙ impugnãs fi‑dem non ſit hereticus.

¶ Preterea Hiero. dicit. ⁊ ponitur. xxiij. q. iij.

Quicunq; aliter ſacram ſcripturā intelligit ꝙ ſenſus ſpirit⁹ ſancti flagitat a quo ſcripta eſt. licet ab eccleſia nō diſceſſerit hereticꝰ tamē appellari pōt. ſed papa non pōt ſcire ſemꝑ qualiter ſpūs ſanctus flagitat. ergo ad ipm̄ non ſpectat determinare quid eſt hereſis.

¶ P. ſcḋm phm̄ circa cōpoſitionē et diuiſionē eſt veritas falſitaſq;. ergo cū hereſis importat ꝑuerſum dogma et falſaȝ opinionē eoꝝ que credūtur vt dicit Hiero. ſicut ad papā non ſpectat determinare intellectū hominū ſed vel determinaẜ a deo vel auctoritate ꝓpria in cōponendo et diuidēdo. ita ad ipm̄ non ſpectat determinare quid eſt hereſis.

¶ In cōtrariū eſt. q2 idem ē iudex recti ⁊ obliqui vt dicit phs. i. de anima. et oppoſitoꝝ eadem eſt diſciplina. ſed papa eſt iudex eorū que ſunt fidei. vt ſupradictū eſt. ergo iudex eſt determinando quid eſt hereſis que fidei opponit.

¶ Reſpō. Dicenḋ ꝙ ſicut dicit yſidor⁹. viij. li. ethimo. c. ij. Hereſis grece ab electione vocaẜ. ꝙ ſcȝ vnuſquiſq; illud ſibi eligat qḋ meli⁹ ſibi videẜ. In religione aūt xpiana vt idē dicit Nō licet alicui eligere qḋ placȝ. Sed iuxta apl'i ſententiā captiuare debem⁹ intellectū in obſequiū xpi vt illa in credēdo nobis eligam⁹. que a xpo et apl'is ac ſacris doctorib⁹ nobis tradita ſunt. Contingit aūt eligere contra xpi et apoſtoloꝝ ordinationē multis modis.

¶ Primo ꝯtra articuloꝝ et conſilioꝝ ſanctoꝝ patrum terminationē et hoc eſt directe hereſis. Unde dicit Aug⁹. in li. de vtilitate credendi. ꝙ hereticꝰ eſt qui alicuius cōmodi tꝑalis vel glorie principatus ſui gratia falſas ac nouas opiniones gignit. vel ſequiẜ in eccleſia.

¶ Secūdo contra ſacre ſcripture approbatā expoſitionē. ſcḋm quē modū dicit Hiero. ꝙ hereticus eſt quicunq; intelligit aliter ſacrā ſcripturam ꝙ̄ ſenſus ſpūs ſancti flagitat.

¶ Tercio contra ritus eccleſie obſeruationē et ſic accipit apl'us hereſim. i. ad Chorin. xi. De illis qui p̄ranſi corpus chriſti ſumebant dicenſ. Oportet hereſes eſſe in eccleſia.

¶ Quarto contra eccleſie ſacramentoꝝ deuotionem et ſic ſortiarij malefici ſacramentoꝝ violatores et demonū cōſultores diuinatores pn̄t heretici appellari. vt patet. xxvi. q. iij.

¶ Quinto cōtra recte fidei ꝓteſtationeȝ. et ſic ſymoniaci et auari heretici appellanẜ. Nā auaricia dicitẜ ſcḋm apl'um ydoloꝝ cultus quia ſic auarus exteri⁹ proteſtaẜ vt mun⁹ quaſi ꝓ deo ab ipſo colaẜ. et ſymoniac⁹ ſpūalia vendendo que non niſi a ſpiritu ſancto ſunt dn̄m ſpiritus ſancti ſe eſſe ꝓteſtatur. Unde ſymonia hereſis nominaẜ. i. q. i. Cum ergo multiplicȋter accipiatur hereſis ad illū ſpectat determinare vel interpretari quid ſit hereſis ad quē ſpectat determinare vel interꝑtari illa que ſunt fidei quod nō niſi ad ſummū pontificeȝ dinoſciẜ ꝑtinere. Unde dicẜ. xxiiij. q. i. Nulla ꝑturbatio a tramite apoſtolice ſedis retrahat que omnes hereſes ſemꝑ deſtruxit.

¶ Ad primū ergo eſt dicenḋ ꝙ papa nō determinat hereſim nō eſſe hereſim ſed determiat nō alicui licere ex ſui arbitrij volūtate eligere ſibi qḋ placet in his que ſunt fidei qḋ ſi fit contra eius determinationē ipſo facto hereſis incurriẜ.

¶ Ad ſecundū eſt dicendū ꝙ in expoſitiōe ſacre ſcripture ſcḋm Augu. non debem⁹ velle ſententiam et expoſitionē noſtrā eſſe ſententiā ſacre ſcripture. q2 hoc eſt ꝓprie ſuꝑborū qui vt famenẜ gloria alicui⁹ honoꝝ ſicut ſomniāt. ita ſacram ſcripturā exponūt. ſed poti⁹ ſniam ſacre ſcripture et expoſitionē ſanctoꝝ qui ſpiritu ſancto fuerūt inſpirati debem⁹ velle eſſe ſententiā et expoſitionē noſtrā a qua ſi aliquoꝝ dicta deuiant papa poteſt ſcire.

¶ Ad terciū eſt dicendū ꝙ papa non debet determinare intellectū hominū in compoſitiōe et diuiſione eoꝝ que nō ſunt fidei. Sed q2 negocia fidei ad deum ſpectant ꝑtractare et hereſes omēs deſtruere et nullā fouere ſpectat ad ipm̄ captiuare ⁊ determiare intellectū vniuſcuiuſq; in obſequiū chriſti.

Ad terciū ſic procediẜ. Uidetur enim ꝙ ad papam nō ſpectet circa illa q̄ ſunt fidei aliq̄d addere vel diminuere. ſcribitur eni Apoc. vlti. Si quis aliq̄d appoſuerit ad verba hec apponet deus ſuper illum plagas ſcriptas in li. iſto. et ſi quis diminueret de verbis libri ꝓphetie hui⁹ auferet de⁹ partē ei⁹ de libro vite. nō ergo pōt papa aliquid addere vel diminuere de his que ſunt fidei.

¶ Preterea ſcribiẜ Act. xv. ꝙ cum aliqui vellēt cogere apl'os ad obſeruationē legaliū dixit petrus. vt quid temptatis imponere iugū ſuꝑ ceruiceȝ diſcipuloꝝ ꝙ neq; patres noſtri neq; nos portare potuim⁹. cum ergo onus xpi ſit leue et iugū eius ſuaue non ſpectat vt videẜ ad papā aliq̄d addere ſuꝑ illa que ſunt fidei cuȝ hoc nō poſſit eſſe ſine grauamine ipſoꝝ fidelium.

¶ Preterea ſcribiẜ. ij. Thimo. ij. Stultas autem et ſine diſciplina queſtiones deuita ſciens ꝙ generat lites. ſed frequēter in addēdo vel determinando illa que ſunt fidei oriūtur lites. ergo ad papā non ſpectat in talib⁹ aliquid addere vel diminuere.

¶ In cōtrarium eſt. q2 ad papā ꝑtinet ſimbolum cōdere et aliquos articulos apponere ſcḋm qḋ requirit tꝑis ꝯgruitas et eccleſie neceſſitas.

¶ R. Dicendū ꝙ ſcḋm Augu. in li. de vera reli. c. xvi. In his q̄ ſunt fidei talis regula eſt ſeruāda ꝙ falſa et dānata ſemꝑ ſunt reſpuēda. vera vero et approbata ſemꝑ ſunt tenenda. dubia autē tamdiu credenda ꝙ̄diu aliud doceat ratio vel cōtrarium p̄cipiat ſancte matris eccleſie auctoritas. papeȝ ergo poſſe aliq̄d addere ſupra illa q̄ ſunt fidei dupl'r pōt intelligi. vel quantū ad dubioꝝ interꝑtationeȝ et terminationē. vel quantū ad occultoꝝ et implicitoꝝ explicatiōeȝ vtroq; modo pōt papa aliq̄d addere ſuper illa que ſunt fidei. q2 ſi aliqua ſunt dubia et obſcura in fide ad eum ꝑtinet interꝑtari et determiare poſt cui⁹ determinationē hereticū eſſet cōtrarium ꝑtinaciter aſſerere. Unde dicit Inno. et ponitur. xxiiij. q. i. Quotiēs fidei ratio ventilaẜ arbitror oēs fratres ⁊ coepōs noſtros nō niſi ad petrū. i. ſui noīs et honoris auctoritatē referre debere. ſicut nūc retulit dilectiō veſtra ꝙ per totum mundū poſſit eccleſijs oībus prodeſſe: ad ipſam papā ſimiliẜ ſpectat implicita et occulta in fide ꝑ temporꝫ et etatuȝ ꝯgruentia explicare et declarare vt ꝙ inferiores eccleſie filij īplicite et occulte credebāt. poſtmodū publice et explicite cōfiteanẜ et hoc vel ꝓpter alicui⁹ hereſis inſurgentis extirpationē. aut ꝓpter ipſorūmet fideliū in fide augmētationeȝ. Unde dicit Leo papa. ⁊ poniẜ. xiiij. di. Sicut quedā ſunt que nulla p̄nt ratione cōuelli. ita multa ſunt q̄ aut pro neceſſitate temporꝫ aut ꝓ conſideratiōe etatum oportet tꝑari. illa ſemper cōditione ſeruata ꝙ nec p̄ceptis euangelicis contrariū nec decretis ſanctoꝝ patrum inueniatur aduerſum.

¶ Ad primū ergo eſt dicenduȝ ꝙ opponere et diminuere de his q̄ ſunt fidei veritatē corrumpendo vel errorē apponēdo mereẜ penas quas beatuſ Iohes cōminatur. Sed apponere illa q̄ deſunt fidei ſupplēdo ſicut apponebat Paulus apl's implicita declarādo et obſcura interꝑtando et inordinata ordinando mō quo ipſe dicit. i. Chorin. xi. Cetera autē cum venero diſponam. non meretur penā ſed premiū.

¶ Ad ſecundū eſt dicendū ꝙ doctrina xpi non diciẜ leuis ꝓpter mandatoꝝ diminutionē vel multiplicatōnem⁹. q2 cum bonū et virtus ſcḋm Dyoni. ꝯſiſtant ex integra cauſa ad deſtruendū vero virtuoſuȝ actū vnum ſolū ſufficiat. arta et difficilis eſt via que ducit ad vitā. et lata ⁊ facilis que ducit ad ꝑditionē. Eſt ergo facilis et leuis ꝓpter caritatis dilectionem que quecunq; difficilia et vere importabilia p̄cipiantur facit leuia et portabilia.

¶ Ad terciū eſt dicenduȝ ꝙ queſtiones facere de his que ſunt fidei ꝓpter litigationē verboꝝ ſtultū eſt et omnino vitandū quia ſeruū dei nō oportȝ litigare ſed manſuetū eſſe ad oēs. Sed tales queſtiones facere ꝓpter veritatis inquiſitionem non eſt ſtultū immo valde vtile.

Ad quartū ſic ꝓceditur. Uideẜ enim ꝙ inquirere de hereſi conueniat cuilibet xpiano. Scribiẜ enim Iaco. v. Si q̄s ex vobis errauerit a veritate ſcire debȝ qm̄ qui cōuerti fecerit peccatorē ab errore vie ſue liberabit aīam ei⁹ a morte. ſ nullus pōt aliquē reuocare ab errore niſi illū errorē cognoſcat. cuilibet ergo cōuenit ex p̄cepto apl'i de errore inq̄rere.

¶ P. plus eſt hereticū occidere ꝙ̄ de errore inquirere. ſed Matathias machabe⁹ ꝓpria auctoritate eū qui ad aram ſacrificatur⁹ acceſſerat interfecit. Ut ſcribiẜ. i. Macha. multo ergo magis licȝ ꝓpria auctoritate de hereſi inquirere.

¶ P. dicit Cyprianus et poniẜ. xxiij. q. v. Si ante aduentū chriſti circa deū colendū ⁊ ydola ſpernanda p̄cepta ſeruata ſunt. multo magis poſt aduētum xpi omnib⁹ mandabaẜ cōſortia hereticoꝝ fugere et de hereſi inq̄rere. ergo multo magis licet hoc facere in p̄ſenti ſtatu.

¶ In cōtrarium eſt. q2 cui non licet de fide diſputare nō licet de hereſi inquirere que fidei opponiẜ. ſed ſcribiẜ extra de here. c. quicunq;. Inhibemus quoq; ne cuiq̄ laice ꝑſone publice vel occulte vel priuatim de fide catholica liceat diſputare. Quicunq; vero contra hoc fecerit excōmunicationis laqueo innodetur.

¶ R. Dicendū ꝙ hereſis eſt crimē eccleſiaſticū ſpūale. et ideo ad ſpiritualē iudiceȝ inquiſitiōe iudiciaria pertinet de ea cognoſcere. ſine ergo mandato pape qui eſt iudex vniuerſalis eccl'ie nulli licet de ipſa hereſi inquirere. Unde diciẜ extra de here. c. per hoc cōcedimus ꝙ per ipſos epōs et inq̄ſitores de ipſo facto inquiri valeat cōiter vel diuiſim. et hoc eſt ſatis cōueniens ꝙ ſaluator cuius vicarius papa exiſtit per apl'os mandauit hereticos eſſe attendēdos et cauendos. Attendēdos quideȝ qn̄ dixit Math. vij. Attendite a falſis ꝓphis qui veniunt ad vos: ꝑ quos falſos ꝓphas hereticos inſinuare voluit vt Criſo. dicit Cauēdos vero Math. xvi. qn̄ dixit. Cauete autē a fermento phariſeoꝝ et ſaduceoꝝ. Et apl'us per p̄latos eccleſie mādat hereticos eſſe obſeruādos. Philipen. iij. Cuȝ eīn dixiſſet idem ſapiam⁹ omnes et in eadē regula ꝑmaneam⁹. Statim ſubdit. Obſeruate eos q̄ ita ambulāt ſicut habetis formā noſtrā.

¶ Ad primū ergo eſt dicenduȝ ꝙ apl'us ibi loquitur de conuerſione ab errore per modū fra

terne correctionis non per modũ iudiciarie inquiſitionis. Nam prima cõuerſio pertinet ad omnes. ſed ſecũda pertinet ſolum ad prelatos inquiſitione ordinaria vel ad inquiſitõnem ex cõmiſſione ſedis apoſtolice.

¶ Ad ſecundũ eſt dicendum ꝙ Mathathias interfecit illũ qui ad aram ſacrificauerat? acceſſerat zelo diuine legis et eius auctoritate.

¶ Ad terciũ eſt ſimiliter dicendũ ꝙ vnum deũ colere et ydola ſpernere omnib? eſt preceptum ſtrictius poſt aduentuz chriſti ꝙ̄ ante. Sed de hereſi vel ydolatria inquirere cum ſint crimina fidei oppoſita ad illum pertinet qui eſt tot? fidei et eccleſie caput.

Ad quintũ ſic procedit. Videtur enim ꝙ ſine mandato pape qs poſſit in hereſi cõprehenſos cõdemnare. quia qđ eſt ꝓhibitum pape et vniuerſaliter eccleſie prelatis ſine mãdato eoꝝ fieri poteſt. ſed Math. xiij. Saluator ꝓhibuit apl'is ne eradicarent zizaniam per quã heretici intelligunt. ſcđm Auguſtinum. nõ ergo de mandato pape debet fieri hereticoꝝ condemnatio.

¶ Preterea dicit Greg?. et ponit. xxiij. q. viij. Si in mortem longobardoꝝ me miſcere voluiſſem. hodie longobardoꝝ gens nec regẽ nec ducem haberet. ſed qꝛ deum timeo in mortẽ cuiuſlibet hominis me immiſcere formido. cõdemnationi ergo hereticoꝝ papa ſe immiſcere non debet.

¶ Preterea dicit Hiero?. et ponitur. xxiij. q. v. Malos cõprimere et bonos ſubleuare regum officium eſt. Magis ergo ꝑtinet ad principes ſeculares in hereſi comprehenſos condemnare ꝙ̄ ad papam.

¶ In contrariũ eſt quod dicit Hiero. et ponit. xxiij. q. iiij. Secande ſunt putride carnes et ſcabioſa ouis a caulis repellẽda eſt ne tota dom? maſſa et corpus ⁊ pecora ardeat corrumpat putreſcat et intereant. Nam Arrius in alexandria vna ſcintilla fuit ſed quia nõ ſtatim oppreſſus totũ orbem eius flãma populata eſt. canonica ergo ꝯdemnatio hereticoꝝ non debet fieri ſine mandato pape.

¶ Reſpon. Dicendum ꝙ eccleſia ꝯdemnat hereticos duplici cõdemnatione.

¶ Primo condemnatione mortis ſpũalis vt per excõmunicationem per quã ſeparat anima a corpore miſtico eccleſie. ſunt enim omnes heretici ex ſententia canonis excõmunicati.

¶ Secũdo condemnatiõe mortis corporalis per quã ſeparat anima a corpore naturali.

¶ Primã igitur condemnationẽ facit eccleſia immediate per ſeipſaz. quia excõmunicatio eſt ꝓprie mucro pape et epoꝝum.

¶ Sed ſecundã condemnationẽ non facit immediate per ſeipſam ſed poſt adiuratã hereſim relinquit eos iudicio ſeculari nõ tamẽ ſine mandato eius. Iſta ſecũda condemnatiõ debet fieri ꝓpter duo.

¶ Primo ꝓpter ſeruandam circa eos caritatiuam dilectionẽ. Nam eccleſia circa omẽs viſcera miſericordie oſtendit. Et ideo non ſtatim exponit eos morti. ſed poſt primã et ſecundã correptionez. iuxta apl'i ſententiã ſi relapſi inuenti ſunt tanꝙ̄ ſubuerſi ne alios poſſint ſubuertere iudicio ſeculari relinquit. Similiter ꝓpter cautelam ne in ſuo iudicio decipiat ne forte credendo ꝑimere nocentem perimat innocentẽ.

¶ Ad primuz ergo eſt dicendum ꝙ ſicut ponit. xxiij. q. iiij. Aliud eſt excõicatio. aliud eſt eradicatio. Excõicatur enim aliquis vt ait apl'us vt ſpirit? eius ſaluus fiat in die dñi. Sed eradicatio fit ꝑ mortem et ſeparationẽ anime a corpore naturali. Et ſi dñs mandauit nõ eſſe eradicanda zizania vſqꝫ ad meſſem venturi ſeculi in illo caſu intelligẽdum eſt quando nõ poteſt eradicari zizania ſine eradicatõne tritici.

¶ Ad ſecundũ eſt dicenduz ꝙ papa et epĩ non debẽt ſe immiſcere in mortẽ hominis immediate eos ſententiando vel condemnãdo. ſed dignos morte relinquũt iudicio ſeculari.

¶ Ad terciũ eſt dicendum ꝙ ad ſeculares iudices ꝑtinet hereticos cõdemnare ꝓſuppoſito tamen iudicio eccleſie eſſe condemnatos ſcđm ordinem ab ipſa inſtitutum.

Ad ſextum ſic ꝓceditur. Videt enim ꝙ ſine mandato pape liceat principib? xp̄iane fidei hereticos capere ⁊ iudicare. quia qđ eſt licitũ populo facere ſine requiſitione alterius. multo magis eſt licitum regib? et principibus xp̄iane fidei. ſed mãdatum fuit populo iſrahelitico. Deutro. vij. Aras eoꝝ ſubuertite et cõfringite ſtatuas lucoſqꝫ ſuccendite: quia popul? ſanctus es domino deo tuo.

¶ Preterea magis eſt corpora hereticoꝝ iam ſepulta comburere ꝙ̄ hereticos capere et ꝯdemnare ⁊ iudicare. Scribit enim. iiij. Reg. c. xxiij. ꝙ rex Ioſias vidit ſepulchra hereticorum que erant in montibus miſitqꝫ et tulit oſſa de ſepulchris et cõbuſſit ea ſuper altare. licet ergo regibus et principib? ꝓprio iudicio iudicare et capere hereticos.

¶ Preterea ſcribit. iij. Regu. xv. ꝙ Oza rex iuda purgauit vniuerſas ſordes ydoloꝝ et cõfregit ſimulacrũ turpiſſimũ et combuſſit in torrentem cedron. Sed hoc ꝑtinet ad cultũ dei vt quilibet rex et princeps chriſtiane fidei purget a ſordibus ydoloꝝ et hereticoruz regnũ ſuum. ergo licet eis hoc facere abſqꝫ precepto pape.

¶ In contrariũ eſt quia illos non poſſunt capere et iudicare ꝓprio iudicio reges et principes ſeculares qui non ſunt de foro ipſorũ. ſed hereticos capere et punire eſt de foro eccleſie. ergo hoc nõ licet eis facere ſine mãdato pape.

¶ Reſpon. Dicenduz ꝙ nec peccatũ ydolatrie nec peccatũ hereſis legitur eſſe punituz ſine expreſſo mandato eccleſie. Scribitur enim Exo. xxxij. ꝙ peccatuz ydolatrie cõmiſſum per filios iſrael quando fecerũt ſibi vitulum conflatilem non fuit punitũ niſi ex precepto Moyſi qui deſcendens de monte dixit. Si quis eſt dñi iungatur mihi. et tunc cõgregati ſunt ad eum oẽs filij Leui. Planuz eſt autem ꝙ ꝑſonam moyſi repñſentat ſumm? pontifex quantũ ad poteſtatem regalem et ſacerdotalẽ et filiorũ Leui epiſcopi et alij prelati. Similiter ſuper illo verbo cant. ij. Capite nobis vulpes paruulas q̄ demoliunt vineas. nam vinea noſtra floruit. dicit glo. Quoniã non ſufficit nobis vitã noſtrã in exemplũ alijs ponere et bonam predicationem facere niſi etiã errantes corrigam? et infirmos ab inſidijs alioꝝ defendam?. Ideo recte dicitur. Capite nobis vulpes. i. hereticos qui callidi ſunt et ſe humiles fingunt ſicut vulpes. Abſcondunt enim in foueis. et cum exteri? apparent nunꝙ̄ directis itineribus currũt. Illud etiaz mandatũ apoſtoli poſt primã et ſecundã monitionẽ deuita hereticũ quoniaz ſubuerſus eſt Tito archiepõ Cretenſi intelligit eſſe factũ Prima ſimiliter ad Chorin. v. Impugnãtes fidem auctoritate eccleſie apl's mandat tradendos eſſe ſathane. abſqꝫ igitur auctoritate pape heretici non capiẽdi nec iudicandi ſunt per principes ſeculares.

¶ Ad primũ ergo eſt dicendũ. ꝙ ille populus aras ydoloꝝ non confregit. nec ex ꝓcepto moyſi nec Ioſias rex iſrael combuſſit corpora hereticoꝝ. nec Oza rex iuda purgauit ſordes ydolorum que fecerãt patres eius niſi auctoritate dei cuius vicari? in terris papa exiſtit. Unde ille auctoritates non faciunt ad ꝓpoſitum.

# ¶ Queſtio. xi. quomodo ad papam ſpectat determinare ea que pertinent ad vnitatez diuine eſſentie.

Deinde conſiderandũ eſt qualiter ad papã ſpectat determinare que ad vnitatẽ diuine eſſentie ꝑtinent. Circa qđ queruntur ſex.

¶ Primo. vtruz ad papam ſpectet ſub articulo ponere que nõ poſſunt ab homine naturaliter cognoſci.

¶ Secundo. vtrũ ad papam ſpectet ſub articulo ponere. Credo in vnum deum.

¶ Tercio. vtrũ ad papam ſpectet ponere ſub articulo vnum deum eſſe creatorem omniũ.

¶ Quarto. vtꝝ ad papam ſpectet determinare modum credendi trinitatem.

¶ Quinto. vtꝝ ad papam ſpectet determinare modum diſtinctionis ꝑſonarum.

¶ Sexto. vtrũ ad papam ſpectet modũ vnitatis trium perſonarũ determinare.

Ad primũ ſic ꝓceditur. Videt enim ꝙ ad papã non ſpectet ſub articulo ponere que ab homĩe naturaliter cognoſci non poſſunt. qꝛ ſtultum eſt ſub articulo ponere que nõ poſſunt ꝓbari. ſed deum eſſe trinũ et vnum vel chriſtum eſſe incarnatũ naturaliter ꝓbari non poteſt. ergo talia ſub articulo poni non debent.

¶ Preterea articulus dicit quia artat nos ad credendũ. Sed ſcđm Aug. Credere eſt voluntarium. non eñ poteſt quis credere niſi volẽs. non ergo papa debet ponere ſub articulo que naturaliter cognoſci non poſſunt.

¶ Preterea ſpũalia et eterna que naturaliter cognoſci non pñt ſunt ſemꝑ eadem et immutabilia. ſed illa que ſub articulis ponũtur creuerunt et creſcunt. Dicit eñ Greg?. ꝙ ſcđm incrementa tempoꝝ creuit ſciencia ſanctoꝝ patruz. et quanto viciniores fuerũt aduentui ſaluatoris tanto ſacramẽta ſalutis pleni? ꝑceperunt.

¶ In contrariũ eſt. quia ad papã ſpectat ſub articulo ponere que nos beatos faciunt. ſed talia ſunt que nõ poſſunt naturaliter ab homine cognoſci. Iuxta illud Ioh. xx. Beati qui non viderunt et crediderunt. expedit ergo talia ſub articulo ponere.

¶ Reſpõ. Dicenđ ꝙ homo viuit triplici vita.

¶ Prima vita cõtemplatiua et ſpirituali per quam deo coniungitur.

¶ Secundo vita actiua et morali per quaz in

agendis dirigitur.

¶ Tercio vita ſpeculatiua et intellectuali per quā in ratōne perficit. Stultū ergo eſſet dicere ꝙ homini non deberent ꝓponi aliqua alia ad credendum que per ſeipſum cognoſcere nō valet. Nam ſi hoc eſſet in vita ſpirituali deo non coniungeretur. Nam per ſolam fidem homo facit cum deo quoddā matrimoniū. quia per ſolam fidem homo cōiungitur deo. Iuxta illud Oſee. ij. Sponſabo te mihi in iuſticia et miſericordia et in fide. In vita vero morali in agendis non dirigeretur. Nam per ſolam fidem homo dirigitur in agendis ꝑ que poteſt conſequi vitam eternaʒ. Unde ipſa ſola dicitur ſubſtancia et fundamentū ſperandarum rerum. cuius ſignum eſt quia nullus philoſophoꝝ ante aduentum chriſti cum toto conatu ſuo tantū potuit ſcire de ſcientijs neceſſarijs ad ſalutē. quātum poſt aduentū chriſti ſcit vna vetula per ſolam fidem. ꝓpter quod dicit Aug⁹. xiij. de tri. c. xix. ꝙ illi precipui gentium philoſophi qui inuiſibilia dei per ea que facta ſunt ītelligere potuerunt. tamē quia ſine chriſto mediatore philoſophati ſunt quem nec futurum ꝓphetis nec veniſſe apoſtolis crediderūt. ſicut dictum eſt de illis veritatem detinuerūt in iniquitate.

¶ Tercio in vita intellectuali nō proficeretur. Eſt enī humana cognitio ſic debilis ꝙ nullus philoſophoꝝ longum tempus apponendo in ſtudio potuit ꝑfecte naturā vnius muſce inueſtigare. Unde legitur de quodaʒ philoſopho. ꝙ triginta annis in ſolitudine ſtetit vt cognoſceret naturam apis nec eam ꝑfecte inueſtigare potuit. ſtultum eſt autem nolle credere niſi illa que tantum homo per ſe cognoſcere poteſt.

¶ Ad primū ergo eſt dicenduʒ. ꝙ licet illa que ſunt fidei per rōnem non poſſint probari. ſunt tamen tot ſignis ⁊ miraculis confirmata ꝙ per nullam puram creaturā fieri poſſent. Si enim rex mitteret litteras conſilio ſuo eius ſigillo ſignatas. null⁹ eſſet auſus dicere tales litteras non ꝓceſſiſſe auctoritate regis. Illa autē que fidei ſunt tradita nobis per ꝓphetas et apl'os ſigillo dei ſignata ſunt quod quidem ſigillum miracula et ſigna ſunt que dei filius in humana natura fecit. quod ſi dicat̄ miracula illa fieri nullū vidiſſe leuiter reſpondet̄. Conſtat enīʒ ꝙ ante aduentuʒ chriſti totus mundus ydola colebat. ſicut ipſe hiſtorie paganoꝝ oſtendunt Sed modo fere omnes ſapiētes diuites et potentes ad chriſtuʒ ſunt conuerſi. aut ergo iſtud factum eſt miraculoſe per chriſtum. ⁊ ſic habeo ꝓpoſitum. aut dicit̄ hoc non eſſe miraculoſum et ſic dico non potuiſſe eſſe maius miraculum q̄ ꝙ mundus totus ſine miraculis conuerteretur.

¶ Ad ſecundū eſt dicendum ꝙ licet ad credendum homo non cogatur neceſſitate coactionis artatur tamen ad credendū neceſſitate finis: quia non pōt aliquis conſequi finem vite eterne niſi ꝑ credere illa que ſunt fidei. Iuxta illud apl'i. ad Hebre. xi. Accedentem ad deum oportet credere. quia ſine fide īpoſſibile eſt deo placere.

¶ Ad terciū eſt dicendum ꝙ creſcere illa q̄ ſunt fidei poteſt intelligi dupliciter. aut ſubſtantialiter per additionē. aut accidentaliter per explicationem.

¶ Primo modo immutabilia ſunt et eadem quia ſcd'm Aug. Una fides eſt antiquorum et modernorum.

¶ Sed ſecundo modo creuerunt. quia multa explicite nos cognoſcimus que illi implicite cognouerunt. Et ſic papa aliqua poteſt explicare in articulis que explicata non ſunt.

Ad ſecundū ſic procedit̄. Videtur enīʒ ꝙ ad papam non ſpectet ſub articulo ponere. Credo in vnū deum. quia qđ eſt a philoſophis demonſtratiue probatū non eſt ponendum ſub articulo. ſed eſſe vnum deū demonſtratiue probatum eſt a philoſophis in pluribus locis. ergo non eſt ponendum ſub articulo.

¶ Preterea ponere ſub articulo ad que ratiōe humana induci poteſt diminuit rationē meriti. Iuxta illud Grego. ffides nō habet meritum cum humana ratio prebet experimentū. ſed ꝙ ſit vnus deus poteſt adduci humana ratione. ergo non eſt ponendū ſub articulo.

¶ Preterea preceptū dei artat nos ad credendum abſq; eo ꝙ ſub articulo ponatur. ſed precipitur Deutro. vi. Audi iſrael dominus deus tuus deus vnus eſt. non eſt ergo ponendū hoc ſub articulo.

¶ In contrarium eſt. quia in ſimbolo patrum et in ſimbolo apoſtolorum ponitur. Credo in vnum deum.

¶ Reſpon. Dicendum ꝙ rationabiliter ponit̄ ſub articulo eſſe deum et eſſe vnum deum. nam deum eſſe gubernatorē omniū et omniū actuū humanoꝝ directorem ac omniū bonoꝝ remuneratorem et maloꝝ punitorem multi negauerunt. quia ponentes omnia caſualiter euenire negauerūt deum eſſe omnium ꝓuiſorem et gubernatorem cuius cōtrarium ad ſenſum videmus. Nam videmus res omnes vt ſolem lunā et ſtellas determinatuʒ curſum habere q̄d non contingeret ſi caſualiter euenirēt. ponentes vero actus humanos nō diſponi a deo nec ab ipſo ꝓuideri inducti ſunt. quia videbant bonos in mundo iſto affligi et malos ꝓſperari negauerunt deum actuū humanorum eſſe directorē non attendentes ꝙ bonus medicus per eandē artem medicine ꝓpinat vni infirmo aquam et alteri vinum et certa ſciencia ſcd'm ꝙ ars medicine dictat.

¶ Ponentes aūt non eſſe aliam vitam preter illam negauerūt deum eſſe omniū malorū punitoreʒ et bonoꝝ remuneratorē. Contra quos dicit apl's. i. Chorin. xv. Si tantū in hac vita ſperantes in xp̄o ſumus. miſerabiliores omnibus hominib⁹ ſumus. rōnabiliter igitur poſitum eſt in ſimbolo apoſtoloꝝ. Credo in deum vt omniū prouiſorē et vt omniū actuuʒ humanorum directorē et vt omniū bonorū remuneratoreʒ et maloꝝ punitorem ſcd'm quem modū deū eſſe non eſt probatū humana ratiōe. Sed in ſimbolo patruʒ rationabiliter eſt additum. Credo in vnum deū. Nam filiorū et ꝓpinquorum nimiuʒ dilectores adorant plures deos. Scribit̄ enim ſap. xiiij. ꝙ acerbo luctu dolens pater cito ſibi rapti filij fecit ymagineʒ et illum qui tunc quaſi mortu⁹ homo fuerat poſtmodū tanq̄ deum colere cepat et conſtituit inter ſuos ſeruos ſacrificia ſibi offerri. principiuʒ vero et regū adulatores plures deos adorāt ſicut Nabuchodonoſor vt deus volebat adorari. Diuinatores vero et demonuʒ conſultores plures deos adorāt quia qđ eſt ꝓprium dei vt occulta et futura p̄noſcere a demonibus ſcire cupiūt qꝛ igitur multi vnū deum non adorant. contra tales errantes cōgrue additum eſt in ſymbolo patrū. Credo in vnum deū. Ex predictis ergo patet reſponſio ad rōnes in oppoſituʒ factas.

Ad terciū ſic procedit̄. Videtur enīʒ ꝙ ad papam nō ſpectet ponere ſub articulo deum eſſe creatorē omniuʒ. Dicit enim cōmentator in de ſubſtācia orbis. ꝙ multi poſuerunt ipſum deū eſſe cauſam mouentem: ſed nō cauſam agentem omniū. ſed cum finis ſignificet agens prima ſignificatione ponere deū eſſe cauſam mouentē per modū finis et nō cauſam agentē per modū efficientis eſt abſurdum et contra intentōnem Ariſtotelis. Ex quo ergo hoc poſitū eſt a philoſophis non oportet ponere ſub articulo.

¶ Preterea omne quod poteſt nō eſſe aliqua parte ſui de ſe formaliter neceſſe eſt nō eſſe. ſed ſuuʒ eſſe effectiue eſt ab aliquo productū. cum ergo omnia viſibilia corporalia aliq̄ parte ſui poſſint nō eſſe et neceſſario ſunt ab alio producta. nō ergo oportuit ponere in articulo creatorem omniū viſibilium.

¶ Preterea omne qđ ordinate mouet vt aſſimiletur ſuo fini ſuū eſſe et totū ſuum bonū effectiue recognoſcit ab alio. ſed omīa inuiſibilia puta ipſi angeli et ſubſtātie ſeparate ordinate mouēt vt aſſimilent̄ ſuo fini. Effectiue ergo habent eſſe a deo. nō ergo oportuit addere ī ſimbolo. et inuiſibiliū.

¶ In contrariū eſt auctoritas eccleſie. qꝛ eius auctoritate ſimbolum eſt ordinatum.

¶ Reſpon. Dicēdum ꝙ aliqui poſuerūt mundum fuiſſe ab eterno. ſicut Ariſtoteles et multi alij ꝓbauerunt. In ꝑſona quorum loquit̄ beatus Petrus quando dixit. Ex quo dormierunt p̄res noſtri omnia ſic ꝑſeuerant. et contra iſtos poſitū eſt in ſimbolo patrū. factorem celi et terre. Si ergo facta ſunt conſtat ꝙ non ſemꝑ fuerunt. Iuxta illud pſal. Dixit et facta ſunt. Aliqui vero poſuerūt mundum eſſe factū a deo ex preiacenti tamē materia volētes metiri potentiam dei iuxta menſurā potentie create que nō poteſt aliquid ꝓducere niſi ex preiacenti materia. cum ſit potētia particularis. et contra iſtos poſitum eſt in ſimbolo apl'orum creatoreʒ celi et terre. Nam ſcd'm Damaſcenū. differūt creare et facere. qꝛ creare eſt aliquid ꝓducere ex nihilo ffacere vero p̄ſupponit materiam preiacenteʒ. Aliqui aūt poſuerunt ſicut manichei viſibilia et corruptibilia a bono deo facta non eſſe pro eo ꝙ multi defectus in talibus corporalib⁹ inueniuntur ⁊ multa nociua contra quos Aug⁹. ponit tale exemplū. Si aliquis intraret domū fabri et inueniret ibi inſtrumenta cum quibus pungeret et lederet ſe. et ex hoc reputaret illum fabrum eſſe malum ꝙ teneret illa inſtrumenta ſtultus eſſet cum faber teneat illa ad opus ſuū. Ita ſtultum eſt dicere ꝙ corporalia ſunt mala et a malo deo quia ſunt nociua. nam quod eſt vni nociuū alteri eſt vtile. Ad remouendū ergo hunc errorem additum eſt in ſimbolo patrū. factorem omniū viſibilium. Sed aliqui non valentes tranſcendere corporalia non crediderūt eſſe aliquid vltra naturam viſibilē adorantes pro deo ſolem et lunaʒ vel aliquā ſtellarū que inter corporalia ſummū gradum tenebant. Ad remouendum igitur hunc errorem additum eſt in ſimbolo patrū. et inuiſibilium.

¶ Ad primũ ergo eſt dicendum ꝙ non negamus pħos potiſſime ꝑipateticos poſuiſſe deũ cauſam efficientẽ omniũ. quia tamẽ poſuerũt mundum ab eterno et effectus coeternos fuiſſe ſue cauſe quorum poſitionem tanꝙ hereticam fides catholica dampnat. Ideo oportuit ſub ſmiculo ponere deũ eſſe omniũ creatorem et factorem quorum erroris radicem rabimoyſes aſſignat dicens. ꝙ ipſi fuerũt ſimiles puero qui ſtatim cum naſceretur poneretur in inſula et nunꝙ videret mulierem pregnantẽ nec puerum naſcentẽ. ſi tunc diceret ei quando iam eſſet magnꝰ. qualiter homo concipitur et portatur in vtero non crederet ei quia videretur ſibi impoſſibile ꝙ ſic magnus in vtero poſſet portari. Ita pħi videntes ſtatum mundi preſentẽ non crediderũt ꝙ mundus poſſet de nouo incipere. Et per hoc patet reſponſio ad alias duas rationes quia nõ per illum modũ ponit eccleſia deum factorem omnium viſibiliũ et inuiſibiliũ ſicut philoſophi poſuerunt.

Ad quartũ ſic ꝓceditur. Videtur enim ꝙ ad papam non ſpectet determinare modũ credendi trinitatẽ. Dicit enĩ Hilarius in li. de ſinodis. ꝙ pater et filius et ſpiritus ſanctus ſunt per ſubſtantiã tria per conſonantiam vero ſunt vnũ. non eſt ergo ibi vnitas in natura ſicut papa determinat.

¶ Preterea dicit Boeciꝰ in li. de tri. Illud eſt vere vnum in quo nullus eſt numerꝰ. ſed trinitas eſt vnus deus veriſſime nõ ergo ibi erit numerus perſonarũ cum vnitate nature vt eccleſia determinat.

¶ Preterea queciꝙ differunt ſpecie differũt natura. ſed paternitas et filiatio cum ſint relationes differentes ſpecie ponunt differentiã in natura. nõ ergo eſt in trinitate vera vnitas.

¶ In cõtrarium eſt quod ſcribitur extra de ſi. ca. c. firmiter credimus.

¶ Reſpon. Dicendum ꝙ Innocentiꝰ tercius in illa decretali ſupradicta firmiter credimus. tria ponit requirẽda eſſe in cõfeſſione vere ſempiterneꝙ deitatis. Nam primo ex parte credẽtis requiritur firmitas quando dicit firmiter credimus. Firmꝰ namꝙ debet eſſe xp̄ianus nihil heſitans. Vnde Moyſes grandis factus fide negauit ſe eſſe filium filie pharaonis magis eligens afflictionẽ cum populo dei ꝙ temporalis peccati habere iocunditatẽ. vt ſcribitur ad Heb. xi. Secundo ex parte modi credendi requiritur ſimplicitas vt nõ ſit ibi erroris admixtio quãdo dicit. et ſimpliciter confitemur. ſcḋm enĩ Auguſtinum primo de trinitate. Nil periculoſius alicubi erratur nec laborioſius aliquid queritur nec fructuoſius aliquid inuenitur. ꝙ vbi queritur trinitas patris et filij et ſp̄us ſancti. Tercio ex parte eius qḋ creditur. requiritur primo ꝙ credatur eſſe vnus verus ſolus deus ſine deorum plurificatõne. Dicit enim Augꝰ. ſuper illo verbo. i. ad Chor. viij. Si tibi dij multi et domini multi. nobis tamẽ non eſt niſi vnus deꝰ: ꝙ plures ſunt dij nũcupatiue ſicut ſunt demones. quia omnes dij gentiũ demonia. Plures ſunt ſimiliter dij adoptiue. qꝛ ego dixi dij eſtis et filij excelſi omnes. Sed ſubſtantiue naturaliter ſola trinitas eſt vnus deus. Secundo ꝙ credatur eſſe eternꝰ ſine inceptione. dicit enim Anſhelmꝰ ſuper illo verbo pſal. Dñs regnauit in eternum et vltra. ꝙ ſi mundus fuiſſet ab eterno et in eternũ duraret. adhuc deus diceretur eſſe ante et vltra tale eternum. quia cauſa ſemꝑ eſt ante et vltra ſuũ cauſatum. Tercio ꝙ ſit immenſus ſine menſuratione. Exponẽs enim Augꝰ. iiij. ſuꝑ Geñ. illud verbum ſap. xi. Omnia diſpoſuiſti in numero pondere et menſura. dicit ꝙ deus omnia diſponit in ſeipſo qui eſt numerus ſine numero pondus ſine pondere menſura ſine menſura. Quarto ꝙ ſit incõmutabilis ſine mutatione dicente enĩ Auguſtino. i. de tri. Vera immortalitas eſt vera incõmutabilitas quã nulla creatura habet quoniã ſolius creatoris eſt. Quinto ꝙ ſit omnipotẽs ſine ſubiectione. ipſe enĩ ſolus eſt qui mortis et vite habet poteſtatẽ et ſubeſt ei cum voluerit poſſe. vt ſcribitur ſap. xv. Sexto ꝙ ſit ineffabilis inueſtigatione. quia dicente apl̄o. incomꝓhenſibilia ſunt iudicia eius et inueſtigabiles vie eius. omnes iſtas cõditiones requiſitas ad modum credendi trinitatem ponit Innocentiꝰ in decretali ſupradicta. firmiter credimus.

¶ Ad primũ ergo eſt dicendũ ꝙ Hilarius accipit ſubſtantiam pro ypoſtaſi. vult enĩ dicere ꝙ pater et filius et ſp̄us ſanctus ſunt tria per ſubſtantiam perſonarum et ſunt vnum per cõſonantiam vnitatis eſſentie.

¶ Ad ſecundũ eſt dicendum ꝙ Boetius ꝑ illa verba intendit excludere numerum a diuina eſſentia non autẽ a trinitate ꝑſonarum quod quidẽ confitetur eccleſia.

¶ Ad terciũ eſt dicendum ꝙ paternitas et filiatio nõ ſe habent ad diuinas ꝑſonas ꝓprie vt ſpeciẽ dantes. ſed magis vt ꝑſonas diſtinguẽtes et conſtituentes. Illud autẽ quod ſe habet ad ꝑſonam diuinam vt ſpeciem dans eſt natura diuina. qꝛ pater generat ſibi filium ſimilem ſcḋm nature identitatẽ non ſcḋm perſonalem ꝓprietatem quamuis in diuinis non ꝓprie dicatur aliquid differre ſcḋm ſpeciem cum ibi nõ ſit ſpecies neꝙ genus.

Ad quintũ ſic ꝓceditur. Videtur enim ꝙ ad papã non ſpectet determinare modum diſtinctionis ꝑſonarum. qꝛ que ſunt eadem realiter alicui ſunt eadẽ realiter inter ſe. ſed pater et filius ⁊ ſpiritus ſanctus ſunt idem realiter in eſſentia nõ ergo in perſonis diuinis eſt ponendã realis diſtinctio.

¶ Preterea aut ꝑſona addit aliquid ſupra eſſentiam aut nihil. ſi aliquid addet reale. faciet compoſitõnem quod non eſt ponendũ. ſi vero nihil addit. nõ poterit facere realẽ diſtinctionẽ.

¶ Preterea que de ſe inuicem predicantur quicquid verificatur de vno verificatur de alio. ſed pater et eſſentia predicantur de ſe inuicẽ. Iſta eſt enĩ vera pater eſt eſſentia. ſed pater generat. ergo ſimiliter eſſentia generat.

¶ In contrariũ eſt quod ſcribitur extra de ſi. ca. c. Firmiter credimus.

¶ Reſpon. Dicendũ ꝙ innocentius. iij. in decretali ſupradicta ponit modũ diſtinctõis perſonarum dicens. Tres quidẽ perſone pater a nullo. filius a patre ſolo. ac ſpiritꝰ ſanctus pariter ab vtroꝙ. pater generans. et filius naſcẽs et ſpiritꝰ ſanctus ꝓcedens conſubſtantiales et coequales et cooĩpotentes et coeterni. vbi tria confitetur. Primo ꝑſonarum diſtinctionẽ. Secundo diſtinctionis cauſe aſſignationẽ. Et tercio inſeparabilem operationẽ.

¶ Perſonarũ quidem diſtinctionẽ quãdo dicit. Tres quidem ꝑſone. Nam ſcḋm Aug. vij. de trini. cum queritur quid tres vel quid tria referendum eſt ad ꝑſonas. quia ꝑſona ſcḋm Boetium eſt rationalis vel intellectualis nature indiuidua et incõmunicabilis ſubſtantia. Incõmunicabilitas autẽ in diuinis attenditur in perſonis. nõ in eſſentia. qꝛ pater ita eſt pater ꝙ nõ filiꝰ et filiꝰ. ita eſt filius ꝙ nõ pater. In eſſẽtia tamen pater eſt illud quod filiꝰ. et filius illud qḋ pater. Vnde Augꝰ. xv. de trini. dicit ꝙ verbum dei patris vnigenitus filius eius qui per omnia patri ſimilis et coeq̄lis hoc omnino eſt ꝙ pater. non tamẽ pater. quia ille filius et iſte pater.

¶ Diſtinctionis vero cauſe aſſignationem tangit quãdo dicit. pater a nullo filiꝰ a patre ſolo ſpiritus ſanctus pariter ab vtroꝙ. pater generans. filius naſcens. ſp̄us ſanctus procedens. Nam inter ꝑſonas diuinas non poſſet eſſe diſtinctio niſi per originem vnius ab altera. quia ſcḋm Damaſ. in diuinis omnia ſunt idẽ preter generationẽ ingenerationẽ et ꝓceſſionem. Eo ergo ipſo ꝙ pater eſt generans. et filius eſt genitus oportet filiũ ab eo eſſe naturaliter diſtinctum. cum ſcḋm Aug. i. de trini. nulla res ſeipſam generat vt ſit. eo ipſo ꝙ pater et filius vna voluntate ſpirant ſpiritum ſanctum. oportet ab vtroꝙ pariter inſpiratũ eſſe et ab vtroꝙ pariter diſtinctum. quia ſcḋm Hiero. Spiritꝰ ſanctus nõ eſt pater neꝙ filius ſed eſt amor quẽ habet in filium ⁊ filius in patrem.

¶ Tercio tangit inſeparabilem operationem quando dicit cõſubſtantiales et coequales coomnipotentes et coeterni. Nam ſcḋm Aug. ii. de tri. pater et filius et ſp̄us ſanctus inſeparabiliter operantur. et hoc ideo eſt qꝛ conſubſtãtiales ſunt ſine qualitatis implicatione ſunt coequales ſine quãtitatis diuiſione. ſunt coomnipotentes ſine virtutis terminatione. ⁊ ſunt coeterni ſine tp̄is variatione. Vnde dicit Augꝰ. v de tri. Intelligamꝰ deum quantũ poſſumus ſine qualitate bonũ. ſine quantitate magnum. ſine indigentia creatorẽ. ſine ſitu preſentẽ. ſine habitu omnia continentẽ. ſine loco vbiꝙ totũ ſine tempore ſempiternũ. ſine vlla ſui mutatione mirabilia facientẽ nihilꝙ patientem.

¶ Ad primũ ergo eſt dicendũ ꝙ eo modo quo tres ꝑſone ſunt eadem in eſſentia ſunt eadem inter ſe. quia in eſſẽtia pater eſt omnino illud qḋ filius. Sed comparate tres ꝑſone ad eſſentiam eedem ſunt in nature idẽptitate. Inter ſe tamẽ adinuicem cõparate diſtinguũtur relatiua proprietate.

¶ Ad ſecundũ eſt dicendum ꝙ ꝑſona addit ſupra eſſentiam relationẽ facientem cum ipſa eſſentia nõ realem cõpoſitionem neꝙ realem diuerſificationem ſed bene realem ſpecificationẽ ſcḋm quam aliquid verificatur de vno quod nõ verificatur de alio. Et per hoc patet reſponſio ad. iij.

Ad ſextum ſic ꝓceditur. Videtur enim ꝙ ad papã non ſpectat determinare modum vnitatis trium ꝑſonarum. quia quod eſt determinatũ a chriſto nõ eſt determinandum per papã. ſed modus vnitatis trium perſonarũ determinatus eſt a xp̄o. Ioh. xvij. quãdo dixit. Rogo pater vt ſint vnũ in nobis loquens de apl̄is ſicut nos vnum ſumus. ſed apl̄i fuerant vnum cum chriſto in caritate. Iſto ergo modo ꝑſone ſunt vnum in eſſentia.

¶ Preterea ſcribitur prima. Ioh. v. Tres ſunt qui teſtimoniũ dant in celo. pater. verbum. et ſp̄us ſanctus. et hij tres vnũ ſunt. Et tres ſunt qui teſtimoniũ dant in terra. ſp̄us. aqua. ⁊ ſanguis. et hij tres vnũ ſunt. ſic ergo tres perſone ſunt vnum in eſſentia ſicut ſunt vnum ſpiritus aqua et ſanguis.

¶ Preterea eſſe vnum natura eſt eſſe vnū ſubſtantia ſicut dicit Aug⁹. in libro de morib⁹ monachorum. ſed participatione nature omēs homines ſunt vnus homo. ergo eodēmodo tres perſone ſunt vna ſubſtantia.

¶ In contrariū eſt quod ſcribit̄ extra de fide catholica. firmiter credimus.

¶ Reſpon. Dicendum ꝙ innocentius terci⁹ in decre. ſupradicta ponit triū pſonarū in eſſentia pfectam vnitatē quando dicit vna eſſentia ſubſtantia ſeu natura ſimplex omnino. Itaq eſſentia diuina eſt ſimpliciſſima et eſt cōmuniſſima. quia igit̄ eſt ſimpliciſſima in trib⁹ perſonis nō eſt pluralificata. quia ſimplex non plurificatur. ideo eſt quedā ſumma res pater et filius et ſpirit⁹ ſanctus non habēs partem. et partez vnde totaz dat pater filio et totā ſibi retinet. et pater et filius totam dant ſpiritui ſancto et totam ſibi retinent. Eſt ergo quedaz ſumma res ſimplex et indiuiſa. quia vero eſt cōmuniſſima ipſa non eſt genita neq generans. q2 cum eſſe genitum cōueniat filio et nō patri. ſi diuina eſſentia eſſet genita pater nō eſſet diuina eſſentia et ſi eſſet generās cum generare non conueniat filio. filius nō eſſet diuina eſſentia. ſed bene eſt per generationē et proceſſionē eadem numero tribus pſonis cōmunicata. Hunc ergo modū vnitatis eſſentie diuine confitet̄ Innocenti⁹ in decretali ſupradicta quādo dicit. Nos aūt ſacro approbato cōſilio credimus et confitemur cum Petro lombardo ꝙ quedam ſumma res eſt veraciter pater et filius et ſpūs ſanctus que non eſt generās neq genita neq procedens. Sed eſt pater qui generat et fili⁹ qui generat̄. et ſpūs ſanctus ꝓcedens vt diſtinctio ſit in perſonis. et vnitas in natura. Et damnamus et reprobam⁹ tractatū vel libellum quē abbas ioachim cōſtruxit cōtra predictū magiſtrū in quo libello aſſerebat patrē et filium et ſpūm ſanctū eſſe vnius eſſentie vel nature non vera et reali vnitate ſed quadā collecta ſimilitudie in amore vel in caritate. Confitet̄ ſimiliter innocenti⁹ triuz pſonarum in potentia equalitatē et confitetur tria opera a tota trinitate ſimul eſſe facta. Primo opa creatōnis quando dicit ꝙ ſancta trinitas ab initio temporis vniuerſam condidit creaturā. Secūdo opera redemptionis qñ dicit. ꝙ hec ſancta trinitas primo p moyſen et ꝓphetas ſcd̄m ordinatiſſimā diſpoſitionē temporum doctriuā humano generi tribuit ſalutarem. Et exprimūtur in illa clauſula articuli pertinentes ad chriſti humanitatē de vtero virginali aſſumptā. et ſacramēta per q̄ facta eſt humani generis redemptio. Tertio cōfitetur opera noſtre glorificatiōis quādo dicit qui omnes reſurgent cum ꝓpriis corporib⁹ vt recipiāt omnes ſcd̄m opa que fecerūt ſiue bona ſiue mala.

¶ Ad primū ergo eſt dicendum ꝙ argumentuz ſumptum a ſimilitudine non dicit identitatē ſed diſparitatē. volebat ergo chriſt⁹ ꝙ ſui diſcipuli eſſent vnū in amore ꝛ in caritate. ſicut ipſe cum patre erat vnū in ſubſtantie identitate.

¶ Ad ſecundū eſt dicendum ꝙ ſpiritus aqua et ſanguis nō fuerunt vnū in chriſto in nature vnitate. q2 illa tria nō ſunt vna res nec vna natura. ſed fuerūt vnuz in teſtimonij veritate. Teſtificabant̄ enim illa tria ꝙ xp̄s non erat purus homo ſed plus q̄ homo. quia eniz de corpore xp̄i exiuit ſanguis per ſe et aqua p ſe miraculoſum fuit vt gloſa ibi dicit. Teſtificabant̄ ergo ſanguis et aqua xp̄m eſſe dei filium. Teſtificabatur eni hoc ſpiritus id eſt clamor. et vox illa quā emiſit ſpiritū emittando. ꝙ cū homo iam prope mortē vocem magnā emittat ſine miraculo eſſe non pōt potiſſime homo qui moritur gladio p ſanguinis effuſionē. Unde Centurio qui erat ex aduerſo videns ꝙ ſic clamans expiraſſet dixit. Uere filius dei erat iſte.

¶ Ad tercium eſt dicenduz ꝙ natura creata nō eſt ſuū eſſe ſed acquirit eſſe in ſuppoſitis ꝓpter qd̄ partitur et plurificat̄ plurificatione ſuppoſitorum. Sed natura diuina eſt ip̄m eſſe. nec acquirit eſſe in ſuppoſitis ꝓpter quod nō ponit numerū cum pſonis. ita ꝙ eſſentia et tres perſone ſunt quatuor res nec plurificant̄ plurificatione pſonarum ſed eſt eadem cum pſona et eſt quelibet perſona.

## Queſtio· XII· quomodo ad papam ſpectat determinare que pertinent ad diſtinctionem perſonarum·

Videndum eſt inſup quomodo ad papā ſpectat determinare q̄ ptinent ad diſtinctiōem pſonarum Circa qd̄ querunt̄ quatuor Primo vtrū ad papam ſpectet ſub articulo ponere patrē eſſe omnipotentē.

¶ Secūdo. vtrum ad papā ſpectet determinare modū generationis filij a patre.

¶ Tertio. vtruz ad papā ſpectet determinare modum ꝓcedendi ſpūs ſancti a patre et filio.

¶ Quarto. vtrū ad papam ſpectet plura ponere ſub articulo ſpūs ſancti q̄ patris et filij.

Ad primū ſic ꝓceditur. Videt̄ enim ꝙ ad papā non ſpectet ſub articulo ponere patrē eſſe omnipotētem. q2 poſſe generare eſt perfectiōis. ſed hoc non pōt pater cōmunicare filio non ergo omnipotētia debet poni ſub articulo patris.

¶ Preterea pater non pōt incarnari. ergo nō eſt oīpotens. ꝓbatur antecedēs. quia ſi poſſet icarnari poſſet naſci. et ſi poſſet naſci poſſet eſſe fili⁹ et ſic in diuinis eſſent plures filij qd̄ eſt contra illud. Non tres filij ſed vnus filius. nō tres ſpūs ſancti ſed vnus ſpiritus ſanctus.

¶ Preterea dicit Aug⁹. ij. de tri. c. iiij. ꝙ pater nuſquā legitur eſſe miſſus. ſi ergo pater nō poteſt mitti non eſt omnipotens.

¶ In contrarium eſt auctoritas eccleſie.

¶ Reſpon. Dicendum ꝙ ꝯuenienter omnipotentia ponit̄ ſub articulo patris ꝓpter eius appropriationez. appropriat̄ enim potētia patri ſicut ſapientia filio. bonitas ſpūi ſancto. quia ſicut potentia pōt eſſe ſine ſapiētia. ſic pater nō recipit eſſe ab aliquo ꝛ poſſet eſſe ſine filio ſaltem in eo qd̄ deus. Dicit eniz Aug⁹. v. de tri. ꝙ nō eſt hoc dicere ingenitū quod eſt dicere patrē q2 ſi filium nō genuiſſet nihil ꝓhiberet euz eſſe ingenitū. Sapiētia vero non pōt eſſe ſine potentia. quia poſſe ſapere eſt aliq̄d poſſe: Ideo conuenienter appropriat̄ filio qui etiā in eo ꝙ deus non pōt eſſe ſine patre cum totū eſſe ſuuz a patre recipiat. Bonitas vero nō pōt eſſe ſine potētia et ſapientia. q2 bonitas eſt bene ꝛ ſapienter velle vt dicit Rich. vi. de tri. Ideo conuenienter appropriat̄ ſpiritui ſancto qui ꝓcedit a patre et filio. Similit̄ ꝓpter erroris vitationē ſunt eni iſta tria potentia ſapientia et bonitas cōmunia tribus pſonis. dant tamē intelligere ꝓpria pſonarū. Inquantū autē ſunt cōmunia vitamus p ipſa errorē arrij ſepantis ſubſtantiā et ponētis nihil realiter eſſe cōmune trib⁹ perſonis. Sed inquantū talia dant itelligere ꝓpria vitamus errorē ſabellij. cōfundentis pſonas et ponentis nullā realem ꝓprietatē in pſonis.

¶ Ad primū ergo eſt dicendum ꝙ poſſe generare nō dicit poteſtatē ſed ꝓprietatem. Eſt eni conſiderandū ꝙ tam potētia q̄ eſſentia diuina dicit pfectionem ſimplr̄ et formaliter infinitaz. Omne aūt ſimpliciter pfectum eſt cōicabile tribus pſonis. ſi ei⁹ carentia in eo cui cōmunicatur eſſet indignitatis nō ꝓprietatis. talem aūt carentiā non dicit poſſe generare ex hoc ꝙ non cōicatur filio. q2 in filio non poſſe generare nō eſt imperfectio ſed cōditio. nec indignitas. ſed ꝓprietas. nō enim eſſet bonum argumentū ſic dicere diſtinguere et ꝯſtituere diuinas pſonas dicit pfectionē. Sed talem pfectionē non dicit diuina eſſentia. nec aliq̄d eſſentiale attributum niſi ſola relatio. ergo eſſentia nō dicit pfectionem ſimpliciter. nam diſtinguere vel referre nō eſt imperfectionis in eſſentia diuina vel in aliquo abſoluto ſed cōditionis nec impotentie ſed ꝓprietatis.

¶ Ad ſecundū eſt dicendum ꝙ pater poſſit incarnari. nec cōueniret ſibi naſci et eſſe filium ſecundum naturā diuinā ſed ſoluz ſcd̄m naturā humanaz aſſumptā. Unde ꝓpter hoc non ſequeretur in diuinis plures eſſe filios. Nam cōuenit filio ꝙ ſit pat̄ virginis ſcd̄m naturā diuinam ꝛ ſcd̄m naturā humanā eſt eius filius.

¶ Ad terciū eſt dicendum ꝙ ſcd̄m Augu. iiij. de trini. Cum pater ex tempore ab aliquo cognoſcitur non dicit̄ tamen miſſus. q2 non habet de quo ſit ſicut fili⁹. nec ex quo ꝓcedat ſicut ſpūs ſanct⁹. ſicut ergo nō recipere eſſe ab aliquo nō eſt impotentis in patre ſed ꝓprietatiſ. ſic mitti ſibi non conuenit.

Ad ſecundū ſic ꝓceditur. Videt̄ enim ꝙ ad papaz non ſpectet determinare modū generationis filij a patre. quia qd̄ eſt inenarrabile non pōt per papā explicari Sed ſcribitur in yſaia. generationez eius quis enarrabit. non ergo talis modus ponend⁹ eſt ſub articulo.

¶ Preterea filius naturaliter non generat̄ niſi ex muliere. ſed deus pater non habet vxorē. ergo filium generare non poteſt.

¶ Preterea ſcd̄m Augu. Eſſe filiuz eſt eſſe verbum. ſed verbum noſtrū non eſt filius. ergo ſimiliter nec verbum dei.

¶ In contrarium eſt auctoritas eccleſie.

¶ Reſpon. Dicendum ꝙ aliqui heretici poſuerunt chriſtū non fuiſſe dei filiū aliter q̄ alij ſancti viri qui bene viuendo merentur dei filij per adoptionē appellari faciendo voluntatē dei. De quibus dicit̄ Joh. i. Dedit eis poteſtatē filios dei fieri his qui credūt in nomine eius. Et contra hunc errorem poſitū eſt in ſimbolo apoſtolorū. Credo in ieſum chriſtū filium dei vnigenitum. Ex quo eni vnigenitus eſt. eſt naturalis et non adoptiuus. Iuxta illud Joh. i. Unigenitus qui eſt in ſinu patris ipſe enarrabit. Aliqui vero poſuerūt chriſtū nō fuiſſe ante beatam virginez. ſed tunc incepit eſſe quādo ex ea conceptus eſt. Et contra hunc errorē additū eſt in ſimbolo. Ex patre natū ante omnia ſecula.

¶ Scribitur eniz Joh. viij. Anteq̄ abraham fieret ego ſum. Aliqui aūt dixerunt ſicut ſabel/

ſtiani. ꝙ bene chriſtꝰ fuit ante beatam virginē. ſed non fuit alia pſona a patre ⁊ ſpiritu ſancto diſtincta quod dicū cum auferat trinitatē perſonarū error eſt ⁊ venenū fidei. Unde ad hunc errorem remouendaꝫ poſitum eſt in ſimbolo: Deū de deo lumē de lumine. Scribit Joh. iij. Qui me miſit verax eſt. Conſtat aūt ꝙ nullus mittitur a ſeipſo ſicut nulla res ſeipſaꝫ generat ſcd͞m Aug. Aliqui vero ſicut arriani bene dixerunt ꝙ chriſtus fuit ante beatam virgineꝫ et ꝙ fuit perſona diſtincta a patre nō tamen ꝙ eſſet verus deus nec ꝙ eſſet eiuſdeꝫ nature cum patre. Et contra hunc errorem ponit in ſimbolo: Deum veruꝫ de deo vero. Scribit enim. Joh. xiiij. Ego et pater vnū ſumus. Sed aliqui poſuerunt chriſtū eſſe creaturā nō eternaliter genitum a patre ſed temporaliter factū. nec equalis poteſtatis cum patre. Et contra hunc errorē ponitur in ſimbolo. Genitū non factū conſubſtantialem patri per quē omnia facta ſunt. Confitetur ergo papa quinq; ſub vno articulo de modo generationis filij.

¶ Primo eius filiationis naturalitatem.
¶ Secūdo eius generationis eternitatē:
¶ Tercio in pſona diſtinctiuā proprietatem:
¶ Quarto in eſſentie vnitatem.
¶ Et quinto in poteſtate equalitatē.

¶ Ad primū ergo eſt dicendum ꝙ modus generationis filij inenarrabilis eſt per humanaꝫ probationē quia non ſolū hominū ſed omniū angelorū mentem excedit. pōt tamen narrari ꝑ diuinam reuelationē et per fidei adheſionem. Sunt eniꝫ illa que ſunt fidei a deo nobis reuelata que cum ſint a ſumma veritate dicta falſa eſſe non poſſunt. et ideo tanꝗ vera ſub articulis ponunt ne liceat alicui contrarium pertinaciter aſſerere.

¶ Ad ſecundū eſt dicendum ꝙ heriſorium eſt intelligere in diuinis generationē carnalem. Nō enim eſt idem generationis modus in omnibꝰ ſed in animalibꝰ per maris et femine cōmixtionem. In plantis vero per pullulationē. Deus autem cum non ſit animalis et carnalis nature non requirit feminā cui commiſceat ad prolis generationē. ſed eſt ſpiritualis et intellectualis nature cuiꝰ partus et cōceptus et verbum formatum quod quideꝫ verbū vnigenitus filius eius eſt. tale autē verbum eſt delectabiliter audienduꝫ eſt veraciter credendū. eſt continue meditandum. eſt illis manifeſtanduꝫ. et executioni mandandum.

¶ Ad terciū eſt dicendum ꝙ ſicut dicit Damaſ. i. li. Uerbum dei in quatuor differt a verbo noſtro. Primo in actuali exiſtentia. quia verbum dei eſt pſona ſubſiſtens. noſtrū autem eſt quoddam accidens. Secūdo in repreſentatiōis efficacia. tota eni eſſentia patris repreſentat in verbo ſuo. Ideo filius vocat de cuius ratōne eſt naturā patris repſentare et ſibi in natura aſſimilari. Tercio in veritatis euidentia. qꝛ gignitur de tota ſcientia patris. Noſtrū autem verbū plerumq; ex ignorātia format. Quarto in mobilitatis ꝑmanentia. quia verbū noſtrum non manet in dicente ſed tranſit ꝑ aerem. verbū autem dei ſemper in dicente manet quia totus filius eſt in patre et totus in verbo pater.

Ad tercium ſic ꝓceditur. Uidetur eniꝫ ꝙ ad papam non ſpectet determinare modū procedēdi ſpiritus ſancti a patre et filio. quia quod non eſt determinatū per chriſtū in euangelio nō eſt ſub articulo ponendum. Sed Joh. xiiij. ſaluator loquēs de ſpiritus ſancti ꝓceſſione nullam mentiōem facit ꝙ procedat ab ipſo ſed ſolū a patre dicens. Spiritus ſanctus qui a patre ꝓcedit. Non ergo ponendum eſt ſub articulo ꝙ ꝓcedat a filio.

¶ Preterea in concilijs principalibus grecorum in quibus fuerūt fidei articuli determinati expreſſum eſt ſpiritū ſanctum ſolū a patre procedere et nō a filio. et quicunq; aliter diceret vł predicaret anathema incurreret. ſicut magiſter allegat. xi. diſtin. i. li. ſententiarū.

¶ Preterea Leo papa. iij. in Niceno concilio ſimbolū conſtituit. in quo nulla mentio de ſpiritus ſancti ꝓceſſione a filio facta eſt imo in fine predicti ſimboli ſubiunctū eſt quicūq; aliud docuerit vel predicauerit anathema eſt.

¶ In contrarium eſt auctoritas eccleſie.

¶ Reſpon. Dicēdum ꝙ ſpiritum ſanctū ex patre ⁊ filio ꝓcedere non ſolū doctores grecorum et latinorum aſſerunt. verū etiam ipſa veritas. Joh. xiiij. quando dicit. Spiritus ſanctus quē mittet pater in nomine meo ille teſtimoniū perhibebit de me. Sup quo verbo dicit Anſhelmus ꝙ non eſt aliud ſpiritū ſanctum in nomine filij mitti ꝗ de eius ſubſtantia ꝓcedere. quia tamen aliqui ꝓpter veritatis ignorantiā preſumpſerunt dicere contrariū. Ideo vt omnibꝰ precluderetur via contrariū opinari cōgruum fuit ab articulo ponere et ſub anathemate mandare ꝙ modus ꝓcedendi ſpiritus ſancti eſt a patre et filio. non tanꝗ ex duobus ſed tanquā ex vno principio pariter ſpirari. Unde ſcribit extra. de ſum. trini. c. fideli. nos huiuſmodi erroribus viam ꝑcludere cupientes ſacro approbante concilio damnamꝰ et reprobamꝰ omēs qui negare preſumpſerint eternaliter ſpiritū ſanctū ex patre et filio procedere ſiue etiam auſu temerario aſſerere ꝙ ſpiritus ſanctus a patre et filio tanꝗ ex duobus principijs ⁊ non tanꝗ ex vno procedat.

¶ Ad primū ergo eſt dicendum. ꝙ Auguſtinꝰ xv. de trini. mouet iſtam queſtionē. Si ſpiritus ſanctus procedat ex patre et filio cur ipſe filius dixit. ſpiritum ſanctū ſolum a patre procedere. quā ſoluens ſic dicit. ſi filius dicebat mea doctrina non eſt mea. cum tamē ore apoſtoli ipſe dicatus ſit doctrina et ſapiētia patris multo fortius dicebat ſpiritū ſanctum a patre procedere quia ſicut doctrinā habet a patre et nō a ſe. ita ꝙ ſpiritus ſanctus ab eo procedat non habet a ſe ſed a patre. a quo ſicut habet ꝙ ſit filiꝰ. ita ab ipſo habet ꝙ ſpiritus ſanctus ab ipſo procedat.

¶ Ad ſecundum et tercium eſt dicendum ꝙ in concilijs grecorū illa explicata ſunt in articulis contra que inſurgebāt noui errores. ꝙ vero ponitur in eis. Quicunq; aliud docuerit vel predicauerit ſit anathema. illud ibi ponit pro erroneo non pro expoſitorio vel explicatorio. quia quādo inſurrexit error contra hoc licuit eccleſie ſub articulo explicare quod in illis concilijs explicatum non fuit.

Ad quartū ſic proceditur. Uidet enim ꝙ non ſpectet ad papā plura ponere ſub articulo ſpiritꝰ ſancti ꝗ patris et filij. quia ſpūs ſanctus eſt vna in trinitate perſona. non ergo ponenda ſunt plura in articulo de vna perſona ꝗ de alia.

¶ Preterea ſcd͞m Ambro. Dominꝰ eſt nomen nature et nomē poteſtatis. ſed potētia attribuitur patri. male ergo ponitur in articulo. Credo in ſpiritum ſanctum dominū:

¶ Preterea viuificare attribuitur filio. Iuxta illud ad Hebre. iiij. Unus eſt ſermo dei. id eſt filius dei. male ergo ponitur ſub articulo ſpiritus ſancti. Et viuificantem.

¶ In contrarium eſt auctoritas eccleſie.

¶ Reſpon. Dicendum ꝙ papa in articulo ſpiritus ſancti quinq; cōfitetur de ipſo.

¶ Primo dominationem.
¶ Secundo viuificationem:
¶ Tercio a patre et filio proceſſionem.
¶ Quarto cum patre et filio vnam adorationem.
¶ Quinto ꝓphetarum inſpirationem.

Fuerunt eniꝫ aliqui heretici male ſentientes de ſpiritu ſancto dicentes. ꝙ erat creatura et ꝙ minor erat patre et filio. et ꝙ erat miniſter vtriuſq;. Ad remouendum ergo hunc erroreꝫ poſitum eſt in ſimbolo patrū. Credo in ſpiritum ſanctū dominum. Aliqui vero dixerunt ꝙ vita ſpūalis anime in nobis poterat acquiri ex libero arbitrio abſq; aliqua infuſione gratie ſpiritꝰ ſancti. Et ad hunc errorem remouendū additꝰ eſt in ſimbolo. Et viuificantē. Aliqui autē poſuerunt ꝙ ſpiritus ſanctus ꝓcedat a patre ſed non a filio qđ ſi ſic eſſet non eſſet amor vtriuſq;. Ideo ad remouendū hunc errorem ponitur in ſimbolo. Qui ex patre filioq; procedit. aliqui aūt dixerunt ꝙ non erat eiuſdē ſubſtantie cum patre et filio. Unde nec idem honor nec eadeꝫ reuerentia ſibi debebat que impendebat patri et filio Et ad remouendū hunc errorem poſituꝫ eſt in ſimbolo. Qui cum patre et filio ſimul adoratur et conglorificatur. Sed aliqui poſuerunt ꝙ vetus teſtamentū non fuit datum a bono deo. nec ſpiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ꝓphete. Et ad remouendū hunc errorem ſubiunctū eſt in ſimbolo. Qui locutus eſt per ꝓphetas.

¶ Ad primū ergo eſt dicendum ꝙ per illa que ponunt in articulo remouentur errores de nouo inſurgentes. Quia igitur plures errores inſurrexerunt de pſona ſpiritus ſancti ꝗ de alijs perſonis. Ideo oportuit plures ponere de articulo ſpiritus ſancti ꝗ patris et filij.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ vna eſt poteſtas ſicut vna bonitas omnium trium perſonarum. attribuit tamē poteſtas patri ꝓpter eius appropriationē. quia magis conuenit potentia cuꝫ patre qui eſt a nullo ꝗ cum aliqua alia perſona. attribuitur tamē ſpiritui ſancto ꝓpter erroris vitationē. ne putaretur ꝙ ſit minor patre et filio.

¶ Ad tercium eſt dicēdum ꝙ ſicut dicit Augꝰ. ij. de trini. Omnis ſanctificatio et omne opus factum in creatura rationali ſimul inſeparabiliter efficit a tota trinitate. attribuit tamen quandoq; perſonis ſingulis ꝓpter aliquam conuenientiam quā habet cum ꝓprijs perſonarum. Uiuificare ergo animam noſtrā vita ſpirituali conuenit filio ꝓpter intellectus illuminationem. Spiritui vero ſancto conuenit ꝓpter affectus inflammationē. quia ſicut filius procedit vt verbum cuius eſt intellectum illuminare Ita ſpiritus ſanctus procedit vt amor cuiꝰ eſt affectum inflammare.

## ¶ Queſtio tredecima quō ad papaꝫ ſpectat

# determinare que pertinent ad naturam humanam a dei filio aſſumptam.

Conſiderandū eſt vlterius qualiter ad papam ſpectat determinare que pertinent ad naturam humanam a dei filio aſſumptā. Circa quod queruntur quinq̃.

¶ Primo. vtrum ad papam ſpectet ſub articulo ponere modum cōceptionis et incarnationis chriſti.

¶ Secundo. vtrum ad papam ſpectet ſub articulo ponere modum paſſionis et ſepulture chriſti.

¶ Tercio. vtrū ad papam ſpectat in ſimbolo explicare omnes articulos fidei.

¶ Quarto. vtruȝ ad papā ſpectet in ſimbolo explicare omnia ſacramenta eccleſie.

¶ Quinto. vtrū ad papam ſpectet determinare per quem modū corpus chriſti eſt ſub ſacramento altaris.

Ad primum ſic ꝓceditur. Videtur enim ꝙ ad papam non ſpectet determinare que pertinent ad naturam humanā a dei filio aſſumptam. Et primo ꝙ non ad ipm pertinet ponere ſub articulo modum cōceptionis et incarnationis chriſti. quia ſub articulo nō debȝ poni niſi illud per quod fides roboratur et declaratur. vt dicit Aug⁹. xiiij. de trini. Sed illa que ſunt fidei ſatis conuenienter reuelata et declarata ſunt ſanctis patribus in veteri teſtamento. non ergo oportet ſub articulo ponere chriſtum eſſe in vtero virginali conceptum.

¶ Preterea ſcribitur Ioh. vi. Spirit⁹ eſt qui viuificat. caro autem non poteſt facere quicq̃. credere ergo dei filium eſſe ſpiritum non viuificantem non autē ipſum eſſe carnaliter conceptum facit ad noſtram ſalutem.

¶ Preterea ſi homo non peccaſſet dei filius fuiſſet incarnat⁹. non ergo propter noſtram ſalutem.

¶ In contrarium eſt auctoritas eccleſie.

¶ Reſpon. Dicendum ꝙ ſex ponūtur ſub vno articulo per que excludūtur ſex errores qui tunc pullulabāt circa chriſti incarnationem quādo illud ſimbolum fuit editum.

¶ Primum eſt preſciſſa hominū ſaluatio.
Secundum eſt legalium excluſio.
Tercium eſt dei filij ex virgine carnis aſſumptio.

¶ Quartum eſt miraculoſa corporis eius formatio.

¶ Quintū eſt illius carnis cum humano corpore vera aſſimilatio.

¶ Sextum eſt dei et hominis vera perſonalis vnio. Fuerunt enim aliqui dicentes dei filium eſſe incarnatū non ſolum ꝓpter nos homines. verum etiam ꝓpter demones damnatos liberandos et ſaluandos. Et hic error excludit per hoc quod premittitur in articulo. Qui ꝓpter nos homines. Aliqui vero dicebāt ſolam chriſti incarnationem et paſſionem non ſufficere ad noſtram ſalutem ſine legalium obſeruatione et impletione. Et hic error excluditur per hoc qđ additur. Et ꝓpter noſtram ſalutē. Aliqui autem dicebant dei filium non deſcendiſſe ad terram per carnis ex vtero virginali aſſumptionem. ſed magis chriſtum tanq̃ purum hominē exiſtentem aliqua bona operatū fuiſſe in terris ex quibus dicebant eum meruiſſe celū aſcendere. Et hic error excluditur per hoc quod adiungit. Deſcendit de celis. Aliqui autē dicebant per operationem virilis ſeminis chriſtū in vtero beate marie fuiſſe conceptum et incarnatū. Et hic error excluditur per hoc quod annectitur. Incarnatus eſt de ſpiritu ſancto. loco cuius in ſimbolo apoſtoloꝝ dicitur. Conceptus eſt de ſpiritu ſancto. Aliqui autē dicebant corpus chriſti nō fuiſſe verum corp⁹ nec eiuſdem nature cum corpore humano. Et hic error excluditur per hoc quod dicit. Ex maria virgine. Sed aliqui dicebant humanaȝ naturam ꝑſonaliter non fuiſſe vnitam dei filio. ſed per ipſuȝ dei filium fuiſſe habitataȝ modo quo inhabitat ſanctos viros ex quorum dicto non erat verum dicere. Deus factus eſt homo. ſed magis de⁹ inhabitat hominem. Et hic error excluditur per hoc qđ vltimo ponitur. Et homo factus eſt.

¶ Ad primuȝ ergo eſt dicendum ꝙ anteq̃ dei verbum carnem aſſumeret huiuſmodi verbum erat icognoſcibile tanq̃ in corde patris exiſtēs ſicut verbum hominis dum eſt in corde nō cognoſcitur niſi ab illo in cui⁹ corde exiſtit. Erat intangibile. audiebatur quidem a ꝓphetis et patriarchis per ſubiectam creaturā non tamen poterat tangi. Erat inacceſſibile. quia lumē habitabat inacceſſibile quod nullus hominū videre poterat. Sed poſtq̃ induit carnem humanam factū eſt cognoſcibile quia in terris viſum eſt. ⁊ cum hoībus cōuerſatū eſt. factū eſt tangibile quia manus noſtre ꝑtractauerunt de verbo vite. Factū eſt acceſſibile quia acceſſū habemus ꝑ ipſū ad patrem. Multa ergo ſecreta dei manifeſtata ſunt nobis poſt xp̄i incarnationem que aū occulta erant. Vn̄ ꝓpter aduētum xp̄i fides noſtra eſt declarata. ſpes noſtra eſt cōfirmata. caritas noſtra eſt inflāmata. natura noſtra eſt ſublimata. ⁊ noſtra voluntas eſt quietata ⁊ terminata.

¶ Ad. ij. eſt dicēdū. ꝙ illud verbū caro non poteſt facere quicq̃ Criſo. exponit de carne xp̄i intellectuali dicens. ꝙ non ſufficit carnaliter intelligere quod xp̄s dixit in carne. hoc. n. nihil prodeſt. oportet. n. plus addere ⁊ ſpūaliter intelligere illa que ipſe in carne dixit. Aug. vero exponit de xp̄i carne ſacramentali. Si. n. intelligatur caro xp̄i ſub ſacramento dilanianda per dentes quō in cadauere dilaniatur, aut in macello venditur. ⁊ non quō ſpū vegetatur nihil ꝓdeſt. Accedat ergo vt ait ſpūs ad carneȝ ⁊ ꝓdeſt plurimuȝ. Idem. n. Aug. exponit de xp̄i carne naturali ſub ꝓpria ſpecie dicens. ꝙ caro xp̄i ꝑ ſeipſam non mundat ſpūaliter a peccato. ſed ꝑ verbū a quo ſuſcepta eſt. quod cuȝ ſit principium omnium ꝑ ſuſceptam animam ⁊ carnem omnium credentium animam mundat ⁊ carnem.

¶ Ad. iij. eſt dicēdū. ꝙ ſi dei filius non fuiſſet incarnatus non fuiſſet operatus noſtrā ſalutē per modū iocunditatis ⁊ integritatis. quia vtroq̃ modo natura noſtra eſt beatificata quantū ad corpus videndo xp̄i humanitatem. ⁊ quantū ad animā videndo xp̄i diuinitatē. Ingrediendo. n. ⁊ egrediendo paſcua inueniemus. Sȝ non fuiſſet operatus noſtrā ſaluteȝ ꝑ modum mortis ⁊ paſſibilitatis. quia nō aſſumpſiſſet naturam mortalē ⁊ paſſibilem. ex quo. n. hō non peccaſſet non indiguiſſet ipſo vt redemptore. ſed ſolum vt glorificatore. Sed ex quo peccauit vtroq̃ modo indiguit ipſo. quia nihil nobis naſci ꝓfuit niſi redimi ꝓfuiſſet.

Ad ſecundū ſic ꝓcedit. Videtur. n. ꝙ ad papā non ſpectet ſub articulo ponere modū paſſionis ⁊ ſepulture xp̄i quia xp̄us non fuit mortuus ⁊ paſſus niſi inquantū homo. ſed inquātū hō naturaliter potuit pati ⁊ mori. non eſt ergo iſtud ponendum ſub articulo.

¶ P. iudei ſunt puniti quia dn̄m glorie occiderunt. Iuxta illud Act. iij. Vos autē dn̄m auctorem glorie interemiſtis ⁊ petiſtis virū homicidam donare vobis. ſed deus non poteſt pati. non ergo hoc ponendum eſt ſub articulo

¶ P. ſub articulo non debet poni niſi quod facit ad noſtrā ſalutē. ſed ſepultura xp̄i nō facit ad noſtram ſalutem. ymmo ad contrarium cum ipſe debuerit eſſe inter mortuos liber.

¶ In contrarium eſt auctoritas eccleſie.

¶ R. Dicendum ꝙ homo ꝑ peccatū primo incurrerat dei offenſionem. Delectatur. n. deus in ſpūali pulcritudine ſicut homo carnalis delectatur in pulcritudine corporali. Deus enim ſpiritus eſt. qn̄ ergo anima ꝑ peccatū inquinatur ⁊ eius pulcritudo amittit deus offendit

¶ Secūdo incurrerat anime maculā ⁊ deturpationē. Eſt. n. peccatū macula ipſius anime.

¶ Tertio incurrerat de paradyſo exiliuȝ ⁊ expulſionem. Ad remouendum ergo dei offenſionem neceſſaria fuit xp̄i mors ⁊ crucifixio. vt ſicut homo morte ſe damnauerat morte redimeretur per iuſticiam taliōis. ꝓpter quod ſup illo verbo. Deſcendat nunc de cruce ⁊ credim⁹ ei. dicit Criſo. ymmo non deſcendat. quia ad hoc venit vt per mortem deſtruat eum qui habet mortis imperium. ſi. n. homo in cruce non moreretur humanum genus non redimeretur Ad remouendum vero anime maculam ⁊ deturpationem neceſſaria fuit xp̄i paſſio ⁊ eius ſanguinis effuſio. de quo xp̄s i ſua paſſiōe fecit quoddā balneū in quo anime peccatorum lauantur ab omni macula. cū. n. lauantur in baptiſmo in balneo xp̄i ſanguine conſecrato lauantur cum nō niſi ex ſanguine xp̄i baptiſm⁹ efficaciam habeat. Sed ad remouendum de paradyſo exilium ⁊ expulſiōem neceſſaria fuit xp̄i ſepelitio. Non eſt. n. neceſſarium corpus ſepeliri niſi poſtq̃ anima a corpore eſt ſepata. Erat autē neceſſarium animā xp̄i ad infernū deſcendere vt animas ſanctorum per peccatum primi hominis de paradyſo expulſas ad celeſtia reuocaret. Iſta autem tria cōfitetur papa ſub vno articulo.

¶ Primo mortem ⁊ crucifixioneȝ quando dicit. Crucifixus etiā ꝓ nobis ſub pōtio pylato

¶ Secundo ſimul paſſionem ⁊ ſepelitionem qn̄ ſubdit. Paſſus ⁊ ſepultus eſt

¶ Ad primum ergo eſt dicendum. ꝙ nō ideo ponitur ſub articulo xp̄m eſſe crucifixuȝ ⁊ paſſum ꝙ non potuerit mori naturaliter ſm̄ ꝙ homo ſed ponitur ſub articulo ꝙ ille qui moriebatur ⁊ crucifigebatur inquantum homo erat verus deus.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum. ꝙ planum eſt iudeos non occidiſſe xp̄i diuinitateȝ. Conſtat enī ꝙ cum moritur homo in ſeparatione anime a corpore non moritur anima ſed ipſa caro. ſic in morte xp̄i non eſt mortua diuinitas ſ

natura humana. Nunquid ergo debuerūt puniri iudei ac ſi interfeciſſent purum hominem ⁊ non deum. Dicendū ad hoc ꝙ ſi aliquis rex indutus eſſet pulcra veſte ſi quis in veſtē illaȝ aliquam turpitudinem ꝓijceret tm̄ peccatum incurreret ac ſi ipſuȝ regē deturparet. Similiſ verbuȝ regis ſi ſcriberetur in carta ⁊ ſi aliquis dilaniaret cartam regis ꝓ tanto haberetur ac ſi dilaniaret verbum regiſ. peccatum ergo iudeorum dilaniando carnem xp̄i ⁊ ſcripturam xp̄i tm̄ fuit ac ſi ipſum dei filium dilaniaſſent. vel occidiſſent. ⁊ tali pena debuerunt puniri.

¶ Ad tertiū eſt dicendū ꝙ ſicut mors xp̄i operata eſt noſtrā ſalutē ita eius ſepultura. nec obſtat ex hoc ꝙ fuit ſepultus non fuiſſe liberū inter mortuos. quia eo ipſo ꝙ per incluſionē ſepulcri non potuit impediri quin ab eo reſurgendo exiret. oſtenditur eum inter mortuos libertatem habuiſſe

Ad tertiū ſic ꝓcediſ. Videtur. n. ꝙ nō ſpectet ad papā in ſymbolo explicari omēs articulos fidei. quia multa ſūt dubia in his que ſunt fidei. Scribiſ. n. Eccle. vij. Cuncte res difficiles ⁊ non poteſt hō eas explicare. ſermone ergo de omnibus explicandi non ſunt articuli in ſymbolo.

¶ P̄. minores de eccleſia non tenentur explicite credere. ergo in ſymbolo omnibus legendo non oportet explicare credibilia.

¶ P̄. in articulis fit explicatio fidei. ſed nō eſt in poteſtate hominis explicite credere. Scribitur Roma. x. Quō credent in eū quem nō audierunt. quō autem audient ſine predicatione quomō aūt predicabunt niſi mittanſ. non ergo oportꝫ explicare ꝑ articulos que ſunt fidei

¶ In contrarium eſt auctoritas eccleſie

℟. Dicendum ꝙ ſalus humani generis facta eſt per manifeſtationē diuinitatis ſm̄ humanitatem aſſumptam que ſm̄ Damaſce. fuit inſtrumentum diuinitatis mediante quo que erant hominis ſupra hominem operabatur. ergo omnia que ſunt fidei principaliter ⁊ per ſe vel ordinantur ad xp̄i diuinitatem vel ad aſſumptam humanitatem. diuinitas aūt ſepteȝ modis eſt manifeſta nobis in ſacro eloquio. Primo quantū ad eſſentie vnitatem. Secūdo quantū ad patris poteſtatē. Tertio quantum ad filij ꝓprietatem. Quarto quantū ad ſpūs ſancti ſanctitatem. Quinto quantuȝ ad eccleſie cōmunitatem. Sexto quantum ad reſurrectionis veritatē que diuina virtute et nutu fienda eſt. Septimo quantū ad future vite eternitatem.

¶ Quantum ergo ad primū ponitur in articulo. Credo in vnum deū. Quantū ad ſecundum ponitur. Patrē omnipotentē. Quantū vero ad tertium poniſ. Et in ieſum xp̄m filiū eius vnigenitum. Quantū ergo ad quartum poniſ in ſymbolo apoſtolorum. Et in ſpiritū ſanctū dn̄m. Quantum ad quintū ponitur in ſymbolo apoſtolorum. Sanctoruȝ cōmunionem. Quantū ad ſextū ponitur expecto reſurrectionem mortuorum. Sed quantum ad ſeptimum addiſ. Et vitam venturi ſeculi. Per aſſumptā vero hūanitatem ſeptem modis dei filius operatus eſt noſtrā ſalutem. Primo ꝑ eius conceptionem. Secundo ꝑ eius natiuitatem ſeu incarnationem. Tertio per eius mortem ⁊ paſſioneȝ. Quarto per eius ad inferos deſcenſionem. Quinto per eius reſurrectionē Sexto per eius in celum aſcenſionem. Septimo per eius in fine ſeculi iudiciariā dn̄ationē.

¶ Quantū ad primū diciſ. Qui conceptus eſt de ſpū ſancto. Quantū ad ſecundū addiſ. Natus ex Maria virgine. multi. n. concipiūtur qui non naſcuntur. Quantū ad tertiū dicitur. Crucifixus ꝓ nobis ſub pontio Pylato. Quantum vero ad quartū poniſ. Deſcendit ad inferos. Quantū ad quintū addiſ. Tertia die reſurrexit a mortuis. Quantū ad ſextū dicitur. Aſcēdit in celū ſedet ad dexteram patris Quantū ad ſeptimū dicitur. Qui venturus eſt cum gloria iudicare viuos ⁊ mortuos.

¶ Ad primū ergo eſt dicendum ꝙ in articulis non explicanſ niſi illa que principaliter ad noſtrā faciunt ſalutē. huiuſmodi aūt ſunt que ꝑtinent ad xp̄i diuinitatē ⁊ hūanitateȝ. alia vero que conſequenter ſe habent non oportet ꝑ articulos explicare.

¶ Ad ſecundum eſt dicendū ꝙ illa que continentur in ſacra ſcriptura leguntur omnibus ⁊ tū nō tenenſ omnes explicite illa ſcire. ⁊ ſic eſt de his que ſunt fidei. quia licet omnibus proponantur non tamen tenentur omnes explicite ipſa cognoſcere.

¶ Ad. iij. diciſ ꝙ ad multa homo tenetur que non poteſt ꝑficere ſine auxilio gratie. vt p̄cepta dei ſeruare. quod quidē auxiliū gratie quibuſdam datur per dei miſericordiam. quibuſdaȝ aūt ꝑ iuſticiaȝ non datur quod fit in penā alicuius peccati vel actualis vel ſaltem originalis. ſicut dicit Aug. in li. de correctiōe ⁊ gratia

Ad quartū ſic ꝓceditur. Videtur. n. ꝙ ad papā ſpectet in ſymbolo ponere omnia ſacramenta eccleſie. quia errores inſurrexerūt circa ſacramenta ſicut circa illa que ſunt fidei. Ergo iſta ſicut illa in ſymbolo ſunt ordinanda.

¶ P̄. illa ponunſ in ſymbolo que faciunt ad noſtrā ſalutē. ſed ſic faciunt ad noſtrā ſalutem ſacramenta ſicut articuli.

¶ P̄. maior difficultas inſurgit circa ſacramentum eucariſtie ꝙ̄ circa baptiſmū. magis ergo oportet explicare in articulo ſacramentū eucariſtie ꝙ̄ ſacramentū baptiſmi.

¶ In ↄtrarium eſt. quia in ſymbolo patrum non fit mentio niſi de ſacramento baptiſmi. ⁊ in illa decre. extra de fi. ca. non exprimunſ niſi quattuor ſacramenta.

¶ ℟. dicendū ꝙ ſacramenta ſunt quedā medicine purgatiue peccatoꝝ. vt anima ipſa ſacramentis tanꝙ̄ quibuſdā ſpūalibus medicinis a defectibus ⁊ peccatis expurgata efficiaſ capax receptionis ſeptiformis gratie ſpiritus ſancti. Sunt aūt in anima noſtra ſeptem defectus. Primus ꝑ peccati originalis infectionē Secundus ꝑ dyaboli impugnationem. Tertius ꝑ peccati ꝑſonalis ⁊ actualis ꝑpetrationē. Quartus ꝑ ipſius anime in vita ſpūali debilitationē. Quintus ꝑ reliquiaꝝ peccatoruȝ deturpationē. Sextus ꝑ ignorantie cognitionē. Septimus ꝑ carnalis ↄcupiſcentie ineffrenationē. Peccati ergo originalis infectio tollitur ꝑ baptiſmū. dyaboli vero impugnatio tollitur ꝑ ↄfirmationē. Peccati actualis ⁊ ꝑſonalis ꝑpetratio tolliſ ꝑ penitentiā. Anime vero debilitas tolliſ ꝑ ſacramentū eucariſtie. Reliquiarū peccatoꝝ deturpatio tolliſ ꝑ extremaȝ vnctionē. Ignorantie aūt cognitio tolliſ ꝑ ſacramentū ordinis. Sed concupiſcentie ineffrenatio tollitur ꝑ ſacramentū matrimonij

¶ Ad primū ergo eſt dō. ꝙ ſacramenta eccleſie hn̄t efficaciā ex paſſione xp̄i. Vn̄ ſicut effectus ↄtineſ in cauſa. ſic omnia ſacramenta ↄtineſ in articulis ꝑtinentibus ad xp̄i humanitatem

¶ Ad. ij. eſt dō. ꝙ illa que ponunſ in ſymbolo faciunt ad noſtrā ſalutē principaliter ⁊ effectiue. Sacramenta aūt magis faciunt medicinaliter ꝑ modū expurgationis peccatorum

¶ Ad. iij. eſt dō. ꝙ ſacramētū baptiſmi eſt ianua omniū ſacramentoꝝ. Vn̄ poſito ipſo ſub articulo omnia alia virtualiter includunſ.

Ad quintum ſic proceditur. Videſ. n. ꝙ ad papā non ſpectet determinare ꝑ quem modū corpus xp̄i eſt ſub ſacramēto altaris. quia ſic eſt de corpore ſub ſpecie panis iudicandum ſicut de eiꝰ corpore ſub ſpecie propria. cum ſit idem corpus numero ſed deus in corpore xp̄i ſub ſpecie ꝓpria eſt ꝑ perſonalem vnionem. ergo per talem modum erit in ſacramento altaris.

¶ Preterea dicit Damaſce. iiij. li. c. v. ꝙ quia conſuetudo eſt hominum cōmedere panem ⁊ bibere vinum. ideo pani ⁊ vino coniunxit deꝰ diuinitatem ſuam. ⁊ fecit ea corpus ⁊ ſanguinem ſuum. ⁊ ita panis cōmunionis nō eſt panis ſimplex ſed coniunctus diuinitati eſt. ergo corpus xp̄i ingſtari per aſſumptionem panis ad vnitatem diuinitatis.

¶ Preterea modus per quem exiſtit corpus chriſti in altari non videtur eſſe ab eccleſia determinatus. Licet ergo ad placitum opinari per quem modum corpus chriſti in ſacramento altaris exiſtat.

¶ In contrarium eſt quod ſcribitur de conſecra. diſtin. ij. Vbi dicitur ꝙ viſibiles creature in chriſti corpus ⁊ ſanguinem inuiſibiliter cōuertuntur

¶ Reſpondeo. Dicendum ꝙ ſicut dicit Innocen. Corpus chriſti habet triplicem modū eſſendi.

¶ Aliter eſt eniȝ corpus chriſti in ꝑſona ipſiꝰ chriſti. Aliter in celo. Aliter in ſacramento altaris. Nam in homine chriſtus eſt eius corpus vt pars in toto per vnionem. In celo vero eſt vt locatum in loco per circumſcriptionem. ſed in ſacramento ſicut preſens ſignatuȝ in ſigno per ſacramentalem repreſentationem.

¶ Et ſub ſpecie panis ⁊ vini in corpus ⁊ ſanguinem eius tranſſubſtantiationem. Non enī eſt corpus chriſti in hoſtia per proprie quantitatis circumſcriptionem. Quia ſic non poſſet intrare per os fidelium manducantium ipſū. Nec propter proprie virtutis terminationem. Quia ſic non poſſet eſſe ſimul ⁊ ſemel cibus multorum fidelium in diuerſis locis ⁊ in diuerſis mundi partibus exiſtentium. Eſt ergo in hoſtia totum corpus chriſti vt cibus ſpiritualis anime. non ſub quantitate propria ſed ſub quantitate panis ⁊ vini per tranſſubſtantiationem ſubſtantie eius in ipſum. Et hunc modum eſſendi determinat papa extra de fide capitulo. firmiter credimus. Vbi dicitur ꝙ corpus Chriſti ⁊ ſanguis in ſacramento altaris ſub ſpeciebus panis ⁊ vini veraciter continentur tranſſubſtantiato pane in corpus. ⁊ vino in ſanguinem. poteſtate diuina. Fingere ergo vel tenere alium modum pertinaciter eſt hereticum

¶ Ad primū ergo eſt dicendum ꝙ corpus xp̄i

habet eſſe in perſona xp̄i vt dictū eſt ꝑ perſonalem vnionem. ſed in ſacramento altaris eſt per panis ſubſtantiam in ſubſtantiā eius tranſſubſtantiationem. Unde non habet eundem modum eſſendi vtrobiq̄.

¶ Ad .ij. eſt dō. ꝙ Damaſce. vult panī ⁊ vino coniugatā eſſe diuinitatē quantū ad virtutē ⁊ potentiam. quia potentia diuinitatis fit vt panis in corpus xp̄i ⁊ vinum in ſanguinē cōuertatur.

¶ Ad .iij. eſt dicendum ꝙ modus eſſendi determinatus eſt ꝑ eccleſiam. ⁊ aliū modū ꝑtinaciter aſſerere eſſet hereticum.

# Queſtio · XIIII · de ſanctorum veneratione ·

POſt hoc ꝯſiderandū eſt de ſanctorum veneratione. Circa qđ queruntur quatuor.

¶ Primo ḋ papa canonizāte.
Scḋo de cā canonizatiōis.
Tertio de modo canonizandi.
Quarto de ſanctis canonizandis.

Circa primū queruntur quinq̄.

Primo vtrum ad ſolum papam pertineat ſanctos canonizare.

¶ Scḋo vtrū ſicut papa vniuerſalit̄ ita epūs in dyoceſi ſua poſſit aliquē ſanctū canonizare

¶ Tertio vtrū papa abſq̄ aliqua requiſitiōe collegij poſſit aliquē ſcm̄ canonizare.

¶ Quarto vtrū papa canonizando aliquē ſanctum poſſit errare.

¶ Quinto vtrum ſi quis non eſt canonizatꝰ per papam poſſit ꝓ eo offm̄ decantari.

AD primū ſic ꝓceditur. Videt̄. n. ꝙ nō ſolū ad papā pertineat ſanctos canonizare. quia ſm̄ Aug. in li. de ve. reli. ſancti non ſunt adorandi ſed honorandi. cum ergo cuilibet liceat alteri honorem impendere cuilibet erit licitū ſanctū canonizare.

¶ P̄. in eccleſia primitiua non omnes ſancti canonizabant̄ ꝑ papā. ergo nec nunc eſt neceſſarium ꝙ omnes per eum canonizentur.

¶ P̄. ad ſanctos pertinet ſanctos canonizare ⁊ non ad peccatores. nō. n. eſt ꝯuentio xp̄i ad belial. nec lucis ad tenebras. Ut ſcribit̄ .i. ad Chorinth. .iij. ſed ꝯtingit papā quīq̄ eſſe malum ⁊ peccatorē. non ergo ad papam ſemper ſpectat canonizare ſanctos.

¶ In ꝯtrarium eſt. q2 nullus eſt ſanctus niſi approbatione ⁊ imitatione xp̄i. Juxta illud Leui. xxi. Sancti eſtote quoniam ego ſanctus ſum. Ergo approbatione pape qui eſt vicarius xp̄i debet aliquis in ſanctum approbari ⁊ canonizari

¶ R. Dicendum ꝙ ſanctum aliquem canonizare non eſt aliud ꝙ̄ ſanctitatem alicuius venerandam ⁊ approbandam manifeſtare propter fidem eccleſie eius opera imitantis ⁊ beneficia recipientis. Tria itaq̄ principaliter requiruntur ad canonizationem ſancti

¶ Primo eius ſanctitatis approbatio.
Secundo eius ſanctitatis a toto populo xp̄iano veneratio.

¶ Tertio fidei eccleſie beneficia illius ſancti poſcentis ꝯfirmatio.

¶ Iſta autem tria ad ſolum ſūmum pontificem qui eſt caput eccleſie noſcuntur pertinere. Nā ſicut ſolꝰ xp̄i eſt hoīes ſcificare ⁊ ſcōs facere Juxta illud Leui. xxi. Ego ſcūs ſum dñs qui ſanctifico vos. Sic ſolius pape eſt qui eſt vicarius xp̄i hominum ſanctitatem manifeſtare ⁊ approbare. Similiter ſicut ſolus papa caput eſt totius eccleſie. ita ſolum ad ipſum ptinet membris eccleſie mandare ſanctū aliquē ſub veneratione haberi. ¶ Ulterius ſicut ſola opera que ꝑhibent teſtimonium ſanctitati alicuius fidei eccleſie immitantur ita ad illum ꝑtinet huiuſmodi ſanctum canonizare ad quē pertinet queſtiones fidei determinare. Quod quidem planum eſt ſpectare ad ſummū pontificem. ſicut patet. xxiij. q. i. c. quotiens ratio fidei ventilatur.

¶ Ad primum ergo eſt dicēdum ꝙ duplex eſt reuerentia.

¶ Quedam vniuerſaliter iniuncta
Quedam vero voluntarie ⁊ particulariter aſſumpta

¶ Prima ergo reuerentia ſolum honorandi ſunt ſancti per eccleſiam canoniſati.

¶ Sed ſecunda reuerentia poſſunt honorari alij ſm̄ particularem deuotionē vniuſcuiuſq̄.

¶ Ad ſecundum eſt dicendū ꝙ in eccleſia primitiua non ſeruabatur modus canonizandi qui modo ſeruatur propter duo.

¶ Primo quia illi ſancti vt plurimum erant martyres in quibus non requirebatur talis examinatio ſicut requiritur in confeſſoribus. vt infra dicetur.

¶ Secundo ex feruore fidei naſcentis eccleſie ⁊ ex meritis xp̄i ⁊ apoſtolorū miracula ⁊ alia opera ſic erant euidentia vt non poſſent tergiuerſatione celari. Sed nunc bene videndū eſt ſm̄ ꝙ dicit Auguſtinus in de vera religione. Quibus ḋ diuinis credendū eſt poſtquā angelus ſathane poſſit ſe transfigurare in angelum lucis.

¶ Ad tertiū eſt dicendum ꝙ papa non canonizat ſanctos ſanctitatem in eis efficiendo vel cauſando. ſed magis ſanctitatē que ꝓpter opera que ei teſtimoniū perhibent approbando. et ſub veneratione populi chriſtiani exponendo quāuis ſi ſanctitate caret miniſterialiter nō ꝓpria auctoritate mediātibus dantibꝰ eccleſie poſſet hoc facere quātumcunq̄ eſſet peccator.

AD ſecundū ſic ꝓceditur. Videtur enī ꝙ ſicut papa vniuerſaliter. ita epiſcopus in ſua dioceſi poſſit aliquem ſanctum canonizare. Scribit̄ enim primo ethicoꝝ ꝙ vnuſquiſq̄ bene iudicat de hijs que nouit. et horum eſt bonus iudex. Sed epiſcopus melius nouit de ſanctitate et vita que ſunt in ſua dioceſi ꝙ̄ papa. ergo erit melior iudex canoniſando et approbando ſanctitatē eorum.

¶ Preterea ſanctos canonizare eſt ex operibꝰ miraculis eos a populo venerādos predicare. ſed talia fiunt in vna dioceſi quandoq̄ et non in alia. quia ſicut operationes ſunt particularium ſuppoſitorum. ſic ſunt particulariū locorum. magis ergo pertinet hoc ad epiſcopum ꝙ̄ ad papam.

¶ Preterea canonizatio noua pertinet ad poteſtatem ordinis cum ibi requiratur celebratio miſſe ad honorem ſancti. ſed in poteſtate ordinis quilibet epiſcopus eſt equalis pape. quilibet ergo epiſcopꝰ poteſt ſanctū aliquem canonizare in ſua dioceſi.

¶ In contrariū eſt ꝙ ſcribitur extra de re. et venera. ſanc. vbi papa ſcribēs epiſcopo dicit. Si per hominē miracula fierent. non liceret vobis ipſum ꝓfecto abſq̄ auctoritate romane eccleſie venerari.

¶ Reſpon. Dicendum ꝙ rationabiliter canonizatio ſanctorū ſolum romano pontifici reſeruatur. innititur enim canonizatō ſanctorum fidei chriſti in quē ſancti credentes per eos miracula fiunt. que atteſtantur eorū ſanctitatem et fidei integritatē. Fides autem chriſti vna eſt Juxta illud apl'i ad Ephe. iiij. Unus dominꝰ vna fides. vnum baptiſma. Ad illum ergo debet ꝑtinere canonizatio ſanctoꝝ in quo vniunt̄ omnia membra eccleſie ne ſint ſciſmata in eis de ſanctis canonizatis ſicut erant in Corinth. de baptiſmate. In quoꝝ perſona dicit aplꝰs. Ego autem ſum pauli. ego autē appollo. ego vero cephe. Notat̄ ſimiliter hoc expreſſe de conſecra. di. iij. Ubi ſup illo verbo. ꝙ feſtiuitates ille venerande ſunt quas epiſcopꝰ cum populo collaudarunt et vicinis circūmorantibus indicende ſunt non generaliter omnibus. notat gloſator hoc intelligendū eſſe de ſanctis canonizatis qui nō habent vigilias. non ꝙ epiſcopus ſanctum aliquē in ſua dyoceſi canonizare poſſit.

¶ Ad primū ergo eſt dicendum ꝙ ſcḋm Dioniſium. bonū conſiſtit ex integra ⁊ vniuerſali cauſa. iudicium autē quo aliquis canonizatur in eccleſia eſt maximū bonū cum ex hoc inſurgat feruor et comprobatio fidei xp̄iane. Ideo tale iudiciū ad illum ꝑtinet cuius auctoritate canonizatus ſanctus a toto populo chriſtiano poſſit venerari.

¶ Ad ſecundū eſt dicendum ꝙ multi ſunt ſancti per eccleſiam canonizati ⁊ ſcripti in cathalogo ſanctorum quorū feſtiuitates non poſſunt vniuerſaliter celebrari. nec eis vigilia ordinari De talibus ergo epiſcopꝰ in ſua dioceſi poteſt ordinare ꝓpter deuotōnem populi ꝙ certa die eorum feſtiuitas celebrat̄ et vigilia deputetur.

¶ Ad tertiū eſt dicendum. ꝙ mandare ſanctū aliquem vniuerſaliter a toto populo venerari pertinet ad illum qui preeſt toti eccleſie. Nam quantū ad hoc canonizatio ſanctorum magis ꝑtinet ad poteſtatē iuriſdictionis ꝙ̄ ordinis.

AD quartū ſic ꝓceditur. Videtur enim ꝙ papa abſq̄ requiſitione collegij nō poſſit ſanctū aliquem canonizare. q2 papa comparat̄ ad cardinales ſicut chriſtꝰ ad apl'os. ſed chriſtus de cōmuni lege non ſanctificauit aliquos ſine myſterio apoſtoloꝝ. Ergo nec papa pōt aliquos ſanctos canonizare ſine myſterio et conſilio cardinaliū.

¶ Preterea canonizatō ⁊ approbatio ſanctorum eo modo debet fieri quo fit reprobatio et ſeparatio malorū ab eccleſia. ſed ſeparatio et excōmunicatio non fit a papa niſi mediātibus cardinalibus. ſicut patꝫ. xi. q. iij. ergo mediante requiſitione eorum debet fieri ſanctoꝝ cononizatio.

¶ Preterea maius eſt teſtimoniū coniunctū ꝙ̄ ſeparatum. ſed in canonizatione ſanctorum requiritur teſtimoniū populi quod eſt teſtimonium ſeparatū. magis ergo requiritur teſtimonium collegij. qđ eſt teſtimoniū coniunctū.

¶ In contrariū eſt. quia in canonizatione ſanctorum nō requiritur niſi informatio et approbatio. ſed vtrunq̄ iſtorum poteſt papa ſine requiſitione collegij.

¶ Reſpon. Dicendum ꝙ queritur vel de congruo vel de neceſſario. ſi de neceſſario planum eſt ꝙ poteſtas pape non limitat̄ in aliquo. nec

dependeret a collegio: ſed potꝰ econuerſo. Non enim collegium aſſiſtit pape per modum determinationis ſeu limitationis eiꝰ poteſtatis. ſed magis per modum miſterij ⁊ conſilij vt debito modo huiuſmodi poteſtatē exequatur. Unde ſi quereretur de congruo. puto ꝙ magis tenet requirere collegiū in tali cauſa ꝙ̄ in aliqua alia quia in his que ſunt fidei. tanto cautius et maturius eſt agendum quāto dolus fraus et deceptio circa ipſam eſt magis vitanda. Ne ergo canonizatio alicuius ſancti ꝓcuraretur turpis lucri gratia. vel humane glorie pompa ſeu iactantia. non ſoluʒ cum requiſitione collegij. verum etiam cum requiſitōne venerabilium virorum de eccleſia papa in tali caſu debet procedere. Si enim paganoꝝ reges in actibus humanis cuncta agebāt cum conſilio eis aſſiſtentiū multo fortius debet papa facere cum conſilio cuncta que pertinēt ad deum et ad fidem chriſtianam. Scribit enim in Heſt. ꝙ rex aſſuerus interrogauit ſapientes qui ex more regio ſemꝑ ei aderant. et illoꝝ faciebat cuncta conſilio ſcientium leges ac iura maiorū.

¶ Ad primū ergo eſt dicendum ꝙ illa comparatio intelligenda eſt ſcḋm congruitatem. non ſcḋm neceſſitatem. Et ſic reſpondendū eſt ad ſecundum et tertiū. Quia ſi canonizatio ſanctorum debet fieri iuris ordine ſeruato. debʒ fieri cum requiſitione collegij. et cum alijs que pertinent ad ritum queʒ nunc ſeruat Romana eccleſia. Huius tamen ordo iudiciariꝰ non ligat papam cum ſit ab eo inſtitutꝰ.

Ad quartū ſic proceditur. Videt enim ꝙ papa canonizando aliquē ſanctum poſſit errare. quia ſcḋm Auguſt. xv. de trini. Sola charitas diuidit inter filios regni eterni et filios perditionis eterne. ſed nullus per certitudinē poteſt ſcire ſe vel aliquē habere charitatem. Iuxta illud Eccl. vij. Nullus ſcit vtrū amore vel odio dignus ſit. papa ergo canonizando aliqueʒ ſanctū poteſt falli. ex quo neſcit eūm habuiſſe charitatem per quā aliquis inter ſanctos numeratur.

¶ Preterea opera que ſunt cōmunia bonis ⁊ malis non poſſunt teſtimoniū infallibile perhibere de ſanctitate alicuius. ſed ieiunia. orationes. ⁊ elemoſyne. ac alia multa bona opa ſunt cōmunia bonis et malis. ergo per talia papa non poteſt aliquē ſcire in ſanctū canonizandū.

¶ Preterea opera alicuius ſancta et meritoria ſunt deo accepta. Iuxta illud Tho. vij. Quoniam acceptꝰ eras deo. neceſſe fuit vt temptatō ꝓbaret te. ſed nullus poteſt ſcire ſi vita ſua vel alterius ſit deo grata et accepta. papa ergo acceptando vitam alicuius ſanctam et meritoriā poteſt falli.

¶ In contrariū eſt. quia dictū eſt petro a chriſto Luce. xxij. Ego pro te rogaui petre vt nō deficiat fides tua. et tu aliquādo conuerſus confirma fratres tuos. Fides ergo pape ſucceſſoris petri non poteſt deficere.

¶ Reſpon. Dicendum ꝙ duplex iudicium poteſt dari de homine. Primum ſcḋm preſentem iuſtitiam. Aliud ſcḋm eternam ſententiā. Differentia eſt autē inter iſta duo iudicia. quia primo iudicio iudicat homo habens pro teſte exteriorem euidentiam. Scribit enim Ioh. vij. Nunqd lex noſtra iudicat hominē. niſi ab ipſo audiuerit prius ⁊ cognouerit quid faciat. Alio iudicio iudicat deus habens pro teſte interiorem conſcientiā. quia homo videt que foris apparent. deus autem intuetur cor. vt ſcribitur. i. Regū. xvi.

¶ Alia differētia eſt. quia in primo iudicio dato ꝙ non inueniatur quid repꝛehendatur homo. et culpabile ſit per hominē iudicantē. poteſt tamē inueniri quid repꝛehendat deus. et quid culpabile ſit in conſpectu dei.

¶ In ſecundo vero iudicio nihil inuenitur reprehenſibile nec culpabile. nec per deū nec per hominem. Et iſtam differentiaʒ ponit Augꝰ. ſuper illo pſal. Iudica me deus. vbi ait. ꝙ difficile eſt purgatā vitam alicuius inueniri. quia ſi iam ꝓbabilis eſt eius vita inter homines vt non habeat quid iam repꝛehēdant homines iuſte. inuenit tamē in homine quid repꝛehēdat deus qui nouit ad liquidum et purū iudicare. papa ergo canonizando aliquē ſanctum ſcḋm preſentem iuſtitiam non errat. quia ſicut credit eum eſſe ſanctum vt informationē recipit ſcḋm allegata et probata ſibi. Dicit autē Auguſtinꝰ in quadam epiſtola ad Palmatiū cōmendantem eum de ſanctitate et ſcientia. Qui enim ſic credit vt loquitur. etiam ſi falſa loquitur. fideliter loquitur. qui auteʒ non credit que loquitur etiā ſi vera loquitur infideliter loquit. Quantumcunqʒ ergo papa non vera approbet canonizando vel approbando aliquē ſanctū. ex quo fideliter et vere approbat ſcḋm informatōnem ſibi factā non errat.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ licet papa non poſſit ſcire per certitudinē cauſe illum ſanctum quē canonizat habuiſſe charitateʒ. poteſt tamen ſcire ab effectu per opera de ipſo narrata et famata. quia ꝓbatio dilectōnis exhibitio eſt operis. Et hoc ſufficit in iudicio ſuo quo tenetur iudicare ſcḋm preſentem iuſtitiā.

¶ Ad ſecundū eſt dicendum. ꝙ licet ꝑ illa opera nō poſſunt diſcerni boni a malis. qꝛ ieiunia et oratōes et elemoſine poſſunt fieri bono animo et malo vt dicit Augꝰ. in li. de ſer. do. in mon. Sunt tamē quedam opera q̄ habent circumuolutaʒ maliciā. nec poſſunt bono animo fieri. vt opera ꝓhibita a lege diuina per que diſcernunt a malis. Iuxta illḋ Math. vij. A fructibus eorum cognoſcetis eos. A talibus ergo ſi aliquis homo imunis fuerit inuentꝰ et comprobatū fuerit in bonis opꝰibus habuiſſe ſemper conſtantiā et ſupra modum humanū excellentiam. ſcḋm preſentē iuſtitiam pōt in ſanctū canonizari cum atteſtatione miraculoꝝ.

¶ Ad tertiū eſt dicendum ꝙ vitam alicuiꝰ poſſumus ſcire deo eſſe gratam et acceptā per euidentiam miraculoꝝ et operum q̄ ſunt quedam atteſtationes ſcḋm quas homo iudicat humano iudicio per preſentē iuſtitiam.

Ad quintū ſic procedit. Videtur eniʒ ꝙ̄ poſſit officiuʒ decantari et pro ſancto venerari qui nō eſt canonizatus ꝑ papam. quia licet facere officiū pro eo a quo homo receperit beneficiū. ſed multi recipiūt beneficium ſanctitatis ab eo qui nō eſt per eccleſiaʒ canonizatꝰ. ergo licet talē venerari vt ſanctū.

¶ Preterea cuilibet licʒ patrociniū eius inuocare qui eſt in vita eterna. cum omēs ibi exiſtentes tanq̄ habentes charitatē pro nobis deum rogant. Sʒ multos defunctos homo credit eſſe in vita eterna. qui tamē non ſunt canonizati ꝑ eccleſiaʒ. licet ergo tales vt ſanctos venerari. et eorum patrociniū inuocare.

¶ Preterea qui recipit ꝓphetam in nomine ꝓphete. mercedeʒ ꝓphete accipiet. ſed aliquis non canonizatꝰ per eccleſiā in fide alicuiꝰ recipitur ⁊ habetur ſicut ſanctus. non peccat. ergo venerationē debitā ſancto ſibi exhibere.

¶ In contrariū eſt. quia quod nō licet epiſcopo non licet alicui inferiori de eccleſia. ſed non licʒ epiſcopo aliquē vt ſanctum venerari abſqʒ auctoritate ſedis apoſtolice. vt ſcribit extra de reli. et vene. ſanc. Multo ergo magis nō licet alijs.

¶ Reſpon. Dicendum ꝙ ſcḋm Augu. xxij. de ciuita. dei. In veneratione corpoꝝ ſanctorum ⁊ martyrum non erigimus altaria in quibꝰ ſacrificemus martyribus. Sed vni deo et martyrū noſtrum ſacrificiū imolamus. Nam ipm ſacrificium eſt corpꝰ chriſti qḋ non offert ipſis ſanctis ſed deo. quāuis in memoria coꝝ ſacerdos ſanctificet. qꝛ dei ſacerdos eſt non eorumʒ. Nulli ergo ſancto quantūcunqʒ per eccleſiā canonizato ſacrificiū offertur. licet in memoria eius offeratur ſacrificiū et miſſa celebretur. dūmodo ſit per eccleſiaʒ canonizatꝰ. Et ratio eſt. quia miſſe celebratō et communis oratio fit in pſona totius populi et totiꝰ eccleſie. In memoria ergo illiꝰ debet talis. ſolennitas celebrari qui eſt ab illo qui eſt caput totiꝰ eccleſie canonizatꝰ et in ſanctitate comprobatꝰ. priuata tamen oratione et veneratiōe poteſt quilibet illum quē credit eſſe ſanctū honorare et venenerari atqʒ eius patrocinium inuocare. Et per hoc patʒ reſponſio ad obiecta. quia de tali priuata veneratione arguunt non de ſolenni que fit in perſona totius eccleſie.

# Queſtio .xv. de cauſa canonizationis ſāctorum.

Deinde conſiderandū eſt de cauſa canonizationis ſanctorum. Circa quod queruntur quinqʒ.

¶ Primo. vtrum papa debeat aliquem canonizare ꝓpter fructum ſcientie.

¶ Secūdo. vtrum papa debeat aliquē canonizare ꝓpter ſanctitatem vite.

¶ Tertio. vtrum papa debeat canonizare aliquem ꝓpter bonam famam.

¶ Quarto. vtrum papa ꝓpter euidentiā miraculorum debeat aliquē canonizare.

¶ Quinto. vtrū papa debeat canonizare aliquem ꝓpter donum ꝓphetie.

Ad primuʒ ſic proceditur. Videt enim ꝙ papa d̄beat canonizare aliquē propter fructū ſcientie. quia premiū eternum non debet niſi merito ſanctoꝝ. Sed ſcribitur Eccl. xxiiij. Qui elucidant me vitam eternam habebūt. Elucidantes ergo diuinā ſapientiam papa debet canonizare.

¶ Preterea prerogatiua veneratiōis ſingulariter dat Paulo ꝓpter ſcientiaʒ. Dicit eni ipſe prima ad Thimo. i. Veritatē dico nō mentior doctor gentiū in fide et veritate. ꝓpter fructum ergo ſcientie debet aliquis pro ſancto venerari. et canonizari.

¶ Preterea ſcribit Luce. x. ꝙ ſtabulario ſuperroganti in curatōne ſemiuiui eterna retributio reddit. quia exponēti ſacram ſcripturā ad cura/

tionem generis humani vlera vetus et nouum teſtamentũ que per duos denarios intelligunt corona iuſticie repromittitur. vt Aug⁹. exponit. Pro expoſitione ergo et elucidatione ſacre ſcripture papa debet aliquẽ ſanctũ canonizare.

¶ In contrariũ eſt quod ſcribit [illegible] ad Chorintheos. xiij. Si habuero omnẽ ſcientiã et omnem fidem ita vt montes transferã. charitatem autem nõ habuero nihil ſum.

¶ Reſpon. Dicendum ꝙ qui debet in ſanctum canonizari et pro ſancto vniuerſaliter venerari debet eſſe bon⁹ vniuerſaliter et ſimpliciter. Nõ autẽ ſingulariter et ſcd̃m partem. quia et vniuerſaliter ab illo qui eſt caput eccleſie aſſumitur venerandus a toto populo xp̃iano. Conſtat autem ꝙ non dicitur homo bonus vniuerſaliter ex eo ꝙ eſt in parte bonus. ſed ex eo ꝙ ſcd̃m ſe totus eſt bon⁹. quod quidem cõtingit per bonitatẽ voluntatis. loquendo de bonitate naturali. et per charitatẽ exiſtentem in volũtate. loquendo de bonitate ſupernaturali. quia voluntas imperat actibus omniũ potentiarũ humanarũ. Verum eſt enim ꝙ quilibet actus eſt bonũ ſue potentie quia ſcientia eſt bonũ intellectus. et videre eſt bonum potẽtie viſiue. et audire bonũ potentie auditiue. Unde ille qui habet bonitatẽ ſcd̃m aliquam potentiã non ſuppoſita bonitate voluntatis dicitur bonus ſcd̃m quid. vt bene videns aut bene audiẽs vel bene intelligẽs. ſed vniuerſaliter et ſimpliciter homo nõ dicitur bon⁹ niſi qui habet bonam voluntatem diuina charitate informatam.

¶ Ad primũ ergo eſt dicendum ꝙ ſignanter dicit ſpiritus qui me elucidãt. quia multi ſacram ſcripturã exponũt potius obſeruando ꝙ elucidando. Sunt enim tria genera hominũ exponẽtium ſacram ſcripturã vt dicit Aug⁹. et ponitur xxiij. q. iiij. Fures mercenarij et paſtores. fures exponunt nõ elucidando. ſed obtenebrãdo et verum intellectũ occultando. Mercenarij vero turpis lucri gratia. vnde ſi exponũt pro vtilitate aliorum ſibi ipſis nõ valet ad eternã remunerationem. quia ſonant alijs nõ ſibi ipſis ad modum cymbali tinniẽtis. qd̾ ſonat alijs in ſeipſo non participat ſonũ. Sed paſtores exponũt ex bona voluntate quã habent principaliter ſolum propter deum. De quib⁹ dicit Petrus prima ſua canonica. c. v. Paſcite qui eſt in vobis gregem dei nõ coacte. ſed ſponte ſcd̃m deum nec turpis lucri gratia. ſed voluntarie. vt cum apparuerit princeps paſtorum percipiatis immarceſſibilẽ glorie coronã. per bonam ergo voluntatẽ promiſſio et fructus ſcientie conſequitur premiũ. non per ipſam ſcientiã preciſe.

¶ Ad ſecundũ eſt dicendum ꝙ Paulo nõ redditur prerogatiua ſingularis venerationis propter ſcientiam tantũ. ſed quia doctrina eius fuit ſuccenſa igne charitatis. Dicit enim Criſo. in li. de laudibus pauli. ꝙ ſicut ferrum in igne miſſum non eſt aliud ꝙ ignis. ſic doctrina Pauli igne charitatis accenſa non erat aliud ꝙ charitas. Et ſubdit ꝙ nature cõditione paulus in nullo nobis fuit preſtantior. ſed in voluntate fuit omnibus melior et ſanctior.

¶ Ad tertiũ eſt dicendum ꝙ ſcd̃m Ambro. illi ſupererogant qui ſupra precepta obſeruant conſilia. Unde apoſtoli et doctores ſupererogauerũt qui propter charitatẽ dei et proximi qd̾ ore predicauerunt opere impleuerunt.

Ad ſecundũ ſic proceditur. Videtur enim ꝙ papa non debeat aliquẽ canonizare propter ſanctitatem vite. quia illi ſunt canonizandi per eccleſiã qui pro vtilitate eccleſie ſunt aliqua operata. ſed ſcd̃m Hiero. in ep̃la ad paulinũ. Sancta quippe ſimplicitas ſolũ ſibi prodeſt. et quanto plus edificat eccleſiã dei ex vite merito. tanto plus nocet ſi contradicẽtibus non reſiſtit. propter ſanctitatẽ ergo vite ſolũ non eſt aliquis canonizandus.

¶ Preterea nullus eſt per eccleſiã pro ſancto venerand⁹. niſi opera charitatis fuerit imitatus. ſed ſcd̃m Grego. ſunt nõnulli qui ſpeciẽ ſanctitatis acquirũt. habitum venerationis aſſumũt. qui tamẽ ex ſolius charitatis radice procedẽtes. imitari contemnũt. ex demonſtratiõe ergo ſanctitatis nõ ſunt aliqui canoniſandi.

¶ Preterea aut opera alicuius oſtendũt ſanctitatem vite in occulto aut in manifeſto. ſi in occulto non perhibent teſtimoniũ in conſpectu eccleſie vt propter ipſa debeat aliquis canonizari. Si vero in manifeſto videtur ad hypocriſim pertinere.

¶ In contrarium eſt. quia ſuper illo verbo pſal. Confitemini memorie ſanctitatis ei⁹. dicit Auguſtin⁹. ꝙ iſta eſt vox ſanctorum. confitemini ſanctitatem chriſti inquantũ non obliuiſcitur ſanctitatis qua eos ſanctificat. Sed eorum ſanctitatem et bonitatẽ exponit omnibus venerandã.

¶ Reſpon. Dicendũ ꝙ ſicut dicit Leo papa ⁊ ponitur. lxi. di. c. miramur. Si ad honores mundi ſiue ſuffragio temporis ſiue merito laboris indignum eſt peruenire et vocari ambiti⁹ ſolent quos probitatis documẽta non adiuuant ꝙ diligens et ꝙ prudens habẽda eſt diſpenſatio diuinorum munerũ et celeſtium dignitatũ. ita vt niſi prior vita teſtimoniũ perhibeat pro laborib⁹ multis. pro laborib⁹ caſtis pro actibus ſtrẽnuis celſioris loci premiũ nulli debeatur. Et quãuis diſcernere inter ſanctũ et non ſanctũ ſit donum ſpirit⁹ ſancti. Iuxta illud. i. ad Chorin. xiij. Alij diſcretio ſpirituũ per aliqua tamẽ indicia põt papa examinare ſanctitatẽ vite illius qui eſt pro ſancto venerãdus. vel illius quẽ in ſanctũ intendit canonizare. Primo vt per illum veritas fidei non peruertatur. Secũdo vt per eum mandatũ eccleſie non contemnatur. Tercio vt per eum nou⁹ ritus viuendi nõ introducatur. Quarto ꝙ per eũ charitas proximi nõ ſpernatur. Quinto ꝙ per eũ peccatũ accuſatione dignũ et toto conatu vitaretur. Sexto ꝙ per eum dei verbũ delectabiliter audiretur. Septimo ꝙ per eum operib⁹ bonis mundi gloria nõ quereretur.

¶ Ad primũ ergo eſt dicendũ ꝙ ſanctitas vite eſt vtilis eccleſie ad aliorum informationẽ dum ſancti viuũt. Et poſt mortẽ eſt vtilis quantum ad miraculorum atteſtationẽ. quia eorum ſanctitas patrocinio fideles eccleſie multa bona recipiũt. Hiero. autẽ loquitur de ſimplicitate eorum qui preſunt alijs quib⁹ non ſufficit ſanctitas ad edificationẽ niſi aſſit iuſticie rigiditas ad delinquẽtium correctionẽ. quia baculo et manu arcendi ſunt lupi.

¶ Ad ſecundũ eſt dicendũ ꝙ chriſt⁹ docuit cognoſcere monſtrantes ſanctitatẽ in veſtimẽtis ouium. a fructib⁹ eorum quos fruct⁹ enumerauimus ſuper quibus diligẽter examinatis papa põt aliquem canonizare ſcd̃m preſentẽ iuſticiã.

¶ Ad tertiũ eſt dicendũ ꝙ opera ſanctitatis per illos ſanctos poſſunt fieri in occulto ⁊ in manifeſto In occulto quidẽ vt mundi gloria non queratur In manifeſto vero vt creator in creatura laudetur. Dicit enim Aug⁹. ſuper illo verbo pſal. Laudate dñm in ſanctis eius. ꝙ ideo deus laudatur in ſanctis. quia ꝙ ſancti ſunt nõ habent eorum merito et bonitate. ſed dei miſericordia et pietate.

Ad tertium ſic proceditur. Videtur enim ꝙ papa propter bonam famã non debeat aliquẽ canonizare. quia fama populi innititur quãdoque falſo fundamẽto. Unde ſcribitur Exo. xxiij. Non ſequaris turbã. neque in iudicio acquieſces ſententie plurimorum. vt a veritate deuies.

¶ Preterea ex fama acquiritur fauor ⁊ amicicia mundi. Sed ſcribitur Iaco. iiij. ꝙ amicicia mundi inimica eſt deo. ex fama ergo nõ eſt aliquis canonizandus.

¶ Preterea propter bona extrinſeca nõ eſt quis laudand⁹. ſed fama videtur pertinere ad bona extrinſeca. Scribitur enim prouer. xxij. ꝙ melius eſt nomẽ bonum ꝙ diuitie multe.

¶ In contrariũ eſt ꝙ dicit Hiero. et ponitur. xi. q. iij. ſi quis hominẽ qui ſanct⁹ non eſt ſcd̃m famam et opera que oſtendit ſanctũ eſſe crediderit et dei eum iunxerit ſocietati. chriſtũ violat cui⁹ membra ſumus.

¶ Reſpon. Dicendum ꝙ bona fama valet homini quantũ ad tria. Primo ad bonorum operũ executionẽ. redditur enim homo idone⁹ ad opera virtuoſa exequẽda vt cõuerſatione humana ex bona fama. Unde ſcribitur eccl. xli. Curam habeas de bono noĩe. hoc enim magis permanebit tibi ꝙ multi theſauri magni et precioſi. Secũdo ad peccatorum vitationẽ. propter conſeruationem enim bone fame multotiẽs homo abſtinet a peccatis cuius ſignũ eſt. quia quando aliquis videt ſe bonã famam amiſiſſe pro nihilo habet peccare. Iuxta illud Hiere. iij. Frons meretricis facta eſt tibi. noluiſti erubeſcere. Et Hiero. dicit ſuper Math. ꝙ corripiend⁹ eſt frater ſeorſũ. ne ſi ſemel pudorẽ aut verecundiam ſemper permaneat in peccato. Tercio ad aliorum venerationẽ. audientes enim hominẽ aliquem eſſe male fame cõtemnunt nõ ſolum ip̃m. verum etiã multos innocentes. Unde dicit Aug⁹. in ep̃la ad plebẽ hypponenſem pertractans illud verbũ pſal. Aduerſum me inſultabãt qui ſedebant in porta. Ad quid enim ſedent hoĩes in porta et quid aliud captant niſi cum quis ep̃us vel cleric⁹ vel monach⁹ vel ſanctimonialis ceciderit. oẽs tales eſſe credant. ſed nõ omnes poſſe manifeſtari. ⁊ tamen ipſi cum aliq̃ maritata inueniuntur adulteri. nec repudiant vxores ſuas nec accuſãt matres ſuas. Cum autẽ de aliquibus qui ſanctũ nomẽ profitentur aliquid criminis vel falſi inſonuerit vel veri putauerit. inſtant. ſatagunt ambiũt vt de omnibus hoc credatur. Aſſumere ergo aliquẽ pro ſancto canonizando et venerando. cui⁹ fama non ſemper fuerit laudabilis ſequeretur eius cõtempt⁹ et populi perturbatio. Unde fama bona potiſſime requiritur ad canoniſationem ſancti.

¶ Ad primũ ergo eſt dicendũ ꝙ in fama alicuius non ſolũ eſt credendũ populo in turbe. verum etiã requirendũ eſt teſtimoniũ maiorum. qui et ſi pauciores ſunt numero. ſunt tamẽ ſanioris conſilij et verioris iudicij. vt dicit glo. ſuper dicto verbo.

¶ Ad ſecundũ eſt dicendũ ꝙ ex bona fama nõ acquiritur fauor vel amicicia mundi in malũ proximi. ſed in bonũ et deuotionẽ eorũ. quia dilect⁹ deo diligitur etiam ab hoĩbus. et ſi nõ per operis imitationẽ ſaltem per diuine glorie manifeſtationem. Unde de illo ſancto Loth ſcribitur ſcd̃a petri. ij. ꝙ aſpectu ⁊ auditu ſanct⁹ erat habitãs tamẽ apud eos qui de die in diẽ animam iuſtã iniquis operibus cruciabant.

¶ Ad tercīū eſt dicendum ꝙ per ſanctos bona extrinſeca et intrinſeca ꝓcuranda ſunt. quia dicente apl'o prouidenda ſunt bona non ſolū coram deo. ſed etiā coram omnib⁹ hominibus.

Ad quantū ſic ꝓceditur. Videtur enim ꝙ papa nō debeat aliquem canonizare ꝓpter miraculoꝝ euidentiā. quia miracula cum ſint ſup virtutem nature. non ſunt niſi de virtute. nō ergo p ſanctos nec p aliquā creaturam fieri poſſunt.

¶ Preterea mali et iniqui homīes poſſunt facere miracula. Dicit enim Aug⁹. in epiſtola ad voluſianū. ꝙ quāuis legamus magos egyptiorum illarū artium ꝑitiſſimos a Moyſe famulo dei fuiſſe ſuperatos. tamen illi quedā miracula nephandis actib⁹ egerunt. nō ergo ꝓpter euidentiā miraculoꝝ debet aliquis in ſanctum canonizari.

¶ Preterea miracula facere ꝑtinet ad fidem. Scribitur enim Math. xvij. ſi habueritis fidem ſicut granum ſinapis dicetis huic monti tranſi hinc et tranſibit. Unde chriſtus in ꝓpria patria miracula nō fecit ꝓpter incredulitatē eorū non ergo ꝓpter ſanctitatē aliquorū miracula fiunt. cum fidē poſſint habere mali ſicut boni.

¶ In contrariū eſt. quia miracula ſunt quedā ſigna teſtificatiōis ſanctitatis et veritatis alicuius. Unde ad Hebre. ij. ſcribitur. ꝙ chriſti veritas et ſanctitas confirmata eſt conteſtante deo ſignis et poteſtatib⁹ et varijs virtutib⁹. Quāuis enim alij ſancti miracula fecerūt que xp̄s fecit. quia Heliam et Heliſeum legimus mortuos ſuſcitaſſe. quēadmodū chriſt⁹ ſuſcitauit. Aliud tamen ꝓprium xp̄s fecit quod nullū alium legimus feciſſe. vt naſci de virgine. a mortuis reſurgere. in celum aſcendere. ſicut dicit Aug⁹. in epiſtola ad voluſianum.

¶ Reſpon. Dicendū ꝙ queſtio eſt dubia propter malos qui quādoqꝫ faciunt miracula.

¶ Poſſunt eni homines eſſe mali quantū ad preſens tribus modis.

¶ Primo doctrine cognitione. quia vtuntur mala doctrina et ꝓhibita ab eccl'ia. ſicut illi qui per nigromantias artes demones inuocant.

¶ Secūdo vite conuerſatione. quia inuolute ſunt talibus peccatis ꝙ in ſeipſis ſunt infecti. et alios eoꝝ prauitate inficiunt et corrumpūt.

¶ Tercio vane glorie intentione. q2 quādoqꝫ aliqui ſunt ſancte vite. tamen de aliquo bono opere vanā intentionē habent. ſcḋm enī Criſoſto. Cum cetera vicia in ſeruis diaboli locū habeant vana gloria etiā in ſeruis dei locum tenet.

¶ Iſtis autē tribus modis malis hominib⁹ conceditur facere miracula ⁊ facere aliquid preter ſolitum curſum nature.

¶ Primo illis qui ſunt male doctrine cognitione per demonū inuocationem. Unde dicit Aug⁹. in li. de ſermone dn̄i in monte. Qui dicit cur p iniquos homines viſibilia miracula et miraculoꝝ ſigna facere non poſſe legant quāta fecerūt reſiſtētes moyſi famulo dei magi egyptiorum per inuocationē demonū. poſſunt enī demones ſenſus hominū ſic fantaſiare et ludificare. vt que nō vere faciunt videātur tamē facere. et quandoqꝫ vera faciunt. nō per aliquā rerum de nouo creationē. ſed per rerum naturalium adinuicē coniunctionē. et quarū coniunctione nata ſunt nobis aliqua ꝓduci inſolita et inuiſa. qui virtutē huiuſmodi rerū naturaliū ignoram⁹. ſicut dicit Aug⁹. tercio de trini.

¶ Secūdo illis qui ſunt mali praue vite conuerſatione p chriſti et ſanctoꝝ nominū inuocationem et deuotionem. Contingit enim ſcḋm Criſo. quandoqꝫ homines ſancte vite et conuerſationis honeſte non tantū fidem habere ſicut habent praue vite homines. Unde p hoc ineffabile donū ad inuocationē chriſti nominis et ſanctoꝝ faciunt ſigna et miracula ꝓpter vtilitatem illoꝝ qui boni ſunt vt ipſi deum honorent. et in fide et doctrina eius p talia roborentur. Ideo dicit Hiero. ꝙ facere miracula nō eſt ſemp illius meriti qui operatur. ſed inuocatio nominis xp̄i et ſanctoꝝ hoc agit ad condemnationem eoꝝ qui inuocant. et vtilitatē eorum qui vident et audiunt.

¶ Tercio cōceditur illis qui ſunt mali aliqu⁹ vane glorie intentione p eorum ſanctitatis teſtificationem. Uerum namqꝫ eſt ꝙ facere miracula virtute dei in teſtimoniū ſanctitatis et poteſtatis collate a deo. non ꝑtinet niſi ad ſāctos viros et amicos dei. vel in morte vel in vita. Quandoqꝫ tamē ſancti homines cū tota ſanctitate ipſoꝝ de aliquo ſigno miraculoſo facto aliquā malam intentionē habent ⁊ quāuis in hoc boni et ſancti nō ſint. nihilominus tamen ad teſtificatiōem ſanctitatis et doctrine veritatis ipſorū deus multa ſigna et miracula facit. Unā dicit glo. Numeri. xx. ꝙ Moyſes ⁊ Aaron quādo per percuſſionem virge fecerūt effluere aquā de petra. habuerunt quandā vanam gloriam. ideo meruerūt audire. q2 non credidiſtis mihi vt ſāctificaretis me corā filijs iſrael. ideo nō introducetis hos populos in terram quā dabo eis. Et ſup illo verbo. Luce. x. Nolite gaudere quia ſpūs vobis ſubijciūtur. dicit gloſa. ꝙ leticia qua dn̄s diſcipulos letos videbat. inanem gloriam ſapiebat. gaudebant. n. ꝙ quaſi ſublimes terribiles hominibus ⁊ demonibus erāt effecti. ideo dn̄s in cordibus eoꝝ talē elationē reprehendit. iudiciū ruine primi angeli referēs quū dixit. videbā ſathanā ſicut fulgur de celo cadentem. Propter euidentiā ergo miraculorū quā ſunt ſigna teſtificationis ſanctitatis ⁊ doctrine veritatis ſanctorū. papa debet aliquos canonizare.

¶ Ad primū ergo eſt dicendū ꝙ miracula facere principaliter non fiunt niſi virtute dei. Myſterialiter tū qn̄qꝫ fiunt vel angelis miniſtrantibus vel ſanctis orantibus ⁊ deprecantibus. vt dicit Augu. xxij. de ciui. dei.

¶ Ad. ij. eſt dicē. ꝙ licet mali homines poſſunt facere miracula ad xp̄i ⁊ ſanctorū nominum inuocationē. non ipſi tū dicunt facere miracula. ſed magis illi cuius vel quoꝝ ſanctitate fiunt. Poſſunt. n. mali milites quos iuſticia imperialis condemnat ſignis ⁊ vexillis eoꝝ imperatoris quedā extorquere ⁊ tollere ab alijs non iubēte dn̄o. ſed ſancti ⁊ iuſti viri poſſunt hoc facere p publicā iuſticiam imperatoris. vt dicit Augu. in li. lxxxiij. queſtionum.

¶ Ad. iij. eſt dicendū ꝙ miracula facta ad confirmationē doctrine veritatis innituntur fidei. ſꝫ que fiunt ad teſtificationē ſanctitatis requirūt fidē formatā caritate. cuiuſmodi eſt fides ſcōꝝ.

Ad quintū ſic ꝓceditur. videtur. n. ꝙ papa ꝓpter donū ꝓphetie debeat aliquem in ſanctū canonizare. Scribitur. n. ſap. vij. ꝙ ſpūs ſanctus in animas ſcōꝝ ſe transfert amicos dei ⁊ ꝓphetas conſtituendo. ſed amici dei nō ſunt niſi ſancti viri. ꝓpter donū ergo ꝓphetie papa debet aliquē in ſcm̄ canonizare

¶ Preterea ſcribitur. ij. Petri. i. ꝙ non volūtate humana allata eſt aliqn̄ ꝓphetia. ſed ſpū ſancto inſpirati locuti ſūt ſancti dei hoīes. donū ergo ꝓphetie non reuelatur niſi ſanctis viris

¶ Preterea ſecreta dei nō panduntur niſi amicis dei. Iuxta illud Ioh. xv. Uos aūt dixi amicos. q2 omnia quecūqꝫ audiui a patre meo nota feci vobis. ſed ꝓphetia eſt quoddā ſecretū dei. ergo non panditur niſi viris ſanctis.

¶ In cōtrariū eſt. q2 apl's dicit. i. Corint. xiij. Si habuero ꝓphetiā ⁊ nouerim myſteria oīa caritatē aūt non habeo nihil ſum. ꝓpter donū ergo ſolū ꝓphetie non eſt aliquis canonizād⁹

¶ R. Dicendū ꝙ ꝓphetare idē dicit ꝙ longe ⁊ ꝓcul aliqua diſtantia a naturali hominū cognitione ꝓnunciare quod mali homīes facere poſſunt tribus modis. Primo diuina inſpiratione. nā ſḃm Augu. in Enchy. Deus bonā voluntatē ſuā p malas hominū voluntates plerūqꝫ implet. ſicut bonā voluntatē ſuā de paſſione ſui filij p malas iudeoꝝ volūtates impleuit. Unā qn̄qꝫ multa vera futura p malos homines ꝓnunciat. ſicut p Balaā ⁊ ſybillā multa vera de xp̄o filio ſuo predixit. pōt. n. deus tāgere intellectū hominis aliquoꝝ occultoꝝ cognitione ſeu reuelatione nō tangendo ei⁹ affectū caritatiua dilectione. que ſola diuidit inter filios regni eterni ⁊ filios ꝑditionis eterne ſḃm Augu.

Secundo mali hoīes hoc poſſunt bonoꝝ angeloꝝ reuelatiōe. nā vt dicit Augu. ij. ſup Gen. Multa occulta ꝑdicant demones nō ſolū eoꝝ nature ſubtilitate ⁊ experientia longi tp̄is. verū etiā reuelatione bonoꝝ angelorū. Et ſi demones poſſunt futura ⁊ occulta ꝓphetare mediātibus bonis angelis multo fortius mali hominēs hoc poſſunt. q2 demōes ſic ſunt mali ꝙ boni fieri non poſſunt. mali vero homines boni fieri poſſunt. Tercio mali hoīes poſſunt ꝓphetare demonū inuocatione. conceſſū eſt nāqꝫ dyabolo ſḃm Criſo. multa vera dicere vt ſuum mēdaciū rara veritate ꝯfirmet. Mali ergo homines demones ꝯſulentes multa vera ⁊ occulta dicere poſſūt. vn̄ tales ꝓphete demonū appellantur. dicente Augu. xij. ſup Gen. Cum malignus ſpūs arripuerit homines. aut demoniacos eos facit. aut arreticos. aut falſos ꝓphetas non ꝙ multa vera ꝓnunciēt. ſed q2 ſemp talia dicunt intentione fallendi. quia ergo donum ꝓphetie conuenit malis hoibus interdū magis ꝙ bonis ꝓpter aliquā diſpoſitionē quam requirit ꝓphetica reuelatio. Ideo ꝓpter tale donum preciſe non debet aliquis ꝓ ſancto venerari vel canonizari. niſi ſint alia ſigna teſtificantia eius ſanctitatem ⁊ bonitatem.

¶ Ad primū ergo eſt dicendū ꝙ qn̄qꝫ donum ꝓphetie datur ꝓpter ꝓpriā mentis illuſtrationē ⁊ qn̄ ſic datur ſpūs ſanctus p gratiā gratū facientem transfert ſe in animas illorū quibus datur amicos dei eos ꝯſtituendo tangendo affectū eorū p caritatē. ſicut tangit intellectū p ꝓphetică veritatē. Qn̄qꝫ vero datur ſolū ꝓpter aliorū inſtructionē ⁊ informationē. ⁊ tunc ſpūs ſanct⁹ ſic tangit eorū quibus datur intellectū p ꝓpheticam veritatē quod non tangit eoꝝ affectū p caritatē. de quibus dicitur Math. vij. Dn̄e nonne in nomine tuo ꝓphetauim⁹ ⁊ demōia eijcim⁹. quibus tū dicetur. Neſcio vos.

¶ Ad. ij. eſt dicendū ꝙ ſḃm Criſo. aliter ſancti homīes loquuntur ſpū dei inſpirati. ⁊ aliter mali homines. Uerum namqꝫ eſt ꝙ omnis veritatis auctor eſt ipſe ſpūs ſanctus. vt verum ſit dictū Ambro. Omne verū a quocūqꝫ dicatur a ſpū ſancto eſt. ſancti tamen homines loquuntur

vera in ſpūſancto. ſed mali hoīes loquūť vera virtute nomīs xp̄i ⁊ virtute ſpūſſācti: nō tamē in ſpūſancto. Unde dicit ſignanť eſſe dictum. Dn̄e in noīe tuo ꝓphetam⁹ non in ſpiritu tuo quia mali homines propheta͂t in virtute nominis chriſti: ſed non in ſpiritu ſcō: īmmo ī ſpiritu dyabolico.

¶ Ad tertiū eſt dicendum. ꝙ amantibus ſecreta celeſtia panduntur ⁊ reuelantur ſm quē modū fuerunt reuelata apoſtolis ⁊ iſto modo ſecreta dei nō panduntᷣ malis prophetis. quia ⁊ ſi ſunt ab eis aliqualiter cognita per intellectus cognitionem: non tamē ſunt ab eis amata ꝑ effectus dilectionem.

## **Queſtio** · XVI · de mō canonizatōis ſāctorū

**T**Ertius conſiderandum eſt de modo canonizationis ſanctorū. Circa quod queruntur quatuor.

¶ Primo vtrū papa debeat in canonizatione ſancti ſeruare ordinē iudiciarium

¶ Secundo vtrū papa ſtatim debeat canonizare aliquē ſanctum ſibi denunciatum.

¶ Tertio vtrū papa eundem modum debeat ſeruare in canonizatōe martirū ⁊ confeſſorum.

¶ Quarto vtrū papa poſſit aliquē canonizare ad ordinem apoſtolorum: ſicut martyrum ⁊ confeſſorum ſeu virginum.

**A**D primum ſic proceditur. videť enī ꝙ papa in canonizatione ſancti nō debeat ordinem iudiciariū ſeruare. quia quod ſpectatur fiendum in futuro iudicio: non eſt nunc fiendum in preſenti. Sed examinatio operum miſericordie de quibus potiſſime debet fieri examinatio illius qui pro ſancto debꝫ venerari ⁊ canonizari ſpectatur fiendum in futuro iuditio. ſicut patꝫ Math. xxv. Non eſt ergo fiendum in preſenti iudicio.

¶ P. ſuper illo verbo. i. Petri. v. Si iuſt⁹ vix ſaluabitur: impius ⁊ peccator vbi parebūt dicit aug⁹. Quare iuſtus vix ſaluabiť: niſi quia dei iuſticiam tantam eſſe certum eſt vt que videntur in humano iuditio eſſe iuſta iudicio dei inueniantᷣ iniuſta. Sed qui debet pro ſācto venerari dei iudicio debꝫ eſſe iuſtus. Fruſtra ergo fit talis examinatio iuſticie. ex quo ſciri non pōt

¶ Preterea ſcribitur. i. ad Corinth. ij. ꝙ ſpiritualis homo iudicat omnia ⁊ ipſe a nemine iudicatur. animalis vero non intelligit que ſpūs ſunt quia ſpiritualiter examinatur. Sꝫ ille qui debet pro ſancto venerari ſpiritualis eſſe ꝓſupponitur. non debet ergo examinari niſi ab aliquo qui ſit ſpiritualior ipſo.

¶ In contrarium eſt glo. ſup illo verbo pſal. Igne me examinaſti. ⁊ nō eſt inuenta in me iniquitas.

¶ R. dicendum ꝙ ſecundum auguſtinū in li. de penitentia. Eccleſia non profert iudiciū de aliquo niſi ſit informata publicis teſtib⁹ ⁊ publicis documentis. Et ideo vt ponit Hoſt. c. i. ex de reli. ⁊ vene. ſan. in canonizatiōe ſancti ſecundum morem quem nunc tenet eccl̄ia. xij. per ordinem ſeruanda ſunt. Primū eſt frequēs denunciatio vt non ſolū ſemel ſed plures pape denuncietur qui pro ſancto debꝫ venerari vt ſic multiplicatis interceſſoribus largiatur qḋ petitur. Secundū eſt commiſſio. Tertium eſt cōmiſſionis inquiſitio. Quartum eſt inquiſitionis facte relatio. Quintum eſt relationis facte diligens examinatio. Sextum eſt examinationis facte per conſiſtorium diſcuſſio. Septimuꝫ eſt ſecreta diffinitio ⁊ terminatio. Octauꝫ eſt manifeſta publicatio. Nonum eſt diei canonizationis aſſignatio. Decimū eſt ipſius pape ⁊ omnium aſſiſtentium genuflexio ⁊ orationis deuotio ne deus permittat ſuam eccleſiam decipi vel errare. Undecimū eſt ſmotionatio ⁊ miraculorum ac operū miſericordie recitatio: nec non ipſius ſancti in cathologo ſanctorum conſcriptio. Duodecimum eſt miſſe in honore ſancti celebratio ⁊ canonica ſpūalis ꝑſonatio.

¶ Ad primum ḡ eſt dicendum ꝙ aliter fit examinatio operū miſericordie de illis qui pro ſanctis debent venerari nunc ⁊ aliter in futuro iudicio. quia nunc fit ſecundum preſentem iuſticiam. In futuro vero iudicio fiet ſcḋm determinatam ſententiam.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ ſicut dicit aug in li. de libe. ar. verū eſt ꝙ iuſticia hūana multa concedit ⁊ multa impunita relinquit: Que per diuinam iuſticiam iudicantur. non tamen vt dicit: quia non omnia facit. iō que facit improbanda ſunt. ſic eodem modo dato ꝙ non poſſit iudicare omnia recte ſecundum interiorē euidentiam ſcḋm quam iudicat deus: nō ꝓpť hoc debet obmittere quin iudicet ipſa ſcḋm exteriorem euidentiam ſcḋm quā iudicat homo.

¶ Ad tertium eſt dicendū ꝙ aug⁹ in li. de vera religione exponens illud verbum apoſtoli: Spiritualis homo iudicat omnia dicit ꝙ ſpiritualis homo a nullo homine debet iudicari: ſꝫ a ſola ipſa lege diuina ſecundum quā ipſe iudicat iudicabitur: cum omnes oporteat preſentari ante tribunal chriſti. Et quia ipſe papa eſt miniſter ⁊ vicarius legis diuine ſecundum preſentem iuſticiam: ideo ad ipſum ſpectat iudicare de ſanctitate alicuius ſancti ſcḋm ꝙ exponiť venerandus a toto populo chriſtiano.

**A**D ſecundum ſic proceditur. Uidetur enim ꝙ papa ſtatim debeat canonizare aliquem ſanctum ſibi denunciatum. quia papa ſtatim debet ꝓmouere que faciunt ad augmentationem cultus diuini. Sed veneratio ⁊ canonizatio ſanctorum potiſſime pertinet ad augmentationem ſeu ampliationem cultus diuini cū per hoc excitetur ⁊ firmetur deuotio populi xp̄iani. Nō eſt ergo talis canonizatio differenda.

¶ Preterea illa que ſunt fidei ſtatim credenda ſunt. non viſa. Iuxta illud Ioh. xx. Beati qui non viderunt ⁊ crediderunt. Sed veneratio ſanctorum per atteſtationem miraculorum potiſſime ſpectat ad fidem. ergo ſtatim credenda ſunt non viſa.

¶ Preterea reprehenſi ſunt iudei qui non crediderunt xp̄m eſſe ſanctum ſanctorum per atteſtationem miraculorum ⁊ bonorꝫ operū quibus dictum eſt. Si mihi nō vultis credere ſaltem operibus credite. Audita ergo fama ſanctitatis alicuius cum atteſtatione miraculorum. ſtatim papa debet ipſum canonizare.

¶ In contrariū eſt. quia ſuper illo verbo Ioh iiij. Nolite omni ſpiritui credere. ſed probate ſpiritus an ex deo ſint. dicit. glo. ꝙ primis temporibus naſcētis eccleſie cadebat ſpiritus ſanctus ſuper credentes ⁊ loquebantur linguis ⁊ faciebant miracula. ſed nunc non eget eccleſia his omnibus ſignis. ſed qui habet caritatē teſtatur ſpiritum ſanctum in ſe habere.

¶ Rn̄o. Dicendum ꝙ ꝓpter tria nō debet ſtatim papa aliquem ſanctum ſibi denunciatum canonizare.

¶ Primo ꝓpter miraculorum raritatem que ſunt ſigna atteſtationis ſanctitatis alicui⁹. Dicit enim Augu. in libro de vera reli. ꝙ cum nūc eccleſia catholica per totum orbem diffuſa atqꝫ fundata ſit. Ideo miracula in noſtra tempora durare permiſſa non ſunt. ne anima ſemp viſibilia quereret ⁊ eorum conſuetudine frigeſceret genus humanum quorum nouitate flagrauit. Quia igiť vera miracula nunc raro fiūt ne ficta narrentur turpis lucri gratia. vel humane laudis appetitus gloria. Nunc bene videndū eſt vt Augu. ibi dicit. quibus credendum ſit de diuinis miraculis ⁊ inuiſibilibus rebus.

¶ Secundo ꝓpter operis arduitatē nā quanto opus eſt magis arduum tanto cum maiori maturitate ⁊ tarditate fiendum eſt. ¶ Unde nec xp̄s ſtatim Lazarum ſuſcitauit. nec filiam chananee ſtatim ſanauit. ſed quāto magis mulier illa multiplicauit ſupplicationem tāto ipſe xp̄s magis multiplicabat negationem vt dicit Criſo. Math. xv. Cum igiť canonizatio ſanctorum ſit opus ſūme arduum. non ſtatim ſed per menſes ⁊ annos eſt differenda anteꝗ̄ fiat.

¶ Tertio ꝓpter fidei firmitatem. Dicit enim Criſo. ſup Math. ꝙ ideo xp̄s mulierem illam chananeam clamantem ſtatim non exaudiuit. quia nolebat fidem illius occultare. Sciebat enim eam dicturā. Miſerere mei dn̄e fili Dauid. vbi ⁊ xp̄i diuinitatē ⁊ hūanitatem confeſſa eſt. ꝓpter quod meruit audire. O mulier magna eſt fides tua. Expectanda eſt ergo frequēs operatio miraculorū ⁊ diuulgatio fame operū miſericordie alicuius anteꝗ̄ canonizeť vt fides de eius ſanctitate in cordibus xp̄iani populi firmetur ⁊ roboretur.

¶ Ad primū ergo eſt dicendum ꝙ que ſunt ad ampliationē cultus diuini papa debet ꝓmouere firmiter ⁊ ſtabiliter iuſticia mediante. ⁊ quia humana iuſticia hoc requirit vt non credať omni ſpiritui ſtatim. ſed per euidentiā exteriorum operum modo quo xp̄s docuit Math. vij. A fructibus eorū cognoſcetis eos. Ideo ſm hūc modum talia ſunt ꝓmouenda.

¶ Ad ſecundū eſt dicendꝫ ꝙ illa que īmediate faciunt ad noſtrā ſalutē credenda ſunt nō viſa nec ꝓbata. ſicut omnes articuli fidei. quāuis etiam illa multis miraculis atque ſignis atteſtantibus ꝓbata ſint. credere tamen ſanctitatem aliquorum non tenemur niſi per oſtenſa opera. cū fides ſine opibus mortua ſit. vn̄ ſup illo verbo qḋ dī Iac. ij. oſtende mihi fidē tuā ſine operibus. ⁊ ego oſtendā tibi ex operibus fidem meā. dicit gl. hoc eſſe dictū quaſi improperando. quia habens fidem ſine operibus ſe fidelem eſſe monſtrare non poteſt.

¶ Ad tertiū eſt dicendum ꝙ iudei merito reprehenſi ſunt. quia nec euidentia nec continuatio miraculorum eos ad deuotionem induxit. ſed potius ad obſtinationem ⁊ emulationē talem autem tarditatem in canonizatione ſanctorum papa non ſeruat ꝓpter emulationem ⁊ obſtinationem. ſed magis ꝓpter rationes ſuperius dictas.

**A**D tertium ſic ꝓceditur. Uidetur. n. ꝙ papa eundem moduꝫ debeat ſeruare in canonizatione martyrum ⁊ ꝯfeſſorum. quia dona vtrorūqꝫ ſunt neceſſaria cōmunia bonis ⁊ malis. Dicit. n. apo. de donis martyrꝫ. i. Corint. xiij. Si tradidero corpus meū ita vt ardeā quēadmoduꝫ fecit Laurentius vt glo. dicit. caritatē aūt non habuero nihil ꝓdeſt De donis vero confeſſorum dicitur ibi. Si no

uerim myſteria omnia ⁊ habuero omnem fidē ita vt montes transferam: caritatem autē nō habuero nihil ſum. Idē ergo modus canonizationis ſeruandus eſt in vtriſq;.

¶ Pꝛ. ſigna ſanctitatis requiruntur in martire ſicut in confeſſoꝛe. ſꝫ miracula ſunt ſigna atteſtationis ſanctitatis: ergo operatio miraculoꝝ requiritur in canonizatione vtriuſq;.

¶ Pꝛ. nullus debet pro ſancto venerari niſi ꝙ firmiter credit eſſe in vita eterna. Sed ſine operibus miſericoꝛdie nullus a ſiniſtra transfertur ad dexteram vt vite eterne poſſit eſſe particeps ſicut pꝫ Math. xxv. ergo examinatio operum miſericoꝛdie requiritur in canonizatione martiris ſicut confeſſoꝛis.

¶ In contrarium eſt. quia manente cauſa debet manere effectus. Sed cauſa martyrij ſecundum auguſtinum non niſi pati ⁊ moꝛi ꝓ chꝛiſto ⁊ defenſione fidei. ergo permanēte ſola cā poteſt aliquis pro martire canonizari ⁊ venerari.

¶ Rꝫ. dicendum ꝙ papam ſeruare eundē modum in canonizatione martiris ſicut confeſſoꝛis dupliciter pōt intelligi. Pꝛimo quantum ad ordinem cauſe diſcuſſionis ⁊ inquiſitōnis Secundo quantum ad motiuū cauſe canonizationis ⁊ venerationis. Pꝛimo modo dicendum eſt ꝙ ſic. quia oꝛdinem iudiciarum ſupra poſitum debet ſeruare papa in canonizatione martyris ſicut confeſſoꝛis quantum eſt ad inquiſitionem cauſe. cum eum martirē non faciat pena ſed cauſa ſecundum aug. quando aliquis denunciatur pape canonizandus ꝓ martire cauſam quare paſſus eſt debet diligenter inquirere: ⁊ non ſolum cauſam patiendi: verū etiam modum paſſionis quia multi heretici paſſi ſūt ⁊ patiūtur pro xp̄o: qui doctrine eius ⁊ preceptis eius aduerſantur. De quibus dicit apoſtolus ad Ro. x. zelum quidē dei habent: ſꝫ nō ſecundum ſcientiam. ſup quo verbo dicit glo: ꝙ ſtultū eſt dñm legis venerari in legem eius ⁊ doctrinam perſequi ⁊ falſificare. Modus ergo patiendi ⁊ cauſa paſſionis diligenter eſt inquirenda: niſi adeo eſſet nota ꝙ non poſſꝫ tergiuerſatione celari. Sed ſecundo modo dicendum eſt ꝙ non: quia cauſa martirij finaliter et terminatiue eſt defenſio ⁊ confeſſio veritatis fidei chꝛiſtiane et earum que annectuntur fidei dei. Et dico que annectuntur. qꝛ ſecundū aug⁹. Iohannes baptiſta martyꝛ xp̄i fuit non ꝙ cogeretur negare xp̄m vel fidem xp̄i directe. ſed cogebatur negare veritatem ⁊ iuſticiam. Volebat enim herodes vt diceret. Licet tibi habere vxoꝛem fratris tui. Et quia ꝓ tali veritate paſſus eſt martyꝛ xp̄i factus eſt. Talis ergo cauſa debet eſſe motiua canonizatiōis illius qui debet ꝓ martyꝛe venerari. qua exiſtēte abſq; alia diſcuſſione dꝫ ꝓ martyꝛe venerari ⁊ canonizari

¶ Ad pꝛimum ergo eſt dicendum ꝙ licet martyrium ſit cōmune bonis ⁊ malis. cauſa tamen martyꝛij non eſt cōmunis omnibus. Nam cōfeſſio fidei xp̄iane ⁊ moꝛi ꝓ defenſione veritatis fidei quod eſt cauſa martyꝛij extrinſeca finaliter terminatiue non eſt cōmune omnibus. ſimiliter caritas que eſt cauſa martyꝛij meritoꝛia intrinſeca efficienter imperatiue. quia ipſa imperat opus martyꝛij meritoꝛie nō eſt omnibus cōmunis. Dicit enim Auguſtinus ⁊ ponitur. i. q. i. Vide quantū bonum eſt caritas ſi ita martyꝛium fecerimus vt noſtras videmus ab hominibus reliquias venerari ⁊ ſi opinionē vulgi ſectantes intrepidi ſanguinem fuderimus ⁊ ſubſtantiam noſtram vſq; ad mendicitatem ꝓpriam dederimus huic operi non tam premiū ꝙ̄ pena debet. ⁊ perfidie magis toꝛmenta ſunt ꝙ̄ coꝛona victoꝛie.

¶ Ad ſecundum eſt dicendū ꝙ plus eſt inquirere per cauſam ꝙ̄ per ſigna. Quis ergo miracula ſint ſigna atteſtationis ſanctitatis. non tamē ſunt per ſe cauſa cum poſſit cōuenire malis miracula facere. vt ſupra dictum eſt. Sed pati ꝓ xp̄o ⁊ ꝓ confeſſione fidei eſt per ſe cauſa ſanctitatis. Unde iſta exiſtente abſq; omni ſigno miraculoſo debet aliquis ꝓ martyꝛe canonizari.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ nullū opus miſericoꝛdie ſic requiritur ad habendum vitā eternam. ſicut baptiſmus cum ſcriptum ſit. Io. iij Niſi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpiritu ſancto non intrabit in regnum celoꝝ. ⁊ tamē ſi aliquis non baptiſatus interficiatur nolens xp̄m negare tanꝙ̄ verus martyꝛ venerandus eſt. dicit enim Auguſtinus in epi. ad Seleucianam Quoſcunq; legimus in coꝛpoꝛe xp̄i quod eſt eccleſia pertinere ad regnum celorum non niſi baptiſatos intelligere debem⁹. niſi foꝛte quos anguſtia paſſionis inuenit. ⁊ volentes xp̄m negare anteꝙ̄ baptiſarentur occiſi ſunt. quibus ipſa paſſio ꝓ baptiſmo deputata eſt.

Ad quartum ſic pꝛoceditur. Videtur. n. ꝙ papa poſſit aliquem canoniſare ad oꝛdinem apoſtoloꝝ ſicut martyꝛū vel confeſſoꝛū. quia Barnabas apoſtolus nō fuit. ⁊ tamen ad oꝛdinem apoſtoloꝝ per eccleſiam eſt canonizatus. ⁊ officium apoſtoli ꝓ ipſo cantatur

¶ Pꝛeterea apoſtoli ſm̄ ꝙ dicit maximus in quodam ſermone latine dicuntur miſſi. ſed omnes doctoꝛes ⁊ pꝛedicatoꝛes euangelij mittūtur. Iuxta illud ad Roma. x. Quomodo pꝛedicabunt niſi mittantur. ergo omnes tales ad oꝛdinem apoſtoloꝝ poſſunt canonizari.

¶ Pꝛeterea omnes apoſtoli fuerunt ep̄i. ergo omnes ep̄i qui canonizantur poſſunt in oꝛdine apoſtoloꝝ numerari.

¶ In contrarium eſt. quia poſitiuus ⁊ comparatiuus non debent numerari cum ſuperlatiuo. ſed ſm̄ apoſtolum ad Ephe. i. Gratia xp̄i ſuperabundauit in eo ⁊ in omnibus apoſtolis in oī ſapientia ⁊ pꝛudentia.

¶ Rñō. Dicendum ꝙ aliqui ſancti admittunt ad oꝛdinem apoſtoloꝝ. ⁊ hoc dupliciter. Pꝛimo quantum ad dignitatis officium Secundo quantum ad ſanctitatis meritū Pꝛimo modo dicendū eſt ꝙ non. fuerunt enī apoſtoli quatuoꝛ dignitates immediate a xp̄o conſecuti. Pꝛimo quia in doctrina fuerūt immediate ab ipſo illuſtrati. nobis. n. reuelauit deus per ſuū ſpiritū. dicit apo. i. ad Coꝛin. ij. Et Petrus dixit in Act. Dedit eum de⁹ manifeſtum fieri non omni populo ſed teſtibus pꝛeoꝛdinatis a deo nobis qui manducamus ⁊ bibimus cum eo. Et ſaluatoꝛ dixit Io. xv. Vos autem dixi amicos. quia omnia quecunq; audiui a patre meo nota feci vobis. Secūdo fuerunt ad apoſtolatum immediate per ipſum vocati ⁊ apoſtoli appellati. ſicut patet Math. iiij Tertio fuerunt in certo numero per ipſum collocati. quia ſolum duodecim elegit quos apoſtolos nominauit. quoꝛum nomina per oꝛdinē ponuntur Math. iiij. Quarto fuerunt ꝑ ipſū ſuper totum oꝛbem iudices ⁊ pꝛincipes oꝛdinati. Quantum ergo ad iſtas quatuoꝛ dignitates nullus debet ad oꝛdinem ipſoꝝ canonizari. nec officium nec ſolennitas ꝓ eis debita ꝓ ipſo cantari

¶ Sed ſecundo modo dicendum eſt ꝙ ſic. dicit. n. Aug. ij. li. de vnico baptiſmo. ⁊ ponitur ij. q. vij. Puto ꝙ ſine omni contumelia Cyprianus ep̄s apoſtolo Petro comparatur. quantum attinet ad martyꝛij coꝛonam. Ceterum magis vereri debeo. ne in Petrum contumelioſus exiſtā. quia nullus ignoꝛat ꝙ apoſtolatus ⁊ pꝛincipatus Petri cuilibet epiſcopatui pꝛeferēdus eſt. ſed ſi diſtat cathedrarum gratia vna eſt tamen martyꝛum gloꝛia

¶ Ad pꝛimum ergo eſt dicendum ꝙ Barnabas fuit ſocius apoſtoloꝝ. potiſſime Pauli pꝛedicatione ⁊ vocatione. Pꝛedicatiōe quidē. dicitur. n. ad Galla. i. Iacobus ⁊ Cephas ⁊ Iohannes. qui videbantur columne eſſe. dexteras dederunt mihi ⁊ Barnabe ſocietatis. vt nos inter gentes ipſi autem in circuciſione. vocatione quidem. quia non vocatione humana ſed diuina datus eſt Paulo in ſocium apoſtolatus. Unde ſcribitur Act. xiij. ꝙ miniſtrantib⁹ apoſtolis domino ⁊ ieiunantibus dixit ſpirit⁹ ſanctus. Segregate mihi Barnabam ⁊ Paulum in opus ad quod aſſumpſi eos. Propter hanc ergo ſocietatem diuino glutino copulatā impēdit ſibi eccleſia honoꝛem quē tribuit alijs apoſtolis.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ illi mittūtur ad pꝛedicandum cōmuniter a deo quos mittit vnitas ⁊ cōmunitas eccleſie. Sed apoſtoli ſic fuerunt miſſi immediate a deo. ꝙ fuerunt eccleſie ⁊ ciuitatis dei fundamētum. Iuxta illud apoſtoli ad Ephe. ij: Eſtis ciues ſanctoꝝ ſuꝑ edificati ſuper fundamentum apoſtoloꝝ et ꝓphetarum.

¶ Ad tertium eſt dicendū. ꝙ licet apoſtoli fuerint ep̄i. fuerunt tamen imediate vicarij xp̄i ⁊ expoſitoꝛes ⁊ teſtificatoꝛes doctrine eius. Unde apoſtolus ad Ephe. iiij. diſtinguit apoſtolos ab alijs epiſcopis ⁊ pꝛelatis. quos doctoꝛes ⁊ paſtoꝛes vocat dicens. ꝙ ipſe xp̄s dedit quoſdam apoſtolos. quoſdam autē ꝓphetas. alios vero euangeliſtas. Alios vero doctoꝛes ⁊ paſtoꝛes ad conſūmationem ſanctoꝝ.

## Queſtio. XVII. de ſanctis canoniſandis.

Deinde conſiderādum eſt de ſanctis canonizandis. Circa quod queruntur ſex

¶ Pꝛimo vtrum papa debeat canonizare omnes quos cōſtat eccleſie eſſe in vita eterna.

¶ Secundo vtrū papa debeat canonizare patres veteris teſtamenti.

¶ Tertio vtrum pꝛeter pape infoꝛmationem coꝛpus vnius ſancti venerari in pluribus eccleſijs ſit peccatum

¶ Quarto vtrum omnes canonizati per papam ſint in vita eterna

¶ Quinto vtrum ſine auctoꝛitate pape poſſint ſanctoꝛum reliquie furtiue ſubtrahi de loco vbi ſunt.

¶ Sexto vtrum ſine auctoꝛitate pape poſſint reliquie ſanctoꝛum emptioni ⁊ venditioni exponi.

Ad pꝛimum ergo ſic pꝛoceditur. Videtur enim ꝙ papa debeat canonizare omnes quos conſtat eccleſie eſſe in vita eterna. quia illi ſunt pro ſanctis venerandi

quorū orationibus iuuamur. ſed omnes qui ſunt in vita eterna cū ſint in caritate ꝓ nobis orant. ergo omnes tales ſunt canonizandi.

¶ Preterea papa debet voluntatem ſuam cōformare voluntati diuine. ſed deus omnes exiſtentes in vita eterna honorat pro ſanctis. Ergo omnes tales papa debet pro ſanctis venerari.

¶ Preterea maius eſt ſcribi in libro vite eccleſie triumphalis. ꝙ ſcribi in cathologo ſanctorum eccleſie militantis. Sed omnes qui ſunt in vita eterna ſcripti ſunt in libro vite eccleſie triūphalis. Iuxta illud Luc. x. Nomina veſtra ſcripta ſunt in libro vite. ergo omnes tales canonizandi ſunt ⁊ ſcribendi in cathologo ſanctorū.

¶ In contrarium eſt. quia omnes pueros baptiſatos ſtatim decedentes conſtat eccleſie volare ad vitam eternam. ergo omnes tales papa teneretur canonizare ꝓ ſanctis.

¶ R. Dicendum ꝙ papa eſt caput totius eccleſie. Iuxta illud ad Ephe. i. Ipſū dedit caput ſuper omnem eccleſiam. que eſt corpus eius. Illos ergo debet canonizari ⁊ venerari ꝓ ſanctis quorum vita ⁊ doctrina eccleſia fuit ꝓmota ⁊ moribus ⁊ exemplis informata dum viuerent. Unde dicitur Eccle. xliv. Laudem⁹ viros glorioſos in generationibus ſuis. ⁊ poſt mortem fuit eorum orationibus beneficia ⁊ vtilitates conſecuta in languidorū curatione mortuorum ſuſcitatione. ⁊ aliorum miraculorum coruſcatione. Unde de Paulo dicitur Act. xix. ꝙ poſito ſudorio ſuo ſuper languidos ſtatim curabantur. ꝓpter quod iſta duo cantat eccleſia ⁊ confitetur in laude cuiuſlibet confeſſoris. nā quantum ad primum dicit. Qui pius prudēs humilis pudicus ſobrius caſtus fuit ⁊ quiet⁹ vita. dum preſens vegetauit eius corporis artus. Quantum vero ad ſecundum ſtatim ſubdit. Ad ſacrum cuius tumulum frequenter ⁊c.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ eccleſia cōmendat ſe orationibus omnium illorū qui ſūt in vita eterna: Illorum tamen dumtaxat feſtiuitatem ſolennizat ⁊ canonizat quorū doctrina moribus ⁊ exemplis fuit informata. ⁊ quorum beneficia fuit conſecuta eorum miraculis coruſcantibus.

¶ Ad ſecundum eſt dicēdum ꝙ deus omnes qui ſūt in vita eterna honore eſſentiali vult honorare. quia omnes ſue fruitionis ⁊ viſiōis facit participes. in quo cōſiſtit eſſentialis honor ſanctorum. Sed honore accidentali qui conſiſtit in laudibus ⁊ venerationibus hominum non omnes honorat. ſed ſolum illos quorum ſanctitatem a fidelibus eccleſie imitandam exponit per miraculorum atteſtationem.

¶ Ad tertiū eſt dicendū ꝙ aliqui ſunt ſcripti ſolū in libro vite eccleſie triumphalis per determinatiuā dei ſententiā. ⁊ ſic ſcripti ſunt omnes predeſtinati. Aliqui vero ſūt ſcripti in libro vite per preſentem iuſticiam. ⁊ ſic ſcribuntur illi per quorum opera documenta ⁊ exempla eccleſia iuuatur informatur ⁊ promouetur. de quibus dicit apoſtolus ad Philip. iiij. Adiuua illos qui mecum laborauerunt iin euangelio cum Clemente ⁊ ceteris coadiutoribus meis: quorum nomina ſcripta ſunt in libro vite. ⁊ tales eccleſia canonizat ⁊ ſolennizat.

Ad ſecundum ſic proceditur. Uidetur enim ꝙ papa debeat canonizare patres veteris teſtamenti. q̄ illos papa tenetur canonizare ꝓ ſanctis quorum doctrina vita ⁊ exemplum ꝓponitur toti eccleſie imitandum. Sed tales ſunt ꝓphete ⁊ patriarche Scribitur enim Ia. v. Exemplum accipite fratres. exitus mali ⁊ longanimitatis laboris et patientie prophetarum ⁊ qui locuti ſunt in nomine domini. ecce beatificamus eos qui ſuſtinuerunt.

¶ Preterea illos eccleſia debet ꝓ ſanctis venerari. quos ſacra ſcriptura ſanctos appellat. ſed de Thobia ſcribitur Thobie. iiij. ꝙ ideo illam temptationem deus permiſit ſibi euenire. vt daretur poſteris exemplum patientie. ſicut ⁊ ſancti Iob.

¶ Preterea eccleſia illos pro ſāctis debet venerari quos elegit oratores ⁊ rogatores ꝓ ipſa apud deum. ſed ſcribitur. ij. Macha. vlti. Hic eſt fratrum amator ⁊ populi iſrael. Hic eſt qui multum orat ꝓ populo ⁊ vniuerſa ſancta ciuitate hieruſalē Hieremias ꝓpheta. tales ergo ſunt per eccleſiam canonizandi.

¶ In contrarium eſt. quia cauſa ſemper precedit ſuum effectum ⁊ non ſequitur. Sed cauſa ⁊ fundamentum omnium ſanctorum fuit xp̄s. ipſe enim fuit ſanctus ſanctorum. Ut ſcribitur Danielis. ix. Nullus ergo debet ꝓ ſancto canonizari qui fuit ante xp̄i natiuitatem.

¶ R. Dicendum ꝙ canonizatio ſanctorum requirit tempus plenitudinis gratie. gratia autē veritas per ieſum xp̄m facta eſt. vt ſcribitur Iohannis. i. Sancti autem patres veteris teſtamenti quantumcunq̄ ſanctitate pollerent. nō fuerunt in tempore plenitudinis gratie. immo talis plenitudo gratie in lege illa quaſi tenebatur īcluſa figuratiue ⁊ enigmatice. Iuxta illud i. ad Corinth. x. Omnia in figura contingebant illis nec preſentialiter intuebantur eam: Sed ſicut dicit apoſtolus ad Hebre. xi. Oēs defuncti ſunt non acceptis repromiſſionibus. ſed a longe eas aſpicientes ⁊ ſalutantes ⁊ cōfitentes. quia peregrini ⁊ hoſpites ſunt ſuper terram.

¶ Eſt ſimiliter alia ratio quare eccleſia ſanctitatem illorum non ſolennizat. quia quantumcunq̄ perſonaliter eſſent ſancti. claritas tamen diuine viſionis eius fuit clauſa nondum ſoluto precio humane nature per mortem xp̄i in cuius figura dicit apoſtolus ad Hebre. xi. ꝙ in ſecundo tabernaculo ſolus pontifex ſemel in anno non ſine ſanguine introibat hoc ſignificāte ſpiritu ſancto nondum ꝓpalatam eſſe ſanctorum viam. Etiam per hoc patet reſpōſio ad rationes in contrarium. quia eccleſia patres veteris teſtamenti ſanctos appellat. ⁊ eorum ſanctitatem exemplariter ꝓponit ſuis filijs imitandam. necnon eorum orationibus ſe cōmendat eorum tamen ſanctitatem nō ſolennizat vel canonizat. ꝓpter rationes dictas. Unī dicit augu. in libro de ſymbolo. pertractans illud verbū Domum tuam decet ſanctitudo domine. quia nullius ſanctitatem eccleſia ſolennizat priuſq̄ domus ſanctitatis fundaretur. Et ideo in tempore plenitudinis gratie prius ſanctitatem virginis Marie ⁊ Iohannis baptiſte eccleſia ſolennizat ꝙ alicuius alterius. quia illa ſanctū ſanctorum generauit. ⁊ ille digito demonſtrauit ⁊ baptiſauit.

Ad tertium ſic proceditur. videtur enī ꝙ preter pape informationē corpus alicuius ſancti venerari in pluribus eccleſijs non ſit peccatum. quia in illo corpore aliquis debet pro ſancto venerari in quo xp̄i fidelibus beneficium impartitur. Sed legitur in legenda ſancte Agathe ꝙ beatus Petrus ſibi corporaliter apparuit ⁊ curauit eam a tortura mamillarum ſuarum. ergo ibi ⁊ Rome poteſt eius corpus. ſ. ſancti Petri in ciuitate Cathanenſi venerari. non obſtante informatione eccleſie. que aſſerit Rome ⁊ non alibi.

¶ Preterea ſancti nobis beneficia impetrāt eorum orationibus. ſed ſolum anime eorū cū ſint a corporibus ſeparate pro nobis orāt. veneratio ergo corporum ſanctorum cum ſint inanimata nihil facit ad hoc vbicunq̄ credant eſſe.

¶ Preterea ſi corpus alicuius ſācti debet venerari ſolum in vno loco. ergo ſolum ibi ad tumulum eius deberent miracula fieri. ſed hoc eſt falſū. Dicit. n. Augu. xxij. de ciui. dei. ꝙ ſi miracula ſanitatum. vt alia taceam. ea tantūmodo velim ſcribere que per glorioſum martyrē Stephanū facta ſūt in Colonia calamenſi ⁊ in nr̄a Hypponenſi ciuitate. ꝙuis ſolū ante biennū apud nos ceperit eius eſſe memoria. plurimi libri conficiendi eſſent. nec tamen omnia colligi poſſent. ſed tantum de quibus libelli dati ſūt que recitātur in populis. quia libellorum dandorum de miraculis factis apud nos conſuetudo non eſt nūq̄ fuit. ſed nunc incipit eſſe.

¶ In contrarium eſt. quia ſpiritus ſanctus fictionem non patitur in eccleſia. ſed fictio eſt venerari corpus ſancti vbi non eſt. ergo ſine peccato eſſe non poteſt.

¶ R. Dicendum ꝙ dubitatio ⁊ incertitudo cōſurgit in eccleſia de corporibus ſanctorum. ⁊ maxime ſanctorum eccleſie primitiue. quorum corpora fideles propter rabiem tyrannorum non poterant publice ſepelire. fide autem xp̄iana iā per orbem diffuſa ⁊ perſecutoribus ⁊ tyrānis eccleſie iam demerſis vel conuerſis. ſanctorum corpora de locis in quibus erant indecenter ſepulta per fideles ad loca honorifica ⁊ decētia trāſlata ſūt. In dubijs aūt que ſūt in religione xp̄iana talis modus ſeruandus eſt ſcdm Augu. in de vera reli. quia vera ſemper tenenda ſunt ⁊ falſa reſpuenda. dubia vero abſq̄ peccato credi poſſunt donec aut reſpuenda eſſe vel ratio doceat aut ſācte matris eccleſie perſuadeat auctoritas. ¶ Si ergo eccleſia que minime errare poteſt ⁊ potiſſime romana que nullis hereſib⁹ vnꝙ̄ ſuccubuit. vt ſcribitur. xxiiij. q. i. Nullā informationem habet de reſidentia corporis alicuius ſancti. puto ꝙ ſine peccato pie venerari poteſt a fidelibus vbicunq̄ credatur ꝓbabiliter eſſe. Sed ſi libris vel legendis tradat eccleſia fidelibus corpus ſancti venerari in aliqua eccleſia temerarium eſſet nec poſſet ſine peccato alibi venerari. potiſſime quādo per aliquos aſſereretur pertinaciter ibi eſſe vbi eccleſia contrariam informationē tradit fidelibus. q̄ vt dicitur. xxiiij. q. i. rogamus. aliud ꝙ̄ eccleſia Romana doceat neq̄ ſentire neq̄ velle alicui permittitur.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ ſancti nō ſemper apparent in corporibus proprijs. ſed vel de aere vel de ſubtiliſſimis elementis formatis ſicut angeli non apparent in corporib⁹ proprijs quibus carent cum videntur. dato tū ꝙ in corporibus proprijs apparerēt. poſſent ea deponere in locis vnde recepta ſunt deo faciente ⁊ iubente.

¶ Ad ſecundū eſt dicendum ꝙ ſancti viuentes meruerunt vt pro nobis orarent ⁊ nobis beneficia impetrarent. ⁊ ideo illis nominibus inuocamus quibus dum viuerent per nos inuocabantur. quia dicimus. ſancte Petre ora ꝓ no/

bis. Et eorū corpora veneramur. quia fuerūt inſtrumenta quibus dum viuerēt meruerūt eis ꝛ nobis.

Ad tertium eſt dicendum ꝙ deus principaliter facit miracula inſtrumentaliter tamen facit miracula mediante ſanctorum oratione. quandoqꝫ manifeſta ſicut ſcribitur Act. ix. ꝙ Petrus precedente oratione Tabitam mortuam ſuſcitauit. quandoqꝫ ſolo interiori nutu ſicut petrus ananiam ꝛ ſaphyram morti increpando tradidit. quandoqꝫ autem mediante exteriori voce. ſicut ſcribitur Joſue. x. ꝙ obediēte deo voce hominis ſtetit ſol ꝯtra Gabanitas. Et quādoqꝫ mediante contactu corporum ipſorum ſanctorum. Scribitur enim. iiij. Regum. xiij. ꝙ quidam proiecerunt cadauer mortui in ſepulcrum Helyſei ꝛ ſtatim cum tetigit oſſa Helyſei reuixit homo ꝛ ſtetit ſuper pedes ſuos. non tantū creatur diuina virtus quin ſine tali tactu corporis ſancti poſſint miracula facere.

Ad quartum ſic proceditur. Videtur. n. ꝙ omnes canonizati per papam ſint in vita eterna. quia eccleſia nō poteſt errare. Sed eccleſia veneratur pro ſanctis omnes quos canonizat. ergo omnes ſunt in vita eterna aliter ſancti non eſſent.

Preterea ſanctis orantibus miracula fiunt vt dicit Aug. xxij. de ciui. dei. Sed mali ꝛ peccatores non exaudiuntur apud deum. Dicitur enim Johan. ix. Scimus quia peccatores deus non exaudit. Neceſſario ergo canonizati ſunt in vita eterna.

Preterea ſi ꝑ miracula ꝛ alia ſigna nō poſſemus ſcire canonizatos pro ſanctis eſſe in vita eterna. pari ratiōe apoſtolos ꝛ martyres nō poſſemus ſcire eſſe in vita eterna. quod eſt abſurdum.

In contrarium eſt. illa vulgata auctoritas Gregorij. Multorum corpora venerantur in terris quorum anime cruciantur in tormentis.

R. Dicendum ꝙ nullus admittitur ad vitam eternā ſine caritate. Juxta illud Aug. xv de trini. niſi alicui tantum donū impartiatur ſpiritus ſanctus vt eū dei ꝛ ꝓximi faciat amatorem. a ſiniſtra non transfertur ad dexteram. ſed caritatem habere nullus ſcit per certitudinē cauſe. cum caſualiter ipſam dare immediate effectiue pertineat ad ipſam dei voluntatem. de qua certitudine ſcriptum eſt Eccleſiaſtes. viij. Nullus ſcit an amore vel odio dignus ſit. Et apoſtolus dicebat. i. ad Corinth. iiij. Nihil mihi cōſcius ſum. ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Signa autem per que ſāctitas aliquorum poteſt eccleſie pateſieri ſunt cōmunia bonis ꝛ malis. Ideo per certitudinem cauſe non poteſt eccleſia ſcire omnes quos pro ſanctis canonizat ꝛ ſolennizat eſſe in vita eterna. propter quod dicit Aug. ꝛ ponitur. i. q. i. Si ſine caritate martyrium recipiatur ꝛ corpora eorum ab hominibus venerantur. perfidie magis ſūt talia ꝙ corona victorie: ꝛ tali operi magis pena ꝙ premium debetur.

Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ aliter iudicat deus ꝛ aliter homo. quia deus iudicat iudicio interiori habens pro teſte ipſaꝫ hominis conſcientiam. Juxta illud ad Roma. xij. Teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum ꝛ inter ſe inuicem cogitationum accuſantiū aut defendentium. Ideo deus in ſuo iudicio non fallit neqꝫ fallitur. Sed homo iudicat iudicio exteriori. habens pro teſte operum exteriorum euidentiam. ideo poteſt falli ꝛ fallere. Eccleſia ergo non errat canonizando aliquos ſanctos quia non canonizat eos eſſe ſāctos iudicio diuino ſm determinatam ſententiam. ſed iudicio humano ſm preſentem iuſticiam. ſm quem modum ſancti ſunt hominum reputatiōe ꝛ veneratione.

Ad ſecundum eſt dicendum. ꝙ mali ꝛ peccatores poſſunt impetrare per eorum oratione miracula fieri nec tamen ipſi inquantum peccatores ſunt miracula faciūt. ſed magis ipſe xp̄s quem inuocant. vel ipſi ſancti quorum ſuffragia poſtulant. Quia ſm Auguſtinum illud dictum Johannis. ix. Scimus quia peccatores deus non audit. non ſit ratum. quia fuit dictū illius ceci nondum illuminati a xp̄o. Peccatores enim petentes aliqua ex cordis pietate bene exaudiuntur a deo. Exaudiuit enim deus illum publicanum quando dixit. Deus propicius eſto mihi peccatori quia iuſtificatus in domum ſuam deſcendit. Et quando petunt aliqua ex diuine voluntatis conformitate. Quia peccatores petentes conformia voluntati diuine exaudiuntur.

Ad tertium eſt dicendum ꝙ de apoſtolis ꝛ de multis alijs ſanctis alia ratio reformat pactum cum de eorum ſaluatione manifeſta reuelatio in ſacra ſcriptura habeatur. Ipſe enim ſaluator apoſtolos predicit ſecum iudices iudicaturos omnes gentes. ꝛ ſeſſuros ſuper ſedes duodecim. ꝛ nomina eorum ſcripta eſſe in celis. Petrus ſimiliter dicit prima in canonica ſua. Scio ꝙ velox eſt depoſitio tabernaculi mei. ſm quod dominus reuelauit mihi. Et Paulus ait. Scio cui credidi ꝛ certus ſum quia potens eſt depoſitum meum ſeruare in illum diem.

Multos etiaꝫ ſanctos ꝛ ſāctas veneramur in eccleſia quos conſtat in vita eterna eſſe. diuina reuelatione facta. aut ipſis ſāctis apparētibus. aut angelis predicentibus.

Ad quintum ſic proceditur. Videtur enim ꝙ ſine auctoritate Pape corpora ſanctorum poſſint ſubtrahi ſine peccato de loco vbi ſunt. qꝛ ſancta ꝛ ſacrata virtute diuina humana iniuria violari non poſſunt. Sed corpora ſanctorum diuina virtute ſacrata ſūt. Ergo nulla virtute poſſunt violari. ꝛ per conſequens ſine peccato ſacrilegij poſſunt ſubtrahi ꝛ aſportari.

Preterea corpora ſanctorum quandoqꝫ indecenter ſepulta ſunt. Quia forte in terris infidelium recondita ſunt. licet ergo in tali caſu ſine peccato ſacrilegij ipſa ſubtrahere ꝛ aſportare.

Preterea. quod fit cauſa deuotionis non videtur eſſe ſacrilegij peccatum. Sed talis ſubtractio corporum ꝛ reliquiarum ſanctorū quandoqꝫ fit deuotionis cauſa. Ergo non incurritur peccatum ſacrilegij.

In cōtrarium eſt. quia maior iniuria fit corporibus ſāctorum ſubtrahere ipſa de loco vbi ſepulture tradita ſunt ꝙ Pape ſi diſputetur de iudicio ſuo. vel principi ſi diſputetur de poteſtate eius. Sed vtroqꝫ modo incurritur peccatum ſacrilegij. vt ſcribitur. xvij. q. iiij. c. ſi quis.

R. Dicendum ꝙ corpora ſanctorum canonizata ſunt ꝛ ſacrata per papam qui eſt caput eccleſie. ymmo ex contactu corporum ꝛ reliquiarum ſanctorum altaria conſecrantur. ſcribitur enī de conſe. di. i. Euertantur altaria que ſine ſanctorum reliquijs eriguntur. Nam abſqꝫ iniuria corporum ſanctorum ꝛ ipſius pape fieri non poteſt talis furtiua ſubtractio. propter quod vtroqꝫ modo ſacrilegium incurritur. Nā peccatum ſacrilegij committitur auferendo ſacrum de ſacro. vel non ſacrum de ſacro. ſiue ſacrum de non ſacro. vt dicitur. xvij. q. iiij. ſi quis. Caput eccleſie ſimiliter leditur. quia eius preceptum contemnitur. Scribitur enim de conſe. di. i. Corpora ſanctorum de loco ad locum nullus tranſferre preſumat ſine conſilio principis id eſt pape vel epiſcoporum ſanctequ ſynodalis licentia.

Ad primum ergo eſt dicendum. ꝙ ille qui irreuerenter pertractat res ſacras quis non nocet ipſis rebus ſacratis. quia irreuerentia nō eſt in recipiente ſed in faciente. quemadmoduꝫ ſm Philoſophum. i. Ethy. reuerentia vel honor non eſt in honorato. ſed in honorante. nocet tamen facienti. quia ipſe quantum eſt in ſe rem ſacram violat. licet illa non violetur.

Ad ſecundum dicitur ꝙ ſicut ſcribitur de cōſecra. diſtin. i. tribus ex cauſis loca ſanctorum tranſmutanda ſunt

Primo cum neceſſitas perſecutorum loca eorum grauauerint. Sunt enim infideles indigni poſſeſſores ſanctorum corporum. vnde licite poſſunt de terris eorum deportari ꝛ ipſa de eorum dominio ſubtrahere.

Secunda cum difficultas locorum fuerit.

Tertia cum malorum ſocietate grauentur.

Ad tertium eſt dicendum ꝙ deuotio facienda eſt ſine iniuria alterius. Talis autem furtiua ſubtractio reliquiarum ſanctorum non poteſt fieri ſine iniuria pape cuius auctoritate debet fieri. Nec ſine iniuria ſanctorum. qꝛ ex quo corpus ſacrum traditum eſt perpetue ſepulture ſine eius iniuria inde transferri non poteſt. Si vero perpetue ſepulture traditum non eſt. tunc abſqꝫ alicuius licentia ad locum alium transferri poteſt vbicunqꝫ maiori reuerentia transferentium poſſit venerari.

Ad ſextum ſic proceditur. Videtur enim ꝙ ſine auctoritate pape corpora vel reliquie ſanctorū poſſunt emptioni vel venditioni exponi. quia magis eſt quid ſpirituale ſacramentū eucharistie ꝙ corpus vel reliquie ſanctorum. ſed pro miſſis canendis in quibus ſacramentum eucharistie conficitur multi accipiunt pecuniā. Ergo multo fortius reliquie ſanctorum poſſūt emptioni vel venditioni exponi.

Preterea abſolutio ab excōmunicatiōe eſt quid ſpirituale magis ꝙ reliquie ſanctorum cū pertineat ad ſacramentum penitentie. ſed multi pro tali abſolutione pecuniam accipiunt eodem ergo modo de reliquijs ſanctorum poteſt pecunia accipi.

Preterea vaſa eccleſiaſtica ſpūalibus ſunt coniuncta. ꝛ tamen licet ea vendere ꝓ redemptione captiuorum. vt dicit Ambro.

¶ In contrarium eſt Innocen. extra de reli. ⁊ venera. ſanc.

¶ R. Dicendum eſt ꝙ ſymonia eſt ſtudioſa voluntas emendi vel vendendi aliquid ſpirituale vel ſpūali annexum.

¶ Poteſt autem annecti rei ſpirituali aliquid dupliciter.

¶ Primo cauſaliter. ⁊ ſic beneficium eccleſiaſticum annectitur clericali officio: quod eſt ſpirituale. Non. n. cōpetit habere beneficium niſi habenti ſpirituale officium. Unde ſymonia eſt eccleſiaſticum beneficium vendere. quia ſicut non poteſt dari effectus ſine cauſa ita non pōt vendi eccleſiaſticum beneficium ſine ſpūali officio quod eſt cauſa eius.

¶ Secundo poteſt annecti rei ſpūali aliquod inſtrumentaliter. ⁊ ſic corpus annectitur anime mediante quo anima ſancti viri in vita operatur opera virtuoſa ⁊ ſpūalia. ⁊ in morte ipſa orante ⁊ impetrante diuina virtute ad cōtactum ⁊ reuerentiam eius miracula fiūt. Unde ſicut corpus non viuit ſine anima nec anima ſine corpore corporaliter viuit. ſic reliquie ſanctorum abſqꝫ re ſpūali cui annectuntur nec vendi nec emi poſſunt. ſcribitur. ii. i. q. iij. ſi quis abiecerit. Quiſquis horum alterum vendit ſine quo non alterum prouenit neutrum inuenditum relinquit. puto ergo ꝙ abſqꝫ peccato ſymonie reliquie ſanctorum nec vēdi nec emi poſſunt. Eſt ſimiliter hoc expreſſe contra decret. Inno. extra de reli. ⁊ vene. ſan. c. audiuimus.

¶ Ad primum ergo eſt dicendū ꝙ pecunia nō accipitur ꝓ miſſa tanꝙ ipſius miſſe vel conſecrationis euchariſtie precium. ſed tanꝙ ſue ſuſtentationis ſtipendium. Dicit eniꝫ apoſtolus i. ad Corinth. ix. Neſcitis quoniam qui in ſacrario operantur que de ſacrario ſunt edunt. ⁊ qui altari deſeruiunt cum altari participantur.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ pecunia nō accipitur ab illo qui abſoluitur ab excommunicatione tanquā ipſius abſolutionis preciuꝫ ſed ſicut culpe precedentis ꝓ qua excōmunicatus fuit pena ⁊ ſupplicium.

¶ Ad tertium dicitur ꝙ conſecratio vaſorum ſacrorum non poteſt vendi pro neceſſitate pauperum. materia tamen eorum vendi poteſt ſi p̄miſſa vaſa prius frangantur. quia poſt confractionem non ſunt ſacra vaſa ſed purum metallum. Unde ſi ex eadem materia ⁊ ſimilis vaſa reintegrarentur indigerent iterum conſecratiōe. Corpora autem ⁊ reliquie ſanctoruꝫ abſqꝫ deuotione ⁊ miraculorū operatione que ſunt quedam ſpiritualia que interdum fiunt ad eorum venerationem ⁊ ſāctitatis manifeſtationē vendi ⁊ emi nō poſſunt. vnde non eſt ſimilis ratio

# Queſtio. XVIII. de angelorū adminiſtratiōe

Poſtꝙ viſum eſt de ſanctorū canonizatione. Nunc videndum eſt de angelorū adminiſtratiōe. Circa quod queruntur quinqꝫ.

¶ Primo vtrum papa ſit maior angelo in iuriſdictione.

¶ Secundo vtrum papa ſit maior angelo in ſacramentorum adminiſtratione.

¶ Tertio vtrum papa ſit maior angelo in dominatione.

¶ Quarto vtrum Papa ſit maior angelo in cognitione.

¶ Quinto vtrum Papa ſit maior angelo in predicatione.

Ad primum ſic proceditur. Uidetur. n. ꝙ papa non ſit maior angelo in iuriſdictione. quia natura ſpiritualis habet iuriſdictionem ſuper naturam corporalem ex ſue nature conditione. ſed angelus eſt nature ſpūalis. habet ergo iuriſdictionem ſupra papam qui eſt nature corporalis.

¶ Preterea illius iuriſdictioni homo ſubijcitur cuius cure exponitur. ſed homo ſupponitur cure ipſius angeli. Scribitur. n. Act. xij. ꝙ pulſante Petro ad ianuam dicebāt qui intus ſtabāt non eſt ipſe ſed angelus eius. Super quo verbo dicit glo. ꝙ vnuſquiſqꝫ angeluꝫ habeat cuſ curam gerentem. ſcriptura teſtatur.

¶ Preterea ille eſt ſub iuriſdictione alterius a quo illuminatur ⁊ docetur. ſed homo docetur ⁊ illuminatur per angelum. Scribitur. n. Dan. ix. ꝙ angelus qui apparuit Danieli dixit ei. noli timere. quia vir deſideriorūꝫ es. ideo ego veni vt docerem te ⁊ indicarem tibi que ventura ſunt ⁊ intelligas viſionem.

¶ In contrarium eſt. qꝛ dicit apo. ad Hebre. ij. in pſona xp̄i cuius papa vicarius exiſtit. Nō enim angelis ſubiecit deus orbem terre futurū ei de quo loquitur.

¶ R. Dicendum ꝙ maior eſt iuriſdictio pape ꝙ cuiuſlibet angeli. Eſt. n. triplex regimen ſm̄ Philoſophum.

¶ Primum ethycum ⁊ morale

¶ Secundum eſt ſociale ⁊ paternale

¶ Tertium eſt pollyticum ⁊ regale.

¶ Primum reſpicit curaꝫ vniuſcuiuſqꝫ hominis in ſe per virtutum regulatiōem. Secundū reſpicit regimen domus ⁊ familie per paternalem monitionem. Sed tertium reſpicit regimē ꝓuinciarum ⁊ regnorum per penarum cōminationem. Primum regimen cōmiſſum eſt angelis. vt de hoc intelligatur dictum Hierony. ꝙ vna queqꝫ anima ab ortu natiuitatis hominis habet angelum ad ſui cuſtodiam ⁊ exercitium virtutum deputatum. Secundum vero cōmiſſum eſt archangelis quorum eſt familias ⁊ ciuitates dirigere ⁊ gubernare. Unde requiſitus Raphael archangelus a Thobia an ſciret viam eundi in ciuitatem Medorum. dixit ſe omnia itinera illius frequenter ambulaſſe. Sed tertium conuenit principibus quorū eſt prouincias ⁊ regna miro modo diſponere. vñ dixit angelus qui loquebatur Danieli. Princeps regni perſarum reſtitit mihi. xxi. diebus. Nulli ergo angelo cōmiſſum eſt iuriſdictio ⁊ cura totius orbis. ſed pape totius mundi iuriſdictio ⁊ cura cōmiſſa eſt non ſolum vt nomine mundi importetur terra. ſed etiam vt nomine mundi importatur celum. quia ſuper celum ⁊ terram iuriſdictionem accepit. Unde Criſo. in libello de laudibus Pauli prefert. Paulum cuilibet angelo in iuriſdictione. dicens ꝙ angelis quidem ſepe diuerſarum gentium cura cōmiſſa eſt. ſed nullus illorum ita populum ſibi creditum gubernauit vt Paulus vniuerſum gubernauit orbem. Nam Michaeli cōmiſſa ē gens iudeorum. Paulo vero terra maris atqꝫ vniuerſi orbis habitatio ipſumqꝫ deſertū. Si igitur iuriſdictio Pauli maior fuit iuriſdictiōe omnium angelorum multo fortius intelligendum eſt hoc de Petro cuius perſonaꝫ papa repreſentat. Unde idem Criſo. dicit ſuper Iob. ꝙ Iacobum localiter in loco determinat. Petrum autem totius orbis ordinat magiſtrum ⁊ doctorem. cui poteſtateꝫ dedit. non vt Moyſi in gente vna. ſed in vniuerſo orbe.

¶ Ad primū ergo eſt dicendum ꝙ licet ſm̄ gradum nature angelus ſuperior ſit hoīe ex ipſius nature conditione. diuina tamen auctoritate ⁊ cōmiſſione poteſt ad plura ſe extendere iuriſdictio hominis ꝙ angeli

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ angelo cuſtodienti cōmittitur cura cuſtodia ſingulariter. ſꝫ pape cōmittitur cura ⁊ cuſtodia omnium vniuerſaliter. ⁊ hoc non ſolum dum viuūt ſicut cōmittitur angelis. ſed etiam poſt mortem per cōmunicationem ſuffragiorum eccleſie.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ licet in doctrina ⁊ in his que ſe tenēt ex parte intellectus homo reducatur aliquando in deum per angelos. qꝛ apparitiones ⁊ illuminationes facte patribus veteris teſtamēti per angelos facte ſunt ſm̄ ꝙ dicit Augu. iij. de trini. tamen in caritate ⁊ in his que ſe tenent ex parte effectus homo reducitur immediate in deum per ipſummet principaliter effectiue ⁊ miniſterialiter per papaꝫ ⁊ alios miniſtros eccleſie. qui ſunt adminiſtratores ſacramentorum in quibus gratia confertur.

Ad ſecundum ſic proceditur. Uidetur enim ꝙ angelus ſit maior papa in ſacramentorum adminiſtratione. quia maioris efficacie ſunt angeli ꝙ mali miniſtri eccleſie. ſed mali miniſtri poſſunt ſacramenta adminiſtrare. ergo multo magis angeli.

¶ Preterea quanto miniſtri ſunt ꝓpinquiores agenti. tanto agens per eos immediatius agit. ſed deo qui eſt primum agens ſacramentorum ꝓpinquiores ſunt angeli ꝙ homines. ergo per eos immediatius agit

¶ Preterea homines inducuntur ad ſalutem mediantibus ſacramentis. ſed ſcribitur ad Hebreos. i. ꝙ omnes angeli ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi. propter eos qui hereditatem capiunt ſalutis

¶ In contrariū eſt. quia quod non poteſt malus angelus non poteſt bonus. Potiſſime in actione ſacramentali. cum ſacramenta non habeant efficaciam a bonis vel malis miniſtris. Sed angelus malus nō ꝑteſt. ergo nec bon⁹

¶ R. Dicendum ꝙ adminiſtratio ſacramentorum non eſt cōmiſſa angelis de lege cōmuni ex cōmiſſo officio. cuius rationem Criſoſt. aſſignat duplicem in libello de laudibus Pauli. quarum prima eſt vt nulluꝫ colorem excuſationis homo inuenire poſſit. ſic enim ait ibi. Cui⁹ autem rei gratia non angelis potius ꝙ hominibus cura predicationis ⁊ adminiſtrationis ſacramentorum cōmiſſa eſt. vt nullum excuſationis colorem de ſe inueniret anima negligēs dum tu ad diuerſitatem nature cōfugeres Secunda vt crederet eſſe poſſibile angelis homines poſſe copulari qñ vidit ꝙ ex terrena lingua mors fugatur. peccatum diſſoluitur. cecitatis tenebra illuminatur. ⁊ mirifica mutatione terra in celum cōuertitur. Sed ſi loquimur de ſingulari dei mandato. poſſet angelus bonus ſacramentū adminiſtrare. Unde ſi baptiſaret vel eccleſiam conſecraret ponitur cōmuniter ꝙ nō deberet itex baptiſari. nec itex eccl'a recōſecrari

¶ Et datur exemplum de eccleſia beati michaelis. dūmodo creditur eſſe angelus bonus. qꝛ ſi ſciretur eſſe angelus malus ⁊ baptiſaret rebaptiſandus eſſet. cum non poſſet eſtimare ipſuꝫ facere niſi intentiōe fallendi. puto tamē tutius eſſe ꝙ ſi per quoſcunqꝫ ſiue bonos ſiue malos

angelos ſacḿ baptiſmi. quod eſt ſacramentū neceſſitatis adminiſtraretur. reiterandum eſſet quia angelus ſathane tráſſigurare ſe poteſt in angelum lucis. ⁊ quia malicia vel bonitas miniſtri non facit adminiſtrationem ſacramenti. dūmodo ſeruetur forma eccleſie. ſed potius miniſtri idoneitas que non reperitur in angelis

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ mali miniſtri poſſunt accipi dupliciter.

¶ Primo priuatione poteſtatis ⁊ ſic excōmunicati preciſi ⁊ heretici ſunt mali miniſtri. quia priuati ſunt poteſtate adminiſtrationis ſacramentorum. a quibus ſi recipitur aliquod ſacramentum. peccatum incurritur niſi in neceſſitatis articulo.

¶ Secundo in priuatione ſanctitatis. ⁊ a talibus licite ſine peccato recipitur ſacramentum. In angelis autem bonis licet non ſit defectus adminiſtrationis ſacramentorum quantum ad ſanctitatem. tamen eſt defectus quátum ad poteſtatem.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ non ſoluȝ in miniſtris requiritur ꝓpinquitas reſpectu agētis. ſed magis conformitas reſpectu patientis cum actus actiuorum ſint in patiente prediſpoſito. que conformitas deficit in angelis reſpectu adminiſtrationis ſacramentorum.

¶ Ad tertium eſt dicendū ꝙ adminiſtratio angelorum de qua loquitur apoſtolus. non intelligitur de adminiſtratione ſacramentorum. ſed vel ſingulariter intelligitur de adminiſtratione xpi. vt glo. videt exponere. quia acceſſerunt angeli ⁊ miniſtrabant ei. vt ſcribitur Math. iiij. Uel vniuerſaliter de adminiſtratione noſtra: nos ab impugnationibus demonum ꝓhibēdo. ⁊ de ſupernis illuminando

Ad tertium ſic proceditur. Uidetur. n. ꝙ papa ſit maior angelo in dominatione. quia xp̄s cuius papa vicarius exiſtit minoratus eſt paulominus ab angelis. vt ſcribitur ad Hebre. ij.

¶ Preterea qui eſt ſuperior angelo maior eſt illo in dominatiōe. ſed angelus eſt ſuperior papa. eſt ergo maior illo.

¶ Preterea ſm Ambro. nomē dominij eſt nomen poteſtatis ⁊ nature. ſed angelus ſuperior eſt papa nature poteſtate. ergo maior illo.

¶ In contrarium eſt. quia minor non excōmunicat maioreȝ. ſed Paulus excōmunicauit angelum bonum vel malū quando dixit ad Gal. i. Sed licet nos aut āgelus de celo bonus vel malus. vt dicit glo. euangelizat vobis preterꝗ̄ euangelizamus vobis. anathema ſit

¶ Rñō. Dicēdum ꝙ ſicut ſm apo. ad Hebre. vij. abſq̧ vlla contradictione veruȝ eſt ꝙ minor a maiori benedicitur. ita abſq̧ vlla ꝯtradictiōe veruȝ eſt ꝙ minor a maiori maledicitur. loquēdo ſaltem de maledictione que eſt excōmunicatio ⁊ priuatio a cōmuniōe fideliū. ex quo ergo Paulus ⁊ multo fortius Petrus qui fuit caput eccleſie potuit angelum bonum vel maluȝ excōmunicare. recte concluditur ꝙ papa maior ſit angelo in dominatione. Sciendum eſt tamē ꝙ non eſt inconueniens aliquem eſſe ſimpliciter minorem alio in dominio ⁊ tamē in aliquo caſu eſſe maiorem illo.

¶ Duobus ergo modis papa poſſet angeluȝ excōmunicare. ⁊ ſic eſſet maior illo in dominio ꝗuis ſimpliciter eſſet minor.

¶ Primo ꝯditionaliter ꝓpter euāgelij firmā veritatē. Dicit. n. Augu. ꝙ ſic Paulus erat firmus ⁊ certus de veritate euangelica ſibi reuelata. vt ſi poſſibile fuiſſet angelum bonum cōtrarium aſſerere in tali caſu fuiſſet factus ſuperior eo. ⁊ eū excōmunicare potuiſſet. ſicut ſi papa qui eſt ſuperior in tota eccleſia laberetur in hereſim. quilibet catholicus in tali caſu efficeretur maior ipſo. ⁊ contra eū ſententiare poſſet

¶ Secundo miniſterialiter ꝓpter diuinam auctoritatem. licet enim inferior non poſſit agere in ſuperiorem virtute propria. poteſt tamē agere in ipſum virtute alterius. Quantūcūq̧ ergo Paulus vel Petrus fuiſſet inferior angelo virtute. tamen auctoritate dei poterat effici maior angelo bono vel malo. Unde ſuper illo verbo i. ad Corinth. v. Iam iudicaui euȝ qui ſic operatus eſt. tradendum eſſe ſathane ad interitum carnis. dicit glo. Paulum hanc poteſtatem a deo habuiſſe. vt quēcunq̧ videbat aliquem fidem catholicam euertentem ⁊ impugnantem. ſtatim ad preceptum eius angelus malus inuadebat ipſum ⁊ vexabat eum corporaliter.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ illa minoratio xpi intelligenda eſt quantum ad nature aſſumpte paſſibilitatem non quantum ad dominij poteſtatem.

¶ Ad ſecundum ⁊ tertium dicitur ꝙ angelus eſt ſuperior papa nature conditione diuine tñ poteſtatis adminiſtratiōe. ⁊ in caſu aliquo poteſt effici ſuperior ipſo. vt dictum eſt.

Ad quartum ſic proceditur. Uidetur. n ꝙ papa ſit minor angelo in cognitiōe quia intellectus hominis naſcitur nudus ſicut tabula raſa. vt ſcribitur. ij. de anima ſed intellectus angeli naſcitur plenus. ſcribitur enim. xi. ꝓpoſitione de cauſis ꝙ omnis intelligentia eſt plena formis. Minor eſt ergo papa quolibet angelo in cognitione.

¶ Preterea maximum ſecretorum dei eſt myſterium incarnationis. ſed hoc fuit nunciatum per angelum nature humane Luce. i. ergo in ſecretorum dei reuelatione minor eſt Papa angelo.

¶ Preterea hierarchie ſunt ordinate ſm Dionyſ. tali ordine. quia prima illuminat ſecundā ⁊ ſecunda tertiam. ⁊ tertia illuminat omnes homines. tali ergo ordine ſeruato oportet papaȝ ⁊ omnes homines illuminari per angelos

¶ In ꝯtrarium eſt qꝛ ſuper illo verbo Math. xvi. Beatus es ſimō bariona. quia caro ⁊ ſanguis non reuelauit tibi. ſed pater meus qui eſt in celis. dicit glo. Uere beatus. quia tale quid reuelatum eſt Petro cuius papa ſucceſſor exiſtit. quod nec angelus nec homo ſcire potuit.

¶ Rñō. Dicenduȝ ꝙ tam de myſterio incarnationis ꝗ̄ de myſterio paſſionis xpi accreuit alīqua cognitio per predicationem apoſtolorum quoruȝ caput fuit Petrus. cuius papa eſt ſucceſſor. Dicit enim Diony. ꝙ licet nō latuerit angelos incarnationis myſterium ꝙ fiendū eſſet quia ſciuerunt fiendum eſſe modū tamen fiēdi vtq̧ qualiter dei filius in vtero virginali eſſet cōcipiendus non plene cognouerūt. ⁊ dato ꝙ ſciuerint vel ſcire poſſent virginem nō eſſe corruptā cum videbant eam eſſe grauidam modus tamē concipiendi ⁊ grauidationis eius latuit tā angelos bonos ꝗ̄ malos. ſed predicātibus apoſtolis. multa cognouerunt circa tale myſterium que ante ignorabant. Unde ſuper illo verbo ad Ephe. iij. Mihi omnium ſanctorum minimo data eſt gratia hec in gentibus euangeliſare inueſtigabiles diuitias xpi. ⁊ illuminare omnes que ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi a ſeculis. vt innoteſcat principibus ⁊ poteſtatibus in celeſtibus. Dicit Hierony. āgelicas virtutes myſterium incarnationis ad plenuȝ non intelle xiſſe donec paſſio xpi per apoſtolos predicata fuiſſet. tūc enim innotuit ei ꝑ eccleſiam multiformis gratia dei.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ illa plenitudo forme tñ intelligenda eſt de cognitiōe naturali. ſm quam planum eſt homines angelis non equari. non aūt de cognitiōe gratuita que eſt immediate ꝑ dei reuelationem.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ tale ſecretuȝ nunciatum eſt humane nature per angelū quātum ad ſubſtantiam facti. ſed quātum ad multas circumſtantias edocti fuerunt ꝑ apoſtoloꝝ predicationem.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ non artatur ſpiritus ſanctus per ordinationem hierarchiarū. ꝙ non poſſit actus hierarchicos exercere, docere. illuminare. ⁊ perficere homines abſq̧ tali ordine. Planum eſt enim ꝗ̄ apoſtoli in multis immediate fuerunt edocti ab ipſo ſpiritu ſācto. Scribitur enim Act. i. ꝙ repleti ſūt omnes ſpiritu ſancto. Et Io. xiiij. cum venerit ille ſpiritus veritatis docebit vos omnem veritatem

Ad quintum ſic proceditur. videtur. n. ꝙ papa ſit minor angelo in premiatione. ¶ Quia ille plus premiatur qui plus honoratur a deo. ſed angelus plus honoratur a deo ꝗ̄ homo. quia vult homineȝ angelo reuerentiam exhiberi. non autem angeluȝ homini. Scribitur enim Geneſ. xviij. ꝙ cum angelus apparuit Abrahe cecidit pronus in terram dicens. Loquor ad dominum meum cum ſim puluis ⁊ cinis.

¶ Preterea in premiatiōe que conſiſtit in fruitione diuinitatis requiritur aſſimulatio ⁊ tranſformatio in deum. ſed talis tranſformatio magis reperitur in natura angelica ꝗ̄ humana. qꝛ deus ſpiritus eſt. Io. iiij. Et angeli ſpiritus ſunt Iuxta illud pſal. Qui facit angelos ſuos ſpiritus. maioris ergo beatitudinis eſt capax angelus ꝗ̄ homo.

¶ Preterea premium reſpondet merito. Sed angeli vberiores ſunt in lumine diuine gratie. ꝗ̄ homines. vnde ſemper apparent cum lumine quando videntur. vberiores ergo ſunt in premiatione.

¶ In contrariū eſt quia habetur ſuper illo verbo Math. xxij. Erunt ſicut angeli dei in celis. Dicit gl. ꝙ nō minores in premiatione ꝗ̄ ipſi

¶ Rñō. Dicēdum ꝙ cogimur ponere aliquos ſanctos eſſe maiores in premiatiōe quibuſdaȝ angelis. Nam ſuper iſto verbo Deutro. xxxi. poſuit terminos populorum iuxta numeruȝ filiorum iſrael. vel iuxta numerum angelorum dei. vt dicit alia tranſlatio expreſſe dicit Gregorius ꝙ ciuitas dei conſtat ex angelis ⁊ hominibus. ad quam tanti aſcendunt hominum quanti illic remanſerunt angelorum. quia textus dicit. Statuit numerum gentium ſm numerum angelorum dei. tot ergo erunt ſancti in ordine cherubin quot ibi angeli ſūt de tali ordine. ⁊ quot in ordine ſeraphin vel thronorum angeli continentur tot homines ſaluandi ⁊ premiandi ibi locabuntur equali premiatiōe cum ipſis. ⁊ qꝛ angeli ſuperioris hierarchie maiores ſunt in p̄miatione angelis ſecunde vel tertie ſequitur ꝙ aliqui ſancti maiores ſunt in premiatione quibuſdam angelis. ⁊ ſi aliqui ſancti aſcendūt in ſupremam hierarchiam angelorum rationabiliter credendum eſt de apoſtolis quoruȝ caput fuit Petrus cuius papa ſucceſſor exiſtit.

¶ Ad primũ ergo dicitur ꝙ anteꝙ natura humana aſſumpta eſſet a dei filio in vnitate perſone. natura angelica excedebat humanam naturam. maxime in tribus.

Primo in dignitate.
Secundo in dei familiaritate.
Tertio in gratie vbertate. ꝓpter que tolerabat ſe a natura humana adorari ꝛ reuerentiam exhiberi. Sed poſtmodum factum eſt aliud in natura humana quo in his trib⁹ ſuperior ipſa facta eſt. Unde deinceps non permiſit ſe amplius adorari. ſed dixit Johanni volenti adorare eum Apoc. xix. vide ne feceris conſeruus eiuſ tuus ſum. ꝛ fratrum tuorum.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ ꝗuis aſſimilatio ꝛ transformatio que fit per bona nature maior ſit in natura angelica reſpectu dei ꝙ in natura hũana. illa tamen que fit per bona gratuita. quibus debetur eterne vite premiũ ꝫ maior poteſt inueniri in natura humana ꝙ angelica. Et per hoc patet reſponſio ad tertium.

# ¶ De potentia pape reſpectu eccleſie uiatorũ ut ẽ ſupra terram.

Nunc conſiderandum eſt de potentia pape reſpectu eccleſie viatorum. vt eſt ſupra terram. Circa quod quinq; conſideranda occurrunt.

Primo de ipſius pape preſidentia.
Secundo de modo preſidendi efficacia.
Tertio de eius reſidentia.
Quarto de eius obedientia.
Quinto de eius reſiſtentia.

# ¶ Queſtio. XIX. de pape preſidentia

Circa primum querũtur quinq;.
¶ Primo vtrũ ſolus papa ſit ſponſus eccleſie.
¶ Secundo vtruꝫ ſolus papa ſit ſponſus totius eccleſie.
¶ Tertio vtrum papa ſit epiſcopus cuiuſlibꝫ eccleſie immediate.
¶ Quarto vtrum papa ſit ſpecialius epiſcopus romanus ꝙ alterius eccleſie.
¶ Quinto vtrum Papa poſſit immediate in qualibet dyoceſi ꝛ parrochia quod poteſt epiſcopus vel ſacerdos.

Ad primum ergo ſic proceditur. Uidetur enim ꝙ ſolus papa nõ ſit ſponſus eccleſie. quia ille eſt ſponſus eccleſie ꝗ poteſt ſpirituales filios generare. ſed ſimplex laicus cum poſſit baptizare poteſt ſpirituales filios generare. ſimpliciter ꝰ laicus poteſt eſſe ſponſus eccleſie.

¶ Preterea quilibet epiſcopus eſt ſpõſus ſue dyoceſis. ꝛ quilibet ſacerdos ſue prochie. plures ergo preter papam ſunt ſponſi eccleſie

¶ Preterea plurĩũ ſponſarum debent eſſe plures ſponſi. ſed plures ſunt particulares eccleſie ergo plures ſponſi.

¶ In contrarium eſt. quia ſibi ſolus xp̃us deſponſauit eccleſiam non habẽtem rugam neq; maculam. vt ſcripitur ad Ephe. v. Sed ſolus papa eſt vicari⁹ xp̃i. Solus ergo papa eſt ſpõſus eccleſie.

¶ Rñ o. Dicendum ꝙ carnale matrimoniũ nõ transfertur ad ſpirituale coniugium vt eſt in remedium peccati. ſed vt eſt in officium nature. fuiſſet enim ſm Auguſtinum ſuper Geñ. matrimonium ꝛ thorus immaculatus in paradyſo ante peccatum. non quidem in remediũ peccati propter concupiſcẽtie vitationem que nulla erat. Sed vt erat in officium nature propter prolis generationem ad cultum dei dedicandum. ſm quem modum transferendo carnale matrimonium ad ſpirituale coniugium. poſſumus dicere ꝙ quatuor conueniunt matrimonio carnali vt eſt in officium nature.

¶ Primo qꝛ proles generatur vt habeat eſſe naturale.

¶ Secundo roboratur vt poſſit nociuius aliqualiter obuiare.

¶ Tertio vigoratur vt poſſit ſtare ſedere ꝛ ambulare.

¶ Quarto perficitur vt poſſit ſibi ſimile generare.

¶ Iſta igitur quatuor in coniugio ſpirituali reperiuntur. quia prolis generationi correſpõdet baptiſmus. roborationi vero correſpondet confirmatio. vigorationi vero correſpondet ſacramentuꝫ ordinis per quod poteſt homo ſpirituales actiones exercere. ſed perfectioni correſpondet ordo epiſcopatus. Quis ergo aliqua iſtorum poſſint facere alij miniſtri eccleſie. vt ſacerdotes qui ex officio poſſũt baptiſare omnia tamen iſta cõplete poſſunt ſoli epiſcopi. Ideo ipſi ſoli dicuntur ſponſi eccleſie dumtaxat deputatis dyoceſib⁹. ſed cõplete ꝛ vniuerſaliter papa poteſt iſta in toto orbe. ꝛ ideo ipſe ſolus eſt vniuerſaliter ſponſus eccleſie.

¶ Ad primũ eſt dicendum ꝙ laicus non põt baptiſare ex officio. ſed ſolũ in neceſſitatis articulo. Unde ſicut nihil facit ex officio ad generationem prolis ſpũalis. ſic in nullo ex officio cenſetur ſponſus eccleſie

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ ꝓprie ſponſus eccleſie non eſt niſi xp̃s. de quo dicit Joh. iij. qui habet ſponſam ſponſus eſt. ipſe enim de eccleſia ſuo nomine filios generat. Alij aũt qui ſpõſi dicuntur vt epiſcopi ꝛ preſbyteri miniſtri ſponſi dicunt. ſolum exterius cooperantes ad generationeꝫ ſpũalium filiorum quos non ſibi. ſed xp̃o generant. qui quidem miniſtri intantũ ſponſi dicuntur inquantum viceꝫ ſponſi retinent. Et ideo papa qui obtinet vicem xp̃i in tota eccleſia vniuerſalis eccleſie ſpõſus dicitur. ep̃s vero dicitur ſponſus ſue dyoceſis. preſbyter aũt ſue parrochie. nec tamẽ ꝓpter hoc ſequitur ꝙ ſint plures ſpõſi vnius eccleſie. quia ſacerdos ſicut miniſter cooperatur epiſcopo. tanꝙ principali. ꝛ ſimiliter omnes epiſcopi cooperantur pape. ꝛ papa xp̃o. Unñ xp̃s papa epiſcopus ꝛ ſacerdos nõ dicuntur niſi vnus ſpõſus eccleſie. quia omnes iſti nõ computantur niſi vnius ſpiritus ſancti cuius annulo cõſignata eſt eccleſia.

¶ Ad tertium dicitur ꝙ ſicut ſunt plures eccleſie particulariter. ſic miniſterialiter ſunt plures ſpõſi. qꝛ cooperant pape qui eſt vniuerſalis ſponſus. ꝛ omnes ſimul cooperãtur xp̃o. cuius virtute filios ſpũales generant. Unñ. i. ad Chorꝫ. iij. contra illos qui volebant nomine apoſtolorum filios ſpirituales generare. dicit paul⁹ Quid igitur eſt appollo. quid vero Paulus quid vero cephas. miniſtri eius cui credidiſtis ꝛ vnicuiq; ſicut deus dedit.

Ad. ij. ſic ꝓcedit Uidet. n. ꝙ papa nõ ſit caput tot⁹ eccleſie. qꝛ papa eſt principium vitale motus ꝛ ſenſus totius eccleſie. ſed eſſe principium vitale magis conuenit cordi ꝙ capiti. mag ergo debet dici papa cor eccleſie ꝙ caput.

¶ Preterea capitis eccleſie eſt influere ſpiritualem motum ꝛ ſenſum in membra eccleſie. ſed aliqua ſunt membra in eccleſia corporalia ꝛ temporalia que ad recipiendum huiuſmodi influxum ſpiritualis gratie ordinem non habent. ergo membrorum corporalium eccleſie papa non eſt caput

¶ Preterea ſcribitur ad Colo. ij. repleti eſtis in illo qui eſt caput omnis principatus ꝛ poteſtatis. in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. ex quo totum corpus ꝑ nexus ꝛ coniunctiones ſubminiſtratum ꝛ cõſtructum creſcit in augmentum dei. Sed iſto modo eſſe caput eccleſie non conuenit niſi ſoli deo.

¶ In contrarium eſt quod ſcribitur. xxij. di. c. ſacroſancta. ꝙ apoſtolica ſedes eſt caput ꝛ cardo omnium eccleſiaꝝ a domino ꝛ non ab alio conſtituta.

¶ R. Dicendum ꝙ caput reſpectu membrorum quatuor conditione habet.

Nam primo in ſitu habet eminentiam.
Secundo in effectu habet influentiam.
Tertio in natura habet conuenientiam
Quarto in perfectione habet abundantiã.
Propter iſtas igitur quatuor conditiones chriſto principaliter ꝛ Pape qui eſt vicarius eius inſtrumentaliter conuenit eſſe caput eccleſie.

¶ Primo quidem. quia in ſitu habet eminẽtiam. Tenet enim ſuppremum gradum. non ſolum ſuper homines. ſed etiam ſuper angelos. Unde ad Ephe. i. Statim cum dixit apoſtolus. Omnia ſubiecit ſub pedib⁹ eius. ſubiunxit. Ipſum dedit caput ſuper omnem eccleſiam. que eſt corpus eius

¶ Secundo in effectu habent influentiam. Quia de plenitudine gratie ipſi⁹ omnes accepimus gratiam pro gratia. Ut ſcribitur Johannis. i.

¶ Tertio in natura habet conuenientiam. dicit enim Auguſtinus ſuper illo verbo Joh. is xv. Ego ſum vitis ꝛ vos palmites. ꝙ in hoc chriſtus dicit ſe eſſe caput eccleſie eo ꝙ vnius nature ſunt vitis ꝛ palmites. Propter quod cum ipſe eſſet deus. cuius nature non ſumus factus eſt homo vt in illo eſſet vitis humane nature. Cuius ꝛ nos homines palmites eſſe poſſemus.

¶ Quarto in perfectione habet abundantiam. Quia in ipſo complacuit omnem plenitudinem deitatis inhabitare. Sunt enim in ipſo omnes theſauri ſapientie ꝛ ſcientie abſconditi. Ut ſcribitur ad Colo. ij.

¶ Ad primuꝫ ergo eſt dicendum ꝙ in metaphoricis locutionibus non eſt inconueniens vnum ꝛ idem diuerſis nominibus appellari. ſm diuerſam ſimilitudinem. papa igitur caput eccleſie propter ſimilitudines ſuperius dictas. põt tamen cor appellari ꝓpter alias conditiones. Ponit enim Phs. iij. libro de partibus animalium quatuor ꝯuenire principaliter ipſi cordi.

¶ Primo ꝙ eſt cõmunicatiuum vite a natu-ra bene cuſtoditum.

¶ Secũdo ꝙ corrupto eo nõ eſt aliud ex quo fiat auxilium alijs membris.

¶ Tertio ꝙ eſt principium omnium venarum ⁊ neruorum

¶ Quarto ꝙ eſt primum principium ſenſiti-uum. ex quo diſcernit viuum a nõ viuo. Uel quia has conditiones cor habet reſpectu mẽ-brorum ſm quandam occultam influentiam caput vero ſm quandam manifeſtam eminen-tiam. Ideo licet cordi poſſit comparari xp̃s principaliter. vel papa inſtrumentaliter ſm ꝙ inuiſibiliter viuificat eccleſiam. magis tamen comparatur capiti ſm viſibilem naturã qua homo homini prefertur.

¶ Ad ſecundum eſt dicendũ ꝙ ſicut corp⁹ xp̃i fuit vnitum perſonaliter diuinitati mediante anima. ita ꝙ tota humanitas xp̃i cõiuncta di-uinitati eſt caput eccleſie. ⁊ influit in ipſã. ſic membra eccleſie ſpũalia principaliter recipiũt huiuſmodi capitis influxum. corporalia vero quaſi ſecundario. inquantũ membra corpora-lia exiſtunt arma iuſticie deo in preſenti eccle-ſia militante. vt dicit Roma. vi. Et inquantum gloria anime deriuabit ad corpora in eccleſia triũphali qñ viuificabit corpa noſtra ꝓpter inhabitantem ſpũm eius in nobis. Ut ſcribit ad Roma. viij.

¶ Ad tertiũ eſt dicendum ꝙ in capite ſunt ali-qui ſenſus interiores ⁊ aliqui exteriores. Eſſe ergo caput eccleſie ſm interiorem influentiam non cõuenit niſi ſoli xp̃o. quia interior fluxus gratie non eſt niſi ab ipſo. ſed eſſe caput eccle-ſie ſm exteriorem preſidentiã vniuerſaliter cõ-uenit pape. particulariter aũt poteſt conueni-re alijs prelatis

Ad tertium ſic ꝓcedit. Uidet. n. ꝙ pa-pa poſſit eſſe ep̃us cuiuſlibet eccleſie imediate. quia Moyſes prefuit im-mediate toti populo iudeorum. ergo papa ime-diate poteſt preeſſe toti populo xp̃iano

¶ Preterea plus põt papa in quolibet epi-ſcopatu ꝙ ep̃s in qualibet parrochia. ſed epi-ſcopus pleno iure preeſt ĩ qualibet parrochia ergo papa pleno iure preeſſe poteſt in quoli-bet epiſcopatu.

¶ Preterea vnus ep̃s non põt adminiſtrare in dyoceſi alterius ſine eius auctoritate. ſi er-go papa non preeſſet imediate in quolibz epi-ſcopatu. non poſſet ſine auctoritate eorum ibi adminiſtrare quod eſt falſum.

¶ In contrarium eſt. quia papa prohibet ſe nominare ep̃m vniuerſalem totius eccleſie. ſi-cut patet. xcix. di. non ergo eſt ep̃s cuiuſlibet eccleſie immediate

¶ R. Dicendum ꝙ immediatum poteſt acci-pi dupliciter. vel quantum ad iuriſdictionem vel quantum ad adminiſtrationem.

¶ Primo modo papa eſt ep̃s cuiuſlibet ec-cleſie immediate. quia iuriſdictio omniũ epi-ſcoporum. ⁊ prelatorum eccleſie deriuatur a pa-pa immediate. non autem econuerſo. Dicit aũt Nicolaus papa. i. q. i. Per principalem bea-torum Petri ⁊ Pauli poteſtatem ius habe-mus non ſolum in monachos. verum etiam in quoſlibet clericos de quacunq̃ dyoceſi. cũ ne-ceſſe fuerit ad nos cõuocare atq̃ eccleſiaſticis opportunitatibus exigentibus mutare. Sed ſecundo modo non eſt epiſcopus immediate cuiuſlibet eccleſie. qꝛ ſic ceſſarent omniũ alioꝝ põtificũ poteſtates. ⁊ ſuperuacue eſſent alie ec-cleſiaſtice prelatiões. Debet enim papa in gu-bernando eccleſiam dei prouidentiam imitari. qui ꝗuis poſſit totum orbem immediate per ſeipſum gubernare non tamẽ facit. Unde di-citur ſap. xiiij. Tua pater omnia gubernat ſa-pientia. ⁊ potens es vt ſine rate quis adeat mare. Sed vt nõ eſſent ſuperuacua opera ſa-pientie tue. exiguo ligno credũt homines ani-mas ſuas.

¶ Ad primum ergo dicitur ꝙ licet Moyſes in principio regiminis ſui immediate preeſſet toti populo iudeorum. poſtmodum tamen ex conſilio Jetro cognati ſui dicenti ſibi. ſtulto labore conſumeris. ſupra vires tuas eſt hoc negotium. non ſolus poteris ſuſtinere. conſti-tuti ſunt ad regendum populũ principes tri-buni ⁊ decani. vt ſcribitur Exo. xviij.

¶ Alia vero duo argumenta arguunt de im-mediata iuriſdictione

Ad quartum ſic proceditur. Uidetur enim ꝙ papa nõ ſit ſpecialius roma-nus epiſcopus ꝙ alterius eccleſie. qꝛ qua ratione papa ſingulariter eſt epiſcopus romanus. pari ratione poſſet eſſe ſingulariter epiſcopus alterius eccleſie. ⁊ ſic ceſſarent alio-rum epiſcoporum prelationes. quod ſupra ne-gatum eſt

¶ Preterea papa eſt vicarius chriſti. ſed chri-ſtus fuit epiſcopus ſingulariter hieroſolymi-tanus. non romanus. quia ibi tanꝗ verus ſacerdos ⁊ epiſcopus ſe obtulit pro nobis in ara crucis. ex qua oblatione cõuerſi ſumus ad eum ſicut ad paſtorem ⁊ epiſcopum animarũ noſtrarum. Ut ſcribitur. i. Petri. ij. Eodẽ ergo modo papa epiſcopus hieroſolymitanus ſin-gulariter deberet nominari.

¶ Preterea vnus ſponſus non poteſt habere duas ſponſas. ſed papa habet ſponſam ſcilicet vniuerſalem eccleſiam. ergo nõ eſt ſponſus ſin-gulariter romane eccleſie.

¶ In contrarium eſt. quia in capitulis ephe-ſi concilij Zepherinus Calixtus Fabianus ⁊ multi alij pape ſingulariter ep̃os vrbis Ro-mane ſe nominant.

¶ R. Dicendum ꝙ papa ſuccedit Petro in ꝑ-ſonali adminiſtratione. chriſto autem ſuccedit in officio ⁊ in vniuerſali iuriſdictione. Petrus autem ꝑſonalem adminiſtrationem primo habuit in Antiochia vbi primo cathedram ep̃alem ſu-ſcepit. Poſtmodum tamẽ vno tempore ⁊ vno die ſimul cum beato Paulo in vrbe Romana glorioſa morte ſub ceſare Nerone agoniſãs co-ronatus eſt. ⁊ pariter Romanam eccleſiã chri-ſto domino conſecrarunt. eamq̃ omnibus vr-bibus in vniuerſo mundo ſua preſentia atq̃ venerando triumpho pretulerunt. Unde ſin-gulariter prima apoſtoli Petri ſedes eſt roma-na eccleſia non habens maculam neq̃ rugam vt ſcribitur. xxij. di. Quia vero papa ſuccedit xp̃o in officio ⁊ vniuerſali iuriſdictione. Quia Petrus in perſona omnium ſummorum pon-tificum recepit vniuerſalẽ iuriſdictiõem a chri-ſto: non in vno loco nec in vna gente ſingulari-ter. ſed vniuerſaliter in toto orbe. Juxta illud Math. xvi. Tibi dabo claues regni celorum. ⁊ quodcunq̃ ligaueris ſuper terram erit ligatũ ⁊ in celis. ⁊ quodcunq̃ ſolueris ſuper terrã erit ſolutum ⁊ in celis. Ideo papa non ſolum ha-bet iuriſdictionẽ rome. ſed vniuerſaliter in om-nibus eccleſijs. Unde dicitur di. ſupra dicta. ꝙ ſancta romana eccleſia catholica ⁊ apoſtoli-ca vniuerſalis ſynodicis inſtitutis ceteris eccle-ſijs prelata eſt. Sed euangelica voce domini ⁊ ſaluatoris noſtri primatum obtinuit. Tu es inquiens petrus. ⁊ ſuper hanc petram edifica-bo eccleſiam meam. Quãtum vero ad officiũ ⁊ vniuerſalem iuriſdictionem papa eſt epiſco-pus vniuerſalis eccleſie. ſed quantum ad perſo-nalem adminiſtrationem ſingulariter epiſcop⁹ vrbis Rome propter rationem iam dictam

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ non que-libet eccleſia tali prerogatiua honorata eſt pre-ſentia beati Petri cuius ſucceſſor papa eſt in vita ⁊ in morte. ſicut Romana eccleſia. ⁊ ideo nec papa quamlibet eccleſiam debet preſẽtiali adminiſtratione in curam aſſumere ſicut ciuita-tem Romanam

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ papa iuriſdi-ctionem vniuerſalem recepit a chriſto in perſo-na Petri. quia ſicut chriſtus paſſus eſt ꝓ om-nib⁹ ita papa vice chriſti in omnes chriſtianos iuriſdictionem epiſcopalem habet. quia tamẽ perſonaliter ſuccedit Petro. ideo illius eccleſie ſingularem adminiſtratiõem habet que ſui ve-nerabilis corporis preſentia veneratur.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ vnus ſponſus non habet duas ſpõſas eodem modo ⁊ ſub ea-dem ratione. ſed bene epiſcopus poteſt plures ſponſas habere ſm diuerſum gladium. ſic pa-pa eſt ſponſus totius eccleſie quantum ad vni-uerſalem iuriſdictionem ⁊ ſingulariter Roma-ne eccleſie quantum ad adminiſtrationem.

Ad quintum ſic proceditur. Uidetur enim ꝙ papa nõ poſſit immediate in qualibet dyoceſi vel parrochia quod poteſt ep̃s vel ſacerdos. quia quando ep̃s cõ-mittit curam preſbytero alicuius parrochie ex-onerat ſe tota cura illius parrochie vt nihil vl-terius ſe habeat ibi intromittere. Aliter graue onus remaneret ſuper ep̃o niſi cura remaneret ſuper ſacerdote cui cõmittitur cura. Unde ſcri-bitur. iij. Reg. xx. Cuſtodi virum iſtum ꝙ ſi la-pſus fuerit erit anima tua pro anima illius. er-go ſimiliter quando papa cõmittit epiſcopatũ alteri exonerat ſe a cura illius ep̃atus. vt nihil vlterius ſe habeat intromittere. aliter magnum periculum ⁊ importabile onus acciperet totius multitudinis curam aſſumens.

¶ Preterea ſicut ſubdit ep̃s archiep̃o ſic preſ-byter ſubditur ep̃o. ſed archiep̃us nihil poteſt ſupra illos qui ſubduntur ep̃is. Unde ſcribit ix. q. iij. Archiepiſcopi nihil de epiſcoporũ cau-ſis aut alijs cõmibus aſſumant ſine eorum cõ-ſenſu. ergo ſimiliter ep̃i non poſſunt aliud de his que pertinent ad preſbyteros. ⁊ per conſe-quens nec papa poteſt de his que pertinent ad archiepiſcopos vel ep̃os vel preſbyteros.

¶ Preterea ſcribitur Act. xv. ꝙ Jacobus ep̃s hieroſolymitanus preſente Petro dedit ſen-tentiam in ſua dyoceſi de obſeruatione legaliũ dicendo. Uiſum eſt ſpiritui ſancto ⁊ nobis ni-hil imponere vobis oneris ꝙ hec neceſſaria vt abſtineatis vos ab imolatis ſimulacrorum et ſanguine ſuffocato ⁊ fornicatione. quod nõ fe-ciſſet ſi Petrus potuiſſet in ſua dyoceſi quod ipſe potuerat.

¶ In cõtrarium eſt. quia ordo qui ſeruatur in poteſtatibus temporalibus multo fortius ſer-uandus eſt in poteſtatibus ſpiritualibus. ſed glo. ſuper illo verbo Ro. xiij. Omnis anima poteſtatibus ſublimiorib⁹ ſubdita eſt. ſic dicit

ꝙ maiori poteſtati magis eſt obediendum ꝙ minori. ſicut pconſuli magis ꝙ pcuratori. et Imperatori magis ꝙ pconſuli. ſimiliter magis obediendum eſt pape ꝙ epo ⁊ epo magis ꝙ preſbytero

¶ R. Dicendum ꝙ ſicut dicit gl. Lu. x. Papa tenet locum Petri in eccleſia. epiſcopi vero locum apoſtolorum preſbyteri vero locum. lxxij. diſcipulorum. Abſurdum autem videtur ꝙ petrus non potuiſſet ſoluere ⁊ ligare ſine auctoritate apoſtolorum vel diſcipulorum etiam in prouincijs ⁊ parrochijs eis deputatis. cum ſingulariter Petro fuit dictum. Dabo tibi claues. ⁊ ipſi non niſi per vſum clauium poteſtatem ligandi ⁊ ſoluendi haberent. Eodem modo abſurdum eſt dicere ꝙ papa non poſſit ſoluere ⁊ ligare in dyoceſi cuiuſlibet epiſcopi. ⁊ parochia cuiuſlibet preſbyteri. vel abſolutionem ⁊ ligationem cōmittere quibus placet. Poteſt etiam in prouincijs ⁊ parrochijs eis deputatis omnia facere per ſeipſum vel per cōmiſſionem que ipſi epi vel preſbyteri facere poſſunt. ⁊ adhuc amplius.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ falſū aſſumitur eo ꝙ cōmiſſa parrochia preſbytero. adhuc totius plebis cura remanet in poteſtate epi. Scribitur enim. x. q. i. Quecunqꝫ res eccleſiaſtice ſunt conuenit cum omni diligentia ⁊ bona fide que deo debetur ſub iudicio ⁊ poteſtate epiſcopi gubernari ⁊ diſpenſari. cui totius plebis anime videntur eſſe cōmiſſe. ⁊ Apoſtolus ij. ad Corinth. xi. Poſtꝙ curam corinthiorum cōmiſerat apollo dixit. preter illa que intrinſecus ſunt inſtantia mea quotidiana ſollicitudo omnium eccleſiarum. Nec tamen epiſcopus aſſumit graue periculum ⁊ importabile onus. quia preſbyteros tanꝙ inferioris ordinis aſſumit coadiutores. Unde quando eos ordinat dicit Quanto fragiliores ſumus tanto his magis omnibus indigemus. per quorū auxiliū eruit a periculo ⁊ oneratione. ſed non a poteſtate ⁊ iuriſdictione.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ non eſt ſimile quia preſbyterum ſubijci epiſcopo de iure naturali eſt ⁊ diuino. cū naturaliter omne imperfectum ſubdatur perfecto. vnde naturaliter epus immediatam iuriſdictionem habet in parochia preſbyteri. cum poſſit ipſum coram ſe vocare ⁊ excōmunicare. Similiter papa in quolibet epiſcopatu ⁊ in qualibet parrochia. Sed epiſcopū ſubdi archiepiſcopo eſt de iure poſitiuo ex inſtitutione eccleſie. Unde nō habet immediatam iuriſdictionem archiepiſcopus in epiſcopos ſuffraganeos ſuos ⁊ in ſubditos eorum niſi in illis in quibus eccleſia ſtatuit.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ Jacobus protulit ſententiā auctoritate Petri. Quia vt ibi dicit glo. conuentus faciendus eſt epiſcoporū ad diſcernendum ea que ſunt fidei. hoc tamen non eſt niſi auctoritate pape. ſicut tunc conuentus apoſtolorum eſt factus ſuper obſeruatione legalium auctoritate Petri.

## Queſtio. xx. de modi preſidēdi efficacia.

DEinde videndū eſt de modi preſidendi efficacia. Circa quod queruntur ſex

¶ Primo vtrum papa preſit eccleſie per poteſtatem clauium

¶ Secundo vtrum papa per poteſtatem clauium preſit ſpiritualibus ⁊ temporalibus.

¶ Tertio vtrum ſolus papa habeat poteſtatem clauium.

¶ Quarto vtrum in papa poteſtas clauium ſit vna vel plures.

¶ Quinto vtrum in papa poteſtas clauiū ſit poteſtas ordinis vel iuriſdictionis.

¶ Sexto vtrum papa in poteſtate clauiū poſſit excedere vel errare.

AD primum ſic proceditur. Videtur. n. ꝙ papa non preſit eccleſie per poteſtatem clauium. Quia clauis eſt oſtium aperire vel claudere. Sed celi oſtium apertum eſt. iuxta illud apoc. iiij. Vidi ⁊ ecce oſtiū apertum erat in celo. Ergo papa non preeſt eccleſie per clauium poteſtatem.

¶ Preterea papa preeſt eccleſie per ſolutionem ⁊ ligationem peccatorum. Juxta illud Math. xvi. Quodcunqꝫ ligaueris ſuper terrā erit ligatum ⁊ in celis. Sed ligare ⁊ ſoluere a peccatis eſt ſolius dei. Non ergo hoc pertinet ad papam.

¶ Preterea poteſtas clauium vel eſt caracter vel ſequitur caracterem. Sed chriſtus nō fuit ſacerdos per impreſſionem caracteris. Ergo non habuit poteſtatem clauium. ⁊ per conſequens nec papa. Quia quod non habet principale agens non habet inſtrumentale.

¶ In contrarium eſt. quia papa eſt ſucceſſor Petri. Sed Petrus prefuit eccleſie per poteſtatem clauium. Juxta illud Math. xvi. Tibi dabo claues. Ergo ſimiliter papa

¶ R. Dicendum ꝙ ſaluator humani generis in hunc mundum veniens primū credentibus in eum regnum celoꝝ promiſit per ſuum preconem. Math. iiij. Penitentiam agite appropinquabit enim regnum celorum. Et per ſeipſum Math. vi. Primum querite regnum dei ⁊ iuſticiam eius. ⁊ hec omnia adijcientur vobis. Ad introitum autem regni celorum ſeipſum poſuit oſtium. Juxta illud Joh. x. Ego ſum oſtium ſi quis per me introierit ſaluabitur. Clauigerum autem Petrum ⁊ omnes ſucceſſores eius ordinauit. Juxta illud quod ſcribitur. xxij. di. c. omnes. vbi dicitur. ꝙ eccleſiam ſolus ipſe chriſtus fundauit. ⁊ ſupra petram fidei mox naſcentis erexit. qui beato Petro eterne vite clauigero terreni ſimul ⁊ celeſtis imperij iura cōmiſit. Preeſt ergo papa eccleſie per poteſtatē clauiū

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ ſicut dicit glo. Apoc. iiij. Oſtium viſum apertum in celo xpus eſt. cuius myſteria ante eius incarnationem clauſa erant. poſtmodum vero aperta ſunt illis qui fide ⁊ opere credunt in eum. Quāuis ergo tale oſtium ſemper de ſe ſit apertum omnibus quia per ſuam paſſionem pro peccato primorum parentum quod erat obſtaculum claudēs celum vniuerſaliter ſatis fecit. Clauditur tamē quotidie alicui vel per peccati originalis contractionem. vel per peccati actualis perpetrationem. a quibus homo non ſoluitur niſi poteſtate clauium incorporetur ſacramentis eccleſie.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum. ꝙ per modum principij efficientis ſolus deus ſoluit a peccato. per modum vero principij formaliter merentis chriſtus peccata ſoluit Ipſe enim claudit ⁊ nemo aperit. aperit ⁊ nemo claudit. Ut dicitur apoc. iij. Unde ponitur in eo poteſtas excellētie. quia poteſt effectum ſacramenti ſine ſacramento conferre. Sed per modum miniſtri inſtrumentaliter exequentis. papa ⁊ alij miniſtri eccleſie poſſunt ſoluere a peccatis

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ poteſtas clauiū deriuata eſt in papa ab ipſo chriſto. vnde chriſtus poteſtatem clauium habuit ſuperexcellenter tamen. Qualiter tamē differat a caractere inferius dicetur.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur enim ꝙ papa per poteſtatem clauium non preſit ſpiritualibus ⁊ temporalibus. Quia poteſtate clauium non aperit niſi regnum celorum. poteſtas vero tēporalis aperit regnum terrenum. non ergo papa preeſt temporalibus poteſtate clauium.

¶ Preterea de poteſtate clauium non iudicatur homo pena mortis temporalis. ymmo efficitur irregularis homo iudicans tali iudicio. Ergo poteſtate clauium papa non preeſt niſi ſpiritualibus

¶ Preterea claues eccleſie non corporales ſeu temporales ſed ſpirituales ſunt. vt dicitur. iiij Sententiarum di. xviij. nullum ergo poſſe ſuper temporalia poteſtate clauium recipit papa

¶ In contrarium eſt. quia vnum corpus vnius capitis potentia regitur. Sed ſicut Hugo li. ij de ſacramentis vnius corporis myſtici eccleſie duo latera ſunt. quia ad dexteram ſunt clerici ⁊ ad ſiniſtram laici. Non ad ſiniſtram illorū quibus dicitur Ite maledicti in ignē eternum. ſed illos ad ſiniſtram de qua dicitur. Longitudo dierum in dextera eius. ⁊ in ſiniſtra eius glorie ⁊ diuitie

¶ R. Dicendum ꝙ ſicut duplex eſt vita. Temporalis ⁊ eterna. ita duplex regimen anime ⁊ ſpiritualis nature deriuatur in corporea. Primo quidem in preſenti vita temporali per virtuoſam operationem. Quia deſeruiunt ipſa corporalia ⁊ temporalia anime ⁊ ſpirituali nature ad virtuoſa opera tanꝙ ad organa ⁊ inſtrumenta. Unde dicitur. i. pollyticoꝝ. ꝙ ſicut homo virtutibus perfectus eſt optimum animalium. ſic ſeparatus a lege ⁊ iuſticia eſt peſſimū omnium. Et apoſtolus ad Romanos. vi. dicit. non exhibeatis corpora veſtra arma iniquitatis peccato. ſed exhibete vos tanꝙ ex mortuis viuentes. ⁊ membra arma iuſticie deo. Regimen igitur ſpiritualis nature in preſenti vita temporali deriuatur in corpora per virtuoſam operationem. In vita vero eterna deriuabitur in corpora per glorificatiōem. quia gloria anime deriuabitur in corpora ſm quem modū loquitur Apoſtolus. i. ad Corinth. xv. quando dicit. Seminatur nunc corpus animale ſurget corpus ſpirituale. ſeminatur in ignobilitate ſurget in gloria. per poteſtatem ergo clauium que ſpiritualis eſt papa preeſt ſpiritualibus ⁊ temporalibus membris eccleſie.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ poteſtate clauium aperitur regnum celorum ⁊ regnū terrenum per eius inſtitutionem ⁊ confirmationē ſi rite ⁊ iuſte adminiſtretur ⁊ per eius depoſitionem ⁊ condemnationem ſi ab aliquo iniuſte vſurpetur vel male adminiſtretur.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ poteſtate clauium non iudicatur aliquis iudicio temporalis mortis immediata executione. propter reuerentiam ſacramentorum que virtute clauium fidelibus eccleſie adminiſtrantur. ſed immediata iuriſdictione omne terum iudicium quod ſit

in eccleſia datur clauium poteſtate.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ claues in eccleſia ſunt ſpirituales quantum ad ſuos principales ⁊ immediatos actus. Sed quantum ad ſecundarios omnia corporalia ⁊ ſpiritualia ſub poteſtate clauium includuntur

Ad tertium ſic proceditur. Uidetur enim ꝙ ſolus Papa non habeat poteſtatem clauium. Quia poteſtas clauium eſt ligare ⁊ ſoluere a peccatis. Sed talis poteſtas data eſt omnib⁹ apoſtolis quorum perſonam repreſentant epiſcopi. Jo. xx. dictum eſt eis. Accipite ſpiritum ſanctum. quorum remiſeritis peccata ⁊c. Non ergo ſolus papa habet poteſtatem clauiū.

¶ Preterea quod conuenit ſoli chriſto nō cōuenit pape. Sed ſolus chriſtus habet poteſtatem clauium. Scribitur enim Apoca. iij. Hec dicit qui habet clauem Dauid ſanctus ⁊ verus qui aperit ⁊ nemo claudit. claudit ⁊ nemo aperit. Non ergo conuenit ſoli pape poteſtatē clauium habere

¶ Preterea Papa non dicitur habere claues inferni. Ergo nec conuenit ei habere claues regni celorum.

¶ In contrarium eſt. quia ſoli Petro dictum eſt Math. xvi. Tibi dabo claues regni celorum.

¶ R. dicendū ꝙ ſingulariter ſolus Petrus dicitur habere claues

¶ Per immediatam cōmiſſionem.
¶ Per immediatam deriuationem.
¶ Per vniuerſalem adminiſtrationem.

¶ Per imediatā quidē cōmiſſionē. Quia ſoli Petro cuius ſucceſſor papa exiſtit claues ſunt cōmiſſe. Unde dicit glo. Math. xvi. Sup illo verbo. Tibi dabo claues. ꝙ quia regem celorum maiori pre ceteris confeſſione confeſſus eſt Petrus. merito ergo pre ceteris ipſis collatis clauibus regni celeſtis ipſe donatus eſt ab eo.

¶ Per immediatam vero deriuationē. quia poteſtas clauiū ab eo tanꝙ a capite in omnes platos eccleſie deriuari debet. Unde dicit Criſoſt. ſuper Math. ꝙ quamuis ſoluendi ⁊ ligādi poteſtas ſoli Petro a domino data videatur. omnibus tamen apoſtolis data eſt ⁊ nunc datur omnibus epiſcopis ⁊ preſbyteris. Ideo tamen Petrus claues principaliter regni celorum ⁊ principatum iudiciarie poteſtatis accepit. vt omnes per orbem credentes intelligant ꝙ quicunqꝫ ab vnitate fidei vel ſocietate Petri quolibet modo ſemetipſos ſegregarent. tales nec a vinculis peccatorum abſolui nec ianuam poſſunt regni celeſtis ingredi.

¶ Per vniuerſalem autem adminiſtrationem Quia ſolus ipſe in tota eccleſia vniuerſaliter chriſti vicarius exiſtit. Unde dicit gloſa ſuper illo verbo. Tibi dabo claues. ꝙ ideo Petrū chriſtus principem apoſtolorum conſtituit. vt eccleſia vnum principalem ⁊ vniuerſalem ſuū vicarium haberet ad quem diuerſa membra recurrerent. ſi forte ab inuicem diſſentirent.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ apoſtolis data eſt poteſtas ligandi ⁊ ſoluendi per deriuationem capitis. Caput autem apoſtolorum fuit Petrus. ⁊ omnium prelatorum eccleſie caput eſt papa. Ideo a papa poteſtas clauium debet deriuari in epiſcopos ⁊ preſbyteros eccleſie

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ ſoli chriſto conuenit claues habere quadam poteſtate excellente. Illud tamen dictū Apoca. iij. ꝙ ipſe claudit ⁊ nemo aperit. gloſa exponit de clauſione qua limbum ſanctorum patrum ipſe clauſit ne vltra illuc aliquis deſcendat. Et de apertione qua paradyſum aperuit remoto obſtaculo humane nature per ſuam paſſionem. tali nāqꝫ modo claudere ⁊ aperire non cōuenit niſi ſibi.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ ſm Auguſtinū xij. ſuper Geneſ. Nuſquam legitur in ſacra ſcriptura infernus accipi in bonum. e conuerſo paradyſus poteſt dici omnis regio vbi anime bene eſt. Quamuis ergo eadē ſit clauis qua alicui aperitur celum ⁊ clauditur infern⁹. vel qua infernus aperitur ⁊ celum clauditur. nominantur tamen claues eccleſie potius claues regni eterni ꝙ̄ inferni. quia denominatio debet fieri a bono non a malo. maxime cum bonum fortius ſit ad agendum ꝙ̄ malū. Propter quod chriſtus loquens de poteſtate clauium dixit ꝙ porte inferi non preualebunt aduerſus eā

Ad quartum ſic proceditur. Uidetur enī ꝙ in papa poteſtas clauiū non ſit vna ſed plures. Quia ſaluator Math. xvi. cum poteſtatem clauium dedit Petro cuius ſucceſſor eſt papa plurali verbo vſus eſt dicens. Tibi dabo claues. Et ſententia ſacre ſcripture debet eſſe ſententia noſtra ⁊ ſibi noſtra ſententia debet conformari. nec e conuerſo. vt dicit Auguſtinus ſuper Geneſ. ad litteram.

¶ Preterea in omni negotio requiritur ſcire poſſe ⁊ velle. Tres ergo claues debent eſſe in eccleſia ſm iſta tria.

¶ Preterea clauis ordinis differt a claue iuriſdictionis. Quia vna poteſt eſſe ſine alia. poteſtas ergo clauium in papa non eſt vna. cum in eo ſit poteſtas ordinis ⁊ iuriſdictionis.

¶ In cōtrarium eſt. quia poteſtas capitis vnā eſt qua preeſt vni corpori. Sed eccleſia vna eſt cui papa preeſt qui eſt caput eccleſie. Ergo poteſtas clauium pape non eſt niſi vna.

¶ Rńo. dicendum ꝙ loquēdo de poteſtate ordinis qua papa preeſt eccleſie mediante adminiſtratione ſacramentorum. puta ꝙ in papa et in epiſcopo ⁊ in preſbytero nō eſt niſi vna. Uerum quia potentia non cognoſcit niſi per actū vt dicitur. ij. de Anima. cum ab vna potentia poſſunt progredi plures actus ordine quodā. poteſtas clauium poteſt per plures actus diffiniri. ſicut ad plures actus talis potentia poteſt ordinari. ordinatur autem predicta potētia ad tres actus

¶ Primo ad actum abſoluendi ⁊ ligandi
¶ Secundo ad actum cognoſcendi ⁊ diſcernendi inter dignos ⁊ indignos.
¶ Tertio ad actum exequendi in tali vel in tāta materia. Et iſti tres actus ponuntur in diffinitione clauis. hic ponitur. iiij. Sententiarū diſtin. xviij. vb dicitur ꝙ clauis eccleſie eſt poteſtas ſoluendi ⁊ ligandi. ⁊ ſciētia qua dignos debet recipere ⁊ indignos excludere a regno eccleſiaſtico iudex.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ ſaluator verbo plurali vſus eſt in collatione clauiū. vel propter pluralitatem actuum concurrentiū vt dictū eſt. vel quia ibi locutus eſt de poteſtate iuriſdictionis quā ſingulariter ⁊ actualiter petro dedit de poteſtate ordinis quam ſe daturū promiſit Joh. xx. quando dixit ſibi ⁊ alijs apoſtolis. Accipite ſpiritum ſanctū quorum remiſeritis peccata. ⁊c.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ illa tria non arguunt pluralitatem in potentia. ſed in actibus. ⁊ conceſſum eſt ad plures actus potentiā clauium ordinari.

¶ Tertium vero argumentū ſoluetur ex queſtione ſequēti.

Ad quintum ſic proceditur. Uidet enim ꝙ poteſtas clauium in papa ſit poteſtas ordinis ⁊ non iuriſdictiōis. Quia poteſtas clauium eſt poteſtas ſpiritualis. Sed omnis poteſtas ſpiritualis datur in conſecratione ordinum. ergo omnis poteſtas clauium in papa eſt poteſtas ordinis

¶ Preterea eadem potentia eſt in igne qua calefacit ⁊ diſſoluit. Ergo eodem modo eadē potentia clauium erit in papa ordinis ⁊ iuriſdictionis.

¶ Preterea potētia perfecta ſtatim exequitur actum. Sed poteſtas ordinis non differt a poteſtate iuriſdictionis niſi per executionem act⁹. Uidetur ergo ꝙ poteſtas clauium in papa ſolum ſit poteſtas ordinis. non differens a poteſtate iuriſdictionis. niſi quantum ad executionem.

¶ In contrarium eſt. quia corpus chriſti verū ⁊ myſticum non eſt idem. Sed poteſtas ordinis reſpicit corpus chriſti verū que habet eſſe in papa vt ſacerdos vel epiſcopus eſt. Poteſtas vero iuriſdictionis reſpicit corpus chriſti myſticum que habet eſſe in papa vt papa eſt. Ergo poteſtas clauiū in papa vt papa eſt magis iuriſdictionis ꝙ̄ ordinis

¶ Rńo. Dicendum ꝙ ſi verum eſſet dictū quorundam dicentium poteſtatem clauium vel importare ſacramentorum confectionem vel ipſorum ſacramentorum adminiſtrationem in tanta vel in tali materia. Et quantum ad primum actum dicere vel importare poteſtatem ordinis. Quantum vero ad ſecundum poteſtatem iuriſdictionis tunc plena eſſet reſponſio. quia tunc omnis poteſtas clauiū in papa eſſet ptās ordinis Nec in tali poteſtate clauiū papa differret a quolibet epiſcopo vel ſacerdote niſi ſolū quantum ad vſum ⁊ adminiſtratiōem. Quia papa poſſet vti adminiſtratione ſacramentoꝝ vniuerſaliter in tota eccleſia. epiſcopi vero vel ſacerdotes nō niſi in dyoceſibus ⁊ parrochijs per papam deputatis. ſed planum eſt ꝙ multa pertinent ad poteſtatem pape preter adminiſtrationem ſacramentorū. vt negotia fidei de

terminare. ſicut patet. xxiiij. q. i. ca. quotiens ex queſtionibus ⁊ litibus inſurgentibus in eccle ſia finē imponere. vt patet. xx. di. c. decretales. beneficia eccleſiaſtica diſpenſare omnium eccle ſiaſticarum dignitatum ordinem ordinare ⁊ cō municare. vt patet. xij. di. omnes. ⁊ multa alia facere que non ſpectant ad vſum ⁊ adminiſtra tionem ſacramentorum. Jdeo puto eſſe dicen dum ꝙ poteſtas clauium in papa vt papa eſt: magis dicit poteſtatem iuriſdictionis ꝗ ordi nis. quod multipliciter patet.

¶ Primo quidē ſicut ſupra dictum eſt. ſi ali quis eligatur in papam nullum ordinem ha bens erit verus papa. non quidem per poteſta tem clauium importantem poteſtatē ordinis. Sed ſolum per poteſtatem clauiū importan tem poteſtatem iuriſdictionis.

¶ Secundo quia poteſtatē ordinis recipit pa pa in conſecratione per caracteris impreſſionē quando fit preſbyter. vel per caracteris perfe ctionem quando fit epiſcopus. Sed poteſta tem iuriſdictionis recipit per electionē quando duobus partibus cardinalium concorditer eli gitur. ¶ Unde chriſtus eligendo Petrum pa ſtorem eccleſie dedit ſibi ſingularem poteſtatē clauium vt dicit iuriſdictionem. quando dixit. Tibi dabo claues. Sed poteſtatem clauium vt importat ordinis conſecrationem tradidit ſi bi ſimul cum alijs. quando dixit Accipite ſpiri tum ſanctum ⁊c.

¶ Tertio. quia poteſtas ordinis que data eſt in ſacramento. ita vt tantum papa poſſet me diante ſacramento quantam poteſtatem chri ſtus dedit ſacramento. Poteſtas vero iuriſdi ctionis data eſt officio. ita vt tantum papa poſ ſit mediante papali officio quantam poteſtatē chriſtus dedit officio puto ergo ꝙ poteſtas cla uium in papa vt papa. magis dicit poteſtatem iuriſdictionis ꝗ ordinis. licet iſta ordinentur ad illam.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ non om nis poteſtas clauium datur in conſecratione. Quia iuriſdictio ad clauium poteſtatem per tinet. ⁊ tamen non datur in conſecratione. ſed potius in electione

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ vel poteſtas ordinis ⁊ iuriſdictionis importat diuerſas po teſtates. vel ſaltem diuerſos actus quorū vnꝰ poteſt eſſe ſine alio.

¶ Ad tertium eſt dicēdum ꝙ iuriſdictio in pa pa aliud importat ꝗ executiōem poteſtatis or dinis. ⁊ ideo importat alium actum vel aliam potentiam.

Ad ſextum ſic proceditur. Uidetur enim ꝙ papa in poteſtate clauium non poſſit excedere vel errare. quia in eo quod eſt infinitum nō poteſt eſſe exceſſus. ſed poteſtas clauium in papa eſt infinita. ergo in ea non poteſt eſſe exceſſus.

¶ Preterea exceſſus eſt vſurpando poteſtatē alterius. Sed papa non poteſt alterius pote ſtatem vſurpare cum ſit dominus omnium. er go non poteſt in poteſtate excedere.

¶ Preterea eccleſia non poteſt errare. vt patet xxiiij. q. i. Sed papa eſt caput eccleſie. ergo nō poteſt errare in claue ſcientie.

¶ Jn contrarium eſt cōmune dictum doctorū ꝙ papa omnia poteſt. claue potentie non exce dente. ⁊ claue ſcientie non errante.

¶ Rn̄o. dicendū ꝙ ſic eſt loquendum de pote ſtate clauium ſicut loquimur de virtutibus. ſm autem Aug. circa finem in libro de libero ar bitrio. in virtutibꝰ non poteſt fieri exceſſus. nec eis homo poteſt male vti. quod eſt verum per ſe ⁊ formaliter. Per ſe quidem omnis vſus vir tutis eſt bonus. Formaliter vero. quia cū ipſa virtus ſit quedam qualitas formaliter bona. Juxta illud Auguſtini. Uirtus eſt bona quali tas mentis qua recte viuitur qua nemo male vtitur quam deus in nobis ⁊ ſine nobis ope ratur. ſicut a forma caloris non procedit niſi ca lor formaliter. ſic a forma virtutis non proce dit niſi bonum formaliter. ⁊ opus virtuoſum. ſm quem modum loquitur Philoſophus. ij. Ethy. quando dicit. Uirtus eſt que habentem perficit. ⁊ opus eius bonum reddit. Per acci dens tamen ⁊ materialiter virtutibus homo poteſt male vti. Per accidens quidem. quia ſi cut ſi aqua calefacta ponatur ad ventum citius congelatur ꝗ ſi ponatur ibi aqua frigida. eo ꝙ aqua calefacta eſt magis rarefacta ⁊ aperta in poris. ⁊ eo magis ſubintrat frigus per aper turas illas ad congelandum ipſam. ſic ſi virtu tes exponantur vento vt homo velit de eis va nam gloriam habere male vtitur eis. ſm quem modum loquitur Gregorius de fatuis virgi nibus quando ait. ꝙ dum virginitate ſua glo riam foris expetunt in vaſis ſuis oleū habere noluerūt. Materialiter vero vt ſi quis polleat magnitudine virtutum ⁊ exinde accipiat mate riam ſuperbiendi ⁊ violentiam contra iuſticiā faciendi virtutibus talis male vtitur materiali ter. Sicut ergo dictum eſt de virtutibus. ita eſt dicēdum eſt de poteſtate clauium reſpectu pa pe. Quia cum talis poteſtas ſit ſibi a deo col lata nō poteſt in ipſa excedere vel errare. vel ea male vti per ſe ⁊ formaliter. quia omnis vſus clauis potentie rectus ⁊ iuſtus eſt cum ab illo ſit deriuata qui iuſtus eſt ⁊ rectum iudiciū eius Similiter omnis vſus clauis ſcientie verus ⁊ rationabilis eſt cum ſit deriuata ab illo qui eſt via veritas ⁊ vita. Sed per accidens ⁊ mate rialiter papa ⁊ in claue potentie poteſt excede re. ⁊ in claue ſciētie poteſt errare. modo quo di ctum eſt ſupra de virtutibus

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ in poten tia pape que eſt infinita nō poteſt eſſe exceſſus quantum ad rectum vſum iuſticie. quia nunꝗ talis potentia exhauritur vtēdo ipſa ſm rectū vſum iuſticie ⁊ equitatis. Similiter clauis ſciē tie nunꝗ obliquatur vtendo ipſa ſm rationa bilem vſum veritatis.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ papa nō po teſt vſurpare vſum alterius per ſue poteſtatis vſum. cum eius potentia ad omnia ſe extendat ſed poteſt vſurpare poteſtatem alterius per ſue poteſtatis abuſum.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ eccleſia nō po teſt errare. quia ſi vnus ſolus catholicus rema neret ille eſſet eccleſia. Uel eccleſia nō poteſt er rare vtendo claue ſcientie ſm rationabilē vſum ⁊ ſm intellectum quo inſpirata eſt

## Queſtio. xxi. de pape reſidentia

Tertius conſiderandū eſt de pa pe reſidentia. Circa quod que runtur quatuor.

¶ Primo vtrum papa debeat ſemper Rome reſidere

¶ Secundo vtrum papa debeat in patria re ſidere vnde eſt oriundus.

¶ Tertio vtrum papa debeat magis diſcur rere per mundum ꝗ in vno loco reſidentiam facere.

¶ Quarto vtrum pape tempore perſecutiōis ſchiſmaticorum ſolū Romana ſedes ſit relinquenda

Ad primum ſic proceditur. Uidetur enim ꝙ papa non debeat ſemper Rome reſidere cum ſua curia. quia papa omnia poteſt. Ergo vbi pla cet ibi poteſt reſidentiam facere.

¶ Preterea papa eſt epiſcopus vniuerſalis eccleſie. vt ſupra dictum eſt. ergo in qualibet ec cleſia poteſt reſidere.

¶ Preterea papa non artatur tempore vt ma gis poſſit vno tempore ꝗ alio. ergo non debet artari loco. vt magis teneatur in vno loco reſi dere ꝗ in alio

¶ Jn contrarium eſt. Quia papa ſingulariter eſt Romanus epiſcopus. ſed ſicut vir non de bet adulterari ſuam vxorem. ita nec epiſcopus eccleſiam ſuam vt illam dimittat. vt habet. vij. queſtione. i.

Rn̄o. Dicendum ꝙ vel queritur de neceſſario vel congruo. Si de neceſſario papa non neceſ ſitatur reſidere in aliquo determinato loco. quia vicarius eſt illius cuius ſedes celum eſt ⁊ terra ſcabellum pedum eius. vt ſcribitur Jſaie. lxvi. Jmplet enim celum ⁊ terram ſua poteſtate ⁊ iu riſdictione. vt ſcribitur Hiere. xxiij. Sed ſi que ritur de congruo. multum conueniens eſt vt ro me papa communiter ſuam reſidentiam faciat. Habet enim Romana ſedes ſuper alias eccle ſias triplicem prerogatiuam.

¶ Primo beatorum Petri ⁊ Pauli apoſto lorum corporalem preſentiam. Unde ſcribitur in capitulis Epheſini concilij. ⁊ ponitur. ij. q. vij. beatorum. ꝙ in vrbe Romana Petrus et Paulus martyrium tulerunt que principa tum ⁊ caput obtinebat nationum. vt vbi erat caput ſuperſtitionis illic caput quieſceret ſan ctitatis. ⁊ vbi gentilium principes habitabant illic eccleſiarum principes morarentur.

¶ Secundo habet ſingularem excellentiam: Unde dicitur in eiſdem capitulis ꝙ non ſine cauſa factū eſſe putamus ꝙ ſancti apoſtoli paſ ſi ſunt vna die ⁊ in vno loco atque ſub vno perſe cutore. quia dies datus eſt eis pro merito. locꝰ pro gloria. ⁊ perſecutor decretus eſt eis pro vir tute. ⁊ ſuper illo verbo ad Roma. i. Omnibꝰ qui ſunt Rome ſalutem. dicit glo. ꝙ Paulus ſingulariter Romā nominat. quia licet quon dam fuerit magiſtra erroris. per predicationem tamen apoſtolorum facta fuit diſcipula veritatis.

¶ Tertio habet ſingularem conuenientiam. in nulla. n. patria papa poteſt vti tanta liber

tate ⁊ tanta iuriſdictionis poteſtate. nec tantã pro populo chriſtiano facere vtilitatẽ ſicut Rome. ⁊ in patrimonio beati Petri. Reſidendo eniꝫ in alia patria ſupponit ſe ſub dominio regum ⁊ principuꝫ. ⁊ ſic vel timore vel amore nõ libere poteſt vti iuſticia ⁊ equitate. ſed cogitur ab ipſa deuiare. Sed cum preſit Rome papa ⁊ in partibus Italie per immediatam adminiſtrationem temporalibus ⁊ ſpiritualibus in nulla patria poteſt vti ſuo dominio vniuerſaliter ſicut ibi. Nec tantam vtilitatem ꝓ populo chriſtiano facere cũ ſit patria maioris affluentie ⁊ maioris conuenientie pro conuenientibꝰ ad eius curiam ꝗ̃ aliqua alia.

Ad primum ergo eſt dicenduꝫ ꝙ licet papa omnia poſſit. hoc tamen debꝫ velle ⁊ poſſe qḋ iuſticia requirit ⁊ laudabilis conſuetudo. Nõ enim poſſumus aliquid contra veritatem. ſed pro veritate. vt dicebat apoſtolus .ij. ad Cor. iij. ⁊ Auguſtinus in libro de ieiunio diei ſabbati. ꝙ in his rebus de quibus nihil certũ ſtatuit ſcriptura diuina. mos populi dei vel inſtituta maiorꝝ ꝓ lege tenẽda ſunt. de qḃꝰ ſi diſputare voluerimus ⁊ ex conſuetudine aliorum alios improbare orietur indeterminata luctatio in eccleſia dei

Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ papa eſt epiſcopus vniuerſalis eccleſie per vniuerſalem iuriſdictionem. Sed epiſcopus romanus eſt per ſpiritualium ⁊ temporalium immediatam adminiſtrationem. Ideo magis indiget preſentia ſua ꝗ̃ aliqua alia eccleſia.

Ad tertium eſt dicendum ꝙ papa non artatur loco per neceſſitateꝫ ſed artatur per congruitatem. ⁊ etiam quantuꝫ ad neceſſitatem ex parte ſubditorum. quia ſubditi eius non habẽtes alium dominum in temporalibus niſi eũ multis periculis ⁊ multis rebellionibus atqꝫ multis bellicis diſcriminibus exponuntur per ipſius pape preſentie carentiam. ſicut experientia docet.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur eniꝫ ꝙ papa in patria vnde eſt oriundus debeat reſidere. Quia papa debet eſſe imitator chriſti cuius vicarius exiſtit. Sed chriſtus reſidentiã fecit in iudea vnde oriundus erat. ergo papa in hoc debet ipſum imitari.

Preterea pape debꝫ potius eſſe cura de domeſticis ꝗ̃ de alijs. Quia qui ſuorum ⁊ maxime domeſticorum curam non habet fidem negauit ⁊ eſt infideli deterior. Vt ſcribitur. i. ad Thymo. v. magis ergo papa deberet reſidere cum domeſticis ⁊ notis in propria patria ꝗ̃ in aliena.

Preterea gratia non deſtruit naturam. ſed perficit naturam. Unde Paulus poſtꝗ̃ vocatus eſt ad apoſtolatum dixit ad Roma. xi. Quamdiu ſum apoſtolus gentium miniſterium meum honorificabo. ſi quo ad emulãdum prouocem carnem meam ⁊ ſaluos faciam aliquos ex illis. magis ergo papa in patria propria ꝗ̃ in aliena debet reſidere.

In contrariuꝫ eſt quod ſcribitur ad Galla. i. de Paulo. ꝙ poſtꝗ̃ vocatus eſt ad apoſtolatum continuo non acquieuit carni ⁊ ſanguini. Vt vellet inter notos conuerſari. ſicut exponit gloſa. ſed abijt in Arabiam ⁊ iterum reuerſus fuit Damaſcum.

Rñ. Dicendum ꝙ ſicut ſcribitur Johan. iiij. Ipſe ſaluator humani generis teſtimoniũ perhibuit ꝙ propheta in ſua patria honorem non habet. duobus enim diebus ſtetit in Samaria. ⁊ multa miracula fecit. ⁊ multo tempore conuerſatus eſt in Galilea vnde ortus erat ⁊ pauca miracula ibi fecit propter incredulitatem eorum. Quare autem propheta ſeu prelatus habeatur in cõtemptu ⁊ deſpectu in ꝓpria patria quantuꝫ ad preſens triplex ratio poteſt aſſignari.

Prima propter familiarem conuerſationẽ. Nimia enim conſamiliaritas contemptum parit ſeu reddit. Unde dicit gloſa Luce. iiij. ſuper illo verbo. Nemo propheta acceptus eſt in patria ſua. ꝙ contemnuntur quodam modo ſemper etiam optima queqꝫ quando non raro contingũt alicui. ſed ſuppetunt ad velle. Et ſic etiã cõtingit in hominibus. quia familiaritas que ſemper preſto eſt debita reuerentia priuatur a notis eius.

Secunda propter generis eius ⁊ parentele cognitionem. Unde ſuper illo verbo Math. xiij. Unde huic ſapientia ⁊ virtutes. nõne hic eſt fabri filius. nonne mater eius dicitur Maria. fratres eius Jacobus ⁊ Joſeph. Dicit gloſa Hieronymi. ꝙ non conſiderabant iudei preſentia opera. ſed fragilem recordabãtur infantiam. Cõtemnebant etiam ab eis vilitas originis que ſepe conſueuit contemni. iuxta illud quia eſt filius. Heſai. ſed humilia reſpicit dominus ⁊ alta a longe cognoſcit.

Tertia propter inuidie emulationem. quia vt dicit glo. Marci. vi. Naturale eſt ciues ſemper ciuibus inuidere. Unde Hieremias ceteriqꝫ prophete minores ſemper in patria ſua habiti ſunt ꝗ̃ in ceteris ciuitatibus. Cui conſonũ eſt vt dicit Philoſophus. iij. Ethycorꝝ. vbi ait ꝙ propinquis tempore loco ⁊ etate magis inuidemus ꝗ̃ alijs. Ex qua cauſa ſcribitur Geñ. xvij. ꝙ ſomniuꝫ Joſeph inuidie ⁊ odij inter eũ ⁊ fratres ſuos fomitem miniſtrauit.

Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ chriſtus in iudea habitauit. quia primo iudeis predicare venerat. Iuxta illud Mathei. xv. Non ſum miſſus niſi ad oues que perierunt domus iſrael. Super gentes autem poteſtatem accepit ꝑ crucis victoriam. Iuxta illud Apoca. ij. Qui vicerit dabo ei poteſtatem ſuper gentes ſicut ⁊ ego accepi a patre meo. Nec tamen in iudea cõmuniter cõuerſatus eſt in patria vnde erat oriũdus. ſed in alijs locis circumiacentibus.

Ad ſecundum eſt dicẽdum. ꝙ apoſtolus ibi loquitur de cura domeſtica quantum ad ſubuentionem parentum in opportunis neceſſarijs quam homo propter prelationis officium pretermittere non debet.

Ad tertium dicenduꝫ. ꝙ gratia non deſtruit naturam. ſed operatur ſupra naturam. quia licet dilectioni naturali ſacra eloquia non contradicant. Aliud tamen eſt ꝙ ſponte impenditur nature. ⁊ aliud eſt ꝙ ex caritate debetur obediẽtie. Unde Paulus non prouocabat ad emulandum carnem ſuam ex familiari conuerſatione. ſed magis ex caritatiua dilectione ⁊ virtuoſa operatione

AD tertium ſic proceditur. Videtur eniꝫ ꝙ papa magis debeat diſcurrere per mundum ꝗ̃ in vno loco reſidentiã facere. quia ſcribit Math. v. ꝙ circuibat Jeſus totam galileaꝫ docens in ſynagogis eorum ⁊ predicans euangelium regni. Exemplo ergo chriſti papa debet diſcurrere per mundum ⁊ non in vno loco reſidere.

Preterea papa eſt ſponſus vniuerſalis eccleſie ſicut epiſcopus eſt ſponſus ſue dyoceſis. Sed ſcribitur. x. q. i. Annis vicibus ab epiſcopis eccleſie viſitentur. Ergo ſimiliter papa tenetur ſingulis annis per mundum diſcurrere ad viſitandum.

Preterea papa debet eſſe imitator chriſti. ſꝫ chriſtus turbis volentibus eum detinere dixit Luce. iiij. Alijs ciuitatibus oportet me euãgeliſare regnum dei. quia ad hoc miſſus ſum.

In contrarium eſt. quia vita contemplatiua melior eſt actiua. papa ergo potius in loco vno debet reſidere contemplationi inſiſtens ꝗ̃ diſcurrere actiones ſubditorum perſcrutando.

R. Dicendum ꝙ papam per mundum diſcurrere poteſt intelligi dupliciter.

Primo per ſeipſum preſentia corporali

Secundo per ſuos miniſtros ſua potentia virtuali

Primo modo non. ſed potius Rome. vbi caput eccleſie chriſtus ſtatuit quieſcendum. ipſe debet corporalem reſidẽtiam facere. quamuis enim ipſe chriſtus perſonaliter ipſam Romaꝫ non elegerit vt illaꝫ ſua preſentia per eius predicationem ⁊ paſſionem honoraret. voluit tñ ipſam ſublimare preſentia beati Petri cui claues eccleſie tradidit ⁊ omnium ſucceſſorũ ſuorꝝ. Unde ſcribitur in ſermone Epheſini concilij ꝙ ſi chriſtus maximam Romam elegiſſet ciuitatem ꝓpter potentiam ciuium mutationem orbis terrarum homines putarent. ſi vero filius Imperatoris fuiſſet vtilitatem eccleſie poteſtati aſcriberent. ſed vt diuinitus cognoſceretur orbem tranſformaſſe terrarum pauperculam elegit matrem ⁊ pauperiorem patriam. Delectos autem miniſtros vt tamen ſuam poteſtatẽ magis oſtẽderet in ipſa Roma que caput erat orbis terrarum. caput eccleſie ſue ſtatuit in ſignũ perfecte victorie vt exinde fides deriuaretur ad vniuerſum mundum. Et ſic impletum eſt illud Iſaie. xxvi. Ciuitatem ſublimem humiliauit eam pes pauperis. puta chriſti. ⁊ greſſus egenorum id eſt apoſtolorum Petri ⁊ Pauli.

Sed ſecundo modo ſic. quia per ſuos miniſtros ſua potentia virtuali vniuerſum munduꝫ debet viſitare. exemplo chriſti qui primo apoſtolos ⁊ poſtmodum. lxxij. ad eruditionem plebis deſtinauit. Exemplo Moyſi qui plures coadiutores ad determinanda facilia negotia populi ordinauit. Difficilia vero ad ſuam preſentiam deferenda ordinauit. Vt patet Exo. decimooctauo.

Et ſic patet reſponſio ad rationes in contrarium.

A D quartum ſic proceditur. Uide/
tur enim ꝙ tempore perſecutionis
antichriſti pape non ſolum ſedes
Romana ſit relinquēdā. Quia an
tichriſtus nō predicabit niſi in ſinaria vbi chri/
ſtus predicauit. Naſcetur enī in Babylone ex
fornicatione vt Damaſce. dicit. Propter perſe
cutionem ergo antichriſti alia eccleſia non deſo
labitur.

¶ Preterea ſcḋm Criſoſt. ſuper illo verbo porte
inferi non preualebunt aduerſus eam. eccleſia
ergo nunꝗ̄ deficiet. vnde non dixit. nō appro
pinquabunt ei. ſed non preualebunt. Quia impu
gnabitur eccleſia ſed vinci non poterit. tempe
ſtates ſuſcipiet ſed non demergetur. iacula mit
tentur in ipſa ſed non perforabitur.

¶ Preterea ſcḋm eundem Criſoſt. in omelia de
pentecoſte. Eccleſia de qua cura eſt deo ⁊ cui⁹ pa/
ſtor papa eſt nō eſt muris circundata. ſed fide
circumſepta. Sed talis eccleſia deficere nō po
teſt. Quia dictum eſt Petro Luce. xxij. cuius
papa ſucceſſor eſt. Ego pro te rogaui petre ne
deficiat fides tua.

¶ In contrarium eſt glo. ij. Theſſa. ij.

¶ Rn̄o. Dicendū ꝙ ſuper illo verbo. ij. Theſ.
ij. Niſi venerit diſſenſio primum ⁊ reuelatus
fuerit homo peccati. dicit glo. ꝙ ante antichri/
ſti aduentum erit triplex in mundo diſſenſio. qꝛ
primo erit omnium hominum ſeparatio a Ro
mano Imperio. Secundo erit multorum chri
ſtianorū diſſenſio a fide catholica. Tertio erit
ſeparatio multarum eccleſiarū a Romano pō
tifice. De prima diſſenſione dicit gloſa ſuꝑ illo
verbo Daniel. vij. Beſtia quarta regnū quar/
tum erit in terra. quod eſt maius omnibus re/
gnis ⁊ deuorabit vniuerſam terrā. Porro cor
nua decem. in capite beſtie decem reges erunt.
quod regnum maius eſt omnibus regnum ro
manorum. Per decem vero cornua intelligū/
tur decem regna in que diuidetur Romanum
imperium tempore antichriſti. Quia tempore
diuiſionis ꝑdicti regni ⁊ de ipſis regnis in que
diuidetur orietur antichriſtus.

¶ De ſecunda vero diuiſione alias diſſenſiōe
a fide catholica. habetur. i. ad thymo. iiij. vbi
apoſtolus ait. Spiritus autē manifeſte dicit
ꝙ in nouiſſimis temporibus diſcendēt quidā
a fide attendentes ſpiritibus erroris ⁊ doctri/
nis demoniorum loquentium mendatiū. Su
per quo verbo dicit glo. ꝙ ſignanter dicit qui/
dam. Quia notabiles ⁊ magni viri erunt qui
tunc diſcedent a fide catholica;

¶ De tertia vero diſceſſione a romano pontifi
ce habetur. i. Johan. ij. vbi loquens Johānes
in perſona Romane eccleſie iā derelicte a ſuis
membris dicit. Ex nobis prodierunt ſed ex no
bis non erant. quia ſi fuiſſent ex nobis perma
ſiſſent vtiqꝫ nobiſcum. Illo enim tempore vt
gloſa dicit. particulares eccleſie vndiqꝫ per or/
bem diffuſe ſubtrahent ſe ab obedientia roma
ni pontificis. ita vt pauci ſibi obediant. ⁊ pa/
pa tūc temporis circa partes romanas ſe recli
det cum paucis alijs ab eius obedientia ſub/
tractis

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ antichri/
ſtus per demonum miniſterium ⁊ ſuos mini/
ſtros procurabit eccleſie deſolationē vbiqꝫ ter
rarum. Unde ſcribitur Danielis. viij. ꝙ ipſe ro
buſtos ⁊ populos ſanctorum interficiet.

¶ Ad ſecundum ⁊ tertium eſt dicendum ꝙ ec/
cleſia nō deficiet vniuerſaliter. Expugnabitur
quidem ſed non deſolabitur. multa etiam mē/
bra eccleſie que ex perſecutione antichriſti rece
dent a fide ipſo interfecto ad fidem conuertent

# Queſtio viceſimaſecū da de pape obediētia

D Einde conſiderandū eſt de
pape obedientia. Circa quā
triplex occurrit conſideratio.

¶ Primo de obediētia chri
ſtianorum

¶ Secundo de obedientia
paganorum.

¶ Tertio de obedientia iudeorum.

¶ Circa primum queruntur ſeptem.

¶ Primo vtrum chriſtiani pape in omibus
teneantur obedire.

¶ Secundo vtrū pape teneantur obedire laici
chriſtiani ſicut clerici.

¶ Tertio vtrum pape chriſtiani laici magis
teneantur obedire ꝙ̄ Imperatori vel regi.

¶ Quarto vtrum pape ſerui chriſtianorū ma
gis teneantur obedire ꝙ̄ proprijs dominis

¶ Quinto vtrum papa ſeruos chriſtianorū
poſſit a ſeruitute eximere ⁊ libertati reddere.

¶ Sexto vtrū papa chriſtianos liberos poſ
ſit ad ſeruitutem damnare.

¶ Septimo vtrū papa chriſtianos exiſtentes
ſub dominio infidelium debeat ab eorum do
minio ſubtrahere.

A D primum ſic proceditur. Uidetur
enim ꝙ pape chriſtiani in omnib⁹
teneantur obedire. Scribitur enī
ad Coloceñ. iij. Filij obedite pa/
rentibus veſtris per omnia. Multo ergo ma/
gis in omnibus tenemur obedire pape. quia
vt ſcribitur ad Hebre. xij. Si patres quidem
carnis noſtre habuimus eruditores ⁊ reuerbe
ramur eos. multo magis obtemperabim⁹ pa/
tri ſpirituum. ⁊ viuemus.

¶ Preterea inferior non debet de ſuperiori iu
dicari. quia maiores a minoribus iudicari nō
poſſunt. Ut ſcribitur. xvij. diſtin. c. ſubmittitur.
Non ſpectat ergo ad ſubditos chriſtianos iu/
dicare vel diſcernere in quibus debeant obedi
re pape vel non.

¶ Preterea papa eſt ꝑlatus omniū chriſtia
norum. Sed beatus Benedictus dicit in re/
gula ſua ꝙ ſi prelatus precipiat īpoſſibile ſub
ditus debet temptare implere.

¶ In contrarium eſt. Quia vt ſcribitur Act.
iiij. Obedire oportet deo magis ꝙ̄ hominib⁹
Si ergo papa mandaret aliquid contra deum
fieri ſibi non eſſet obediendum

¶ Rn̄o. Dicendum ꝙ illa que papa precipit.
vel clauduntur ſub iure naturali vel ſub iure di
uino vel ſub iure poſitiuo. Si clauduntur ſub
iure diuino non eſt obediendum pape. ſi man
daret aliquid cōtra illa. puta ꝙ ſi preciperet ꝙ
creatura aliqua honore latrie adoraretur vel ꝙ
nomen dei inuanū aſſumeretur. aut ꝙ temp⁹
deditum in cultum dei ſibi ſubtraheretur. ſibi
non eſſet obediendum. ymmo fortiter reſiſten
dum. Si autem clauduntur ſub iure naturali.
⁊ papa mādaret aliquid contra illa fieri. vt for
nicari. furari. vel innocentem occidere. vel ꝙ ho
mo non comederet. vel ꝙ matrimonium nō cō
traheret. ſimiliter in talibus ſibi obediendum
non eſt. Sed ſi illa que precipit claudūtur ſub
iure poſitiuo. cum omne ius poſitiuū ab ipſo
dependeat. vel per immediatam editionem. vt
ius canonicum. vel per confirmationem ⁊ ap/
probationem. vt ius ciuile. tunc ſicut eius eſt
omnia precepta iuris poſitiui condere ⁊ confir
mare ſeu interpretari. ita eius eſt omnia tolle/
re in toto orbe vel in parte. Unde in talibus ſi
aliquid mandat contra ipſa vel aliter interpre/
tatur ꝙ̄ ſcripta ſint. ſibi obediendum eſt.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ nec patri
carnali nec patri ſpirituali abſolute ⁊ ſimplici/
ter eſt in omnibus obediendum. ſed in illis dū
taxat que pertinent ad patris carnalis ſubie/
ctionem ⁊ patris ſpiritualis reuerentiam ⁊ ho
norem.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ ſubditus nō
debet iudicare vel diſcernere an debeat obedi/
re pape ſi precipiat illa que ſunt ſcḋm deū ⁊ ſcḋm
illa que ꝯſueta ſunt obſeruari in religione chri
ſtiana conſona iuri diuino. ⁊ iure naturali. ſed
ſi notabiliter preciperentur inconſueta ⁊ diſſo/
na a preceptis dei ⁊ preceptis legis nature cū
papa ſic precipiendo eſſet infidelis ſeipſum iu
dicaret. quia qui nō recte credit iam iudicatus
eſt.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ beatus Bene/
dictus loquitur de obedientia perfecta vt ca/
dit ſub cōſilio ⁊ reſpectu prelati inferioris. ſcḋm
quam obediēdum eſt prelato in omnibus que
poſſunt fieri ſine peccato. Planum eſt enim ꝙ
ſi abbas preciperet vt monachus iaceret ſuper
nudam terrā licite poſſet reclamare ab illa obe
dientia. Quia non eſt conſuetum in regulari
obſeruantia fieri Reſpectu tamen vniuerſalis
obedientie prelati ſicut eſt papa nulla reclama
tio admittitur. dūmodo non precipiat diſſona
a preceptis dei ⁊ legis nature.

A D ſecundum ſic proceditur. Uide/
tur enim ꝙ clerici ⁊ laici eodē mo
do teneantur obedire pape. quia
filij eodem modo tenentur parere
mandatis patris. ſed tam laici ꝙ̄ clerici eodē
modo ſunt dei filij cuius papa vicarius exiſtit
Iuxta illud Joh. i. Dedit eis poteſtatē filios
dei fieri. his qui credunt in nomine eius. eodē
ergo modo tenentur pape obedire

¶ Preterea Nullus eſt exemptus a dominio
dei. Sed papa eſt vicarius dei in terris. Non
ergo magis eſt exemptus a dominio pape lai/
cus ꝙ̄ clericus.

¶ Preterea illi tenentur magis obedire pa/
pe in quibus eſt maior ſeruitus. ſed maior ſer/
uitus eſt in laicis ꝙ̄ in clericis. Quia clericis

intelligitur eſſe dictum quod ſcribitur. i. Pe. i. Quaſi liberi ⁊ non quaſi velamen habentes malicie libertatem. ſed ſicut ſerui dei.

¶ In contrarium eſt Criſo. ſuper Matheum

¶ Reſpõ. Dicendum ꝙ ſi comparetur obedientia laicorum ⁊ clericorum ad papam. obedientia clericorum intelligitur eſſe principalior vniuerſalior ⁊ immediatior.

¶ Principalior quidem eſt. Quia principatus pape ⁊ omnis principatus eccleſiaſticus eſt principaliter propter bonum ſpirituale. per redundantiam autem ex conſequenti habꝫ eſſe circa corporalia. quia vicariꝰ illius exiſtit qui dixit Math. vi. Primum querite regnuꝫ dei ⁊ hec omnia adijcientur vobis

¶ Principatus vero laicorum vel ſecularium principaliter eſt introductus propter bona corporalia. ⁊ ideo clerici principaliter intelligunt ſubijci principatui eccleſiaſtico ꝗ̃ ſecularis laici. ¶ Vniuerſaliter vero. quia papa preeſt clericis poteſtate ordinis ⁊ poteſtate iuriſdictionis. Quia vtraqꝫ poteſtas deriuatur ab eo in clericos Sed laicis non preeſt niſi poteſtate iuriſdictionis. quia eoipſo ꝙ laici ſunt ad poteſtatem ordinis recipiendam idoneitatem non habent

¶ Similiter eſt obedientia clericorum immediatior. ⁊ quia licet poteſtas pape ſe extendat ad clericos ⁊ laicos per immediatam iuriſdictionē. non tamen ſe extendit ad ipſos laicos per immediatam executionē. ſed regimen ipſorum laicoruꝫ exequitur papa mediantibꝰ principibus ⁊ iudicibus ſecularibus niſi in quibꝫ caſibus qui notantur extra qui fi. ſint legi. ca. per venerabilem.

¶ Primus eſt quando aliquid temporale cõceditur eccleſie a principe vel rege. vel tunc ſolum concedit vſum dominium ſibi retinendo. vel concedit vtrunqꝫ ⁊ tunc eccleſia dominium iuſticie exercet per laicos non eccleſiaſticas perſonas. ſicut dicit Hugo ſecundo libro de ſacramentis.

¶ Secundus eſt quando occurrit aliquod negotium difficile ⁊ ambiguum. tūc eſt immediate ad papam recurrendum

¶ Tertius eſt ratione delicti ſecularis principis. vt ſi princeps ſecularis inueniatur hereticus ⁊ a fide deuiare.

¶ Quartus ſi inueniatur defectus in iudicio dato a ſeculari principe vel iudice. Quia papa habet poteſtatem ſecularem rectificare ⁊ corrigere ſi bona non eſt ⁊ inſtituere ⁊ confirmare ſi bona eſt. vt dicit Hugo. libro ſupra dicto

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ ſicut dicit Criſoſt. ſuper Math. xxi. pertractans illa illa verba ſaluatoris. Homo quidam habuit duos filios ⁊ primus dixit nolle facere voluntatem patris ⁊ poſtea fecit. Secundus vero dixit velle facere ⁊ poſtea non fecit. Per illos duos filios intelliguntur laici ⁊ clerici. quia laici eoipſo ꝙ vitam ſecularem eligunt ⁊ habitū ſecularem aſſumunt obedientiam chriſti ⁊ vicarij eius reſpuere videntur.

¶ Clerici vero eoipſo ꝙ eccleſiaſticam vitam ⁊ habitum clericalem aſſumunt ipſo facto obedientiam chriſti ⁊ vicarij ſui profiteri intelliguntur. quam ſi implere negligant ſubditur ĩ eis eodem capitulo. Amen dico vobis publicani ⁊ meretrices precedent vos in regno dei.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ nullus eſt exemptꝰ a dominio pape mediate vel immediate. nam clerici immediate ſubduntur principatui eccleſiaſtico. laici vero ſubduntur ei mediāte principatu laicali. qui in obſequium ⁊ miniſterium eſt datus preſulatui ſpirituali. Vt ſupra dictum eſt.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ laicis eſt maior ſeruitus. ideo pluribus modis tenentur obedire quia tenent parere principatui laicali ⁊ principatui eccleſiaſtico. clerici vero a pricipatu laicali ſunt exempti. quia coram iudice ſeculari cōueniri non poſſunt.

AD tertium ſic proceditur. Videtur enim ꝙ pape laici chriſtiani non teneantur magis obedire ꝗ̃ Imperatori vel regi. Quia dato ꝙ archiepiſcopus ſit maior epiſcopo ⁊ epiſcopus maior abbate. magis tamē tenetur ſubditus obedire epiſcopo ꝗ̃ archiepiſcopo. Et monachus magis tenetur obedire abbati ꝗ̃ epiſcopo. A ſimili ergo. dato ꝙ papa ſit maior Imperatore vel rege. magis tenētur laici ſubditi obedire Imperatori vel regi ꝗ̃ pape

Preterea vnicuiqꝫ eſt obediendū ſcḋm leges receptas ab ipſo. ſed omnes qui ſubdūtur ſub imperio recipiunt leges ab Imperatore. Ergo omnes tenentur ſibi parere ſcḋm tales leges.

¶ Preterea debitum iuſticie ꝙ reddatur vnicuiqꝫ quod ſuum eſt. Iuxta illud Apoſtoli ad Roma. xiij. Reddite omnibus debita. cui tributum tributuꝫ. cui vectigal vectigal. ſed Imperator eſt dominus temporalium. Ergo debitum iuſticie eſt ꝙ laici obediant ei in temporalibus magis ꝗ̃ pape.

¶ In contrarium eſt. quia domino vniuerſorum vniuerſaliter eſt obediendum. Sed papa vicarius eſt illius qui eſt dominus vniuerſorū Iuxta illud Heſter. xiij. Domine in ditiōe tua cuncta ſunt poſita ⁊ non eſt qui poſſit reſiſtere voluntati tue dominus vniuerſorū tu es. Ergo ſibi vniuerſaliter obediendum eſt

¶ R. Dicendum ꝙ tota machina mundialis non eſt niſi vnus principatus. Sed quia non debet eſſe niſi vnus principatus. ideo non debet eſſe niſi vnus princeps. Iuxta illud Philoſophi. xij. Metha. ꝙ entia nolunt male diſponi. ideo vnus princeps ⁊ vnus principatꝰ princeps autem totius mundi principatus eſt ipſe chriſtus cuius papa vicarius exiſtit. iuxta illud Danielis. vij. Aſpiciebam ⁊ ecce quaſi in nubibus celi quaſi filius hominis veniebat ⁊ vſqꝫ ad antiquum dierū peruenit ⁊ dedit ei poteſtatem ⁊ honorem ⁊ regnum ⁊ omnes populi tribus ⁊ lingue ſeruient ipſi. Vbicunqꝫ autē eſt fons ⁊ origo ad queꝫ omnia reducuntur in talibus per preceptum inferioris non tollitur obedientia ſuperioris. Vnde in predictis locum habet gloſa. illa que ponitur ad Roma. xiij. Si aliquid mandat procurator ⁊ aliud ꝓconſul. obediendum eſt proconſuli non procuratori. Et ſi aliq̄d mandat proconſul ⁊ aliud Imperator obediendum eſt Imperatori ⁊ nō proconſuli. Eodem modo ſi aliud mandat papa ⁊ aliud imperator obediendum eſt pape ⁊ non Imperatori Verum quia iuſticia per fidē chriſti eſt confirmata non extirpata. dicēte apoſtolo Roma. iij. Iuſticia dei per fidem eſt ieſu chriſti. cum omnis principatus procedat ex ordinatione diuine iuſticie. Iuxta illud Ro. xiij. Omnis poteſtas eſt a deo. ⁊ que a deo ſūt ordinata ſūt. Ideo ſicut papa debet eſſe omnis iuſticie obſeruator. ⁊ omnium principatuum inſtitutor ⁊ ordinator ſine quibus iuſticia minime ſeruari poſſet. Sic debet omnem debitā ſubiectionem ⁊ obedientiam ſubditorum ad principes ⁊ reges ſeculi manu tenere ⁊ gubernare nō tollere vel ſubtrahere. Vnde Petrus cuius papa ſucceſſor exiſtit dicit prima canonica ſua capitulo ſecundo. Subiecti eſtote omni humane creature propter deum ſiue regi quaſi precellenti. ſiue ducibus tanꝗ̃ ab eo miſſis ad vindictam malefactorum. laudem vero bonorum.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum. ꝗ̃ non eſt ſimile. Quia omnes ſubijciuntur pape de iure diuino. Vnde reſpectu eius non habet locum aliqua exceptio. preſbyter vero ſubijcitur epō de iure naturali. Vnde plus tenetur epiſcopo ꝗ̃ archiepiſcopo cui non ſubijcitur. niſi in illis in quibus eccleſia ſtatuit ⁊ ordinauit. Similiter monachus plus tenetur obedire abbati ꝗ̃ epiſcopo potiſſime ſi eſt exemptus ⁊ ſcḋm illa q̄ in regula ⁊ conſtitutionibus confirmatis per papam continentur.

¶ Ad ſecundum eſt dicendū ꝗ̃ ſicut dicit Auguſtinus ad Bonifacium Et ponitur. ix. diſt. Quicunqꝫ legibus Imperatorum que ꝓ dei veritate feruntur obtemperare vult acquirit magnum premium. Quicunqꝫ legibus Imperatorum que contra dei veritatem feruntur obtēperare noluerit acquirit magnum damnū. Si ergo Imperator mandat aliquid contra precepta pape ⁊ contra libertatem eccleſie. ſibi obtemperandum non eſt

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ principibus ſeculi obedientia nō eſt ſubtrahēda niſi ſeipſos reddant indignos ⁊ niſi principatū iniuſte adminiſtrent. Quia tunc non ſolum ſubditorum ſubiectione. verum etiam principandi iuriſdictione per papam priuari poſſunt.

AD quartum ſic proceditur. Videtur. n. ꝙ ſerui chriſtianorum magis teneantur obedire proprijs dominis ꝗ̃ Pape. Quia non poteſt homo duobus dominis ſeruire ꝯtraria iubentibus. vt ſcribitur Math. vij. Si ergo contingat papam ⁊ dominos proprios contraria precipere. magis tenentur ſerui proprijs dominis parere ꝗ̃ pape. aliter eſſent tranſgreſſores precepti apoſtoli mandantis ad Ephe. vi. Serui obedite dominis carnalibus cum omni timore.

¶ Preterea ſi quis preſtat iuramentum duobus dominis vtriqꝫ tenetur obedire ⁊ illi primo cui primo iuramentuꝫ preſtat. ſed ſerui preſtant primo iuramentum dominis carnalibus ꝗ̃ pape. ergo eis primo tenentur obedire.

¶ Preterea papa eſt ſucceſſor beati petri. ſed beatus Petrus mandat prima canonica. cap. ij. Ut ſerui ſubditi ſint ⁊ in omni timore domi nis. non tantum bonis ⁊ modeſtis. ſed etiā diſcolis ⁊ indiſciplinatis.

¶ In contrariū eſt. quia cōmuni domino magis obediendum eſt ꝙ̄ proprio. ſicut cōmune bonum preponendū eſt particulari bono. ſed papa eſt dominus cōmunis omnium. ergo ſerui magis tenentur ſibi obedire ꝙ̄ ꝓprio dn̄o.

¶ R. Dicendum ꝙ homo quantum ad p̄ſens quatuor modis conſiderari poteſt

¶ Primo quantum ad interioris voluntatis motionem

¶ Secundo quantū ad totius religionis chriſtiane conuerſationem

¶ Tertio quantum ad corporis naturalē operationem.

¶ Quarto quantum ad corporis exteriorem adminiſtrationem.

¶ Secundum autē iſta quatuor diuerſis diuerſimode homo tenetur obedire. quia quantū ad interioris voluntatis motionē tenetur obedire ſoli deo. Nam vt dicit glo. Auguſt. ſuper illo verbo ad Roma. xiij. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. inquantū ſuperiores poteſtates ſunt. eis obedientia preſtatur. Planum eſt autem ꝙ in motibus volūtatis homo nullum ſuperiorem habet niſi deū Ideo inſtinctibus inſtigatis a deo humāe voluntati homo ſtatim obedire debet ⁊ non reſiſtere. modo quo dicebat ꝓpheta. Audiā quid loquatur in me deus. deus meus. Quantum vero ad religionis chriſtiane conuerſationem tenetur omnis chriſtianus pape obedire. quia ad ordinandum qualiter in religiōe chriſtiana viuendum eſt nullus eſt ſuperior ipſo pontifice cum ipſe ſit ſequeſter ⁊ medius inter deum ⁊ hominem ſeu totum populum chriſtianū. vn̄ ſicut dixerūt filij iſrael Moyſi Exo. xxiiij. omnia que locutus eſt nobis dominus per te faciemus ⁊ erimus obedientes. Sic omnes viuentes in religione chriſtiana debēt dicere ipſi pape. tam domini ꝙ̄ ſerui ⁊ laici ⁊ clerici. Quantum autem ad corporis naturalem operationē vt eſt corporis ſuſtentatio ⁊ prolis generatio. homo nullum habet ſuperiorem. ſed in talib⁹ omnes homines ſunt equales. Ideo ſeru⁹ nulli domino tenetur obedire precipienti ꝙ nō comedat vel ꝙ matrimoniū non contrahat. Sed quantum ad corporis exteriorem adminiſtrationem tenetur homo diuerſis obedire ſm ꝙ ꝑ exteriorem corporis adminiſtrationem diuerſos ſuperiores habere poteſt. magis enim tenetur nauta obedire gubernatori nauis in nauali regimine ꝙ̄ pape etiam preſente papa. quia in tali arte ſubijcitur illi ⁊ non pape. Similiter miles in his que ſpectarent ad bellum plus tenetur exercitus duci ꝙ̄ pape. ⁊ ſic de alijs.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum. ꝙ ſi papa mandaret aliud ꝙ̄ dominus proprius in illis in quibus ſubijcitur ſibi ſeruus tenetur obedire pape ⁊ non domino ꝓprio.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ ſi quis preſtat iuramentū duobus ep̄is tenetur vtriq; obedire ſi poteſt. ſi vero non. tenetur obedire ei cui primo preſtitit iuramentum. maxime ſi intitulatus eſt per beneficium in dyoceſi eius. Si vero ex pliciter diſpenſatione trāſlatus eſt ad dyoceſim alterius per maius beneficium. dicūt alii qui ꝙ tenetur obedire ſecundo ⁊ non primo. Nec verum eſt ꝙ homo preſtet alicui iuramentum prius ꝙ̄ pape. quia pape preſtat iuramentum in baptiſmo quando promittit viuere ſm fidem ⁊ ritum chriſtiane religionis.

¶ Ad tertium eſt dicendum. ꝙ beatus Petr⁹ mandat ꝙ ſerui obediant dominis in his que eis tenentur. non excipiendo eos ab obedientia qua tenētur ſibi ⁊ ſucceſſoribus eius in militia chriſtiana.

Ad quintum ſic proceditur. Uidetur enim ꝙ papa poſſit ſeruos chriſtianorum a ſeruitute eximere ⁊ libertati reddere. Quia qui liberat a ſ͛uitute maiori poteſt liberare a minori. Sed beatus Petrus cuius papa ſucceſſor exiſtit liberauit omnes chriſtianos a ſeruitute legali dicens Act. xv. Ut quid temptatis iugum ponere ſuper collum diſcipulorū. hoc eſt onus quod neq; vos neq; patres veſtri portare potuerūt. Papa ergo poteſt ab illa ſeruitute liberare.

¶ Preterea ſeruitus inducta eſt per peccatum Sed papa poteſt a peccato abſoluere per adminiſtrationem ſacramentorum. Ergo poteſt omnem ſeruitutem tollere.

¶ Preterea ad Papam ſpectat quod iniuſtum eſt ad iuſticiam inducere. Sed multi per vſurpationem tyrannicam ⁊ per violentiā acciperūt dn̄ium. Ad papā ergo ſpectat chriſtianos a ſeruitute talium eximere ⁊ libertati reddere.

¶ In contrariū eſt. quia apoſtolus Paulus oneſimum ſeruum philomenis baptiſauit. et per conſequens a peccato mundauit. ⁊ tamen ipſum ad dominum ſuum philomenem remiſit. nec eum a ſeruitute exemit. ſed potius in ſeruitute ſui domini cōfirmauit. eodē ergo modo papa debet facere.

¶ R. Dicendum ꝙ per peccatum primi parentis tanta fuit macula peccati in anima ꝙ poterat ſeruit⁹ anime appellari. quia qui facit peccatum ſeruus eſt peccati. Similiter tāta fuit penalitas in corpore vt mortalitas. infirmitas ⁊ exterior ſeruitus. per chriſtum autem cuius papa vicarius exiſtit liberati ſum⁹ a ſeruitute peccati ⁊ a ſ͛uitute anime. Iuxta illud apoſtoli ad Roma. vi. Nunc vero liberati a peccato: ſerui autem facti deo. Sed a ſeruitute corporis liberati non ſumus ſicut nec ab alijs penalitatib⁹ qui moritur ⁊ infirmatur baptizatus ſicut nō baptizatus. ⁊ obligatur homo ad ſeruitutē exteriorem poſt baptiſmum ſicut ante. Et ſi dicatur vt Seneca dicit li. iij. de beneficijs. ꝙ errat ſi quis exiſtimat ſeruitutem in totum hominē deſcendere pars eius melior excepta eſt. corpora vero tantum obnoxia ſunt ⁊ aſcripta dominis Mens quidem eſt ſui iuris. Hoc intelligendū eſt de ſeruitute coactionis. quia planum eſt ꝙ anima non poteſt cogi ad ſeruiendum peccato ymmo ſi cogeretur et inuoluntarie peccaret iā non eſſet peccatum. Non autem intelligitur ꝙ ſeruitus peccati non deſcenderet in animā ipſa volente ⁊ conſentiente. a qua ſeruitute nō niſi per chriſtum homo liberari potuit. quia per ſe ipſum homo potuit cadere. ſed per ſeipſum nō potuit reſurgere. Quare autem a ſeruitute corporis chriſtus nō liberauit nō ſicut a ſeruitute anime triplex ratio cōmuniter aſſignatur.

¶ Una ex parte iuſticie naturalis. quia ordo nature hoc requirit. vt ſicut in rebus naturalibus ſuperiora mouent inferiora ad ſuas actiones per excellentiam naturalis virtutis diuinitus eis collate. ſic in rebus humanis ſuperiora imperent inferioribus ſuam volūtatem ex ordine iuſticie diuinitus ordinate.

¶ Secunda ex parte iuſticie legalis ſine qua humanarum rerum ſtatus conſeruari non poſſet. quia ſm Aug. iiij. de ciui. dei. Remota tali iuſticia regna non ſunt niſi quedam magna latrocinia. per chriſtum vero ordo predicte iuſticie in nobis non fuit ſublatus. ſed firmatus quia qui nos iuſtificauit a debito nullius iuſticie nos priuauit.

¶ Tertia ex parte preſentis ſtatus mundialis Quia preſens ſtatus hoc requirit vt ꝙ̄diu homo viuit iſta vita animali ⁊ ſenſibili. mente ſeruiat legi dei. corpore autem ſeruiat legi peccati. Iuxta apoſto. ad Roma. vij. Ego ipſe mēte ſeruio legi dei. carne autem legi peccati. ſolum autē in futuro ſtatu creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis. ⁊ aſſumitur libertatē glorie filiorum dei. Eodem ergo modo papa debet conari credentes in chriſtum liberare a ſeruitute anime que eſt ſeruitus peccati. non autē a ſeruitute corporali qua temporalibus dominis tenentur aſtricti. ymmo tenendo chriſti doctrinam ⁊ apoſtolorum tali in ſeruitute legali debet eos firmare.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ Petrus liberauit a ſeruitute legali. Quia veritas euāgelij non compatiebatur ſecum vmbram legis cum adueniente veritate ceſſet vmbra. Sed libertas anime quam quis conſequitur in baptiſmo compatitur ſecum vinculum ſeruitutis corporalis. ideo non eſt ſimile.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ per adminiſtrationem ſacramenti liberatur homo a ſeruitute anime. non autem a ſeruitute ⁊ penalitatibus corporis

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ a dominio iniuſto ⁊ tyrannico manente iniuſte ⁊ manente tyrānico. Papa debet chriſti fideles ſubtrahere Sed ſi fiat iuſtum vel per ſuam confirmationem vel per ſubditorum adheſionem non debet eos eximere. ſed potius confirmare

Ad ſextum ſic proceditur. Uidetur enī ꝙ papa chriſtianos liberos non poſſit iuſte ad ſeruitutem damnare. quia veri liberi non poſſunt eſſe veri ſerui. Sed ſcribitur Iohannis. viij. ca. Si filius vos liberabit veri liberi eritis. Chriſtiani ergo liberati a filio dei. vere ⁊ iuſte ad ſeruitutem damnari nō poſſunt

¶ Preterea ſcribitur Math. xvij. ꝙ filij regis liberi ſunt a tributo. Sed omnes chriſtiani filij ſunt regis eterni. Iuxta illud Iohannis. i. Dedit eis poteſtatem filios dei fieri. Non ergo poſſunt iuſte ad ſeruitutem damnari.

¶ Preterea quod non eſt cauſa cauſe. non poteſt eſſe cauſa cauſati. Cum ergo cauſa ſeruitutis ſit peccatum. ſicut papa non debet eſſe cauſa peccati ſubditorum. ſic non deb; eſſe cauſa ſeruitutis eorum

¶ In contrarium eſt. quia in ſententia papali lata contra rebelles eccleſie inter alias penalitates ponitur ꝙ fiant capientium ſerui.

¶ R. dicendū ꝙ triplex eſt ſeruitus naturalis conditionalis ⁊ accidentalis. Seruitus naturalis importat gradus nature diſtinctionem. quia ſm philoſophū hoc eſt formale in dominio ⁊ ſeruitute ꝙ domini vigeāt naturaliter intellectu ⁊ ſerui intellectu deficiant ⁊ polleant virtutibus corporalibus. fuiſſet autem iſta ſeruitus in ſtatu innocentie. quia ante peccatum aliqui viguiſſent magis intellectu ⁊ aliqui minus. Seruitus vero conditionalis importat viciorum correptionem. quia ſicut homo dominatur beſtijs ne ineffrenate ſequantur appetitum ſenſitiuum. ſicut vnꝰ homo vitam peccādum eligit ⁊ totum iudicium rationis ſenſualitati ſubmittit. merito ſubijcitur illi qui ſm regulam rationis viuit. vnde dicit Grego. in paſtorali. ꝙ cum prelatus vitia ſubditorum corrigit non hominibus ſed quaſi beſtijs dominatur. quia ex ea parte qua beſtiales ſūt ſubditi ex ea debent formidine ſubiacere ſubſtracti Talis autem ſeruitus conditionaliter inducta eſt propter peccatum. Conditionaliter quidem. quia ſicut homo poterat non peccare ita ſi non peccaſſet talem ſeruitutem nō incurriſſet. Sed ſeruitus accidentalis importat quandam violentam debellationem. nam ſm Augu. xix. de ciui. dei. c. xv. ſerui a ſeruādo appellati ſūt. quia ab antiquo illi qui iure belli a victoribꝰ occidi poterant ab eis ſeruabantur. ⁊ in perpetuum ſerui eorum efficiebantur. ſic dicti a ſeruando ſerueri. Vocatur autem talis ſeruitus accidentalis. quia ſicut accidentalis ⁊ fortuitus eſt euentus belli. quia nunc iſtum nunc illum interimit gladius. vt dixit Dauid in morte Vrie. ſic talis ſeruitus accidentaliter inducta eſt. Papa ergo chriſtianos liberos non debet damnare ad ſeruitutem naturalem. quia nulli debet vigorem rationis ſubtrahere. nec ad ſeruitutem cōditionalem. quia nulli debet eſſe cauſa peccati. Sȝ ad ſeruitutem accidentalem iuſte poteſt rebelles damnare. quia ſicut contra perſonas vel cōtra ciuitatem aliquam iſtud bellum inducitur ſm Augu. quando vel negligit corrigere quod improbe a ſuis factum eſt. vel negligit reddere quod per iniuriam ablatuȝ eſt. Sic iuſte papa poteſt rebelles tali pena punire

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ illa auctoritas loquitur de libertate gratie ⁊ de libertate ſpirituali quam per chriſtum conſecuti ſumus. non autem loquitur de libertate carnali quam per eum non conſequimur in preſenti vita. ſed ſolum in futura.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ chriſtus per illam auctoritatem oſtendit ſe eſſe liberuȝ a ſeruitute tributi. quia filius erat regis naturalis. nos autem ſumus filij regis per adoptionem per quam filiationem non liberamur a ſeruitute tributi. Vel loquimur de chriſto ⁊ diſcipulis eius quibus erant omnia cōmunia ⁊ nihil habebant propriuȝ. ideo liberi erant a tributo vt aliqui exponunt.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ papa non debȝ eſſe cauſa peccandi alicui. ⁊ per conſequēs nec ſeruitutis que ex ſuo peccato oritur. ſed ſi ſeruitus ad quam contumacem damnat oritur ex peccato illius ſibi non eſt imputandum.

Ad ſeptimum ſic proceditur. Videtur enim ꝙ Papa chriſtianos exiſtentes ſub dominio infideliuȝ debeat ab eorum dominio ſubtrahere. Quia apoſtolꝰ mādat. i. ad Corinth. vi. fideles coram infidelibus iudicibus non eſſe conueniendos dicens Audet aliquis veſtrum habens negotium aduerſus alterum iudicari apud iniquos ⁊ non apud ſanctos. Et poſtea cōcludit. Auferte hoc malum ex vobis. Ergo eodem modo fideles ſub dominio infidelium exiſtere non debent.

¶ Preterea. peccator non habet iuſtum dominium ſupra iuſtum. Sed glo. dicit ad Roma. xv. ꝙ omnis vita infidelium peccatum eſt. Ergo infideles fidelibus chriſtianis iuſte dominari non poſſunt.

¶ Preterea. fidelis non debet contrahere matrimonium cum infideli. Quia diſpar cultus impedit contrahendum ⁊ dirimit contractum Ergo ſimiliter fidelis non eſt ſupponendꝰ ſub dominio infidelis.

¶ In contrarium eſt apoſtolus. i. ad Thimo. vi. vbi ait. Quicunqȝ ſunt ſub iugo ſerui dominos ſuos infideles omni honore dignos arbitrentur. ne nomen dominij ⁊ doctrina chriſti blaſfemetur.

¶ Rñō. Dicendum ꝙ iſtam dubitationem expreſſe determinat apoſtolus. i. ad Thimo. ca. ſupra dicto. Ubi illos pſeudo qui docebant chriſtianos a dominio infidelium eſſe ſubtrahendos eo ꝙ per chriſtum ab eorum dominio liberati erant dicit nō acquieſcere ſanis ſermonibus domini noſtri Jeſu chriſti. ⁊ ei qui ſm pietatē ē doctrine. ⁊ appellat eos ſuperbos nihil ſciētes. ſed languētes circa q̄ſtiones ⁊ pugnas verborum eo ꝙ doctrina chriſti blaſfemabatur per eos. appellabatur enim doctrina chriſti ab infidelibus iniqua ⁊ iniuſta. ex quo mādabat ſeruos a dominio ſuorum dominorū eſſe ſubtrahendos. vnde ſcandalū ex hoc oriebatur

¶ Sciendum eſt tamen. ꝙ propter tria papa poteſt chriſtianos a dominio infideliū iuſte ſubtrahere.

¶ Primo propter iniuſtam dominij adeptionem. Quia enim Auguſtinꝰ dicit. xix. de ciuitate dei. Romanos dixiſſe ſe iuſte imperare prouincijs. quas violenter occupauerunt. quia vtile erat eis ſic ſeruire. eo ꝙ improbis per dominium Romanorum accipiebatur licentia nocendi ſubditis. Puto tamen hanc ſufficientē cauſam non eſſe iuſte dominationis. vt ꝙ poſſit aliquis iuſte dominari alicui inuito. quantumcūqȝ ſuum dominium illi vtile eſſe cognoſcatur Unde ſi infideles violenter acceperunt dominium ſupra fideles. iuſte papa poteſt fideles a dominio illorum ſubtrahere.

¶ Secundus propter iniuſtuȝ vſum. vt ſi nō iuſte vterentur eoruȝ dominio. precipiendo eis illicita contra mandata dei. ⁊ virtuoſos mores vel inſolita imponendo onera grauia ⁊ importabilia.

¶ Tertius propter indecentem ſtatum Nam in eccleſia primitiua. quia totus mundus erat plenus gentibus infidelibus poteſtas ⁊ dominium infidelium erat ad vtilitatem chriſtianorum. qui ad fidem cōuerſi erant. aliter oportuiſſet eos de toto mundo exiuiſſe. ſi ab eorum dominio voluiſſet ſe ſubtraxiſſe. ſicut dicit apoſtolus. i. ad Corinth. v. Sed nunc. quia multitudo gentium iam intrauit eccleſiam. non careret mala ſuſpitione ſi chriſtiani potentes ſtare ſub dominio fideli. proprio opere procurarent ſub infideli dominio permanere. Unde puto ꝙ in preſenti ſtatu papa poteſt ⁊ debȝ hoc prohibere

¶ Ad primum ergo eſt dicendum. ꝙ ideo apoſtolus prohibuit fidelem ab infideli iudicari. quia in iudicijs contentiōes ⁊ pugne oriuntur ⁊ ſeruum dei non oportet litigare. ſed manſuetum eſſe ad omnes. Si ſeruitute non incurritur peccatum. dicit enim apoſtolus ad Cor. vij. Seruus vocatus es: non ſit tibi cure. ſed ſi poteſt liber fieri. magis vtere ſeruitute. quia quāto quis propter deum deſpectior eſt in hoc ſeculo. tanto magis exaltabitur in futuro. vt gloſa exponit.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum. ꝙ peccator nō poteſt habere iuſtum dominium ſupra iuſtum in his que ſunt anime. ⁊ in his que pertinēt ad voluntatem per quam peccatum incurritur. vt dicitur In talibus enim non eſt acceptus ſeruꝰ neqȝ liber. non maſculus neqȝ femina. non iudeus neqȝ grecus. Omnes enim vnum ſunt in chriſto iheſu. vt dicit apoſtolus ad Gal. iij. Sȝ in his que ſunt corporis peccator ſupra iuſtuȝ dominium habere poteſt. Unde ſaluator noſter dixit non eſſe timendos illos qui occidunt corpus. quia animam ledere non poſſunt

¶ Ad tertium dicendum eſt. ꝙ prohibetur. vt fidelis non contrahat cuȝ infideli. propter periculum prolis dedicande ad cultum dei. tamen non prohibetur vt fidelis diſcedat ab infideli: ſi ante fidelitatem contraxit. quia ſanctificatur infidelis propter mulierem fidelem. vt dicit apoſtolus. i. ad Corinth. vij. Tale autem periculum vitatur in ſeruitute. et tamen in preſenti ſtatu ſi ante conuerſionē ad fideȝ non fuit quis ſub dominio infideli. non debet poſtmodum dominio īfideli ſe ſupponere. ſicut dictum eſt de matrimonio.

## ¶ Queſtio. xxiii. de obedientia paganorum.

Poſt hoc conſiderandūȝ eſt de obedientia paganorȝ. Circa quod queruntur ſex.

¶ Primo Utruȝ pagani de iure ſint ſub pape obedientia.

¶ Secundo. Utrum preter papā pagani ſint Imperatori immediate ſubiecti.

¶ Tertio. Utrum iuſte poſſit dominia ⁊ iuriſdictiones a paganis auferre.

¶ Quarto. Utrum papa iuſte poſſit punire paganos agentes contra legem nature.

¶ Quinto. Utrum papa poſſit paganos cogere viuere lege imperiali

¶ Sexto. Utrum papa ritum paganorum debeat tollere

Ad primum ſic proceditur. Videtur enim ꝙ pagani de iure non ſint ſub pape obedientia. quia papa preeſt omnibus poteſtate clauium. ligando ⁊ ſoluendo. ſed pagani non ligantur nec ſoluuntur. cum nunꝙ receperint fidem chriſti. poteſtas ergo clauium non ſe extendit ad eos.

¶ Preterea papa preeſt ouibus chriſti. ſed pagani. ⁊ alie barbare nationes. non ſunt ex ouibus chriſti. quia vt ipſe dicit Jo. x. Oues mee vocem meam audiunt. pagani autem ⁊ infideles. non audiunt vocem chriſti. ergo non ſunt ex ouibus eius.

¶ Preterea papa preeſt in tota eccleſia. ſed pagani ⁊ infideles nō ſunt de eccleſia. ergo de iure non ſubijciuntur ſibi

¶ In contrarium eſt. quia papa preeſt vice xpi

ſed chriſtus plenam iuriſdictionem habet ſup omnem creaturam. cum in nomine eius omne genu flectatur celeſtium terreſtrium et infernoꝝ vt dicitur ad Phil. ij.

¶ Rñ. dicendum ꝙ chriſtus per paſſionẽ ſuã meruit iudiciariã poteſtatem ſuper omnẽ creaturam. iuxta illud Math. vltimo. Data eſt mihi omnis poteſtas in celo ⁊ in terra Unde gloſa dicit ſuper illo verbo. Dñabitur a mari vſq ad mare. Uide ꝙ latum ſit regnum xpi. quia a mari vſq ad mare. i. a quolibet fine terre. vſq ad quemlibet finem terre diffundetur. tam late dilatabitur eccleſia. Uicarius autem xpi eſt papa. vñ nullus poteſt ſe ſubtrahere ab eius obedientia de iure. ſicut nullus poteſt de iure ſe ſubtrahere ab obedientia dei. Sed ſicut chriſtus recepit a patre ducatum. ⁊ ſceptrum eccleſie gentium ex iſrael. egrediens ſuper omnes principatum et poteſtatem. ⁊ ſuper omne quodcunq eſt. vt ei genua cuncta curuentur ſicut ipſi Petro. ⁊ eius ſucceſſoribus. pleniſſimam poteſtatem commiſit. vt dicit Cyrillus patriarcha Alexandrinus in libro theſaurorum

¶ Ad primum ergo eſt dicendũ. ꝙ pagani ⁊ infideles poteſtate clauium ligati ſunt ⁊ iudicati. quia qui non credunt iam iudicati ſunt. ſic poteſtate clauium. ſi vellent euigilare. ⁊ fidem chriſti recipere poſſunt abſolui.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum. ꝙ omnes creature rationales ſunt oues chriſti. iure creationis ⁊ ſufficienter iure redemptionis. quia ipſe pro omnibus ſufficienter paſſus eſt Sed pagani ⁊ infideles. non ſunt ex ouibus chriſti fidei adheſione. Unñ dicit gloſa ſuper dicto verbo. ꝙ poſt ꝙ chriſtus dixerat. Non eſtis ex ouibus meis conſequenter inducit eos. vt eius oues efficiantur. Secundum enim Augu. de nullo eſt diffidendum. quia q hodie ſunt iudei vel pagani. cras poterunt eſſe chriſtiani. Omnes enim poſſunt eſſe oues chriſti ex parte eccleſie. per eius charitatem. quia pro omnibus orat. vt conuertantur. ⁊ per eorum poteſtatem. quia omnib⁹ datũ eſt velle. ⁊ liberum arbitrium. quo conuerti poſſũt

¶ Ad tertium eſt dicendum. ꝙ eſſe de eccleſia poteſt intelligi tripliciter.

¶ Primo iudiciaria poteſtate. ⁊ ſic omnes ſũt de eccleſia boni ⁊ mali. fideles ⁊ infideles. Quia ſicut omnes habent vnum deum. ſic omnes de iure debent habere vnum paſtorem. qui vicem eius gerat.

¶ Secundo imitatione ⁊ voluntate. ⁊ ſic ſolũ fideles ⁊ boni ſunt de eccleſia.

¶ Tertio occaſionaliter. fructuoſa vtilitate. et ſic oẽs pagani ⁊ infideles pñt dici eẽ de eccleſia

Dicit enim Augu. in de vera religione. Quia catholica eccleſia per totum orbem longe lateq diffuſa omnibus vtitur ad profectus ſuos. Nã vtitur paganis et gentilibus ad materiam operationis ſue. Hereticis ad probationem doctrine ſue. Sciſmaticis ad documentum ſtabilitatis ſue. Iudeis ad cõparationẽ pulchritudinis ſue

¶ Omnibus tamen gratie dei participande. dat poteſtatem. ſiue illi formandi ſint ſicut pagani. ſiue reformandi. ſicut heretici. ſiue recolligendi. ſicut ſciſmatici. ſiue admittendi. ſicut iudei.

[A]D ſecundum ſic proceditur. Uidetur enim ꝙ preter papã omnes pagani immediate ſint Imperatori ſubiecti Quia illius dominio pagani ſunt immediate ſubiecti qui preeſt omnibus nationibus. Sed imperator preeſt omnibus nationibus. vt ſcribit. xi. queſtione. i. capitulo hec ſiquis ergo ſibi oẽs pagani imediate ſubdunt.

¶ Preterea illi immediate ſubduntur pagani ſub cuius poteſtate omnia regna continentur. ſed ſub poteſtate imperiali omnia ſubduntur. vt dicitur. xxiij. queſtione. viij. capitulo conuenior ergo Imperatori immediate ſubijciunt pagani.

¶ Preterea pagani aliquam prouinciam occupant. ſed Imperator preeſt omnibus prouincijs. vt ſcribitur. lxiij. diſ. capitulo hadrianus. ſub dominio ergo Imperatoris pagani immediate ſubduntur.

¶ In contrarium eſt. quia Imperator nõ preeſt niſi ſubiectis ſibi. ſed eccleſia orat vt ſibi faciat ſubiectas omnes barbaras nationes. non ergo pagani. ⁊ alie barbare nationes ſubdunt Imperatori.

¶ Rñ. dicendum ꝙ ſi pagani ſubſunt per ſucceſſionem aliquibus regibus xpianis. ſicut euidenter apparet de regibus Hyſpanie ⁊ Aragonie. qui multos habent ſub ſe ſubiectos ſarracenos ⁊ iudeos. Et ſicut fuit tempore quodã in regno Sycilie de ſarracenis nocerie. conſtat ꝙ tales pagani ſunt ſub iuriſdictione ⁊ poteſtate illius regis quibus ſubduntur. Et ſi aliqui eſſent in Italia ⁊ in partib⁹ illis. in quib⁹ Imperator dominatur. ſub eius iuriſdictione ſubduntur obtento per eccleſiam confirmationis beneficio. Si vero dicti pagani vel barbari non ſubſunt regibus vel principibus chriſtianis. ſꝫ reguntur per reges vel ſoldanos eoꝝ. tunc probabiliter videtur dicendum. ꝙ illis ſubduntur quoꝝ ſub poteſtate conſiſtunt. quia omnis poteſtas a deo eſt vt dicit apoſtolus ad Ro. xiij. ⁊ Aug. dicit ⁊ ponitur. xxiij. queſtione. i. capitulo quid culpatur. ꝙ non eſt poteſtas niſi a deo. vel eo iubente vel eo permittente. Ordo nãq naturalis regiminis nõ talis ꝫ paci accommodatus eſt. Unde ſi vir iuſtus. forte etiam ſub rege homine ſacrilego militet. recte poteſt eo iubente bellare. ſi vice pacis ordinẽ ſeruat. q̄d ſibi iubet. vel nõ eẽ contra dei preceptũ. certũ ẽ. vel verũ ſit. certũ nõ ẽ ſicut Aug. ibi dicit.

¶ Ad primũ ergo eſt dicendũ. ꝙ illud decretũ nõ dicit Imperatorẽ preeſſe oib⁹ nationib⁹. ſed potius contrariũ dicit. n. Uolum⁹ ꝙ oẽs nře iuriſdictioni ſubiecti. Romani franci. et alij diuerſarum prouinciarum qui ſpaliter noſantur. ⁊ hoc decretum ſeruent Unde illud ſtatutũ nõ ſe extendit niſi ad ſubiectos ſuo Imperio.

¶ Ad ſcðm eſt dicendum. ꝙ oia regna ſunt ſub poteſtate Imperatoris quantũ ad protectionẽ. ⁊ illoꝝ dũtaxat qui eius iuriſdictioni ſubdunt. Quandoq enim in generali ſermone quedã tacit⁹ excipiuntur.

¶ Ad tertiũ eſt dicendũ. ꝙ Imperator preeſt oib⁹ prouincijs ſue iuriſdictioni ſubiectis. Uel poteſt dici omnib⁹ prouincijs preeſſe. quia ſpaliter preeſt ytalie. que propter preeminentiã poteſtatis ⁊ dignitatis poteſt dici domina prouinciarũ. ratiõe cui⁹ Imperator domin⁹ mundi eſſe deſcribit. eo ꝙ Romanoꝝ rex nuncupat ⁊ Roma caput mũdi appellatur.

[A]D tertiũ ſic proceditur. Uidetur. n. ꝙ papa iuſte poſſit dominia ⁊ iuriſdictiones a paganis auferre: quia iniuſtũ eſt ꝙ ſeru⁹ dominetur. ſꝫ pagani. cũ ſint infideles. ſerui ſunt peccati infidelitatis. omnis enim qui facit peccatum. ſeruus eſt peccati iuſte ergo dominari non poſſunt

¶ Preterea infideles merentur ratione infidelitatis poteſtatem ⁊ libertatem amittere iuxta illud lxxvij. di. c. vbi iſta. Priuilegiũ meretur amittere. qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate. Iſte ergo papa pt dñiũ ⁊ iuriſdictiões ab eis auferre

¶ Preterea eccleſia ñ põt errare. ſed eccleſia perſequitur ipſos infideles. ⁊ impugnat eos. iuſte ergo papa ab eis dominium auferre poteſt.

¶ In contrariũ eſt. quia beneficiũ nature nõ ſubtrahitur alicui propter peccatũ. ſed dominiũ ⁊ iuriſdictio vni⁹ ſupra alterũ eſt beneficiũ nature non ergo ſubtrahendũ eſt tale beneficium ab infidelibus propter infidelitatem.

¶ Rñ. dicendũ ꝙ ſcðm phũm. i. politi. dominiũ vni⁹ ſupra alterũ inter beneficia naturalia cõputatur Sũt enim. vt ait illi naturaliter domini. qui intellectu vigent. ⁊ mẽte prouidere poſſunt Illi vero ſũt naturaliter ſerui qui viribus corporalib⁹ pollent ⁊ intellectu deficiũt. vnde ibi concludit ꝙ idem expedit dño ⁊ ſeruo. Nã domino expedit vt ſibi ſeruiatur. cum deficiat viribus. Et ſeruo expedit vt alijs ſeruiat. ⁊ ab alio dirigatur. cũ deficiat intellectu. Beneficia vero naturalia. nõ ſolũ a fidelibus. verũ etiam a demonibus ſubtracta nõ ſunt. Nam vt dicit glo. ſup illo verbo apoſtoli. i. ad Cor. xv. Cum tradiderit regnũ deo ⁊ patri. ⁊ cũ euacuauerit oẽm principatũ ⁊ poteſtatem ⁊ virtutẽ. tunc finis. dum durat mundus. angeli angelis. ⁊ demones demonibus. ⁊ homines hominib⁹ preſunt. Ordo ergo principandi. cum ſit beneficiũ nature. omni humane creature conceſſum. nec per papam. nec per alios reges xpianoꝝ ab infidelibus ſubtrahendũ eſt. cuꝫ deus cuius iudiciũ eccleſia imitatur talia beneficia nature omnib⁹ bonis et malis largiatur. quia ſolem ſuũ oriri facit ſup bonos et malos. et pluit ſuper iuſtos ⁊ iniuſtos. vt dicitur Math. v.

¶ Ad primũ ergo eſt dicendũ ꝙ infideles ſunt ſerui ſeruitute peccati. ⁊ ideo amittunt poteſtatem ⁊ libertatem gratie cui⁹ priuatio eſt peccatũ Et ſi dicatur ꝙ oĩs vita ⁊ actio infidelium eſt peccatum. vt dicit glo. Aug. Ro. xiiij. verũ eſt de his que fiunt ab ipſis infidelibus. et ipſa infidelitate. vt ſi infideles veſtiant nudũ ⁊ paſcant eſurientem in honore idoli. qđ adorant. talis intẽtio. quia infidelis eſt. ⁊ a radice infidelitatis procedit. illa bona facit mala ⁊ peccata Sed ſi infideles paſcant eſurientem. ⁊ veſtiant nudũ ex quadã naturali pietate. talia ſunt bona ex genere ⁊ ſunt benefacta. quia bona intentione. quãuis non ſint meritoria eterne vite. quia fiunt ſine charitate. Unde multa poſſunt poſſidere infideles ſine peccato. ⁊ multa agere ſine peccato

¶ Ad ſcðm eſt dicendũ. ꝙ infideles merentur amittere poteſtatem ⁊ libertatem gratie. non autẽ poteſtatẽ nature. Ideo ordo naturalis regiminis qui eſt de lege nature. ab eis non ſubtrahitur.

¶ Ad tertiũ eſt dicendũ. ꝙ eccleſia perſequitur infideles xpianos impugnantes. vel iura eccleſiaſtica ⁊ iura noſtra tyrannica rabie occupantes. ⁊ multa turbulenta contra xpianos attentantes In talibus enim caſibus iuſte papa põt ab eis dominia ⁊ iuriſdictiones auferre. ⁊ licitum bellum eis indicere. Sed ſi ipſi ſarraceni ⁊ infideles. xpianos non ſequant nec aliud turbulentũ contra xpianam fidem attentare preſumant. ⁊ cum xpiani velint pacifice conuerſari. nõ debẽt ab eis tolli illa. que ſine peccato poſſunt poſſidere. ſicut videtur notare gloſa. xxiij. queſtione. viij. capitulo diſpar numerũ eſt.

[A]D quartũ ſic proceditur. Uidetur enim ꝙ papa iuſte punire nõ poſſit agentes contra legẽ nature. ſcribit enim ad Ro. i. Quicunq enim ſine lege

peccauerūt ſine lege perībunt. pagani ergo nō ſunt per papam puniendi tanꝗ̄ tranſgreſſores alicuius legis.

¶ Preterea papa nō poteſt iudicare niſi ſubiectos ſibi. ſed pagani non ſunt ſibi ſubiecti ergo per papam iudicari non poſſunt.

¶ Preterea lex nature eſt lex cōſcientie iuxta illud apoſtoli. Teſtimoniū reddente illis cōſciētia ipſorū. ⁊ inter ſe inuicē cogitationū accuſantium vel defendentiū per opus legis. ſcriptū in cordibus ſuis. Sed iudicare ſcḋm conſcientiam interdicitur pape ⁊ cuilibet homini in pñti vita. iuxta illud apoſtoli prima ad Choꝛ. iiij. Itaqꝫ nolite ante tempus iudicare.

¶ In contrariū eſt. quia papa vicarius xp̄i eſt in terra. ſꝫ deus iudicauit ſodomitas agentes contra legem nature. Gen̄. xviij. ergo ad papā ſpectat punire paganos ⁊ alios barbaros. agentes contra legem nature.

¶ Rn̄. dicendum ꝙ quantum ad preſens triplex eſt lex Eterna. Naturalis. ⁊ Poſitiua. Lex eterna ponitur nec deponitur Lex vero naturalis ponitur. ſed non deponitur. Sed lex poſitiua ponitur. ⁊ deponit̄. Legis igitur eterne ⁊ diuine papa debet eſſe imitatoꝛ. quia ab ipſo omnis lex et omnis iuſticia deriuatur. Vn̄ Auguſtinus. i. ď libero arbitrio. ꝙ lex eterna eſt ipſa ſumma diuina ratio. quia iuſtū eſt vt omnia ſint rectiſſima ⁊ ordinatiſſima. cui ſemper obtēperandū eſt. ſecundū quā omnis lex recte fertur recteqꝫ mutatur. de qua lege ſcribit̄ prouer. xviij. Per me reges regnant. ⁊ legū cōditores iuſta decernunt Legis vero naturalis papa deb; eſſe obſeruatoꝛ nō eñ poteſt ipſam mutare. quia ſicut ab ipſo non ponitur. ita ab eo non deponitur. Sed immediate talis lex a deo menti rationali imprimitur. nec ſibi per legem nec prophetas contradicitur ſed potius aſſentitur. iuxta illud Math. vij: Omnia que cūqꝫ vultis vt faciant vobis hoies. ⁊ vos facite illis. hec eſt eñ lex ⁊ prophete. Sꝫ legis poſitiue papa debet eſſe latoꝛ ⁊ imitatoꝛ pro temporū congruentia. qꝛ ſicut ab ipſa ponitur. ita ab ipſa deponi poteſt. Quia igitur legis naturalis papa debꝫ eſſe obſeruatoꝛ. oēs paganos et tranſgreſſores talis legis iuſte poteſt punire Nam vnuſquiſqꝫ iuſte poteſt puniri pro tranſgreſſione illius legis quā recipit. ⁊ quā profitetur obſeruare. aliter ſcḋm Augu. contra quēqꝫ ſententia ferri non poteſt niſi ſit cōuict᷒ vel ſponte confeſſus. Pagani vero ⁊ oēs barbare nationes per legem diuinā veteris vel noui teſtamenti cōuinci non poſſunt. Nec per legem poſitiuā cum neutram recipiant. Unde ſicut per legem nature quā cogūtur profiteri conuinci poſſunt. ita per ipſam poſſunt iuſte puniri.

¶ Ad primū ergo eſt dicendū ꝙ apoſtol᷒ nō vult paganos eſſe puniēdos pro tranſgreſſione legis nature. ſed vult ꝙ ſicut peccauerint ſine lege ſcripta. quā non receperunt ſic iudicabuntur non pro tranſgreſſione legis ſcripte. ſꝫ pro tranſgreſſione legis nature

¶ Ad ſecundū eſt dicendū ꝙ pagani nō ſunt ſubiecti pape de facto. ſed de iure. quia de iure nulla rationalis creatura poteſt ſe ab ei᷒ dñio ſubtrahere. ſicut nec a dominio dei. Unde cū tranſgreſſores legis nature deuoluuntur ad iudicium pape. iuſte poteſt eos punire.

¶ Ad tertium eſt dicendū. ꝙ papa nō iudicat de interiori conſcientia: ſed de exteriori operū euidentia. contra que ſi lex naturalis reclamet ipſo facto cōuincuntur eſſe puniendos. qꝛ euidentia patrati ſceleris non indiget clamore accuſatoris. Unde ſuper illo verbo. Gen̄. xviij. Clamoꝛ Sodomoꝛū venit ad me. dicit gloſa. Grego. Mala proximoꝛū noſtroꝛū non prius iudicemus. ꝙ̄ videamus.

Ad quintū ſic proceditur. Videtur enim ꝙ papa non poſſit cogere paganos ꝙ viuant lege imperiali. qꝛ illius lege vnuſquiſqꝫ debet viuere cuius poteſtati ſubditur. ſed non oēs pagani ſubduntur poteſtati imperatoris vt ſupradictum eſt. Non ergo cogendi ſunt per papam vt viuant ſecundum imperialem legem.

¶ Preterea ponit iuriſconſultus. ꝙ imperatoꝛ ſtatuit ꝙ pagani ⁊ barbari in contrahendis nuptijs non tenētur facere nuptialia inſtrumēta. Ergo non tenent̄ viuere ſcḋm legē impialē

¶ Preterea pagani et barbari nō pñt puniri pena ſpūali qua puniūtur xp̄iani. cum ſint extra eccleſiam. non ergo eodem mō debent puniri pena temporali taxata in legibus qua puniuntur xp̄iani.

¶ In contrarium eſt qꝛ pagani ⁊ infideles nō debent eſſe magis exempti ꝙ̄ xp̄iani. tunc enī; eoꝛum infidelitas preſtaret eis patrociniū. nō ſupplicium. Cū ergo lex propter trāſgreſſores ſit poſita. conueniens eſt ꝙ illa lege regantur. que ſua virtute coactiua tranſgreſſores punit.

¶ Rn̄. dicendū ꝙ cū dicente apoſtolo ad Ro xiij. Omnis anima poteſtatib᷒ ſublimioꝛib᷒ ſubdita ſit. conueniens eſt vt qui ſubduntur poteſtati alicuius. ſubdantur legi per poteſtatem illius latam. vnde ſi pagani vel barbari ſint ſubiecti aliquibus regibus ſeu pricipibus chriſtianis. dignū eſt ꝙ debeant viuere iure ⁊ legibus quibus viuunt ſubiecti eiſdem regibus atqꝫ principibus. ſeruatis tñ eoꝛū ritibus ⁊ obſeruantijs ſecundum moꝛem ſuperſtitionis eoꝛū. nō enī; tenentur ipſi pagani vel barbari aliquid facere quod eoꝛum ledit ſuperſtitionē;. quia ſicut nec compellendi ſunt vt credant. ſic nec cogendi ſunt vt ſeruent que fides catholica mandat ſeruari. ne tamen aliquid poſſint facere eoꝛum ſuperſtitione dampnabili quod vergat in confuſionem ⁊ irreuerentiam fidei xp̄iane. congruū eſt vt lege illa regantur que omnibus cōmuniter imponitur

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ ſicut variantur poteſtates. ſic variantur leges. Exiſtētes enim in vna ciuitate vel regno. ſubduntur legibus illius ciuitatis vel illius regni. non alterius. niſi vnus rex vel princeps eſſet ſub dominio alterius. vnde pagani qui eſſent ſub poteſtate imperij. lege imperiali debent viuere. ⁊ ſubiecti alioꝛū principum illis legibus debēt viuere. quibus viuūt alij eoꝛum vaſalli.

¶ Ad ſecundū eſt dicendum ꝙ illa ſolennitas inſtrumentoꝛum in nuptijs contrahendis. requiritur tantum infidelibus qui non poſſunt contrahere matrimonium niſi cū vna. Pagani vero ⁊ barbari poſſunt plures accipere ſecūdum ritum ⁊ ſuperſtitionem ipſoꝛū Unde ad pſam ſolennitatem inſtrumentoꝛum dotalium non tenentur. quia ſicut non ſubduntur principibus chriſtianis in ritibus ⁊ ſuperſtitionibus eoꝛum. ita non ſubduntur in nuptijs contrahendis ⁊ in ſolennitatibus in matrimonijs faciendis.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ̄ pagani ⁊ barbari non poſſunt puniri pena ſpirituali. eo ꝙ ſi paganus percuteret clericum nō incideret in canonem late ſententie cum ſit extra eccleſiam poſſent tamē puniri pena ſpirituali principes chriſtiani. ſub quoꝛū dominio ipſi pagani exiſtunt. quia poſſent excommunicari ſi eos non punirent pena pecuniaria vel alia pena condigna taxata ab eccleſia Si vero dicti pagani exiſtant ſub ſoldano vel ſub aliquo alio pricipe infideli. debent viuere ſecundum ritus ⁊ obſeruantias ac ſtatuta illoꝛum.

Ad ſextum ſic proceditur. Videtur enim ꝙ papa ritum paganoꝛū tollerare non debeat. quia qui poteſt prohibere peccatum ⁊ nō prohib; conſentire. videtur ſicut dicit glo. ſuper illo verbo ad Ro. i. Non ſolum qui faciunt. ſed etiam qui conſentiunt facientibus. digni ſunt moꝛte pagani ergo in ritu eoꝛum infidelitatis tolerādi non ſunt.

¶ Preterea papa ab omni ſpecie infidelitatis potiſſime debet cauere. cum pro ſola hereſi ipſe ſit deponend᷒. Sed vt ſcribitur. lxxxiij. diſ. capitulo error. Nō caret ſcrupulo ſocietatis occulte ꝗ manifeſto facinoꝛi deſinit obuiare. Ritus ergo paganoꝛum papa tolerare non deb; cum poſſit eis obuiare

¶ Preterea peccatum idolatrie ⁊ peccatū cōmiſſum contra legem dei foꝛtius eſt ꝙ̄ peccatū commiſſum contra lege; nature. Sed peccata commiſſa contra legem nature deducta in publicum. ſtatim per papam punienda ſunt vt ſupra dictum eſt. Ergo ſimiliter peccatum idolatrie ⁊ alias ſuperſtitiones paganoꝛū papa nō debet tolerare: ſed ſtatim punire.

¶ In contrarium eſt quia papa eſt vicari᷒ dei ſed deus multa mala tolerat in preſenti que in futuro per eius iuſtitiā puniuntur. vt dicit Auguſtin᷒. ergo eodē modo papa debet tolerare.

¶ Rn̄. dicendum ꝙ̄ ſecundum Grego. in paſto. eccleſia quaſi quinqꝫ modis debet ſe habere in coꝛrectione vicioꝛum

¶ Primo per diſſimulatione;
Secundo per maturam tolerationem
Tertio per ſubtilem inueſtigationem
¶ Quarto per duram increpationē:
Quinto per omnimodam exterminationē

Imitatur enim eccleſia iudicium dei qui multa mala in preſēti diſſimulat. multa mature tolerat. multa ſubtili inueſtigatione ad lucem deducit. multa vero duris flagellis foꝛtiter increpat. multa vero omnimode exterminat. vnde ſi papa videat conuerſationem paganoꝝ prodeſſe fidelibus vel per ipſoꝛum conuerſationē vel ipſoꝛum xp̄ianoꝛum diſſidij ⁊ alioꝛum maloꝛum vitationem poteſt ⁊ debet eoꝛum ritum ⁊ ſuperſtitionem tolerare. alias debet omnino vitare. potiſſime nunc iam fidelibus multiplicatis non expedit ritum paganoꝛum et alioꝛū infidelium cum fide chriſtiana admiſceri

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ ſuperſtitioni paganoꝛum non eſt conſentiendum. ſed eſt aliquando diſſimulandum vel ſapienter tolerandum. quia aliqua foꝛte maioꝛa mala fierēt per eoꝛum exterminationē. Et aliqua foꝛte maioꝛa bona impedirentur. propter que duo multa mala deus permittit in vniuerſo fieri que ꝓhibere poſſet. Et per hoc patet ſolutio ad ſecūdum ⁊ tertiū.

## ¶ Queſtio viceſima quarta De obediētia iudeoꝛum.

D[e]inde conſiderandum eſt de obe
dientia iudeorum. Circa quod que
runtur decem
Primo vtrum papa debeat iudeos
cogere ad ſuſcipiendam fidem.
¶ Secundo vtrum papa debeat iudeos coge/
re ad dimittendum iudaiſmum
¶ Tercio vtrum papa iudeorum filios eis in
uitis debeat facere baptizari
¶ Quarto. vtrum papa debeat iudeos coge
re ad laborandum manibus
¶ Quinto. vtrum papa debeat iudeos priua
re omni adminiſtratione officiorum ſuper chri
ſtianos
¶ Sexto. vtrum papa debeat iudeos priua/
re vt nullum dominium ſuper chriſtianos ha
beant.
¶ Septimo. vtrum papa debeat permittere
chriſtianos cum iudeis conſeruari
¶ Octauo. vtrum papa debeat iudeos puni
re pena ſpirituali qua xpianos punit
¶ Nono. vtrum papa debeat permittere iude
orum oblationes et elemoſinas recipi a fide/
libus.
¶ Decimo. vtrum papa debeat permittere per
chriſtianos principes aliquas exactões in iu
deos fieri.

A[d] primum ſic proceditur. Videtur
enim ꝙ papa nõ debeat cogere iu
deos ad fidem ſuſcipiendam. Qꝛ
nemo cogend⁹ eſt ad illud. quod
inutiliter cogitur. Sed ad fidem ſuſcipiendam
nemo vtiliter cogitur cum deus aſpernetur co
acta ſeruitia. vt Grego. dicit. Ad fidem ergo ſu
ſcipiendam iudei cogendi non ſunt.
¶ Preterea ſecundum Auguſtinũ. cetera po/
teſt homo nolens. credere autem non niſi vo/
lens. ſed voluntas cogi non poteſt. nõ ergo iu
dei ſunt ad credendum cogendi
¶ Preterea ſcribitur. xlv. di. capitulo de iu/
deis Precipit ſancta ſynodus nemini dein/
ceps vim ad credendum inferre. non ergo vio
lentia. ſed liberi arbitrij voluntate vt conuertã
tur. iudei ſuadendi ſunt.
¶ In contrarium eſt quod ſcribitur Luce. xiiij
Exi cito in vias ⁊ ſepes ⁊ compelle intrare vt
impleatur dom⁹ mea. ad implendam ergo ec/
cleſiam que eſt domus dei ad quam per fidem
intratur compellendi ſunt hões ⁊ cogendi.
¶ R[espo]n. dicendum ꝙ aliqui reſpondent ad iſtũ
articulum tali diſtinctione premiſſa. Infideliũ
quidam ſunt qui nunquã ſuſceperunt fidem.
ſicut gentiles ⁊ iudei. ⁊ tales vt dicunt nullo
modo ſunt ad fidem compellendi vt credant
quia credere voluntatis eſt. Alij vero ſunt infi
deles qui quõ fidem ſuſceperunt. et eam profi/
tentur. ⁊ tales ſunt corporaliter cõpellendi. vt
impleant quod promiſerunt. ⁊ teneãt quod ſe
mel ſuſceperunt ne nomen domini blaſpheme
tur ⁊ chriſti fides vilis ac contemptibilis habe
atur. Iſta autem reſponſio ſatis poteſt colligi ex
decreto ſupra allegato. xlv. di. capitulo de iu/
deis. Uerum quia Paulus qui omnibus pl⁹
laborauit pena corporis ad credendum euan
gelium coactus intrauit. quod nunꝙ credide/
rat. ſed fortiter impugnauerat ſicut expreſſe di
cit Aug⁹. ad Bonifaciũ comitem. ⁊ ponitur
xxiij. queſtione. vi. vbi ait. Scilmatici. qui di/
cunt. Cui xpõs vnꝙ vim intulit. quem cogit. Ec
ce habent apoſtolũ. Paulũ in quo agnoſcãt
xpm̃ prius cogentem. poſtea docentem. prius
ferientẽ. poſtea cõſolantem. Ideo puto abſq
preiuditio dicendũ ꝙ vel queritur de facto vel
de modo fiẽdi. Si vero queritur de facto ita ꝙ
aliqui ad fidem ſuſcipiendã violentia compul
ſi ſunt. ſi talis violentia fuit abſoluta: non ſunt
cogendi ipſam tenere. Si vero fuit mixta ⁊ cõ/
ditionalis. fidem ſuſceptam tenere compellen
di ſunt. qꝛ ſecundũ Aug. voluntas coacta vo/
luntas eſt. Et philos hoc probat. iij. Eth y. Sꝫ
ſi queritur de modo fiendi. puto ꝙ ſi ſperetur
aliquorum infidelium cõuerſio per terrores ⁊ fla
gella compellendi ſunt. Non quidẽ ad fidem
ſuſcipiendã. cũ fidem infundere ſit ſolius dei.
ſed ad conſentiendũ ⁊ obicem non prebendũ
per obſtinatam voluntatem Nã in conuerſione
infidelium eccleſia debet dei iudicium imitari.
ſed deus Paulũ eccleſie ſue ante fidem vaſta
torem. poſtea vero magnũ edificatorem. nõ ſo
lum voce compeſcuit. verum etiam poteſtate p
ſtrauit. atq infidelitatis tenebris ſeruientẽ ad
deſiderandum lumen corporis vt ſurgeret pri
us cecitate corporis percuſſit ſicut dicit Aug⁹.
ad boniſaciũ
¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ non cogi
tur inutiliter. imo valde vtiliter. coacta enim ſer
uicia non ex coactione procedentia. ſed per co/
actionẽ voluntarie ſubſequentie deus nõ ſper
nit. ſed diligit. Unde dicit Grego. Si bonum
ad qð mali coguntur ſemꝑ inuiti tolerarent et
nunꝙ voluntarie ſeruirent. inutiliter cogerent
ad illud. Sed quia flagellis tribulationũ ma
li cogũtur a malo diſcedere. ⁊ ad bonũ prouo
cari. Ideo vtiliter ſequitur ꝙ timor ſeruilis re
cedit ⁊ timor caſtus ⁊ filialis ſuccedit
¶ Ad ſcðm dicendũ eſt ꝙ voluntas ad credẽ
dũ non cogitur. ſed quãꝙ vt conſenſus ad cre/
dendũ adueniat ꝑ penas ⁊ flagella inducitur.
Unde dicit Aug⁹. ad Uincentiũ donatiſtam
Si neminẽ eſtimas cogendũ ad bonũ. atten/
de quid dicit apoſtol⁹. Qui epiſcopatum deſiderat
bonũ opus deſiderat. ⁊ tñ tam multi vt epiſcopatũ
ſuſcipiant tenentur inuiti. pducuntur includũ
tur. patiuntur que nolũt mala tanta. donec eis
adſit voluntas ſuſcipiendi onus boni operis.
¶ Ad tertiũ dicendũ eſt ꝙ illud decretũ intelli
gitur nulli eſſe inferendã coactiõẽ abſolutã. nõ
autẽ ð coactione mixta vel conditionali. ſicut eſt
quis proijcit merces i mari tꝑe tẽpeſtatis. Et
põt dici ꝙ nemini facienda eſt violentia vt co/
acte credat. ſed põt fieri violentia vt conſenſus
conueniat quatenus voluntarie credat.

A[d] ſecundũ ſic proceditur Videtur
enĩ ꝙ papa debeat iudeos cogere
ad dimittendũ iudaiſmũ. Qꝛ qð
fuit reprehenſum i Petro. reprehẽ
dendũ eſt in papa qui eſt ſucceſſor ei⁹ ſꝫ iudai
zare fuit reprehenſum in Petro ad Gal. ij. Cũ
veniſſet em̃ Cephas Antiochiam. in faciẽ ei⁹
reſtitit Paulus. quia reprehenſibilis erat Nõ
ergo papa debet iudeos permittere iudaizare
¶ Preterea ſuper illo verbo. Mat. xxiij. Ue
vobis ſcribe ⁊ phariſei qui circuitis mare ⁊ a/
ridam vt faciatis vobis vnũ proſelitum. dicit
Origenes. Quicũq poſt ſaluatoris aduentũ
iudaizant. docentur imitari affectum eorũ qui
dixerunt illo tꝑe. crucifige crucifige eũ. Sed
papa nõ debet eſſe xpm̃ crucifigentiũ imitator
ſed potius extirpator. Ergo non debet ꝑmitte
re iudeos iudaizare.
¶ Preterea quicunꝙ dat cãm peccandi ipm̃
peccatũ cõmittere videtur. Sed peccatũ eſt iu/
daizare. Scribitur enim ad Gal. v. Ecce ego
Paulus dico vobis qm̃ ſi circuncidimini xpõs
vobis nihil prodent. Papa ergo nõ debet da
re cauſam iudeis iudaizandi
¶ In cõtriũ eſt quod ſcribitur extra de iudeis
vbi dicitur ꝙ ſicut legalis diffinitio iudeos nõ
patitur nouas erigere ſynagogas. ita eos ſine
inquietudine veteres habere permittit
¶ R[espo]n. dicendũ ꝙ ſicut dicit Aug⁹. in libro ð
vera religiõe ſpẽcies catholica vtitur iudeis ad
comparationem pulcritudinis ſue. quia ex hoc
ꝙ iudei ritus ſuos obſeruant. in quibus prefi
gurabatur veritas fidei quã tenem⁹. iſtud bo
num peruenit ꝙ teſtimoniũ fidei noſtre habe/
mus ab hoſtibus. ⁊ quaſi in figura nobis re/
preſentatur quod credim⁹. vt ſint ipſi fallaces
pro ſe ⁊ veraces pro nobis. ⁊ contra ſe vt dicit
Augu⁹. Et ideo ꝑcipit eccleſia extra de iudeis.
ꝙ nullus xpianus eorũ quemlibꝫ ſine iudicio
terrenẽ poteſtatis. vel occidere. vel vulnerare.
vel ſuas pecunias auferre preſumat. aut bõas
quas hacten9 habuerunt conſuetudines im
mutare. preſertim i feſtiuitatũ ſuarũ celebratiõ
ne. quiſquã fuſtibus vel lapidibus eos nullatenus
ten⁹ perturbet neꝙ aliquis ab eis coacta ſer
uicia exigat. niſi que ipſi tempore preterito fa/
cere ꝯſueuerunt ſynagoge vero ipſorum ſi deſtru
antur. poſſunt abſꝙ cõtradictione ipſas repa
rare in eadem qualitate ⁊ menſura in qua pri⁹
fuiſſe noſcuntur.
¶ Ad primũ ergo eſt dicendũ ꝙ Petrus non
fuit reprehenſus a Paulo iudaizando coram
iudeis quibus licitũ erat iudaizare nõdũ euã/
gelio diuulgato. ſed ideo reprehenſus fuit. qꝛ
coram gentibus iudaizabat quib⁹ licitũ non
erat legalia ſeruare. ⁊ ideo incaute agebat. qꝛ
ſuo exemplo inducebantur ad iudaizandum.
¶ Ad ſecundum eſt dicendũ ꝙ papa nõ imita
tur iudeos in iudaiſmo. ſed tolerat eorum ritũ
per rationem dictam.
¶ Et eodem modo reſpondendũ eſt ad tertiũ
quia non dat eis cãm peccãdi. ſed permittit ſo
lum ſequens in hoc dei iudiciũ qui multa ma/
la ꝑmittit propter aliqua bona que ex illis ſua
mirabili prouidentia eliciuntur

A[d] tertium ſic proceditur. Videtur
enĩ ꝙ papa inuitis parentibus de
beat iudeorũ filios facere baptiza
ri qꝛ pueri nõ ſaluantur nec regene
rãtur voluntate parentũ. Ergo eorũ voluntas
nihil facit vt eorum filij debeãt baptizari vel nõ
¶ Preterea in articulo mortis nulli beneficiũ
ſalutis eſt denegandũ. nec heretico nec ſciſma/
tico. nec excõmunicato nec preſciſo ab eccleſia.
ergo ſaltem in articulo mortis pueris iudeorum
per fideles perſonas baptiſmi beneficium eſt
conferendum
¶ Preterea pueri obligantur ad penã culpe
ex opere aliorum. ergo aliorum operatione poſſunt
ſaluari ⁊ baptizari
¶ Preterea magis eſt de iure naturali matri/
moniũ ꝙ cura paternalis erga filios. Sed ibi
diſpenſat eccleſia ratione infidelitatis. ergo ſi/
militer debent diſpenſare in hoc.
¶ In contrarium eſt. qꝛ vt dicit Aug⁹. contra
epiſtolã. Fundamenti Ego non crederem euã
gelio ſi nõ crederem eccleſie. Sꝫ eccleſia nõ le
gitur talem ꝯſuetudinem habuiſſe. vt iudeorũ
filios baptizaret inuitis parẽtib⁹. Ergo iſtud
faciendum non eſt.
¶ R[espo]n. dicendũ ꝙ ſicut dictum eſt ſupra in his
que per ſcripturã ſacrã non inuenitur aliquid
certum. conſuetudo eccleſie ⁊ maiorum pro lege

ſeruanda eſt. Eccleſia autem nuſquam legitur talem conſuetudinem habuiſſe vt iudeorū vel aliorum infidelium filios inuitis parentibus faceret baptizari. Etiam tempore imperatorū chriſtianiſſimorum vt Conſtantini ⁊ aliorum. quorum fauore ſummi pontifices ⁊ epiſcopi q̄ pro illo tempore fuerunt. potuiſſent talem conſuetudinem in eccleſia vniuerſaliter inducere. Sed an nunc pape poſſit inducere contrariaʒ cōſuetudinem. ⁊ contra talem cōmunem obſeruantiam eccleſie diſpenſare. puto ꝙ non. quia hoc videtur repugnare preceptis legis nature De lege autem naturali non eſt ſolum filiorum procreatio. verum etiaʒ nutritio ⁊ educatio. vſquequo ad vſum rationis perueniant iuxta illud ad Galat. iiij. Quanto tempore heres paruulus eſt nihil differt a ſeruo cum ſit dominus omniū. ſed ſub tutoribus ⁊ auctoribus ē vſq; ad prefinitum tempus a patre. Ad papā autem non ſpectat legem nature inſtituere vel deponere. ergo ad ipſum nō ſpectat ipſam deſtituere vel deponere.

¶ Ad primū ergo eſt dicendū ꝙ pueri non ſaluantur vel regenerantur voluntate parentum poſtq̄ ſunt ſui iuris ⁊ ſue libertatis. ſed anteq̄ ad vſum rationis perueniant. per rationem et voluntatem parentū eorum ſalutem conſequūtur. vt ſicut eoruʒ cure naturaliter ſubiacent. ſic ſecundum eorum diſpenſationem ſunt eis diuina miniſtranda.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ aliqui dicūt pueros infidelium eſſe baptizandos in clanculo in articulo mortis per nutrices ipſorum ⁊ non aliter ne ſacramento fieret iniuria per reiterationem: ſi poſt modum adulti facti. conuerterentur ad fidem. et ne poſtmodum baptizati remanerent in conuerſatione infidelium: quibus baptizatis conuerſatio infidelium per eccleſiam interdicitur. Sed iſtud nihil eſt dicere. quia non negatur quin iudeus vel infidelis poſſit ſacramentum baptiſmi conferre adminiſtrādo ipſum in forma eccleſie. Sed in articulo mortis vel aliomodo baptizentur pueri iudeoruʒ per nutrices ⁊ obſtetrices xp̄ianas ſit hoc inuitis parentibus quod ſupra negatum eſt fieri poſſe. ⁊ ſit contra prohibitionem eccleſie. quia prohibetur extra de iude. Ne ipſi obſtetrices vel nutrices habeant chriſtianas.

¶ Ad tertium eſt dicendum. ꝙ voluntate ⁊ opere aliorum ſimiliter ſaluantur pueri vſu rationis carentes. quia voluntate ⁊ opere ſolum parentum. quorum diſpenſatione. vt dictum ē ſunt eis ſacramēta ſalutis adminiſtranda.

¶ Ad quartum eſt dicendum ꝙ matrimoniuʒ non contrahitur niſi a perſonis que habēt vſū rationis. Unde alter poteſt conuerti ad fidem altero non conuerſo. ⁊ eodeʒ modo pueri poſtq̄ perueniunt ad vſum rationis. poſſunt conuerti ad fidem parentibus non conuerſis.

Ad quartum ſic proceditur Uidetur enim ꝙ papa nō debeat cogere iudeos ad laborandum manibus. Quia iudei non debent cogi niſi ad illa que alij communiter laici ſubiecti principibus chriſtianis coguntur. ſed non omnes laici chriſtiani coguntur manibus laborare. ergo nec ipſi iudei ad hoc ſunt cogendi

¶ Preterea dicit iuriſconſultus ꝙ nulla ratio aut equitatis benignitas patitur. vt que ſalubriter pro vtilitate hominum introducuntur. ea nos duriori interpretatione contra ipſoruʒ commodum perducamus ad ſeueritatem. ſed interdum hoc facit ad vtilitatem reipublice. vt iudei magis intendant alijs lucris q̄ laborib⁹ manuum. Ergo non ſunt ad hoc cogendi.

¶ Preterea ſcribitur extra de iude. capitulo ſicut. Nullus exigat a iudeis coacta ſeruicia niſi que ipſi tempore preterito facere conſueuerunt. Sed non ſemper fuerunt alio tempore coacti manibus laborare. ergo nec iſto tempore ad hoc cogendi ſunt.

¶ In contrarium eſt. ꝙ dicit apoſtolus. ij. ad Theſſal. vltimo. Qui non laborat. non manducet. Sed iudei non poſſunt aliunde lucruʒ habere licitum ſine labore manuum. ergo ad hoc ſunt cogendi vt poſſint licite eorum paneʒ mānducare.

Rn. dicendum ꝙ loquimur nunc de iudeis q̄ ſubduntur domino chriſtiane fidei. niſi autem per papam ⁊ alios principes chriſtianos quibus ipſi ſubduntur. cogantur manibus laborare. ſequitur ꝙ ipſi ſunt participes eoruʒ peccatis ⁊ turpis lucri ſectatores. vel ꝙ ipſi fraudētur eorum redditibus debitis eis ex collectis ⁊ condemnationibus ipſorum. cuʒ enim ipſi iudei vt ſtatim dicetur. non poſſint publicis officijs deputari. de quorum ſtipendijs poſſit eis licitum lucrum acquiri. relinquitur ꝙ ſi non cogantur manibus laborare ſolum lucrum vſurarium ad eos poteſt peruenire Propter quod ſi contingat predictos iudeos forefacere cum eorum culpa nō debeat tranſire impunita. multo fortius q̄ culpa chriſtianorum. neceſſarium erit vt puniantur pena pecuniaria. niſi forefacerent tali culpa que eſſet digna pena mortis vel priuatione alicuius membri. que quidem pecunia nomine pene ab eis ablata tanq̄ vſuraria per iudices chriſtianos principes retineri non poteſt. Sed vel reddēda eſt illis perſonis a quibus iudei extorſerunt. vel ſecundum conſilium dyoceſani in pios vſus debet erogari. hoc idem intelligendum eſt de collectis eis impoſitis. que ſi ad manus iudicis et principum chriſtianorum perueniunt. licite ab eis retineri non poſſunt. Ne ergo ipſi ſic damnificentur. ne ſint negligentes eos compellere manibus laborare ad proprium victum lucrandum poſſunt. vt non ocioſe viuentes. de ſolis vſuris ditentur. ⁊ ſic eorum domini ſui redditibus fraudentur.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum. ꝙ non eſt ſimile ꝙ laici chriſtiani poſſunt publicis officijs deputari ⁊ aliqui militie ad cuſtodiam reipublice. Aliqui vero ſaluti animarum poſſunt intendere. qui licite de ſtipendijs ſubditoruʒ poſſunt viuere abſq; eo ꝙ manibus laborant.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ lucrum vſurarium probatur eſſe contra naturam ꝑ philoſophum. Unde nunq̄ ꝑ aliquā legē poſitam poteſt ordinari eſſe licitum quantumcunq; interdum aliqua vtilitas reipublice proueniret. nec aliqua lex ciuilis tale lucrum approbat. ſʒ potius condemnat.

¶ Ad tertium eſt dicendum. ꝙ coacta ſeruicia in eorum incommodum ⁊ detrimentum non ſunt ab eis exigenda. lucrum autem vſurariuʒ nunq̄ fuit eis commodum ⁊ licitum. licet quādoq; pro eorum auaricia permiſſuʒ. Unde cogere eos manib⁹ laborare vt licite poſſint māducare ⁊ eorum victum lucrari. non eſt cogere ad coacta ſeruicia.

Ad quintum ſic proceditur. Uidetur enim ꝙ papa non debeat iudeos priuare officiorum adminiſtratione ſuper chriſtianos. quia gentiles tanq̄ romani ex radice iudeorum traxerunt originem fidei. iuxta illud apoſtoli. ad Rom. xi. Si tu ex naturali exciſus oleaſtro ⁊ contra naturam inſertus es in bonam oliuam. noli alte ſapere ſed time. quia non tu radicem portas. ſed radix te Propter reuerentiam ergo aploꝝ ⁊ patriarcharum qui fuerunt radix noſtre ſalutis. non ſunt priuandi omni honore.

¶ Preterea contingit quandoq; aliquos ex iudeis fieri chriſtianos. tales ergo ſaltem licet ad publica officia deputari in ſpiritualibus et temporalibus.

¶ Preterea licet vendere iudeis annuos redditus ſicut patet extra de iudeis. capitulo ex ſpirituali. Sed tales quibus annui redditus vēduntur. coguntur aliquod officium habere ſuper illos a quibus pecuniam exigunt

¶ In contrarium eſt quia ſcribitur. liiij. di. capitulo mancipia. vbi dicitur. nulla officia publica iudeis iniungantur

¶ Rn. dicendum ꝙ propria culpa iudeorum eos ſummiſit perpetue ſeruituti fidelium. pietas tamen chriſtiana que deſiderat omnes homines ſaluos fieri. ſperans de eorum conuerſione. ſuis eos recepit ⁊ ſuſtinet in eorū cohabitatione. conſiderans tamen eorum ingratitudinem que ſemper habundauit in eis. tollit eis omnem occaſionem ſeruiendi ⁊ ledendi chriſtianam fidem. vnde quia ſemper ſuperiores quandam vim coactiuam habent reſpectu inferioruʒ. ne ipſi ſint infecti chriſtianis. Proinde ordinauit eccleſia vt nullis publicis officijs deputentur. ita vt non ſint conſules. non iudices. non baliui. non rectores. nec prepoſiti in aliquo officio deputentur. ⁊ pena taxatur tam illis qui eos preficerent tam ipſi qui ſuſciperent. extra de iude. vbi dicitur Cum ſit nimis abſurdum vt blaſphemus chriſti in chriſtianos vim poteſtatis exerceat. prohibemus ne iudei publicis officijs preferentur. quia ſub tali pretextu plurimum ſunt infeſti. Siquis autem eis tale officium commiſerit. pena qua conuenit compeſcatur. Officiali vero huiuſmodi tamdiu chriſtianorum communio in commercijs ⁊ alijs denegetur. donec in vſus pauperū chriſtianorum ſecundum prouidentiam dyoceſis epiſcopi conuertatur. quicquid fuerit a chriſtianis adeptuʒ ratione officij ſic ſuſcepti. ⁊ officium ipſum cum pudore dimittat.

¶ Ad primuʒ ergo eſt dicendum ꝙ tunc illi q̄ contrahunt honorem ex radice ſunt honorandi quando ſunt ipſius radicis imitatores. nō extirpatores ⁊ deſtructores. Iudei autem qui fuerunt tempore paſſionis xp̄i. nō fuerūt patriarcharum ⁊ ꝓphetaꝝ imitatores. ſʒ poti⁹ occiſores. Unde eis dixit veritas Mat. xxiij. Ue vobis ſcribe ⁊ phariſei qui dicitis. Si fuiſſem⁹ in diebus patrum noſtrorum. non fuiſſemus ſocij eorum in ſanguine peccatorum. itaq; teſtimoniū eſtis vobiſmetipſis qui filij eſtis eorum qui ꝓphetas occiderunt. Iudei vero qui nunc ſunt non ſunt ſimiliter imitatores apoſtoloꝝ. Ideo non ſunt per talem radicem honorandi. ſʒ potius ſub ſeruitute tenendi

¶ Ad ſecūdū eſt dicendum ꝙ ſicut notat Hugo. xvij. queſtione. iiij. c. conſtituit ſanctoꝝ conciliuʒ. Illi qui ex iudeis ad fidem xp̄ianā ſunt conuerſi. non conſueuerunt ad publica officia deputari. quia ſuſpecti habentur. Scribitur eniʒ

de conſe. di. iiij. Pleriq; et iudeis qui dudum
ad xpianam fidez promoti ſunt. nunc blaſphe
mantes xp̄m. non ſolum iudaicos ritus perpe
traſſe noſcuntur. ſed etiam abominandas cir/
cũciſiones exercere.

¶ Ad tertiũ eſt dicendũ ꝙ ꝗuis liceat reddit⁹
iudeis vendere vel paganis. chriſtian⁹ tñ ē de
putandus non ſupectus ſuper grauaminibus
imponendis dericis vel laicis xp̄ianis. ꝑ quē
iudei ſiue ſarraceni. ſine xp̄ianoꝝ iniuria nega/
tia iura conſequantur.

Ad ſextum ſic proceditur. Videtur
enĩ ꝙ papa nõ debeat iudeos pri
uare vt dominiũ non habeant ſu/
pra xp̄ianos. quia ius naturale ꝑ
papam tolli non poteſt. vt ſupra dictũ eſt. Sʒ
dominiũ vni⁹ ſuper alterũ eſt ex naturali lege
ergo ꝑ papam auferri non poteſt.

¶ Preterea xp̄iani poſſunt eſſe coloni ⁊ ope/
rarij infidelium. ergo eorum ſerui.

¶ Preterea libertas gratie equalis eſt apud
omnes. Sed pagani vel iudei ſi ſint ſerui xp̄i/
anoꝝ ⁊ baptizentur. non propter hoc liberanẗ
a ſeruitute ſuoꝝ dominoꝝ ergo eodem modo
ſerui iudeoꝝ ſi fiant xp̄iani. non liberabuntur
ab eorum ſeruitute.

¶ In contrarium eſt quia iudei nõ poſſunt ha
bere dominiũ ſup mancipia xp̄ianoꝝ. ſicut ha
bet. liiij. di. capitulo nulla mãcipia. ergo mul/
to fortius non poſſunt habere dominiũ ſupra
chriſtianos liberos

¶ Rn̄. dicendum ꝙ ſermo eſt de iudeis qui
ſubduntẗ dominio xp̄iane fidei an liceat eis ſer
uos xp̄ianos habere. Ad qḋ ſic reſpondetur ꝙ
vel ſeruus iudei eſt vernaculus. p ut ſi in ſerui/
tute nat⁹. ⁊ ſic ſtatim cũ fact⁹ eſt xp̄ianus. a ſer
uitute liberatur nullo precio dato. Si vero ſit
emptici⁹ diſtinguendum eſt quia aut eſt empt⁹
cauſa ſeruicij. ¶ Et ſic eodem modo abſq; ali
quo precio factus xp̄riſtianus in libertatem aſ
ſumitur. Si vero emptus ſit cauſa mercimo
nij ⁊ infra tres menſes per dominũ eius nõ ſit
expoſitus venditioni. factus xp̄ianus liberat⁹
eſt a ſeruitute ſine precio. Si vero ſit infra tres
menſes venditioni expoſitus. tunc ſi ipſe infra
tale ſpacium vel poſtea velit fieri xp̄ianus. ſo/
lutis. xij. ſolidis vſualis monete ibi currentis
liber efficitur. nec ille qui preciũ ſoluit. ſi per ſe
non habuit dominiũ acquirit ſupra eum. ma
xime ſi cauſa pietatis eũ redemit. Si vero cau
ſa ſiuuni tale precium ſit ſolutũ aliquanto tp̄e
ſibi ſeruiat. donec ſibi ſit ſatiſfactũ ſecundũ ar
bitrium boni viri. Sed quare iudeus magis
fraudatur ꝺ ſeruo empto cauſa ſeruicij ꝙ̃ cau/
a mercimonij. Puto hoc ideo eſſe quia pteſu
mitur ſeruũ emptũ cauſa ſeruicij. eum voluiſſe
ad ritum ſue infidelitatis conuertere abſq; ali/
qua ſpe ad xp̄ianam fidez perueniendi. nõ ſic
aũt preſumiẗ ꝺ ſeruo empto cauſa mercimonij

¶ Ad primũ ergo eſt dicendũ ꝙ papa nõ tollit
ius nature. ſed loco dei tranſgreſſores iuris na
turalis punit. planũ eſt autez ꝙ om̃s infideles
ex merito eorum infidelitatis merentur poteſtatem
amittere ſupra illos qui in filios dei adoptanẗ.
Unde papa omnes infideles tali poteſtate merii/
to poteſt eos priuare. licet q̃nq; in primitiua
eccleſia hoc fuerit pretermiſſum. propter ſcan/
dalum vitandũ. ⁊ propter multiplicationem
ipſorum infidelium.

¶ Ad ſecundũ eſt dicendũ. ꝙ non habet ho/
mo tantã poteſtatem ſupra colonos ⁊ operarios.
ſicut dñs ſupra ſeruum. nec tanta mora contra
hitur. vt poſſit eſſe dubiũ vt cogantur iudaiza
re ⁊ ritum iudeoꝝ tenere. ſicut ſerui

¶ Ad tertiũ eſt dicendum. ꝙ non eſt ſimile. qꝛ
ſerui xp̄ianoꝝ non poſſunt ſeduci cũ eundẽ ri/
tum teneant domini ⁊ ſerui. ſed ſerui iudeorũ
⁊ infideliũ ſeduci poſſunt. ⁊ ideo prouide ſta
tutũ eſt. vt nec mancipia chriſtiana iudei ⁊ in/
fideles poſſunt habere.

Ad ſeptimũ ſic proceditur. Videtur
enim ꝙ papa non debeat permitte
re chriſtianos cũ iudeis cõuerſari.
ſcribitur enĩ Deute. vij. Cum ingre
dieris ⁊ deleuerit dominus ſeptem gentes ma
ioris numeri ꝙ̃ tu es. ⁊ robuſtiores ⁊c. non in/
ibis cum eis fedus. nec miſereberis earum. nec
ſociabis cum eis coniugia. neq; filiaʒ illius ac
cipies filio tuo. quia ſeducet filium tuũ. ne ſe
quatur me. Eodem ergo modo non eſt conuer
ſandum cum eis. ne ipſi chriſtiani ſeducantur
ab eis.

¶ Preterea chriſtiani cũ illis non debent cõ
uerſari. qui per eccleſiam non poſſunt iudicari
ſʒ iudei ⁊ alij infideles nõ poſſunt iudicari per
eccleſiam. Dicit enim Apoſtolus. i. ad Cho. v
Quid mihi ꝺ his que foris ſunt iudicare. Nã
eos qui foris ſunt iudicabit deus. Non eſt er/
go cum iudeis conuerſandum.

¶ Preterea magis ſeparati ſunt ab eccleſia in/
fideles ⁊ iudei ꝙ̃ heretici. ſed cum hereticis nõ
eſt communicandum ſcribitur enim ſecunda ca
nonica Jo. Si quis venerit ad nos ⁊ hãc do
ctrinam non habet. nolite eum recipere in do/
mo. neq; aue ei dixeritis. Et loquitur de here
ticis. Multo ergo magis non eſt conuerſandũ
cum iudeis ⁊ paganis

¶ In contrarium eſt quod dicit Chriſo. ⁊ po
nitur. xi. queſtione. iij. Ad menſam paganorũ
ſi volueris ire. ſine vlla prohibitione permitti
mus. Planum eſt autem ꝙ pagani in malus
iudaizant. ſicut iudei. Unde ſi licitum eſt con/
uerſari cũ paganis licitũ eſt ſimiliter cũ iudeis

¶ Rn̄. dicendum ꝙ eccleſia omnib⁹ ſalutem
optat. ⁊ ideo nec iudeoꝝ. nec aliorũ infideliũ
ſuis filijs vniuerſaliter interdicit maxime quã
do ſperat de illorum conuerſione. ⁊ nõ formi/
dat de ſuorum filioꝝ ſeductiõe. ⁊ quia diutur
na cõuerſatio familiaris in aliquibus actibus
poſſet eſſe cauſa ſeductionis ipſorũ fidelium
Ideo primo interdicitur chriſtianis vt iudeoꝝ
⁊ aliorum infidelium conuiuia vitent. nec eos
ad eorum conuiuia recipiant. ne eorum parti/
cipatione ſubuertanẗ vt ſcribitur. xxviij. queſtio
ne. i. Illud vero quod dicitur de menſa paga/
norum. intelligitur in caſu predicationis. quia
licitum eſt predicatoribus vti eorum cibis cũ
modeſtia dummodo non eſſent idolis imola/
ti. Secundo ne ſimul cohabitent cum eis. nec
ſe balneent in eodem balneo. Tertio ne in eo/
rum infirmitate eos vocent. vel eorum medici
nas recipiant. Quarto vt ne in teſtamento eis
aliquid relinquant. Quinto. vt ne in die lamẽ
tationum feneſtras ⁊ oſtia operta teneant vel
ipſi in publico appareant. Sexto. vt vtriuſq;
ſexus in omni xp̄ianoꝝ prouincia omni tempe
habit⁹ in qualitate publice ab alijs diſtinguã
tur. Septimo vt in diebus ſabbatis non tran
bantur ad iudicia. nec teſtimonium ipſoꝝ con
tra aliquem xp̄ianum ſit recipiendum.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum. ꝙ illud pre
ceptum dedit deus iudeis tunc ad idolatriam
pronitatez habentibus. Et ideo timendũ erat
ne ipſi per conuerſationem illarum gentiũ co
lentium idola. que terram eis promiſſam occu
patam tenebant. ſeducerentur. ⁊ eodem modo
nunc. ſi ſint aliqui ſimplices ⁊ infirmi adhuc ĩ
fide. de quoꝝ conuerſione probabiliter timeri
poſſit. prohibendi ſunt a iudeorum ⁊ aliorum
infidelium conuerſatiõe. ⁊ precipue ne magnã
familiaritatem habeant cum eis.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum. ꝙ eccleſia non
poteſt iudicare iudeos et alios infideles. infli/
gendo eis penam ſpiritualem. ſed pena tem/
rali poteſt eos iudicare. Et ideo ĩ mercimonijs
⁊ in alijs temporalibus negocijs poteſt eorũ
conuerſationem tolerare.

¶ Ad tertium eſt dicendum. ꝙ non eſt ſimile
quia heretici iam fidem receperunt. ⁊ ideo eccle
ſia poteſt eos cogere. vt rectam fidem teneant
Iudeos vero ⁊ alios infideles non cogit. nec
punit eos illa pena. qua punit hereticos.

Ad octauum ſic proceditur. Vide/
tur enim ꝙ papa debeat punire iu
deos pena ſpũali. qua punit xp̄ia
nos. qꝛ excõmunicatio maior que
eſt pena ſpiritualis. eſt priuatio a communiõe
fidelium. ſed communio fidelium denegatur
iudeo recipienti aliquod officium publicũ ſu
per chriſtianos. ſicut patet extra de iude. capi/
tulo nimis abſurdum. puniuntur ergo iudei
ſpirituali pena.

¶ Preterea papa non punit aliquos tempo
rali pena. quia mucro pape ⁊ ep̄i eſt ipſa excõi
catio. Arma enim militie clericorum. non ſunt
carnalia. ſed ſpiritualia. vt dicit apoſtolus. ij.
ad Chorin. x. Pena ergo ſpirituali per papã
debent puniri iudei

¶ Preterea pena debet eſſe ꝓportionata cul
pe. ſed culpa iudeorum quandoq; eſt ſpũalis
potiſſime quando in contumeliam ⁊ blaſphe/
miam creatoris inſurgunt. ergo ſpiritualis pe/
na eis debetur.

¶ In contrariuʒ eſt quod ſcribitur extra de iu
deis capitulo poſtulaſti. vbi dicitur ꝙ cũ quĩ
dam iudeus manus violentas in clericum in/
ieciſſet. papa mandauit predictuʒ iudeum pe
na pecuniaria puniri. ⁊ clerico leſo temporali/
ter ſatiſfieri vſq; ad condignã ſatiſfactionem.

¶ Rn̄. dicẽdũ ꝙ papa poteſt punire iudeos
⁊ alios infideles pena temporali ⁊ ſpũali tan
ꝙ̃ ſupra eos plenam iuriſdictionẽ habens. tẽ
porali quidem pena directe ⁊ indirecte. Directe
quia per ſe mandant eos puniri. cum foreſaci
unt pena pecuniaria. et per ſe precipit vt illi iu
dei qui de infidelibus ad baptiſmuʒ venerũt
ſubuertere nituntur. per fideles publicis cedi/
bus ⁊ flagellationis deputentur. ſicut patet.
xxviij. queſtione. i. capitulo ſepe. Indirecte au
tem quũ ſic foreſaciunt. vt ſint digni morte vel
priuatione alicuius membris. cuius penam
ſtatuit relinquendam eſſe brachio ſeculari. ſed
pena ſpirituali directe eos punire non poteſt.
quia non poteſt eos punire priuatione ſacra/
mentorum que eſt excõmunicatio minor. Qui
enim non participant ſacramenta. non poſſunt
priuari participatione ſacramentoꝝ. Nec põt
eos ſeparare a cõione eccleſie que eſt excõmu/
nicatio maior. Qui enim non ſunt in eccleſia.
ab eccleſia ſeparari non poſſunt. ſicut dicit Au
guſtinus. ⁊ ponitur. xi. queſtione. iij. capitulo
omnis chriſtian⁹ Indirecte tamen poteſt eos
punire pena ſpirituali excommunicando xp̄ia
nos ne cum eis participent. vel excommunicã
do chriſtianos principes quibus chriſti iudei

ſubdūtur. ſi negligunt eos punire temporali pena. quando ipſi in xp̄ianos foreſaciunt.

¶ Ad primū ergo eſt dicendū ꝙ illa denegatio cōmunionis fidelium refertur ad xp̄ianos ne ipſi cōmunicent cum iudeis in cōmercijs et in alijs negocijs. donec per eos fiat ſatiſfactio condigna.

¶ Ad ſecundū eſt dicendum ꝙ papa poteſt punire pena tēporali ⁊ ſpirituali tanꝙ in vtriſ ꝗ plenam iuriſdictionem habens. ſed aliquā penam temporalem quādo extenditur ad ſanguinis effuſionē non exequitur immediate per ſe. ſed mediāte brachio ſeculari

¶ Ad tertium eſt dicendum. ꝙ lex que data eſt iudeis magis fuit timoris ꝙ̄ amoris. ⁊ bona promiſſa eis magis fuerunt temporalia ꝙ̄ ſpiritualia iuxta illud Yſa. i. Si volueritis ⁊ audieritis me. bona terre comedetis. Congrue ergo iudeis circunciſis carne non ſpiritu magis inducitur pena tēporalis ꝙ̄ ſpiritualis.

Ad nonū ſic proceditur. Videt enī ꝙ papa non debeat permittere iudeorum oblationes ⁊ elemoſinas recipi a fidelibus. quia beneficiū nō poteſt recipi iuſte niſi adminiſtretur officiū ſed iudeis non miniſtratur officium eccleſiaſticū nec ſacramenta. ergo iuſte non poſſunt ab eis recipi beneficia oblationū et elemoſinarū.

¶ Preterea dicit Aug. et ponitur. xiiij. queſtione. v. Nolite velle facere elemoſinas de fenore ⁊ vſuris. quia immolans ex iniquo oblatio eſt maculata. nec bona iniquorū altiſſimus approbat. Sed iudei non noſcuntur aliud habere niſi de vſuris. ergo eorum oblationes et elemoſine recipiende non ſunt.

¶ Preterea ſcribitur Proverbiorum. xv. Victime impiorū abominabiles dn̄o. vota iuſtorum placabilia. Sed conſtat iudeos impios eſſe ⁊ non iuſtos. Non ergo ſunt eorū elemoſine vel oblationes recipiende

¶ In contrariū eſt quod ſcribitur extra de decimis ⁊ primicijs. vbi dicitur de terris quas iudei colunt Tue prudentie reſpondem⁹ vt eos ad decimas perſoluendas omni cum diſtrictione compellas. ne forte occaſione illa eccleſie valeant ſuo iure fraudari.

¶ Rn̄. dicendū eſt ꝙ aliqui abſolute reſpondent iuſte a iudeis poſſe recipi oblatiōes ⁊ elemoſinas ꝙ̄uis conſtat eos non niſi pecuniā vſurariam habere propter tria.

¶ Primo quidē quia de iudeis nō eſt aliqua ſpes vt per eos reſtituatur vſura nec in morte nec in vita. Vn̄ eorum conditio nō fit deterior reddendū. ex quo de eis non eſt ſpes reſtitutionis ſicut de xp̄ianis. quorum reſtitutio ſaltem in morte ſperatur. ꝓpter qd̄ iuſte poteſt talis pecunia ab eis recipi hac intentione. vt illis perſonis reſtituatur a quib⁹ extorta eſt ſi inueniuntur. vel ſi nō inueniūtur. principes terrarum pro vtilitate reipublice ⁊ pauperes xp̄i ⁊ rectores ⁊ adminiſtratores ſacramētorum iuſte efficiuntur illius pecunie poſſeſſores.

¶ Secundo q2 ꝓbabiliter preſumitur ꝙ xp̄iani quorum bona habent iudei p vſurariā prauitatem potius velint iudeos xp̄ianos pauperes habere bona illa vel rectores ciuitatū ꝙ̄ ꝙ remaneant apud iudeos a quibus nullā reſtitutionē ſperēt. nec bn̄ficiū ſpūale nec tempale.

¶ Tertio q2 veriſimile eſt vt iudei terram non colentes nec manib⁹ laborantes multa lucra licite habere poſſunt ex ſola permutatione pecunie ⁊ mercāūjſ ⁊ alijs ꝯtractibus. emēdo vel vendendo. Nec eſt talis preſumptio violenta cum lex ponat. ꝙ ſi diues vel pupillus habuerit tutorem pauperē qui poſtea diues apparuerit tempe reddite ratiōis. cū tn̄ non acquiſiuiſſet ex arte vel ſucceſſione. nō pōt pupillus recuſare eſſe ſuas. q2 nō conſtat vn̄ venerit. Fortuna enī multis modis lucrādi hoib⁹ prouidit

Puto tn̄ diſtinguēdū eē ꝙ decie vl oblatiōes vel elemoſine recepte a iudeis vel ſunt prediales vel perſonales. De predijs vero ⁊ terris q̄s colunt iudei licite pn̄t recipi oblationes ⁊ decime. Si vero ſunt perſonales ⁊ conſtat eos aliquid habere de laborib⁹ eorum ⁊ de induſtria lucrādi abſq3 vſuraria prauitate. adhuc licite poſſunt ab eis recipi oblationes ⁊ elemoſine. Sz ſi conſtat eos nihil habere niſi vſuram. tutius eſt non recipere ꝙ̄ recipere. q2 planū eſt ꝙ retineri nō poteſt niſi reſtituatur perſonis a quib⁹ eſt extorta. magno aūt periculo homo exponit ſe recipere pecuniam que vel alijs eſt reſtituenda. vel in vſus pauperum ⁊ vtilitatem reipublice exponenda. ⁊ non in proprium commodum conuertenda.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ non accipiuntur a iudeis decime ⁊ oblatiōes pro adminiſtratione ſacramentorū. ſed pro predijs ⁊ poſſeſſionibus poſitis in territorio eccleſie. Vnde extra capitulo ſupradicto dicitur. ꝙ vel cogantur poſſeſſiones renunciare. vel decimas et oblationes perſoluere.

¶ Ad ſecundum et tertium dicitur ꝙ ſi conſtat eos nihil habere niſi vſuram. tutius eſt non recipere ꝙ̄ recipere. ꝙ̄ tunc tn̄ q3 reciperetur cauſa reddendi illis a quibus eſt extorta rationē ſuperius dictam.

Ad decimū ſic proceditur. Videtur enī ꝙ papa debeat permittere aliquas exactiōes fieri in iudeos. q2 res ſeruorū dn̄orum ſunt. Sed iudei ſerui ſunt. quia eorum propria culpa ſubmiſit eos perpetue ſeruituti ut ſcribitur extra de iude.

¶ Preterea iuſte poteſt auferri quid iniuſte detinet. ſed pecunia a iudeis poſſeſſa. cū ſit vſuraria. iuſte nō detinet ergo iuſte pōt ab eis auferri

¶ Preterea ſi nō poſſent aliqua dona et exenia a iudeis recipi. melioris conditionis eſſent ipſi quā chriſtiani. ⁊ culpa ipſorū eis patrocinium pſtaret. nō incōmodū: qd̄ eſt incōueniēs.

¶ In contrarium eſt ꝙ ſcribitur extra de iude. capitulo ſicut vbi dicitur ꝙ coacta ſeruitia a iudeis exigenda non ſunt.

¶ Rn̄. dicendū. ꝙ planū eſt iudeos perpetue ſeruitute eccleſie. eorum culpa. eſſe ſuppoſitos et eorum res ſub dominio xp̄ianorū exiſtere: Res dico iuſto titulo per eos acquiſitas. quibus terrarum pricipes vti poſſūt tanꝙ proprijs tali tamen ſeruato moderamine. vt neceſſaria vite et ſubſidia eis et eorū familijs opportuna eis nullatenus ſubtrahantur. Verum quia dicente apoſtolo. i. ad Theſſal. iiij. Honeſte oportet ambulare ad eos qui foris ſunt: vt nullius aliquid deſideretur. Et loquitur ⁊ de iudeis infidelibus ne nomen domini blaſphemetur i nobis. Ideo prouide ſtatuit eccleſia vt noue exactiones in iudeos non fiant. nec coacta ſeruitia ab eis exigantur propter tria.

¶ Primo propter ſcandali vitationem ſcribitur enim. i. ad Chorin. x. Sine offenſione eſtote iudeis ⁊ gentilib⁹ ⁊ eccleſie dei. ſicut ego nō querens quod mihi vtile eſt. ſed quod multis vt ſalui fiant.

¶ Secundo propter eccleſie prohibitionem. ex quo enim per eccleſiam prohibitū eſt: non fieri debet.

¶ Tertio propter periculi vitationem cum enim eorum pecunia vt i pluribus ſit vſuraria ⁊ talem homo non poſſit in proprium cōmodum conuertere. periculo tamen homo ſe exponit: aliquid ab eis recipiendo.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum. ꝙ res ſeruorum ſunt dominorum quantum ad tuitionem et quantum ad ad repu. conſeruationem: pro cuius vtilitate poſſunt principes terrarum rebus iudeorum vti: ſi ſunt iuſto titulo acquiſite alias tenentur eas reſtituere illis a quibus ſūt extorte vt ſupra dictum eſt

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ iuſte pōt auferri a iudeis illud ꝙ iniuſte detinetur vtpote lucrum vſurarium non proprietate ⁊ proprijs laboribus acquiſitum. et hoc non vt in proprium commodum conuertatur: ſed vt reſtituatur illi a quo extortum eſt

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ non eſt inconueniens ꝙ iudei ſint melioris conditionis ꝙ̄ chriſtiani ſecundum quid: quantum ad conſeruationem aliquorum temporalium ſimpliciter tamen ſunt peioris conditionis. quia habere aliquid de ſuo: vt poſſit iuſte dare ⁊ alius poſſit iuſte recipere melioris conditionis eſt: ꝙ̄ nihil habere de ſuo ſed ſolum de alieno. Si tamen probabiliter preſumitur iudeos lucrari titulo iuſto: vendendo et emendo: vel commutando in mercantijs: eſto ꝙ terras non colant: nec manibus laborēt: ſatis poteſt cōcedi ꝙ abſq3 peccato poſſunt recipi ab eis exenia ⁊ dona: ſecundum opinionem ſupra poſitam.

# Queſtio. XXV. de pape reſiſtentia et primo de reſiſtentia ſciſmaticorum

Nunc conſiderandum eſt de pape reſiſtentia. Circa quam quattuor cōſideranda occurrunt.

¶ Primo de reſiſtentia ſciſmaticorum.

¶ Secundo de reſiſtentia tyrannorum.

¶ Tertio de reſiſtentia excommunicatorū.

¶ Quarto de reſiſtentia hereticorum.

¶ Circa primum queruntur ſex.

¶ Primo vtrum om̄s reſiſtētes pape ſint ſciſmatici

¶ Secundo vtrum omnes ſciſmatici reſiſtentes pape: ſint heretici.

¶ Tertio vtrū papa omnes ſciſmaticos poſſit omni poteſtate priuare.

¶ Quarto vtrum papa debeat punire ſciſmaticos grauius ꝙ̄ hereticos.

¶ Quinto vtrum papa reputet grecos ſciſmaticos vel hereticos.

¶ Sexto vtrum papa teneat grecos eſſe paganos vel chriſtianos.

Ad primū ſic ꝓcedit. Videt enī ꝙ non om̄s reſiſtētes pape ſint ſciſmatici q2 illud qd̄ ſcindi nō pōt: ibi ſciſma n̄ hēt locū ſed eccleſia c⁹ papa eſt caput: ſcindi nō pōt. quia tunica xp̄i q̄ ſignificabat ecclam incōſutilis erat: deſup contexta per totū vt dicit Jo. obiit. vnde non fuit ſciſſa ſed ſorte data. ergo ſciſma in eccleſia locum nō habet.

¶ Preterea ſi om̄s reſiſtētes pape dicunt ſciſmatici: tūc om̄is peccator reſiſtēs ꝓcepto ecclie erit ſciſmatic⁹ q2 ſm amb. pccm̄ eſt ē preuaricatō legis diuine et celeſtiū inobedientia mandatorum.

¶ Preterea ſciſma diuiſionē importat. Nomē enī ſciſmatis a ſciſſura animoꝝ vocatū eſt vt dicit Iſido. in libro ethy. ſꝫ oīa peccata diuidūt hoīes a deo. ⁊ per ꝯſequens a papa qui eſt eius vicarius. iuxta illud Iſa. lix. iniquitates veſtre diuiſerunt inter vos. ⁊ deū veſtrū. oēs ergo peccatores erunt ſciſmatici

¶ In contrariū eſt Aug. in libro de queſtionibus euangelioꝝ. ⁊ extra de ſciſmaticis.

¶ Rn. dicendū ꝙ eccleſia eſt vna vnitate fidei ⁊ charitatis. ad quā vnitatē apoſtolus hortatur ad Ephe. iiij. dicens. Solliciti ſeruare vnitatē ſpūs in vinculo pacis. qꝛ eſtis vnū corp9 ⁊ vn9 ſpūs. ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtre. Eſt autē in eccleſia que corpus xpī myſticum eſt duplex vnitas. Vna mēbroꝝ ad caput. Et ſecunda mēbroꝝ adinuicē. De qua duplici vnione apoſtol9 loquitur ad Ephe. iiij. qñ dicit Veritatem autē facientes in caritate creſcam9 in illo per oīa qui eſt caput xps. quantū ad vnitatem primā. ex quo totū corpus compactū ⁊ cōnexū per oēm iuncturam ſubminiſtrationis ſcd'm operationē. Quantum ad vnitatē ſecundā Illi ergo qui ex animo ⁊ ſcd'm intentionē ſe ab iſta duplici vnitate diuidunt ſciſmatici appellantur. Vñ qui ſummo pontifici tanq̄ capiti ſubeſſe renuunt. ⁊ qui mēbris ſubiectis ipſi eccleſie cōmunicare recuſant. ſciſmatici eſſe cēſendi ſunt. De qua duplici diuiſione loquitur apoſtolus ad Colo. ij. qñ dicit. Nemo vos ſeducat in humilitate ⁊ religione angeloꝝ ambulās fruſtra inflatus ſenſu carnis ſue ⁊ nō tenens caput. Quātū ad diuiſionē primā. ex quo totū corpus per nexus ⁊ coniunctiōes ſubminiſtratū ⁊ conſtructū creſcit in augmentū dei. cui9 corporis diuiſio facit diuiſionem ſecundam.

¶ Ad primū ergo eſt dicendū ꝙ nō dicitur tunica xpi inconſutilis. qꝛ ab ipſa eccleſia vel caritate ſignificata. per illā tunicam multi nō poſſunt ſe diuidere. ſꝫ qꝛ in quibuſcūq3 eſt caritas eccleſie. in illis inſciſſa et indiuiſibilis permanet Vñ merito deſcribitur eſſe cōtexta ex toto. quia nemo ei9 expers eſt. qui pertinere videtur ad totū a quo tota catholica vocatur eccleſia. Si enī vnus ſolus fidelis eſſꝫ in illo. tota inueniretur eccleſia. vt dicit Auguſtinus.

¶ Ad ſcd'm eſt dicendū. ꝙ reſiſtere preceptis dei vel pape poteſt eſſe dupliciter.

¶ Primo per ſpontaneā ⁊ voluntariā intentionē ac manifeſtā rebellionē ⁊ eius iudicialis ſententie recuſationē. ⁊ talis reſiſtentia proprie includit crimen ſciſmatis.

¶ Secundo per alicui9 commodi temporalis conſecutionem et periculi vitationē. Multi enī reſiſtunt preceptis dei ⁊ vicarij eius vel ex amore male inflāmate vt aliquod tēporale cōmodū conſequātur. vel ex timore male humilitate. ne ſuper eos aliqua pericula ⁊ incōmoda inducātur. qui tamē ſciſmatici nō dicunt qꝛ nec ab vnitate membroꝝ eccleſie nec ab vnitate capitis ſe diuidere ex animo intendunt. Et iſta diuiſio ſatis habetur per Aug. in libro de queſtiōe euā.

¶ Ad terciū eſt dicendū ꝙ peccatū pōt cōſiderari dupliciter. vel quantū ad illud qđ ē formale. ⁊ ſic diuiſio ⁊ ſeparatio a bono incōmutabili eſt formale in omni peccato mortali. vel quantum ad illud qđ eſt materiale. ⁊ ſic cōuerſio ad bonū cōmutabile vtile vł delectabile eſt qđ materiale. vñ diſtinguūtur multa peccata ſcd'm illa ad que hō ſe conuertit. Peccator ergo qñ peccat principaliter intendit boni cōmutabilis adoptionē. preter intentionē autē ei9 ſequit diuiſio ⁊ ſeparatio a bono diuino ⁊ a preceptis eccleſie. vnde talis diuiſio nō proprie inducit crimē ſciſmatis ex quo eſt preter intentionē peccantis. nam ſciſmaticus proprie nō eſt niſi qui ſponte ⁊ ex aīo per manifeſtā rebellionē ſe ſubtrahit ab vnitate eccleſie tā capitis q̄ mēbroꝝ.

Ad ſecundū ſic proceditur. Videtur enī ꝙ oēs ſciſmatici reſiſtentes pape ſint heretici. qꝛ diuiſi ab vnitate eccleſie ſunt diuiſi a fide qua diuiſi ſunt heretici. Dicit enī Aug. contra epiſtolā fundamenti. Ego nō crederē euangelio ſi non crederē eccleſie. ſed oēs ſciſmatici ſunt diuiſi ab vnitate eccleſie. ergo ſunt diuiſi ab vnitate fidei et per conſequens ſunt heretici.

¶ Preterea ſemꝑ maius includit min9. ſꝫ ſciſmatici ſunt diuiſi a tota eccleſia qꝛ ſubtrahunt ſe ab obedientia capitis eccleſie. ergo talis diuiſio includit diuiſionē a fide cuius vnitas eſt particularis.

¶ Preterea qui diuidit ſe ab vnitate dei diuidit ſe ab vnitate fidei que eſt vnitas primi veri ſed ſciſmaticus diuidit ſe ab vnitate dei ex quo diuidit ſe ab vnitate eccleſie. ergo ſimiliter eſt diuiſus ab vnitate fidei.

¶ In contrarium eſt Aug. in libro de queſtionibus euange. vbi ait. ꝙ ſciſmaticos nō fides diuerſa facit. ſed cōis diſrupta ſocietas.

¶ Rn. Dicendum ꝙ iſtam queſtionē determinat Aug. in libro ſupradicto vbi talem drīam ponit inter malum catholicum ſciſmaticum et hereticum. quia malus catholicus verum fidē habet ⁊ vera credit tamen non viuit ſecundum illa que credit. ¶ Hereticus vero eſt qui falſa de deo credit vel de aliqua parte ſcripture eius que ad fidei edificationem pertinēt vt non contentus interrogatione inconcuſſe credentis. ſed ſuo errore a vera opinione pertinaciter diſcordans. talis enī vt ait ⁊ ſi non corpore ſaltē animo extra eccleſiā eſt. ſed ſciſmaticus eſt ille qui ſua crimina ⁊ peccata ſic parat9 eſt ex animo defendere ſi fuerint obiecta vel probata vt cogitet ſponte ꝯuenticuloꝝ ſegregationes ⁊ perturbationes eccleſie facere. Igit ſcd'm Auguſtinū malum catholicū facit morū ⁊ vite prauitas. Hereticū facit fidei diuerſitas. Sed ſciſmaticum facit diſrupta ſocietas. Et inter illos vt dicit ſoli heretici debent dici zizanie que cū frumento nō habēt cōem radicem. Sic heretici cōem fidem nō habent cū veris catholicis. debēt etiā mali catholici vera credentes ⁊ nō vt credunt viuentes dici palea. Et ſciſmatici debent dici ariſte. qꝛ ariſta et palea cōem radicem hñt cum frumento

¶ Ad primū ergo dicendum eſt. ꝙ in eccleſia eſt duplex vnitas. Vna in fidei veritate. Alia in amoris caritate. Poteſt autē eſſe prima vnitas in aliquo ſine ſecunda. Sciſmatici ergo diuiſi ſunt ab eccleſia quantū ad illam vnitatem quā facit caritas. ſꝫ nō ſūt diuiſi ab eccl'ia quātū ad illā vnitatē quā facit fidei veritas

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ in plus ſe habet ſciſmaticus q̄ hereticus. ſicut in plus ſe habet animal q̄ homo. ſicut enim omnis homo eſt aīal ⁊ nō econuerſo. ſic omnis hereticus eſt ſciſmaticus. nō econuerſo propter quod falſuꝫ aſſumebatur: quia eſſe hereticum includit eſſe ſciſmaticum ⁊ non econuerſo. Et per hoc patet reſponſio ad terciūm.

Ad terciū ſic proceditur. Videtur enim ꝙ papa poſſit priuare ſciſmaticos omni ptāte. quia poſſit eos priuare poteſtate conſecrationis. ergo multo fortius poteſt eos priuare poteſtate iuriſdictionis. conſequētia patꝫ. probatur aūs per illud quod habet. xxiij. queſtione. i. capitu pitulo prudenda. vbi dicitur. ꝙ epiſcopus ab eccleſie viſceribus diuiſus ⁊ ab apoſtolicis ſedibus ſeparatus deſacrat ipſe potius q̄ conſecrat.

¶ Preterea i cōſecratione datur ſpirit9 ſanct9 ſꝫ ſciſmaticis non datur ſpūs ſanct9. qꝛ extra vnitatem eccleſie ſpūs ſanct9 non accipitur. nō ei poſſit a peccatis ſolui nec celeſte regnū ingredi q ab vnitate eccleſie diuiſus eſt. vt dicit Beda ⁊ ponit. xxiij. queſtione. i. capitulo quicūq3

¶ Preterea dicit Ciprian9 in quadā epiſtola ⁊ ponitur. vii. queſtione. i. capitulo nouacian9 quicūq3 nec vniōnē pacis nec vnitatē ſpūs obſeruat ⁊ ſe ab eccleſie vinculo atq3 ſacerdotum collegio ſeparat nec epi ptātem poſſit habere nec honorē ex quo epatus vnitatē voluit habere nec pacem

¶ In ꝯtrariū eſt ꝙ ſcribit extra de ſciſmaticis.

¶ Rn. dicendū ꝙ ſicut ſupradictū ē duplex poteſtas dignoſcitur eſſe in eccleſia. Vna ordinis ⁊ ꝯſecrationis Alia iuriſdictionis ⁊ executiōis. Prima dat in cōſecratione ordinis ſacramenti vel in perfectiōe ordinis. que quidē tāta ē quāta ptās data eſt ſacramēto. vñ in tali poteſtate papa ſi ꝯcedit alios ſacerdotes nec alios epos Scd'a ṽo dat magis in electōne que tāta ē quāta ptās datur officio Et prima indelebiliter ꝑmanet in quolibꝫ ſacerdote vel epo. nec ꝑ papam poſſit conferri vt eſt papa. nec tolli qꝛ ſi papa non eſſet ſacerdos vel epus nō poſſet aliquē in ſacerdotē cōſecrare nec in epm ordinare. Secunda vero ſicut ꝑ papā confertur ſic per papā poſſit tolli ⁊ auferri. ergo papa non poſſit ſciſmaticos priuare ptāte ordinis vel cōſecratiōis ſꝫ bñ poſſit eos ꝑuare ⁊ ſūt ipſo facto qñ ab vnitate eccleſie ſe diuidūt priuati poteſtate iuriſdictionis et executionis.

¶ Ad primū ergo ē dicendū ꝙ illđ decretū intelligit ſi ꝯſecratio nō ſit facta in forma eccleſie Vere enī ſciſmatic9 cōſecrat ſi in forma eccleſie ꝯſecrat. ⁊ ſꝫ ordinat ſi aliquē ad ſacerdotiū ordinat. qꝛ ſi tales poſtmodū redeūt reordinādi nō ſūt. Vel iſtud intelligit eē dictū in odiū ⁊ deteſtatiōeꝫ criminis vt magis talis ꝯſecratio dicat execratio q̄ ꝯſecratō ſicut eccleſia que ex pacto pecunie eſt conſecrata magis execrata q̄ conſecrata dicenda eſt.

¶ Ad ſcd'm ē dicendū ꝙ extra vnitatē eccleſie nō dat ſpūs ſcūs vt gratū faciat deo ipſū recipientem. quia magis ad dēnationem q̄ ad ſuam ſaluationem recipit ſacramentum eccleſie ſciſmaticus ab eccleſia preciſus: ſed bene recipitur ſpiritus ſanct9 quantum ad hunc effectū qꝛ eſt ſuſceptio caracteris, vel perfectio ſi ipm ſacramentum ordinis vel ordinis perfectio recipiat ſecundū formā eccleſie. Et per hunc modū intelligit illđ decretū poſitū in epiſtola Cipriani.

Ad quartū ſic procedit Videtur enī ꝙ papa grauius debeat punire hereticos q̄ ſciſmaticos. quia grauius peccatum grauius puniendū eſt. ſed peccatū infidelitatis eſt grauiſſimū omniū peccatoꝝ ergo eſt grauius puniendū.

¶ Preterea oīs heretic9 ē ſciſmatic9 ergo ē puniendus tanq̄ heretic9 et tanq̄ ſciſmaticus.

¶ Preterea infidelis poſtꝙ abiuratā hereſim ſi relapſus fuerit non eſt amplius recipiendus ſed eſt tradendus brachio ſeculari ut habetur ex. ira de here. Sciſmaticus autem ſemper eſt recipiendus. grauius ergo punitur hereticus quā ſciſmaticus.

¶ In contrarium eſt qđ ſcribitur Numeri. xvi. ut habetur ꝙ Dathan ⁊ Abyron inaſſueta pena fuerunt puniti eo ꝙ terra aperta fuit ⁊ deſcẽderunt viuentes in infernum pro eo ꝙ reſtiterunt Moyſi.

¶ Rn. Dicendum ꝙ pena grauior ⁊ magis inaſſueta debetur magis vni peccato ꝗ̄ alteri ꝓpter tria. ¶ Primo propter peccati maioritatem ⁊ ſic peccatum infidelitatis magis ſeu grauius debet puniri ꝗ̄ aliquod aliud cum nullū peccatum ſit grauius ipſo conſiderando ipſuꝫ genus peccati. Opponitur enim immediate ipſo bono diuino. Unde Exodi vigeſimo. Statiꝫ cum deus dixit. Non habetis deos alienos coram me. nec adorabis ydola neqꝫ coles. ipſaꝫ ſubiunxit immediate penam dicendi. Ego ſuꝫ deus fortis ⁊ zelotes.

¶ Secundo propter peccantis pronitatem ⁊ ſic peccatum ſciſmatis multum grauiter ⁊ modo inaſſueto legimus eſſe punitum. quia enim iudei proni erant ad contentiones ⁊ ſciſmata excitanda iuxta illud quod dixit Moyſes Deutro. xxxi. Ego enim ſcio contentionem veſtram ⁊ ceruicem veſtram duriſſimam. adhuc viuente me. ⁊ ingrediente vobiſcum ſemper contentioſe egiſtis contra dominū. quo magis cum mortuus fuero. ⁊ i. Eſdre. iiij. capitulo ſcribitur inuẽtum fuiſſe in libris hiſtoriarum antiquoruꝫ patrum. ꝙ ciuitas illa puta Ieruſalem vbi iudei habitabāt a diebus antiquis. aduerſus reges rebellabat ⁊ ſeditiones ⁊ prelia concitabantur in ea. Unde propter hanc pronitatem. Chore ⁊ Dathan ⁊ Abyron concitantes ſciſma aduerſus Moyſen. pena inaſſueta puniti ſunt. vt dictum eſt ſupra

¶ Tertio propter nocumenti grauitatem Secundum enim preſentem iuſticiam quandoqꝫ pro minori culpa grauius quis punitur. quia grauius nocumentum imminet hominib⁹ quā ꝙ ex leuiori culpa ꝗ̄ ex maiori. ſicut aliqñ grauiꝰ punitur pro homicidio ꝗ̄ pro periurio nō obſtante. ꝙ longe maius peccatuꝫ eſt periuriū ꝗ̄ homicidium.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ ſecundum diuinū iudiciū ſēp maiori culpe maior pena taxatur. ſed ſecundum preſentem iuſticiam maiori culpe quādoqꝫ debetur minor pena vt dictū ē de homicidio et periurio. Quis diſtingui poſſit de maioritate culpe. Quia quandoqꝫ eſt maior maioritate peccati. Quandoqꝫ vero peccantis pronitate. Et quolibet modo maioritatis pena poteſt reſpondere culpe.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ hereticus eſt ſciſmaticus. loquendo generaliter de ſciſmate eo ꝙ hereticus errans in fide. diuiſus eſt a deo Sed quandoqꝫ hereticus eſt ſciſmaticus ſub propria ratione ſciſmatis. Et diuidit ſe a deo per eius ſcripture corruptionem quia diuidit ſe ab vnitate eccleſie. per manifeſtam rebellionẽ. Unde dicit gl. Nume. xvi. ꝙ per Dathā ⁊ Abyron ⁊ Chore ſignificabātur heretici ⁊ ſciſmatici. q̄ in ſuos ſecū trahẽdo decipiūt ꝯtemnẽtes ſacerdotes chriſti ⁊ ſe a clero plebiſqꝫ ſocietate ſegregātes. ꝯſtituere audẽt eccleſias ⁊ altud altare.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ tunc ſciſmatici ſunt recipiendi quando nullum falſum dogma nutriunt vel pertinaciter defendunt. heretici vero ideo poſtꝗ̄ relapſi ſunt. traduntur brachio ſeculari quia timet eccleſia de corruptione fidelium quam preſumit de eis ex quo relapſi ſūt.

A D quintum ſic proceditur. Uidetur enim ꝙ papa non reputet grecos hereticos. ſed ſolum ſciſmaticos ꝗ̄ cum Damaſ. grecus fuit. non hereticus et tamen primo ſuo libro capitulo. xi. dicit. Credimus in vnum ſpiritum ſanctuꝫ ex patre procedentem ⁊ in filio requieſcentem cū patre ⁊ filio ſimul coadorandūꝫ conglorificandū vbi non facit mentionem de proceſſione ſpiritus ſancti ex filio. greci ergo negantes ſpiritum ſanctuꝫ ex filio procedere non ſunt heretici reputandi.

¶ Preterea. xvi. di. c. i. dicitur ꝙ papa dicit. Sicut ſancti euangelij quatuor libros. ſic quatuor cōcilia ſuſcipere et venerari me fateor. Nicenum. Conſtantinopolitanum. Ephelinum. Calcedonenſe. Sed in illis quatuor conſilijs non fuit aliqua mentio de proceſſione ſpiritus ſancti ex filio. Propter talem ergo articulum non ſunt greci heretici reputandi.

¶ Preterea illi qui integre ſapiunt ⁊ rectā viā ſequuntur. non ſunt heretici. Sed Hieronimus dicit i prologo ſuper epiſtolis canonicis. ꝙ greci integre ſapiunt et rectam viam ſequuntur. nō ergo ſunt reputandi heretici.

¶ In contrarium eſt quia ſpiritum ſanctum ex filio procedere eſt articul⁹ fidei. Sed greci hoc negant. Ergo heretici ſunt habendi.

¶ Rn. dicendum ꝙ iſta duo crimina. ſciſmatis ⁊ hereſis magnā affinitatem habent. Scribitur enim. i. Re. xv. ꝙ quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare ⁊ quaſi ſcelus idolatrie nolle acquieſcere. Et ſuper illo verbo Hieronimus ſcripſit. xxiiij. queſtione tertia. inter ſciſma ⁊ hereſim. Hoc intereſſe arbitror. ꝙ hereſis peruerſum dogma habet Sciſma vero poteſt corporalem diſceſſionem ab eccleſia pariter ſeparat. ⁊ nō. gloſa talem differentiam eſſe inter ſciſma ⁊ hereſim qualis eſt inter habitum ⁊ diſpoſitionem. ſicut enim diſpoſitiō poteſt fieri habitus. ſic cum aliquis ſcinditur ⁊ diuiditur ab eccleſia. vt dicatur ſciſmaticus. cum poſtmodū pertinaciter adheꝛ ſue ſecte. ⁊ dogma aliquod nouum fingendo vel pertinaciter aſſerendo cōtra prohibitionem eccleſie nutrit. efficitur hereticus. Quia ergo greci a principiō quo ſe ab vnitate eccleſie romane diuiſerunt fuerūt ſolū ſciſmatici poſtmodū ꝓo ꝑtinaciter adherẽtes errorum ritui ⁊ non tenendo articulos per eccleſiā determinatos. planum ꝙ in hereſim lapſi ſunt vnde eccleſia reputat eos ſciſmaticos ⁊ hereticos ꝗ̄uis nominentur ſolum ſciſmatici. quia a ſciſmate eorum peccatum inchoatum eſt.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ aliqui dicunt auctoritatem damaſ. non eſſe recipiendaꝫ propter duo. ¶ Primo quia eius liber in omnibus nō tenetur ab eccleſia potiſſime quādo dicit. ij. libro capitulo. ij. ſe adherere illi opinioni que ponit angelos genitos eſſe poſt creationem omniū rerum. ¶ Secundo quia libruꝫ ſuum compoſuit tempore quo incipiebat controuerſia inter grecos et latinos de proceſſione ſpiritus ſancti. ⁊ ideo noluit determinare pro aliqua parte. Sed meli⁹ dicitur ꝙ doctores grecorum non negant ſpiritum ſanctum a filio ꝓcedere niſi propter principalitateꝫ patris. quia enī ꝓcedere ab aliquo greco ſermōe principalitatem importat. ne ſpiritus ſanctus credatur ꝓcedere ſic principaliter a filio ſicut a patre negāt ipſi talem proceſſionem quantum ad principalitatem ⁊ non quantum ad realitatem

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ tempore illorum conciliorum non pullulabat aliqua hereſis contra ſpiritum ſanctum. ſed poſtmoduꝫ tẽpore athanaſij ⁊ aliorum doctorꝫ grecoruꝫ poſitum eſt ſub articulo tanꝗ̄ neceſſariū ad credẽdum ſpūm ſanctum ex filio procedere. Unde dicit athanaſius ad ſerapionem iuxta qđ mādat apoſtolus hereticū hominẽ poſt primā correctionem ⁊ ſecundā deuita. etiam ſi quos videatis cum helia volantes per aerem ⁊ cū petro ⁊ moiſe ſicco pede calcantes maria niſi ſpiritū ſanctum profiteantur eſſe naturaliter ex deo et filio ⁊ eternaliter ſicut ⁊ filiū naturaliter eternaliter genitum a deo patre vt nos profitemur eū non recipiatis ⁊ blaſphemantibus ⁊ negantibus ſpiritum ſanctum deuꝫ eſſe de natura dei filij nolite communicare.

¶ Ad tertiū eſt dicendū ꝙ greci integre ſapiūt ⁊ fidem rectam ſequuntur quantū ad numeruꝫ librorꝫ contentorꝫ in ſacro canone non autẽ quantum ad numerum articulorꝫ poſitorum in ſimbolo. nec quantū ad ritum ſacramentorꝫ ⁊ aliorum que communiter obſeruantur in eccleſia.

A D. vi. ſic proceditur. Uidetur eniꝫ ꝙ papa teneat grecos et paganos nō xp̄ianos quia ſolus baptiſm⁹ facit hominẽ xp̄ianū. ſed greci non baptiſant in forma eccleſie. ergo nō ſūt xp̄iani ſed potius pagani

¶ Preterea diuerſus ritus ⁊ diſpar cultus diuidit xp̄ianum a pagano. ſed greci non ſeruat ritum ⁊ cultū quem ſeruat eccleſia. Conficiunt enim in fermentario pane ⁊ nō in azimo. ergo non ſunt xp̄iani ſed potius pagani.

¶ Preterea ſcribitur. xxiiij. queſtione. v. capitulo d' liguribus. Si qua perſona eccleſiaſtici officij cui ſubiecta eſt reſtiterit vel ſeorſum collegium fecerit. aut aliud altare erexerit ſeu ſciſma fecerit excōmunicetur ⁊ damnetur. ſed omnia iſta habent greci ergo damnantur ⁊ per conſequens ſunt pagani ⁊ non xp̄iani.

¶ In ꝯtrarium eſt quia eccleſia non appellat eos paganos ſed ſciſmaticos vel hereticos

¶ Rn. dicendū ꝙ per baptiſmū homo incorporatur xp̄o ⁊ a xp̄o xp̄iani appellantur. Unde dicit apoſtolus ad Ro. vi. Quicunqꝫ baptizati ſumus in xp̄o ihesu in morte ipſius baptizati ſum⁹. Si ergo greci verū baptiſma nō cōferunt. planū eſt ꝙ xp̄iani non ſunt. Certū eſt aūt grecos non vti forma qua vtitur eccleſia. baptizando quia non exprimūt perſonā baptizantem. ſed ſolā perſonā que baptizatur. Dicunt enim Baptizetur ſeruus xp̄i. N. in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpirit⁹ ſancti. Unde multi dicunt eos verum baptiſma non conferre aſſerentes perſonā baptizantem pertinere ad eſſentiā forme baptiſmi ex ipſa inſtitutiōe xp̄i quando dixit. Euntes baptizate oīs gentes. Aliqui vero dicunt contrariū ponentes grecos verū baptiſma conferre quia nō immutāt aliquid quod ſit de eſſentia forme eo ꝙ ſola expreſſio actus baptiſandi cum inuocatione trinitatis eſt de eſſentia forme baptiſmi. Modus vero exprimẽdi in perſona prima vel ſecunda ⁊ in quo caſu neceſſario vel alio eſt ex inſtitutione eccleſie. Ideo licet ipſi peccent ritum ⁊ formaꝫ eccleſie non ſeruando. verumtñ baptiſmuꝫ conferunt. imo ſi latini ſub forma illa baptizarent graui

ter peccarent. baptizati tamen iterū rebaptiſa-ri non deberent ꝛ hanc opinionē puto eſſe veri-orem quia ſecundū Aug. falſa ſunt ſemꝑ reſ-puenda ꝛ vera tenenda. dubia vero tā diu cre-denda ſunt quodiu ipſa eſſe reſpuēda vel docet ratio vel precipiat eccleſie auctoritas. Planū eſt autem ꝙ eccleſia venientes grecos ad obe-dientiā fidei nō cogit rebaptizari. Unde ipſo facto creditur magis eoꝝ baptiſma approbare ꝙ̄ reprobare ꝛ per cōſequēs papa reputat gre-cos chriſtianos ꝛ nō paganos.

¶ Ad primū ergo eſt dicendum ꝙ greci vtunt illa forma ad euitandū errorem qui fuit in pri-mitiua eccleſia multi tamen attribuebant vir-tutem baptiſmi dignitati ꝛ auctoritati miniſtro-rum baptizantium In quoꝝ perſona dicit apo-ſtolus prima ad Chor. i. Ego quidē ſum pau-li. ego vero appollo. ego autē cephe. Ad euitā-dum ergo hunc errorē non exprimūt miniſtrum baptizantē ſꝫ ſolam perſonā que baptiſatur. forma tñ eccleſie longe conuenientior eſt ꝛ ma-gis conformis verbis xp̄i quibus dixit. Eun-tes baptiſate omnes gentes

¶ Ad ſecūdū eſt dicendū. ꝙ ſicut dicit anſhel. in epiſtola de ſacrificio azimi ꝛ fermentati. gre-ci in multis nos arguūt de ritu ꝛ cultu ſacrifici-orum ꝛ ſacramentoꝝ dicentes nos iudaiſare et figuras iudaicas obſeruare. ſiue tñ conficiatur in azimo ſiue in fermentato verum corpus xp̄i conficitur vnde quantū ad hoc nec ipſi nec nos de infidelitate reprehenſibiles ſumus.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ ſi greci dampnā-tur. non dāmantur pro infidelitate ſed pro ſciſ-mate in quo diu permanſerunt ꝛ pro hereſi in quam poſtmodum relapſi ſunt.

# Queſtio · xxvi · De reſiſtentia tirannoꝛum.

Deinde conſiderandum. eſt de reſi-ſtentia tirannorum circa quod que-runtur ſex.

Primo vtrum tiranni reſiſtentes pape ſint ſciſmatici.

¶ Secundo vtrū tiranni reſiſtentes pape ſint heretici.

¶ Tertio vtrū ad papā ſpectat punire tirānos

¶ Quarto. vtrum papa debeat tirannos pu-nire pena temporali vel ſpirituali ſolum

¶ Quinto. vtrum papa contra tirannos ſibi reſiſtentes debeat cruce ſignatos deſtinare.

¶ Sexto. vtrum papa in puniendo tirannos debeat magis declinare ad miſericordiam ꝙ̄ ad iuſticiam.

Ad primum ergo ſic proceditur. Ui-detur enim ꝙ non om̄s tiranni reſi-ſtentes pape ſunt ſciſmatici. quia il-li ſunt ſciſmatici qui intendunt ſe ab vnitate eccleſie diuidere ſed hoc tiranni nō intendūt. immo interdū zelatores eccleſie ſe ſi-mulant non ergo tiranni ſunt ſciſmatici.

¶ Preterea obſeruatores iuſticie nō ſunt ſciſ-matici. ſed quandoqꝫ tiranni obſeruatores ſūt iuſticie magis ꝙ̄ alij. non ergo tales ſunt ſciſ-matici.

¶ Preterea ſciſmatici ſunt q̄ inbellant eccle-ſie. ſed tiranni quandoqꝫ procurant facere con-gregationes ꝛ colligationes in eccleſia non er-go tales ſūt ſciſmatici.

¶ In contrariū eſt quia. vt dicit damaſ. libro iiij. capitulo. xviij. Anaxp̄s in primordijs qui-dem regni ſui tirannidem iuſticiam diſſimula-bit Cum aūt dn̄ator factus fuerit perſequetur eccleſiam dei. Tiranni ergo non obſtante ob-ſeruatione iuſticie ſciſmatici ꝛ perſecutores ec-cleſie cenſeri debent

¶ Rn. dicendum ꝙ ſecundū Aug. in libro de queſtionibus euangelioꝝ Tria poſſunt diſtin-gui genera ſciſmaticoꝝ nam aliqui ſunt ſciſma-tici intentione non operatione. Quicunqꝫ em̄ ita inuident bonis vt querant occaſionem ex-cludendi eos. vel crimina ſua ſic defendere pa-rati ſunt ſi obiecta fuerint vel probata. vt etiaꝫ conuenticuloꝝ ſegregationes vel eccleſie per-turbationes facere cogitent iam ſciſmatici ſūt ꝛ ab vnitate eccleſie corde diuiſi etiam ſi nō in-uentis occaſionibus aut occultatis factis ſuis ſacramento eccleſie corporali conuerſatione ſo-cientur. Aliqui vero ſunt ſciſmatici operatione ſed nō intentiōe qꝛ pꝫ ſe non intendūt ſe ab vni-tate eccleſie diuidere propter quod tñ aliquod cōmoduꝫ temporale conſequendū vel periculū euitandū cōuenticuloꝝ ſegregationes faciunt ac per hoc ſciſma incurrunt ꝛ ſciſmatici cenſeri debēt quia ſicut voluntas coacta vel mixta vo-luntas eſt ſecundū Aug. vel volūtas mixta vo-luntas eſt ſecūdū philo. ſic effectus ſequens ex cauſa per accidens effectus eſt. Sed aliqui ſūt ſciſmatici intentione ꝛ operatione. Tirannos ergo qui ſunt ſciſmatici primo mō eccleſia por-tat quia tam diu ſuſtinet peccatum aut erroreꝫ alicui⁹ donec aut accuſatorē inueniat aut pra-uam opinioneꝫ pertinaci animoſitate defendat vt dicit Aug. in libro de vera religione. Tirā-nos vero qui ſunt ſciſmatici ſecundo mō eccle-ſia reuocat. imitatur em̄ dei iudiciū qui reſpi-cit intētionē magis ꝙ̄ operationē. Dicit em̄ Aug ad cōmitē bonifaciuꝫ. Caritas que colligit et

viuificat omnia mēbra eccleſie ſi nos videat de aliena ruina gaudere. ſtatim nos precidit a corpore. Si ergo miniſtri eccleſie nō dolent de ruina ſuoꝝ ſubditoꝝ ipſi preciſi ſunt a corpē ec-cleſie. qꝛ ſi in corpore eccleſie eſſent. ſine dubio dolerent ꝛ eos reuocare procurarēt. Sed tiran-nos qui ſunt ſciſmatici tertio mō dominat ꝛ cor-rigit donec aut penitēdo redeant aut in nequi-tia male liberi deſiniant. vt Aug. dicit

¶ Ad primū ergo eſt dicēdū ꝙ illi qui ſunt ſciſ-matici ſola intentione ſuſtinent ab eccleſia In area em̄ eccleſie quilibet pro libito pōt eſſe fru-mentū vel palea vel ariſta eo ꝙ in quēꝙ̄ ſentē-tiam nō proferentiſi ſponte cōfeſſum ꝛ cōuictū ſicut dicit Aug. in libro de penitentia.

¶ Ad ſcd̄m eſt dicendū ꝙ dominiū tirānicum pōt effici naturale ꝛ naturale dominiū pōt effi-ci tirānicū. Si em̄ rex iuſticiā faciat vt violēter dn̄etur. ꝛ vt bonū publicū cōuertat in bonū pri-uatū iam tale dominiū regiū ꝛ naturale fit ty-rānicū Eodē mō ſi aliquis eſt adept⁹ dominiū tyrānice ꝛ poſtmodū volētib⁹ ſubditis dn̄etur ꝛ bonū priuatū conuertat in bonū publicū. ſer-uādo alias cōditiones naturalis dominij iam tale tyrannicū dominiū fit naturale.

¶ Ad tertiū eſt dicendū ꝙ nō ſufficit in eccleſia ſeruare cōgregationē vel vnitatē mēbroꝝ ſine vnitate capitis immo ex hoc ipſo ꝙ tyrāni vni-unt eis mēbra eccleſie. ꝛ diuidūt ipſa ab vnita-te ꝛ ab obedientia capitis cui ſimul cū eis de-berent ſubici ſciſmatici cenſendi ſunt.

Ad ſcd̄m ſic proceditur. Uidetur em̄ ꝙ ti-ranni reſiſtentes pape ſint heretici. Dicit em̄ Hiero. in epiſtola ad ga-lathas. nullū ſciſma eſt ꝙ ſibi non aliquā hereſim cōfingat vt recte ab eccleſia re-ceſſiſſe videatur Sed tyrāni ſunt ſciſmatici vt ſupra dictū ergo ſimiliter heretici.

¶ Preterea quicūꝙ nō credūt aliquē articulo-rū poſitoꝝ in ſimbulo ſunt heretici. Sed tyran-ni offendūt cōtra illū articulū. Et in vnā ſanctā eccleſiā catholicam ergo ſunt heretici.

¶ Preterea ſola pertinacia reſiſtendi facit ho-minē hereticū. Sed tyrāni pertinaciter reſiſtūt capiti eccleſie ergo ſunt heretici.

¶ In cōtrariū eſt qꝛ nō nutriūt nouas vel falſas opiniones in eccleſia ergo nō ſunt heretici.

¶ Rn. dicēdū ꝙ aliud eſt dicere falſuꝫ. aliud erroneū. ꝛ aliud hereticū. Quādocunqꝫ em̄ nō eſt cōformitas rei intelligibilis ad intellectū di-citur falſum. qꝛ ſicut dicit yſaac in libro de diſ-finitionib⁹. Ueritas eſt adequatio rei intelligi-bilis ad intellectū. Per contrariū ergo inade-quatio rei ad intellectū eſt falſitas. Quū cunqꝫ

vero non ē conformitas rei credibilis ad intel-lectū. ſine propoſito tñ pertinaciter defendendi tunc dicitur eſſe erroneū Sed qū nō eſt cōformi-tas rei credibilis ad intellectū cū ꝓpoſito per-tinaciter defendendi. tūc eſt eſſe hereticū. Tria itaqꝫ cōcurrunt ad ꝓpriā rationē hereſis. Pri-mū eſt rei credibilis diſſormitas. Unde dicit Au-guſtin⁹. Quicunqꝫ aliter ſcripturā intelligit ꝙ̄ ſenſus ſpūs ſācti flagitat a quo ſcripta eſt licet ab eccleſia nō diſceſſerit. heretic⁹ tñ appellari pōt. Secundū eſt dogmatis nouitas Unde dicit Aug⁹. ꝙ heretic⁹ eſt qui alicui⁹ temporalis co-modi ꝛ maxime glorie principat⁹ falſas ac no-uas oppiniones vel gignit. vel ſequitur in ec-cleſia. Tertiū eſt defendēdi pertinacitas. Unde dicit Aug⁹. cōtra manicheos. ꝙ qui in eccleſia xp̄i morbidū aliqd̄ prauū ſapiunt. Si correcti vt ſanū rectūqꝫ ſapiant reſiſtūt cōtumaciter. ſua qꝫ peſtifera ꝛ mortifera dogmata emēdare no-lunt nec defendere perſiſtūt. heretici ſunt. Iſta ergo tria credibilis diſſormitas. dogmatis no-uitas. ꝛ defendēdi pertinacitas integralitas fa-ciūt hoīem hereticū. que ſi ſimul inueniātur in tyrannis reſiſtentib⁹ eccleſie heretici hn̄di ſunt

¶ Ad primū ergo eſt dicēdū ꝙ Hiero⁹. loqui-tur de ſciſmaticis iam in eoꝝ ſciſmate induratis qui vt recte ab eccleſia receſſiſſe videātur fingūt a-liqd̄ nouū dogma ꝛ illud pertinaciter defendūt. ſicut greci faciunt ꝛ om̄s ſciſmatici tales heretici ſunt cenſendi.

¶ Ad ſcd̄m eſt dicendū ꝙ vnā ſanctā eccleſiā catholicā facit vnitas fidei. iuxta illd̄ ad ephe. iiij. Una fides vnū baptiſma ꝛ ſimiliter vnitas caritatis. Sola aūt diuiſio ab vnitate prima eſt contra articulū qꝛ ſi om̄s diuiſi ab eccleſia ꝑ caritatē facerēt cōtra illū articulū. Et in vnā ſā-ctam eccleſiā catholicam tunc om̄s exiſtētes in peccato mortali eſſent heretici.

¶ Ad tertiū eſt dicendū. ꝙ pertinacia defenden-di nouū dogma diſſorme illis que credit eccle-ſia facit hominē hereticū. ꝛ ſi talis pertinacia cō-uincitur eſſe in reſiſtentia tyrannorum heretici iudicandi ſunt.

Ad tertiū ſic ꝓceditur. Uidetur em̄ ꝙ ad papā nō ſpectat tyrānos puni-re. qꝛ papa nō debet punire inſtru-mēta diuine iuſticie. ſed tyrāni ſūt quoqꝫ inſtrumēta diuine iuſticie iuxta illd̄ Job xxxiiij. facit regnare ypocritē ꝓpter peccata po-puli. ergo ad papā nō ſpectat ipſos punire

¶ Preterea ſuꝑ illo verbo ad phili. ij. Dūmō xp̄s annūcietur ſiue ꝑ occaſionē ſiue per veritatē in hoc gaudeo dicit gloſa. ꝙ quidā predica-bant xp̄m ex odio Paulo ꝛ ex odio veritatis.

vt perſecutores eos audientes vinculareꝫ pauluꝫ credentes illos tyrãnos per eum eſſe ſeductos. ex quo ergo tyrãni per occaſiones poſſunt eſſe vtiles eccleſie per papam nõ ſunt puniẽdi

¶ Preterea papa non debet iniuſticiaꝫ facere alicui. ſed multi voluntarie ſe ſubiciunt dominio tirãnoꝝ. ergo iniuſticia eſt eos puniri ꝑ ſubtractionem ipſorum

¶ In contrariũ eſt quod ſcribitur Abac. i. In perſona xp̄i ⁊ vicarij eius ſcilicet pape ipſe de regibus triumphabit. ⁊ tirãni ridiculũ eiꝰ erit.

¶ Rn̄. dicendũ ꝙ tyrannicũ dominiũ eſt contra iuſticiam naturalem. vnũquodqꝫ autẽ naturaliter regitur vt eſt aptum natũ regi. homo autem cum ſit liberi arbitrij eſt aptum natum regi voluntarie. vt voluntarie ſeruiat et voluntarie obediat. non violenter. vnde cum dominiũ tyrannicum ſit coactiuũ ⁊ violentũ. contra naturalem iuſticiam cenſetur eſſe. Secundo eſt cõtra iuſticiam regalem. appellatur autẽ iuſticia regalis lex diuina ⁊ iuſticia diuina iuxta illud ia. ij. ſi enim legem perficiatis regalem benefacitis Contra talem autem iuſticiam ⁊ tirannicũ dominiũ ſcribitur. Job. xxxiiij. ꝙ deus non accepit perſonas principũ nec cognouit tyrannũ cum diſceptaret contra pauperem. Tertio tale dominiũ eſt contra iuſticiam legalem. Eſt autẽ iuſticia legalis. vt dicit Philo. oĩs virtꝰ que precipit omnes actus virtuoſos. precipit nãqꝫ doctrine veritatem. pacis vnitatem. et iuſticie equitatem. Dominiũ autem tyrannicũ deſtruit ſtudium ſciencie. deſtruit pacem ⁊ deſtruit iuſticiam. tanto ergo magis ad papam ſpectat tyrannos punire. quanto magis ſpectat ad ipm̄ punire forefacientes contra iuſticiam naturalẽ regalem. ⁊ legalem.

¶ Ad primũ ergo eſt dicendum ꝙ inſtrumẽta diuine iuſticie punienda ſunt iudicio humano ⁊ diuino. non quidem propter iuſticiam diuinam que preter eorum intentionem exercetur. ſed propter tyrannicam violentiam que ſecundum eorum intentionem prauam intenditur.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ ſecundũ Auguſtinũ. tirãni qui ſunt mercenarij tollendi ſũt quia fideles per tales in veritate fidei non peruertuntur. Sed tiranni qui ſunt fures puniendi ſunt. quia ad hoc intendũt vt oues xp̄i mactent ⁊ perdant.

¶ Ad tertiũ eſt dicendũ ꝙ illi qui ſemel ſe ſubiciunt dominio eccleſie. non poſſunt ſe vlterius dominio aliorum ſupponere. nec licet tirannis tales ſub eorum dominio recipere quantumcũqꝫ voluntarie ſe offerant.

Ad quartũ ſic proceditur. Videtur enim ꝙ papa non debeat tirãnos punire pena temporali ſꝫ ſpirituali ſolũ. Scribitur enĩ Numeri. xvi. de pena dathan ⁊ abiron qui tirannico modo voluerunt rebellare moiſi. Recedite a tabernaculis impiorũ et nolite tangere que ad ipſos pertinent. ne inuoluamini peccatis eorum. ſed recedere a cõmunione fidelium eſt pena ſpiritualis non temporalis. Tirãni ergo pena ſpirituali non temporali puniendi ſunt.

¶ Preterea dicit Gregoꝰ. ⁊ ponitur. xxiij. queſtione. viij. Si in morte longobardoꝝ me immiſcere voluiſſem. hodie longobardoꝝ gens nec regem nec ducem haberet. ſed quia deũ timeo in morte cuiuſlibet hominis me miſcere formido papa ergo tirannos non debet punire pena temporali ſed ſpirituali.

¶ Preterea papa eſt ſucceſſor petri ſed petro dictum eſt Mathei. xxvj. Conuerte gladiũ tuum in vaginam. ad punitionem ergo tirannorũ papa non debet vti gladio corporali ſed ſpirituali.

¶ In contrariũ eſt ꝙ ſcribitur. xxiij. queſtione v. diuine ⁊ humane leges ſtatuerunt. vt ab eccleſie vnitate diuiſi ⁊ eius pacem nequiſſime perturbãtes ſecularibꝰ poteſtatibꝰ ꝯprimant.

¶ Rn̄. dicendum ꝙ ordo diuine iuſticie requirit vt ſecundũ multiplicationem culparum fiat multiplicatio penarum iuxta illud apoc. xviij. Quantũ multiplicant ſe in delicijs tantũ detur eis de tormento ⁊ luctu. Eſt autem in eccleſia duplex vnitas. vna membroꝝ ad inuicẽ alia membroꝝ ad caput vt ſupra dictũ eſt. Si ergo tiranni inueniantur turbare primam vnitatem per eorum tirannicã violentiam puniendi ſunt pena ſpirituali. Sed ſi in tantum progreſſi fuerint malum vt velint perturbare vnitatem ſecundã. per eorũ manifeſtaꝫ reſiſtentiã puniendi ſunt pena temporali. Dicit enĩ Aug. in libro de vera religione. ꝙ quanto homines dulcedine bonorum inferiorum magis decipiuntur tanto magis amaritudine penarũ debẽt erudiri.

¶ Ad primũ eſt dicendũ. ꝙ dathan ⁊ abirõ tirãnice moiſi reſiſtẽtes pena ſpũali fuerũt puniti quando dictum eſt recedite a tabernaculis impiorum ne inuoluamini peccatis eorũ ⁊ pena temporali qñ apperta eſt terra et deglutiuit dathan ⁊ operuit ſup ꝯgregatiõem abiron

¶ Ad ſecundũ eſt dicendũ ꝙ papa ⁊ alij prelati nõ debent ſe immiſcere in morte hoĩs per imediatã executionẽ vt propria manu pugnẽt vel interficiant qꝛ arma eorũ milicie principaliter ſunt ſpiritualia nõ carnalia ſꝫ mediante poteſtate ſeculari poſſunt ⁊ debent de tirannis et de turbantibus pacẽ eccleſie iuſticiam exercere Dicit enĩ Augꝰ. in epiſtola ad vincẽ. In tali primitus ſententia erãm ꝗ nemine ad vnitatem xp̄i eſſe cogendũ. verbo eſſe agendũ. diſputatione pugnandũ. ratione vincendũ. ne fictos catholicos haberem quos apertos hereticos noueram Sed hec opinio mea non contradicentiũ verbis tamẽ ſed demonſtrantiũ ſuperabatur exemplis. Nam ꝓponebatur mihi ciuitas mea que cum tota eſſet in parte donati ad vnitatẽ in catholicam. legum imperialiũ timore ꝯuerſa ē quã nunc videmꝰ. ita illius animoſitatis perniciem deteſtari. vt in eam nunqꝫ fuiſſe credatur Item alie multe que mihi cõmemorabantur nominatim vt i ipſis rebꝰ cognoſcerem ⁊ in hac cauſa recte intelligi poſſe quod dictũ eſt Da ſapienti occaſionem ⁊ ſapientior erit. Et per hoc patet Rn̄. ad tertium.

Ad q̃ntũ ſic ꝓceditur. Videtur enĩ ꝙ papa contra tirãnos ſibi reſiſtẽtes non debeat cruce ſignatos deſtinare. quia cruce ſignatus nõ eijcitur cruce. Scribit enĩ math. xij. Si ſathanas ſathanam eijcit quõ ſtabit regnũ eius. ſed tirãni cum ſint xp̄iani ſunt cruce ſignati. non ergo debent expugnari per cruce ſignatos.

¶ Preterea papa quantũ põt dẽt multa ſuſtinere ⁊ multa pati ad euitandũ ſcandalũ infirmorũ. iuxta illud apoſtoli. i. ad Chor. ix. Oĩa ſuſtinemꝰ ne aliquod offendiculũ demꝰ euãgelio chriſti. Sꝫ de hoc quod xp̄iani cruce ſignati ad expugnãdũ xp̄ianos deſtinãtur. multi populares ⁊ iferiores de eccleſia ſcandalizantur. tale ergo ſcandalũ per papam eſt vitandũ.

¶ Preterea dicit Auguꝰ in de vera religione. Nullũ peccatũ committi poteſt niſi dũ appetantur que dei filius contẽpſit. aut fugiuntur que ille ſuſtinuit. quia tota vita eius in terris ꝑ hominẽ quẽ ſuſcipere dignatꝰ eſt. nobis diſciplina morũ fuit. Sed xp̄s per crucẽ nõ exercuit poteſtatẽ ⁊ ſeueritatẽ iuſticie ſed magis humilitateꝫ. exemplo ergo xp̄i papa nõ dẽt vti cruce ad ſeueritatẽ iuſticie. ſꝫ ad hũilitatẽ miſericordie.

¶ In contrariũ eſt glo. ſuper illo verbo pſal. Fac mecũ ſignũ in bonũ vt videant qui oderũt me ⁊ confundantur. vbi dicit ꝙ crucis ſigno inimici chriſti effugãdi ſunt.

¶ Rn̄. dicendũ ꝙ xp̄iani cuꝫ peccant grauius puniendi ſunt q̃ꝫ pagani vel iudei. promittunt enim in baptiſmo diabolo ⁊ pompis eius renũciare. ⁊ ipſi xp̄o per fidem ⁊ caritatẽ incorporari. Si ergo contingat aliquos xp̄ianos diabolicis inſtigationibꝰ ſic ſuperari ⁊ implicari. vt inimicã xp̄i inconſutilẽ veſtem ſcinderent ⁊ a corpore eccleſie tyrannica violentia ſe ſubtraherent tamq̃ꝫ mẽdaces effecti ꝓmiſſionis facte in baptiſmo per crucẽ chriſti compeſcendi ſunt magis q̃ꝫ pagani vel iudei. qꝛ vt dicit .ij. pe. ij. Melius erat eis viam veritatis nõ cognoſcere q̃ꝫ poſt agnitionẽ retrorſum reuerti. ab eo ſancto mandato quod traditũ eſt eis vt ſignanter dicit melius. quia minꝰ malum eſt pati iniuriam ab extraneis. q̃ꝫ a familiaribus amicis vt glo. dicit In eo tñ caſu puto tale auxilium per papã eſſe inuocandũ. qñ graue ſcelus et inauditũ malũ per tyrannos ꝯmitteretur. cum ꝓpoſito durandi ⁊ nõ emendendi nec corrigendi. Exẽplũ habetur iudic. xx. vbi dicitur ꝙ cũ aliqui de filijs beniamin grande piaculũ ⁊ inauditũ nephas cõmiſiſſent nec corrigere parati eſſent. cõgregati ſunt oẽs alij cunctiꝗ iſrael de alijs tribubꝰ in ſylo vnoqꝫ conſilio. ⁊ ex precepto dñi vindictã fecerunt de filijs benyamin. ita vt interficerẽt. xxv. milia pugnatorũ. nec remanſerunt de illa tribu niſi ſexcenti viri.

¶ Ad primũ ergo eſt dicendũ ꝙ ſi eijciatur cruce ſignatus cruce inquãtum eſt crucis xp̄i imitator. ſed vt eſt vicarij xp̄i contẽptor. ⁊ mẽbrorum xp̄i perſecutor. Dicit enĩ Criſ. in omelia de laude crucis. ꝙ crux xp̄i eſt conſolatio pauperũ refrenatio diuitum. deſtructio ſuperborũ. tyrãnorũ pena. triumphꝰ contra demones obſeſſorũ murꝰ. pater orphanoꝝ deffenſor viduaꝝ.

¶ Ad ſecundũ eſt dicendum ꝙ ad euitandum ſcandalum infirmorũ papa quantũ poteſt debet ſuſtinere ne auxilium crucis ſuper aliquos xp̄ianos faciat inuocari. Quãdo tamen ſic inauditum nephas ⁊ grande piaculũ inſurgit. quod euidenter apparet nõ eſſe tollerandũ. ꝓpter tale ſcandalũ nõ eſt dimittendũ quia propter ſcãdalũ paſſiuũ. nec veritas doctrine. nec ſanctitas vite. nec equitas iuſticie eſt obmittẽda vt dicit Hieronimus.

¶ Ad tertiũ eſt dicendũ ꝙ ſicut xp̄s paupꝫ eſſe voluit vt nos diuites faceret. ⁊ mori voluit vt nos a morte liberaret ſic humilis eẽ voluit vſqꝫ ad crucis patibulũ. vt nos de ſuperbia tyrãnorũ. eriperet. per ipſam crucẽ voluit demones ⁊ oĩs tyrannos debellari. vnde ſcribitur ſap. xiiij. Benedictum lignum per quod fit iuſticia. quod de ligno crucis intelligendum eſt.

Ad ſextũ ſic ꝓceditur. videtur enĩ ꝙ papa in puniendo tirãnos potius debeat declinare ad iuſticiaꝫ q̃ꝫ ad miſericordiã ſcribitur enĩ Jaco. ij Juſticia ſine miſericordia fiet ei qui non facit.

miſericordiam. ſed tirãnni nulli faciunt miſericordiam. ergo eis miſericordia ſeruanda nõ eſt

¶ Preterea in perſona pape dicit Job .xxix. Conterebã molas iniqui. ⁊ ð dentibus illius auferebam predã. ſed hoc non poteſt fieri ſine iuſticia rigoroſa. ergo magis papa in puniendo eos debet declinare ad iuſticiam ꝙ ad miſericordiam.

¶ Preterea papa debet eſſe legis obſeruator ſed cũ tyranni ⁊ malefactores interficiũtur. nõ ipſe papa interficit eos. ſed lex vt dicit Aug⁹. i queſtionibus ſuper leuitico. iuſticia ergo magis eſt obſeruanda tyrannis ꝙ miſericordia.

¶ In contrariũ eſt quia ſuper illo verbo iacobi ij. Miſericordia ſuperexaltat iudiciũ. dicit gloſa qui potuit et non fecit miſericordiam antequã iudicaretur ⁊ ſine miſericordia iudicabitur.

¶ Rn. dicendũ ꝙ ſicut dicit Grego⁹. xx. moraliũ ⁊ ponitur. xlv. di. Multũ deſtituitur ſi teneat miſericordia ſine iuſticia. vel iuſticia ſine miſericordia. faciendũ eſt enim ex vtroqꝫ vnũ temperamentũ vt neqꝫ multa aſperitate exulcerentur ſub diti. neqꝫ nimia benignitate ſoluãtur. In oẽm tñ euentũ tutius eſt declinare ad miſericordiã magis ꝙ ad iuſticiã. poſſunt in humano iudicio in quo neſcitur liquide quid iuſtũ ⁊ quid iniuſtũ. Frequenter enim hõ in iudicio humano fallitur. aut per iudices ſi nõ ſint electi aut per teſtes ſi nõ ſint legitimi. aut ꝑ accuſatores ſi non ſint cõgrui. aut per defenſores ſi nõ ſint idonei. Iſta enĩ quatuor genera perſonarũ cõcurrere debent in quolibet iudicio. vt ſcribitur iiij. q. iiij. Dato tamẽ ꝙ omnia iſta cõcurrãt adhuc dubiũ eſt verum tale iudiciũ diuine iuſticie cõforme ſit. Vñ ſup illo verbo. i. petri. iiij. Si iuſtꝰ vix ſaluabitur ⁊ impius peccator vbi parebunt. dicit Aug⁹. quare iuſtꝰ vix ſaluabitur niſi quia iuſticiam dei tantam eſſe certũ eſt vt interdum que videntur in hominibꝰ noſtro iudicio eſſe iuſta. iudicio dei inueniãtur iniuſta. ſecundũ illud. Homo videt in facie deus autẽ in corde. ⁊ ſecundũ illud. Iuſticie noſtre pannus mẽſtruate in manu tua ſunt. exemplum habemus de moyſe rectore populi iſraelitici. qui cum oẽs quos eduxerat de egipto cõmiſiſſent peccatũ idolatrie. qui fuerũt ſeptenta milia. exceptis paruulis ⁊ mulieribus. vt ſcribitur exodi xij. Omnibꝰ miſericordiã impetrauit. ſolũ de viginti tribꝰ milibꝰ exercuit iuſticiam. ſicut patz exodi. xxxij.

¶ Ad primũ eſt dicendũ ꝙ miſericordia non eſt facienda ipſis tyrãnis propter exigentiam ipſorũ meritorũ ſed propter condecentiã dei bonitatis. cuiꝰ papa vicarius exiſtit.

¶ Dupliciter autem accipitur miſericordia.

¶ Primo vt eſt redditio ſcḋm exigẽtiã meritorũ

¶ Secundo vt eſt redditio dei promiſſi. ipſe enim ſemꝑ promiſit miſericordiã facere ſcḋm quem modũ loquitur Anſhelmꝰ de miſericordia prologo. xx. vbi dicit. Iuſtum eſt domine ſic te eſſe bonũ vt parcendo malꝭ ſis bonꝰ. quatenus de iuſticia tua naſcatur miſericordia tua

¶ Ad ſecundũ eſt dicendũ ꝙ ſic de manibꝰ tyrannorũ papa debet eripere predã pauperũ et viduarũ ⁊ aliorũ fideliũ vt ſemper miſericordia ſupponatur iudicio. quod tunc eſt quãdo ipſum iudicium per ipſam miſericordiã illuminatur ⁊ commendatur. ⁊ magis placet vt dicit Aug⁹.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ papa non peccat iuſticiam faciendo de tyrãnis. Si tamẽ in tali iudicio inuentum fuerit opus miſericordie per talem modũ vt iudicio eius ſit ſuppoſita miſericordia tunc ſi ipſe habuerit aliquid i iudicio quo puniatur tanquã vnda miſericordie ignis peccatũ eius extinguetur. vt dicit Aug⁹ ſuper illo verbo. Superexaltauit autem miſericordia iudicium

# ¶ Queſtio. xxvii. de reſiſtentia excõicatorũ

Tertius conſiderandum eſt de reſiſtẽtia excommunicatorũ. Circa quod queruntur decem

Primo. vtrum papa ſolũ debeat excommunicare.

¶ Secundo vtrum papa pro quolibet peccato mortali excommunicare debeat

¶ Tertio vtrum papalis excommunicatio iniuſte lata ſit timenda.

¶ Quarto. vtrum omnes excõmunicati per papam damnentur

¶ Quinto. vtrum ſolus papa debeat abſoluere excommunicatos a iure ⁊ a iudice inferiori

¶ Sexto vtrum papa debeat excommunicare pro peccato fiendo ſicut pro peccato iam facto

¶ Septimo. vtrum papa vnam totam vniuerſitatem reſiſtentem ſibi excõmunicare debeat.

¶ Octauo vtrum per papam ſint excommunicati portantes pecuniam in alexandriam

¶ Nono vtrum papa debeat aliquem excommunicare niſi ſemel tantum.

¶ Decimo. vtrum per papam excommunicatis ſcienter communicantes ſint excõmunicati.

Ad primum ſic proceditur. Videtur enim ꝙ non ſolum papa excõicare debeat qꝛ epĩ ſolenniter excõicare poſſunt. Scribitur enĩ. xi. q. iij. ꝙ debẽt. xij. ſacerdotes epm circũſtare ⁊ lucernas ardentes in manibus tenere quas in cõcluſiõe anathematis vel excommunicationis ꝓycere debent in terram ⁊ conculcare pedibus.

¶ Preterea excõicatio eſt actꝰ clauiũ ſed quilibet ſacerdos habet claues. ergo quilibet ſacerdos poteſt excommunicare.

¶ Preterea qui poteſt remouere cauſam põt remouere effectum. ſed quilibet ſacerdos poteſt remouere culpam mortalis peccati que eſt cauſa excõicationis. quilibet ergo põt ipſam inducere

¶ In contrariũ eſt quia excõmunicatio eſt ſeparatio a cõmunione fideliũ. ſed ſolus papa ẽ pater omniũ. fideliũ ergo ſolus ipſe poteſt excõmunicare.

¶ Rn. dicendũ quia excõmunicatio eſt pena que infligitur homini in foro exterioris iudicij in quo agitur cauſa inter hoīem ⁊ hoīem. ideo requirit iuriſdictionẽ ꝙ nullus põt iuſte puniri niſi ab eo qui ſuper eum iuriſdictionẽ habet Iuriſdictio autẽ pape reſpectu omniũ fideliũ eccleſie in duobus differt quãtum ad preſens a iuriſdictione aliorum prelatorum.

¶ Primo qꝛ eſt immediatior Nã in ipſo iuriſdictiõ ſupra oẽs fideles eſt immediata. In alijs autẽ prelatis eſt ab eo deriuata ſicut riuuli deriuantur a fonte.

¶ Secundo qꝛ vniuerſalior extendit enĩ ſe eiꝰ iuriſdictio ſupra omnes prelatos eccleſie ⁊ ſupra ſubditos ipſorũ prelatorũ ſolus ergo papa poteſt excõmunicare per immediatã iuriſdictionẽ. Alij autem non niſi per iuriſdictionẽ taxatã ⁊ deriuatã ab ipſo. Solus ipſe ſimiliter poteſt excõmunicare ꝑ vniuerſalem ligationẽ qꝛ vinculo anathematis ligati per ipm a nullo ſuperiori poſſunt abſolui ſcḋm preſentem iuſticiam.

¶ Ad primũ ergo eſt dicendũ. ꝙ illa forma excõmunicãdi preſcribitur epis ab ipſo papa a quo ſicut condit omne ius eccleſiaſticũ. qꝛ ipſe eſt conditor iuris ⁊ legis ſic preſcribitur ab eo ſententia excõmunicationis ferẽde. Unde ex hoc non arguitur ꝙ epi poſſunt excõmunicare per iuriſdictionẽ immediatã. ſed ſolum per iuriſdictionẽ ab ipſo papa deriuatã ⁊ taxatam.

¶ Ad ſcḋm eſt dicendũ. ꝙ diſtinguitur clauis poteſtatis ordinis ⁊ ptãtis iuriſdictionis. Excõmunicatio autem eſt actus poteſtatis iuriſdictionis nõ ordinis. Ideo ad ſacerdotes qui ſolam habent ptãtem ordinis non ſpectat excõicare niſi forte ex approbata cõſuetudine. vel ex commiſſione per ſuperiorem eis facta vel forte in notorijs ⁊ manifeſtis criminibꝰ vt aliqui dicunt.

¶ Ad tertium dicendũ eſt ꝙ ſicut ſacerdos poteſt tollere maculam peccati mortalis in foro penitentie. ita poteſt infligere penam in tali foro penitentie. in quo agitur cauſa inter deum ⁊ hominẽ. In foro autem exterioris iudicij in quo agitur cauſa inter hominẽ ⁊ hominẽ. ſicut non poteſt tollere culpã: ita nõ põt interdicere penã

Ad ſecundũ ſic proceditur. Videtur enim ꝙ pro quolibet peccato mortali papa debeat aliquẽ excõmunicare Quia iudicium eccleſie debet imitari iudicium dei. ſed pro quolibet peccato mortali homo ſeparatur a communione diuina. ergo ꝓ quolibꝫ peccato mortale papa debet ſeparare hoīem a communione fidelium.

¶ Preterea excommunicatio eſt priuatio boni ſpiritualis. Sed nullus poteſt perdere bonũ ſpirituale niſi ipſo volente per peccatũ mortale cõmiſſum. ergo pro quolibet peccato mortali excõmunicatio debet fieri.

¶ Preterea nullus traditur ſathane niſi pro peccato mortali. ſed apoſtolus illum publicum fornicarium mandauit tradendum eſſe ſathane per excõmunicationem. ſicut patet. i. ad Chorĩ. v. ⁊ ſecunda queſtione. iij. ſcribitur ꝙ ſathane traditur qui ab eccleſia excommunicatur. Pro peccato ergo mortali ẽ excõicatio fienda.

¶ In contrarium eſt quia ſi pro quolibet peccato mortali fieret excõmunicatio. tunc omnes peccantes mortaliter eſſent excõmunicati.

¶ Rn. dicẽdum. ꝙ per quodlibet peccatũ mortale incurritur excommunicatio minor que eſt priuatio ſacramentorũ. quia ſi exiſtẽs i peccato mortali ſacramenta accipiat ſecundum apoſtoli ſententiam. non ad ſaluationem. ſed ad dãnationem recipit. Incurritur autem excõmunicatio minor ſecundum deum ⁊ ſecundum eccleſiam in multis caſibus.

Primo cum quis communicat excõicato.
Secundo cũ quis ſacrilegiũ cõmittit
Tertio cũ quis eſt notorius fornicator.
Quarto cum quis eſt ſymoniacꝰ.
Quinto cũ quis recipit eccleſiam a manu laici ſine conſenſu epiſcopi. niſi forte tali laico per papam eſſet indultũ.

¶ Sexto cum quis exercet in bello iniuſto artem armorum contra chriſtianos.

¶ Septimo cum alicui negatur ſepultura eccleſiaſtica.

¶ Octauo cum quis ẽ notorius peccator Sꝫ excomunicatio maior quãuis nõ niſi pro peccato mortali ſit ferenda. nõ tamen pro quolibet peccato mortali ferenda eſt. ſed ſolum pro tali crimine quod ſit accuſatione dignũ. ⁊ hoc nõ eſt niſi ſit incorrigibilis vel cõtumax. vel nõ veniẽ

do ad iudiciũ peremptoria citatione recepta.
iudiciũ ſuperioris contemnendo ſeu citatiões
ſibi factam occultando. aut ne ad ipſum perue
niat impediendo vel ad iudiciũ veniens iuri
cũ non vult ſtare. nec ſententie iudicis parere.
vel ante finitam cauſe examinationẽ contumaci
citer ⁊ ſine licẽtia recedendo.
¶ Ad primũ ergo eſt dicendũ ꝙ eccleſia imita
tur dei iudiciũ in veritate. ſed in modo iudican
di. De veritate nõ poteſt iudiciũ dei imitari. eo
ꝙ veritas nota eſt deo ſecundũ interiorẽ con/
ſcientiã. nobis autem ſolum ſecundũ exterio
rem euidentiam. iuxta illud. i. Re. xvi. Homo
videt que foris parent. deus autẽ intuetur cor.
Ideo cum peccatum alicuius peruenit ad no/
ticiam prelati. vel per incuſationẽ. vel per ma
nifeſtam nominationẽ. debet pro tali peccato
excõicari. ſi per iudiciũ iudicis corrigi contẽnit.
¶ Ad ſcd̃m eſt dicendũ ꝙ per peccatũ morta/
le amittit homo caritatem ipſo volente quia p
excõmunicationem caritas per ſe non tollitur
que fertur homini inuito. ſed bene p excõmu/
nicationẽ tolluntur illa auxilia quibus ho/
mo vel in caritate conſeruatur ⁊ augmentatur
vel ad caritatẽ recuperãdã inducit ⁊ diſponit.
¶ Ad tertium eſt dicendũ ꝙ ſicut dicit Ambro
ſius homo duobus modis traditur ſathane.
ꝙ ſaluti corporali alicuius vel aliquorum
¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ ſicut di/
cit Ambroſius: Apoſtoli non zelo iuſticie ſed
amaritudinis odio ob iniuriam ſue expulſio/
nis vindicandam ſamaritanos voluerũt igne
conſumere. vnde dominus volens iniuriam
proprie perſone cum patientia ⁊ gaudio tol/
lerare. iniuriam vero diuine ſeruitutis non in
vltam relinquere dixit: Neſcitis cuius ſpirit᷒
eſtis.
¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ tunc tollerã
di eſſent heretici quando nõ poſſent extermina
ri ſine exterminio fidelium. Unde dicit Aug.
ꝙ quando cuiuſquam crimen notum ⁊ omni
bus execrabile apparet vt vel nullos prorſus
vel nõ tales habeat defenſores per quos poſ
ſit ſciſma contingere. non dormiat tunc ſeueri-
tas diſcipline. Ex quo datur intelligi ꝙ tunc
zizania ſimul cum tritico creſcere permittere de/
bet quoniam vnum ſine altero eradicari non
poteſt.
¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ ſm Aug. in li.
de vera religione. heretici multum proſunt ec/
cleſie. non verum dicendo quod neſciunt. ſed
ad verum dicendo carnales: vel ad verum di
cendo ſpirituales aperiendo: catholicos exci
tãdo. vtinamꝗ vt dicit: debem᷒ hereticis nõ
vt eorum approbemus errores. ſed vt catho/
licam diſciplinam aduerſus eorum inſidias
aſſerentes. vigilantiores ⁊ cautiores ſimus.
etiam ſi eos ad ſalutẽ reuocare non poſſimus.

A d octauum ſic proceditur. Uidetur
enim ꝙ heretici reuertentes ad fidẽ
per papã ſemper ſint recipiendi. ſcri/
bitur. n. Math. xviij. ꝙ ad interrogationem
Petri querẽtis: quotiens peccauerit in me fra
ter meus dimittam ei vſ ſepties. reſponſum
eſt. Non dico tibi ſepties: ſed vſ ad ſeptua/
gecieſſepties. ergo ſemper peccantes ſunt reci
piendi
¶ Preterea dicit Aug. l. de trini. c. iij. In ſa
cra ſcriptura ⁊ in fide catholica vbi quis pari
ter certus eſt vt ego: pergat mecum vbi pariter
heſitat querat mecũ vbi errorem ſuum cogno/
ſcit: redeat ad me vbi meum videt reuocet me
ita ingrediamur ſimul caritatis viam: tenden
tes ad eum de quo dictum eſt. Querite faciẽ
eius ſemper. quia hoc placitum ⁊ pium eſt co
ram domino ieſu.
¶ Preterea infideles ſemper ſunt recipiendi
ergo ſimiliter heretici: cum ipſi fuerint aliquã/
do de gremio eccleſie
¶ In contrarium eſt quod ſcribitur Exo. xxij.
Maleficos non patiaris viuere. Super quo
verbo dicit Glo. ꝙ per maleficos intelligunt
peccantes peccato hereſis. ⁊ peccato cõtra na/
turam. qui ſtatim ſunt vita corporali priuan/
di ne alios inficiant.
¶ R. dicendum ꝙ hereticos eſſe recipiẽdos
potiſſime relapſos poteſt intelligi tripliciter.
¶ Primo ad ſacramentorum perceptionem
¶ Secundo ad bonorum temporalium reſti
tutionem
¶ Tertio ad vite corporalis conſeruationem.
¶ Prima reuerſio nunꝗ negatur hereticis.
quia ſalus anime ex ordine caritatis omnib᷒
eſt appetẽda etiã inimicis. iuxta illud Math.
v. Diligite inimicos veſtros bñfacite his qui
oderunt vos. ꝓpter quod heretici ſemper reuer
tentes quantũcunꝗ ⁊ quotienſcunꝗ relapſi
fuerint: ab eccleſia recipiuntur ad penitentiam
⁊ ad eucariſtie perceptionem. Unde ſcribitur
extra de here. ꝙ ſi poſt relapſum heretici peni
tuerint ⁊ penitentie ſigna in eis apparuerint
manifeſta ſacramenta penitentie ⁊ eucariſtie
humiliter petita: nequaꝗ ſunt eis denegãda.
Sed ſecundo ⁊ tertio modo negatur eis reuer
ſio. quia ſi ipſi conſeruarentur in vita poſt re/
lapſum ⁊ ad dignitates ⁊ ad bona tempora/
lia reſtituerentur ⁊ in vita corporali conſerua
rentur incolumes: poſſet hoc venire in preiu/
dicium aliorum fidelium. eo ꝙ ſi iterum rela/
berentur poſſent alios inficere. ⁊ alij citius in
hereſim laberentur ſi ipſi ſine pena tranſirent
Interdum tamen eccleſia hereticos ad vite cõ
ſeruationem ⁊ ad bonorum temporalium re/
ſtitutiõem recipit. vel ꝓpter bonum pacis nu
triendum: vel propter ſciſma euitandum. Di/
cit enim Auguſtinus in epi. ad Uincentium:
ꝙ nonnullos tolleramus quos corrigere vel
punire non poſſumus. neꝗ ꝓpter paleam re/
linquimus aream domini. neꝗ ꝓpter hedos
in fine ſegregandos deſerimus gregẽ domini
neꝗ ꝓpter piſces malos rumpam᷒ retia do/
mini. nec per vaſa facta in cõtumeliam migrã
mus de domo dei
¶ Ad primum ergo dicitur ꝙ illa indulgẽtia
peccatorũ. vel intelligitur de peccatis que cõ/
mittuntur in nobis. vel quantũ ad forum con
ſcientie non autem quãtum ad forum exterio
ris iudicij. Dicit enĩ Gregorius ꝙ peccata que
in deum vel in ꝓximum cõmittuntur a nobis
punienda ſunt. Illa vero quibus in nos de/
linquitur patienter tollerãda. vel potius diſſi
mulanda ſunt.
¶ Ad ſecundum eſt dicendũ. ꝙ Aug. loqui
tur de errore ꝓueniente ſurreptitie vel ex igno
rantia. non aũt de errore hereticorum qui poſt
abiuratam hereſim iterum labuntur. quia ta/
les ſtatim extra eccleſiam pellendi ſunt. vt di/
cit idem Aug. in queſtionibus euangeliorum
¶ Ad tertium dicitur ꝙ cum infidelibus non
ꝓhibemur cõmunicare ſicut cum hereticis. quia
ipſi per verba fidei fidem impugnant. Unde
multum ipſi inficiunt ⁊ proficiunt ad impieta
tem. quia ſermo eorũ vt cancer ſapit ⁊ ſubuer
tit corda multorum. vt dicit Apoſtolus. ij. ad
Thimothe. ij. Ideo nõ eſt ſimilis ratio de in
fidelibus ⁊ hereticis.

# Queſtio. xxix. de fa ciente indulgentias.

Deinde conſiderandū eſt de potentia pape vt eſt infra terram. Tria aūt genera hominū infra terraȝ ponūtur eſſe. quia aliqui fuerūt ⁊ ſunt de eccleſia. ⁊ iſti ponuntur eſſe in purgatorio. Aliqui aūt nec fuerunt nec ſunt de eccleſia. ⁊ iſti ponūtur eſſe in limbo puerorum. Sed aliqui fuerunt de eccleſia nec tamen ſunt. ⁊ iſti ponuntur eſſe in inferno damnatorum. Illi autem qui ponunt̄ eſſe in purgatorio ex quo fuerunt ⁊ ſunt de eccleſia debent iuuari per indulgentiam ⁊ ſuffragia eccleſie.

¶ Circa quam quattuor conſideranda occurrunt.

¶ Primo de faciente indulgentiam.

¶ Secundo de cauſa indulgentie.

¶ Tertio de indulgentiam recipiente.

¶ Quarto de effectu indulgentie.

¶ Circa primum queruntur decem.

¶ Primo vtrum ſolus papa poſſit dare vniuerſalem indulgentiam.

¶ Secundo vtrum papa poſſit dare indulgentiam ſibiipſi.

¶ Tertio vtruȝ papa exiſtens in mortali peccato poſſit dare indulgentiam

¶ Quarto vtrum papa poſſit dare indulgētiam illis qui ſunt in purgatorio.

¶ Quinto vtrum epiſcopus ſine auctoritate pape poſſit dare indulgentiam

¶ Sexto vtrum ep̄us omnes indulgentias quas dat in conſecrationibus diuerſarum eccleſiarum transferre poſſit in congregationem vnius

¶ Septimo vtrū ſimplex ſacerdos poſſit dare indulgentias.

¶ Octauo vtrum legatus pape poſſit dare indulgentiam ſi non ſit ſacerdos.

¶ Nono vtrum quilibet electus ſine auctoritate pape poſſit dare indulgentiam.

¶ Decimo vtrum ſancti viri poſſint dare indulgentiam.

Ad primum ſic proceditur. videtur. n. ꝙ ſolus papa non poſſit vniuerſalē indulgentiaȝ dare. quia quod dei ordinatione ſtatutū eſt: papa non poteſt tollere. Sed ſcribitur Deutro. xxv. Iuxta menſurā delicti erit ⁊ plagarum modus. Sm̄ ergo ꝙ peccator deliquit: debet puniri. ⁊ talis modus per papam non poteſt immutari.

¶ Preterea ad remiſſionem peccatorum tria requiruntur. ſcilicet contritio: confeſſio ⁊ ſatiſfactio. Sed papa non poteſt facere ꝙ per indulgentiam alicui dimittatur peccatum ſine ꝓpria confeſſione ⁊ contritione. ergo non poteſt facere per indulgentiam ꝙ alicui peccatū dimittatur ſine ꝓpria ſatiſfactione.

¶ Preterea ille qui non eſt vniuerſalis pontifex non poteſt vniuerſalem facere indulgentiam. Sed papa prohibet vniuerſalem pontificem ſe nominari. xcix. di. c. ecce. ergo nō poteſt vniuerſalem indulgentiā facere.

¶ In contrarium eſt. quia xp̄s poteſt vniuerſalem indulgētiam in eccleſia facere. Sed papa eſt xp̄i vicarius in tota eccleſia. Dicit enim Criſoſt. ꝙ homini mortali omniū que in terra ⁊ in celo ſunt poteſtatem cōmiſit deus ⁊ validiorem in celo eccleſiam eſſe monſtrat.

¶ R. dicendum ꝙ ad dandam vniuerſalem indulgentiam tria requiruntur

¶ Primum vniuerſalitas theſauri quod ſtipendiant milites eccleſie fideles xp̄i. talis aūt theſaurus vniuerſalis eſt. quia meritum paſſionis xp̄i vniuerſalitatē ⁊ infinitatem habuit ratione ſubiecti infiniti. Unde dicit Glo. ſup illo verbo Marci. vij. Caput Iohannis datum eſt puelle. ꝙ eccleſie indigentibus cōgregata datum eſt caput gratie xp̄s.

¶ Secundum eſt vniuerſalitas iuriſdictiōis ⁊ diſpenſationis. quia ſicut diſpēſare theſaurum corporalem totius cōmunitatis. non pertinet niſi ad illum qui preeſt toti cōmunitati: Sic diſpenſare theſaurum ſpiritalem eccleſie pertinet ad illum qui preeſt toti eccleſie.

¶ Tertium eſt vniuerſalitas cauſe ꝓ qua indulgentia fit. quia vniuerſalis indulgētia ſolum fit ꝓ vtilitate vniuerſalis eccleſie fieri debet. Iſta aūt tria ſolum in papa reperiuntur. ⁊ ideo ſolus ipſe poteſt vniuerſalem indulgētiam dare.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ vt aliq̄s portat penam ſm̄ menſuram culpe poteſt intelligi dupliciter. vel in ſe: vel in altero. Ille ḡ cui fit indulgentia. quis non puniatur tantū in ſe quantum peccauit. vt eſt membrū quoddam ſingulare: punitur tamen tantum ⁊ amplius in capite ſuo xp̄o cuius pena maior fuit in valore ꝙ tota pena ad quam obligant̄ omnia eius membra.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ non eſt ſimile de contritione ⁊ ſatiſfatione. quia per cōtritionem homo reconciliatur deo. ⁊ per confeſſionem homo reconciliatur eccleſie. Ita ꝙ per iſta duo homo efficit̄ de eccleſia numero ⁊ merito. ⁊ tunc cum iam homo factus eſt de eccleſia. poteſt ⁊ debȝ ab ipſa eccleſia iuuari. ⁊ onus eius ab eccleſia debet ſupportari. Et ideo ad contritionem ⁊ confeſſionem requiritur perſonalis contritio ⁊ cōfeſſio ⁊ interior ſatiſfactio. Sed ſatiſfactio exterior que eſt relaxatio pene poteſt fieri per meritum alterius.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ papa ꝓhibet vniuerſalem pontificem ſe nominari ad vitandum notaȝ ſuperbie. vnde dicitur ſuperbe appellationis verbum vniuerſalem me papā dicens imprimere curaſtis. quod peto mihi dulciſſima ſanctitas veſtra vltra non faciat. quia vitanda ſunt verba que vanitatem inflāt ⁊ caritatem vulnerant.

Ad ſecundum ſic proceditur. videt̄ enim ꝙ papa ſibiipſi nō poſſit dare indulgentiam. quia ad dandam indulgētiam requiritur auctoritas iuriſdictiōis. Sed nullus habet iuriſdictionem ſuper ſeipſum. ḡ nullus poteſt ſibiipſi dare indulgentiam.

¶ Preterea Papa non poteſt ſe abſoluere a culpa in foro penitentie. ergo nō poteſt ſeipm̄ abſoluere a pena per cōmunicationem indulgentie.

¶ Preterea excōmunicatio eſt quedam obligatio ad penam. ⁊ abſolutio eſt quedam relaxatio pene. ſed nullus poteſt ſeipſum excōmunicare. ergo null⁹ poteſt ſibiipſi indulgentiaȝ dare; que eſt quedam pene relaxatio

¶ In contrarium eſt. quia poteſt ⁊ debet papa ꝓ ſeipſo offerre ſacrificium. Iuxta illud ad Hebre. v. Quoniam ipſe circundatus eſt infirmitate. debet quemadmodū ꝓ populo ita ⁊ ꝓ ſeipſo offerre ſacrificium ꝓ peccatis. ergo poteſt ſibiipſi pro peccatis indulgentiam facere

¶ R. dicendum ꝙ aliud eſt indulgentiam dare ⁊ aliud eſt indulgentiam participare. Dicūt autem aliqui ꝙ papa nō poteſt ſibiipſi indulgentiam dare ꝓpter duo

¶ Primo quia actum iuriſdictiōis qui ad indulgentiam dādam requiritur: nullus poteſt in ſeipſum exercere

¶ Secundo quia indulgentia dat̄ vt aliquis ꝓuocetur ad aliquem actum qui verget in honorem dei ⁊ vtilitatem eccleſie. ⁊ ad hoc ꝓuocatus eſt papa ex ſuo officio: cū ſit paſtor vniuerſalis eccle. ſ; ad indulgentiā ꝓ alijs datā poteſt bene participare dūmodo faciat illa q̄ requiruntur ad hoc. quod indulgentia valeat putā ꝙ ſit in caritate ⁊ ꝙ det ꝺ bonis ſuis ſm̄ iuſtam eſtimationem. Sed iſta ratio non multum ponderat. quia papa non dat indulgentiam ſibipſi. vt eſt caput habens iuriſdictionē vniuerſalis eccleſie. ſed vt eſt membrum eccleſie recipit. ⁊ vt eſt caput dat. Sicut enim in foro penitentie poteſt dare auctoritatem alicui: ipſum abſoluendi ⁊ poteſt ab illo abſolui ⁊ ſe inferiorem illo facere vt eſt membrum. ſic poteſt indulgentiam ſibi dare vt caput ⁊ recipere vt membrum: dūmodo reperiantur in eo illa que requiruntur ad hoc quod indulgentia valeat

¶ Ad primum ergo dicitur ꝙ indulgentia nō datur per modum ſententie ꝓmulgationis. ſ; per modum debite ſolutionis ⁊ cōmunicationis. Et ideo ꝙuis ſit actus iuriſdictionis nō eſt inconueniēs ꝙ talem actum in ſeipſum homo exerceat ſm̄ diuerſum modū conſiderādi.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum. ꝙ in foro penitentie requiritur exterior confeſſio. ſicut ergo nullus cōfitetur ſibiipſi. quia Iacobus dicit: Confitemini alterutrū peccata veſtra. ita nullus in foro penitentie poteſt ſeipſū abſoluere.

¶ Ad tertium dicitur ꝙ non eſt ſimile. quia excōmunicatio datur per moduȝ ſententie. ſicut ergo nullus ſupra ſeipſum profert ſententiaȝ ita nullus poteſt ſeipſum excōmunicare iudicialiter. ſed ſolū cauſaliter cōmittendo culpaȝ ꝓ quā fertur excōmunicatio. non ſic autem eſt de indulgētia que ſimpliciter cōmunicatur illi qui hoc fecerit ꝓ vtilitate eccleſie.

Ad tertium ſic proceditur. Uidetur. n. ꝙ papa exiſtens in culpa mortali nō poſſit dare indulgentiam. quia null⁹ poteſt dare quod non habet. ſed qui eſt in culpa mortali non habet indulgentiam culpe. ḡ non poteſt ipſam alijs dare

¶ Preterea riuulus cui fons non influit non poteſt alijs ipſe influere. ſed papa exiſtenti in culpa mortali fons gratie xp̄s nō influit. ergo non poteſt ipſe alijs indulgentiam influere.

¶ Preterea quilibet actus magis dependet ab agente ꝙ a recipiente. ſed nullus exiſtēs in culpa mortali poteſt indulgentiam recipere. ḡ papa exiſtens in peccato mortali ſeu culpa nō poteſt indulgentiam dare.

¶ In contrariuȝ eſt quia indulgentie dantur per poteſtatem iuriſdictionis. ſed papa ꝓ culpa mortali non amittit poteſtatem iuriſdictionis niſi talis culpa hereſim haberet annexam ergo papa exiſtens in peccato mortali culpa: indulgentiam dare poteſt.

¶ R. dicendum ꝙ Papa in dando indulgentiam habet ſe in ratione inſtrumenti quo relaxatio pene fit. non tn̄ in ratione ſubiecti ꝑ quam gratia ſacramentalis tribuatur vel ip̄a gratia indulgentie. ⁊ ideo ſicut gratia ſacramētalis ita datur per malum miniſtrum ſicut per bonum. ſic gratia indulgentie eque bene tribuitur per malum miniſtrum ſicut ꝑ bonum.

ſectus aūt eſt de recipiente. quia recipiens gra/
tiam indulgentie vel ſacramentalē ſe habz ad
ipſam in rōne ſubiecti ⁊ ideo cum talis gratia
non cōpatiatur ſecū culpā mortalē. quia non
tollitur pena niſi prius tollat culpa exiſtēs in
mortali non recipit gratiaz ipſam. Sed ſicut
papa exiſtens in mortali pōt gratiā ſacramen
talem conferre adminiſtrando ſacramentum:
ita pōt dare gratiā indulgentie adminiſtrādo
officium.

¶ Ad primū ergo dicitur ꝙ papa exiſtens in
mortali non habet gratiā indulgentie ad pro
priam ſalutē. ſed habet eam ad miniſteriū ſa/
lutis aliorū.

¶ Ad ſecundū dicitur ꝙ fons gratie non in/
fluit ſibi exiſtenti in culpa ad ꝓpriam fecundi
tatē. ſed ad fecunditatē aliorū. ſicut canale per
quod fluit aqua ad ortum non habet ipſam
aquā ad ꝓpriā fecunditatē. ſed ad fecundita
tem orti. Et ſicut cimbalū non habet ſonū ad
delectandum ꝓpriū auditū quo caret. ſed ad
delectandum illorū auditū que habent.

¶ Ad tertiū dicitur ꝙ recipe indulgentiā mi/
nus eſt ꝙ dare auctoritatē. Sed recipere mai⁹
eſt ꝓpria vtilitate. malicia autez ſeu mortalis
culpa bene tollit ꝓpriam vtilitatē. ſed non tol
lit iuriſdictionem vel auctoritatem.

Ad quartum ſic ꝓceditur. Videtur. n.
ꝙ papa non poſſit dare indulgentiā
illis qui in purgatorio ſunt. quia pa
pa non poteſt dare indulgentiā illis qui non
ſunt de foro eius. ſed illi qui ſunt in purgato/
rio non ſunt de foro pape cum non ſint viato
res amplius. Ergo nō poteſt papa eis dare in
dulgentiam

¶ P̄. indulgentie fiūt ꝑ operibus bonis exte
rioribus que poſſunt vergere in honorem dei
⁊ vtilitatem eccleſie. ſed illi qui ſunt in purga/
torio non poſſunt hmōi opera opari. ergo nō
ſunt ſuſceptibiles indulgentie

¶ Preterea papa non pōt ligare eos qui ſūt
in purgatorio. ergo non poteſt eos a pena ab
ſoluere ꝑ cōmunicationem indulgentie.

¶ In contrariū eſt. quia indulgētia fit de the/
ſauro eccleſie: puta de merito xp̄i ⁊ martyrum
ſed illi qui ſunt in purgatorio participes ſunt
talis theſauri cum deceſſerint in caritate. ergo
papa poteſt ⁊ debet talem theſaurum eis cō/
municare.

¶ R̄. dicendū ꝙ tria videntur obuiare vt illis
qui ſunt in purgatorio papa indulgentiā nō
poſſit dare.

¶ Primū quia ipſi non ſunt in ſtatu merēdi
¶ Secundum quia non ſunt de foro eccleſie
militantis.

¶ Tertium eſt quia non ſunt viatores ⁊ non
viuunt vita viatorum

¶ Sed iſta non obſtant quia duplex eſt meri
tū. Vnū eſt eſſentiale abſolutū quo quis me
retur vitā eternā ꝓpria opatione ꝑ radicem ca
ritatis. ⁊ de tali merito verū eſt ꝙ illi q̄ ſunt in
purgatorio nō ſunt in ſtatu merendi qꝛ iā me
ruerunt vitā eternā ꝑ caritatē cum qua deceſſe
runt. Tale nāq₃ meritū non dependet ab ope
alterius. ſed ab ope ꝓprio. Aliud eſt meritum
conditionale quo quis meretur pene remiſſio/
nē vel accelerationē dūmodo alij ꝓ eis faciāt
illa que inſtituta ſūt ab eccleſia ad pene remiſ
ſionem conſequendā. tali aūt merito conditio
nali quod dependet ab opere alterius illi qui
ſunt in purgatorio mereri poſſunt. ⁊ quantū
ad tale meritū cū nondū ſint cōprehēſores ad
huc ſūt viatores ⁊ de foro pape. qꝛ poſſūt ſu/
ffragari theſauro eccleſie ꝑ cōicationē indul/
gentie. ex quo alij faciunt ꝓ eis illa ꝓpter que
indulgentie ſunt ordinate

¶ Ad primū ergo dicit ꝙ illi qui ſunt in pur/
gatorio ſunt de foro pape quantū ad meritū
conditionale ſupra dictū vt ipſi ꝑcipiāt indul
gentias ſi amici eoꝝ faciāt ꝓ eis illud quod
eccleſia iniungit ad habendā indulgentiam.

¶ Ad. ij. dicit ꝙ nō poſſunt opari opatiōe ꝑ/
ſonali. qꝛ tali opatione iā meruerunt ſibi vitā
eternā dū vixerint. ſed opatiōe cōditionali ex
quo alij opantur illa ꝓpter que cōmunicatur
eis theſaur⁹ eccleſie ad relaxationē pene ope/
rari poſſunt. que. n. ꝑ amicos facimus nosipſi
facere dicimur.

¶ Ad. iij. dicit ꝙ nō eſt ſimile. quia nullus li/
gatur niſi ꝑſonali culpa. vn̄ illi qui ſūt in pur/
gatorio non merent ligari noua ligatione ſed
poſſunt abſolui pena operatione aliorū mo/
do quo ſupra dictum eſt

Ad quintū ſic ꝓcedit. videt. n. ꝙ ep̄us
abſq₃ auctoritate pape poſſit indul/
gentiā dare. qꝛ ep̄i ſunt ſpōſi eccleſie
quod patz quia generāt filias ⁊ filios ipſi ſpō
ſo xp̄i ergo defuncto tali ſponſo debēt de iure
ſuccedere in bonis eius vt theſauꝝ eius poſ/
ſint auctoritate ꝓpria diſpēſare ⁊ de ipſo in/
dulgentiam dare.

¶ P̄. ep̄i habēt ordinariā iuriſdictionē. ergo
in coꝝ dioceſi ꝓpria iuriſdictione poſſunt in/
dulgentiam dare.

¶ P̄. ep̄i ſuccedunt loco apoſtoloꝝ. ſ3 apoſtoli
auctoritate imediata recepta a xp̄o indulgen/
tiā potuerūt dare. vn̄ dicit apo. ij. ad Corꝝ. ij
qd̄ donaui vobis ſi quid donaui in ꝑſona xp̄i
donaui vobis. gl. ac ſi ipſe xp̄us donaſſet

¶ In ꝯtra. eſt. qꝛ nō poteſt quis remittere pe
nas taxatas in iure nō ille qui eſt conditor iu
ris. ſ3 ſolus papa eſt cōditor iuris. ergo ſolus
ipſe papa ꝓpria auct̄e pōt indulgentiā dare.

¶ R̄. dd̄. ꝙ in quibuſcūq₃ eſt auctas deriua/
ta nō imediate taxatur iuriſdictio ab illo qui
ptātem imediatā habet. in ep̄is aūt vt ſupra
dictū fuit nō eſt ptās iuriſdictiōis imediata ſ3
ſolū deriuata ab ipſo papa. ſicut ergo eis taxa
tur ab eo qualitas ⁊ quātitas indulgentie ſed
in hoc poſſunt ipſā dare ⁊ nō aliter. ⁊ iſtud patz
iuxta illd̄ qd̄ ſcribit extra de pe. ⁊ re. vbi poſtq̄
papa determinauit modū ⁊ formā in qua indul
gentia debeat dare ſtatim taxat quantitatem
quantā dare poſſunt. dicēs qꝛ ꝑ indiſcretas ⁊
ſupfluas indulgentias quas quidā ecciaꝝ pre
lati facere nō verent ⁊ claues eccle ꝯtemnunt:
⁊ ſpūalis ſatiſfactio eneruat decernim⁹ vt cum
dedicat baſilica nō extēdat indulgentia vltra
annū ſiue ab vno ſiue a plurib⁹ ep̄is dedicet.
ac deinde in anniuerſario dedicatiōis tpe. xl.
dies de iniūctis penitētijs indulta remiſſio nō
excedat ⁊ hūc dieꝝ nūeꝝ indulgentiā illis lr̄is
ꝑcipimus moderari que ꝓ quibuſlibz cāis ali
quotiens ꝯcedunt. cū etiā roman⁹ pōtifex qui
plenitudinē obtinet ptātis hoc in talibus mo
deramen conſueuerit obſeruare

¶ Ad primū g̊ eſt dd̄. ꝙ ep̄i ſunt ſponſi eccle
ꝑticulares qꝛ coopant principali ⁊ vniuerſali
ſpōſo eccle: puta pape ⁊ papa ⁊ ep̄i oēs coope
rant xp̄o. vn̄ papa qui i tota eccia obtinet vni
uerſalis ſponſi auctoritatē. pōt dare indulgē/
tiā vniuerſaliter ꝓpria auctoritate. ep̄i vero ꝑ
ticulariter ⁊ ꝑ auctem deriuatā ab ipſo.

¶ Ad. ij. eſt dd̄. ꝙ ep̄i dicunt iuriſdictionē or/
dinariā habere. qꝛ hn̄t ipam ꝑ iuris taxationē
nō ꝑ ꝑticularē diſpenſationē. vn̄ dicunt ordi/
narij iuris taxatiōe nō ꝑticulari ꝯceſſione.

¶ Ad. iij. dicit ꝙ ep̄i loco apoſtoloꝝ ſuccedūt
⁊ ideo ſicut apoſtoli indulgentiā auct̄e xp̄i da
bant. ſic ep̄i act̄e pape. qui loco eius ſucceſſit
poſt xp̄i reſurrectionē ⁊ aſcenſionem in officio

Ad ſextū ſic ꝓcedit videt. n. ꝙ ep̄s oēs
indulgentias quas dat in ꝯſecratio/
nibus diuerſaꝝ ecciaꝝ poſſit transfer
re ad ꝯſecrationē vnius. qꝛ qui pōt multas in
dulgentias ꝑticulares dare: pōt oēs illas ſi/
mul dare. ſicut qui poſſet facere ꝙ quilibet ce/
cus videret ꝑticulariter: poſſet facere ꝙ oēs ce
ci ſimul viderent.

¶ P̄. gratie ſunt ampliande ⁊ pene reſtringē/
de. ſi ergo ep̄s pōt multas indulgentias face
re: poteſt omnes ſimul dare

¶ P̄. qui pōt maius pōt minus. ſed ep̄s pōt
ligare ſententia excōis ſubditū: non ſuū delin
quentē in eius ep̄am. ergo pōt transferre indul/
gentiam datā ab eo in dioceſim alterius.

¶ In contrariū eſt. quia tunc ep̄us poſſet vl/
tra formā ſibi taxatam ſuperius

¶ R̄. dd̄. ꝙ ep̄i non ſunt vocati in vniuerſalē
diſpenſationē theſauri eccleſie. ſed ſolū in ꝑti
cularē ſollicitudinē ⁊ ꝑticulariter theſauri eccle
diſpenſare poſſunt. ſm ꝙ eis taxatū eſt ꝑ vni
uerſalē ſponſū eccleſie. ideo puto ꝙ ſolū ſub/
ditis ſuis in ſua ꝓpria dioceſi indulgentiam
facere poſſunt. ⁊ in dioceſi alterius dūmodo
ibi celebrant de licentia ep̄i in cuius dioceſi
ſtant. Et ſi ꝯtingat indulgentias aliquas in/
ueniri multoꝝ ep̄oꝝ quoꝝ quilibet dat. xl. di
es de indulgentia euntibus ad talē eccleſiam
oportet illā indulgētiā vel eſſe ꝓbatā ꝑ papā
qui ſubditos vnius pōt in tali caſu facere ſub
ditos alterius. vel oēs illos ep̄os oportet ad
inuicē ꝯſentire: vt vn⁹ ſupponat ſubditos ſu/
os iuriſdictioni alterius. nec credo ꝙ ep̄us in/
dulgentiā datā ꝑ eū ſm formā ſibi taxatā poſ
ſit transferre ad ꝯſecrationē alteri⁹ niſi ſibi eſ/
ſet ꝑ formā priuilegij ꝑticulariter ꝯceſſum. qꝛ
ꝑticulares indulgentias transferre ⁊ ſimul oēs
dare. ſubterfugit ep̄oꝝ ptātez. ꝑtinet. n. hoc ſo
lū ad papā. Et ꝑ hoc patet ſolutio ad primū.

¶ Ad. ij. dicitur ꝙ gratie ſunt ampliande vbi
cauſa iuſta penſat ⁊ vbi claues eccleſie non cō
temnuntur ⁊ ſatiſfactio ꝓ culpa cōmiſſa non
ſpernatur

¶ Ad. iij. dicit ꝙ ep̄s non pōt dare indulgen
tiam ſubdito alterius ſine illius ꝯſenſu poteſt
tn̄ eum ligare vel excōmunicare ſine conſenſu
eius. quia rōne delicti efficitur ſubditus eius
⁊ de foro ſuo. ſed non ratione boni operis: cū
illud inſtituerit eccleſia ad maloꝝ depreſſionem

Ad ſeptimū ſic ꝓcedit. videt. n. ꝙ qui/
libet ſacerdos poſſit indulgentiā da
re. qꝛ indulgentie fiunt virtute clauiū
ſed quilibet ſacerdos habet claues. Ergo qui
libet poteſt indulgentiā dare.

¶ P̄. quilibet ſacerdos eſt ſponſus ſue parro
chie. ergo quilibet in ſua parrochia poteſt in/
dulgentiam dare.

¶ Preterea indulgentia fit de theſauro eccle
ſie. ſed quilibet ſacerdos habet aliquem the/
ſaurū in ſua parrochia. ergo quilibet pōt dare

¶ In contrariū eſt. quia qui nō pōt ligare nō
poteſt ſoluere. ſed ſimplex ſacerdos non poteſt
excōicare. ergo non pōt indulgentiā dare.

¶ R̄. dd̄. ꝙ aliqui dicunt ꝙ omnes habētes
claues ⁊ earum executionē poſſunt indulgen/

cia; facere quantū ſe extendit ptās eis cōmiſ/
ſa. vñ dicūt ꝙ quilibet ſacerdos parrochialis
poteſt indulgentiā dare in parrochia ſua ſicut
quilibet epūs in dioceſi ſua. Sed puto ꝙ non
poſſit ſimplex ſacerdos indulgētiā dare. quia
indulgentia daſ de theſauro cōi eccleſie: qui ē
meritū paſſionis xpī ⁊ martyꝝ cuius diſpēſa
tor īmediata auctoritate ē ipſe papa. Alij aūt
non niſi auctoritate ab eo deriuata ⁊ taxata.
Cū ergo ſacerdotibus nō inueniaſ in iure cō/
ceſſum eſt eis vt poſſint indulgentiā dare. ⁊ ra
tionabiliter. q2 multi ꝓpter eoꝝ ruditatē neſci
rent eſtimare ꝓ quāta neceſſitate eccleſie debe
ret facere ⁊ indulgētie ipſe vileſcerent. ideo cre/
do ꝙ ſimplices ſacerdotes nō poſſunt dare in
dulgentiā niſi eis ſpecialiter eſſet ↄceſſum.

¶ Ad primū diciſ ꝙ dare indulgentiā non re
ſpicit claues ordinis ꝓprie. ſed magis iuriſdi
ctionis cū ſpeciali auctoritate diſpēſandi the/
ſaurū eccleſie quā nō habet ſimplex ſacerdos.

¶ Ad .ij. diciſ ꝙ ſimplex ſacerdos non eſt pro
prie ſponſus ſue ꝑrochie cū non poſſit filios
generare: cū ipſo ꝙ nō pōt alios ſacerdotes or
dinare. ſed eſt coadiutor ſponſi. ideo ſine licē/
tia epī vel pape non pōt dare indulgentiam.

¶ Ad .iij. diciſ ꝙ theſaurꝰ cuiuſlibet cōgrega/
tionis vel ꝑrochie non ſupabundat vt de ipō
poſſit fieri indulgentia. cū vix ſufficiāt cuiuſli/
bet ꝓpria merita. theſaurꝰ aūt ſupabundantē
puta meritū xpī ⁊ apoſtoloꝝ ⁊ martyꝝ: d' quo
fiunt indulgentie diſpenſare eſt pape ⁊ epoꝝ.
qui xpō ſponſo ⁊ eius apaſtolis ſuccedunt

Ad octauū ſic ꝓcediſ. videſ. n. ꝙ lega/
tus pape ſi nō ſit ſacerdos nō poſſit
dare indulgentiā. quia qui nō eſt ſpō
ſus eccleſie non pōt dare indulgentiā. ſed le/
gatus non eſt ſponſus. ergo non pōt indulgē
tiam dare

¶ Preterea remiſſio pctōꝝ fit virtute īdulgē
tie. ſed qui non eſt ſacerdos non pōt remittere
peccata. ergo indulgentiā dare non poteſt

¶ Preterea qui non pōt minus nec pōt maiꝰ
ſed legatus nō ſacerdos non pōt abſoluere ali
quē in foro penitentie. ergo non poteſt indul/
gentiam dare cum maior remiſſio peccatorum
fiat in ipſa indulgentia ꝙ̄ in foro penitentie.

¶ In ↄtrariū eſt. q2 ille pōt diſpēſare theſau
rum eccle cui cōmittiſ regimen ecclie. ſed dyaco
no cardinali ⁊ vniuerſaliter legato pape quī
non eſt ſacerdos pōt cōmitti regimen eccleſie.
ergo ſibi intelligitur eſſe conceſſum poſſe the/
ſaurum eccleſie diſpenſare.

¶ R. dō. ꝙ indulgentie valent ad remiſſionē
peccatoꝝ. Iuxta illō quod habeſ in forma ge
neralis concilij. Omnibus qui laboꝝ ꝓpriis
pſonis ⁊ expēſis ſubierint ꝓ tranſitu vicariē
no plenā ſuoꝝ peccaminū de quibꝰ fuerint ve
raciter corde ↄtriti ⁊ ore confeſſi veniā indul/
gemus. Remiſſio aūt peccatoꝝ dupliciter fieri
poteſt. Primo mediante ſacramento ſicut me
diante inſtrumento quodā ſecundo mediāte
officio. In primo caſu tm̄ pōt homo quantā
ptātem deus dedit ſacramento. quia non me/
lius daſ ſacramentū a maiori ꝙ̄ a minori. In
ſecundo vero caſu tm̄ hō poteſt quantā pote/
ſtatē deus dedit officio. Cū igiſ officiū ⁊ regi/
men eccleſie poſſit habere nō ſacerdos. q2 pōt
eligi in papā ⁊ in legatū pape: dato ꝙ non ſit
ſacerdoſ vt ſupra dictū fuit. cū ipō ꝙ remiſſio
peccatoꝝ que fit ꝑ indulgentiā daſ mediante
officio non mediante ſacramento: ita pōt da/
re indulgentiā officialis pape vel legatꝰ ſi nō
eſt ſacerdos ſicut ſi eſſet ſacerdos.

¶ Ad primū ergo diciſ ꝙ eſſe ſponſū eccleſie
pōt dupliciter intelligi. vel iuriſdictiōe: vel ſa/
cramentali adminiſtratione. Nā ſponſus eccle
eſt ille qui filios ſpūales generat ſponſo xpō.
hmōi aūt filios gñari ↄtingit legatꝰ q̄ nō eſt ſa/
cerdos ꝑ ſacramētalē adminiſtrationē nō poſſit
pōt tñ ꝑ ſibi cōmiſſam iuriſdictiōem. q2 poteſt
cōmittere ſacerdoti ſacramenta adminiſtrare.
epō ſacerdotes ordinare ⁊ virgines cōſecrare:
in tota iuriſdictione ſibi cōmiſſa.

¶ Ad .ij. diciſ ꝙ licet non poſſit peccata remit
tere mediante ſacramento cuius ipſe ſit pſona
liter adminiſtrator. pōt tñ mediante officio cu
ius ipſe eſt imediate executor ꝑ cōmunicatio/
nem indulgentie.

¶ Ad .iij. diciſ ꝙ non eſt mirū ſi plus pōt fa/
cere legatus ad remiſſionē peccatoꝝ mediante
officio ꝙ̄ mediante ſacramento. ſicut plus pōt
manus ꝑ ſe ꝙ̄ mediante ſigillo vel aliquo in/
ſtrumento ⁊ determinato.

Ad nonū ſic ꝓcediſ videſ. n. ꝙ electus
non pōt indulgentiā dare. q2 indul/
gentiā facere ꝑtinet ad vſum clauiū
ſed electꝰ nō habet vſū clauiū anteꝙ̄ ↄſecretur

¶ Preterea indulgentiā dare ꝑtinet ad execu
tionē non ad electionē. anteꝙ̄ ergo conſecretur
non pōt indulgentiam dare

¶ Preterea nullus electꝰ pōt diſpenſare the
ſaurū eccleſie niſi ſūmus pontifex. ſine ergo eiꝰ
auctoritate electꝰ nō pt indulgentiā dare.

¶ In ↄtra. eſt q2 electꝰ in epm ſtatim vt eſt cō
firmatus habet iuriſdictionē. ergo ſtatim pōt
indulgentiā dare ſm formā ſibi taxatā abſqꝫ
alicuius requiſitiōe.

¶ R. dō. ꝙ indulgentiā dare ꝑtinet ad ptātē
iuriſdictionis. pōt aūt quis habere iuriſdictio
nem dupliciter. vel iuris taxatione ⁊ iſta diciſ
ordinaria: vel ſpeciali cōmiſſione. ⁊ iſta diciſ
delegata. cū igiſ electi ſtatim poſt obtentā con
firmatiōis bñficium habeant iuriſdictionē in
eoꝝ dyoceſi: ſtatim poſſunt indulgentiā dare
ſm formā eis taxatā in iure abſqꝫ aliqua alia
ſpeciali cōmiſſione.

¶ Ad primū ergo eſt dicendum ꝙ duplex eſt
clauis: ordinis ⁊ iuriſdictiōis. electus ergo cō
firmatus ↄtingit nō habeat clauem ordinis an
teꝙ̄ ſit cōſecratus. habet tñ clauem iuriſdictio
nis quam recipit in ipſa eius electione ⁊ ↄfir/
matione. ⁊ ad vſum talis clauis pertinet in/
dulgentiam dare.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ electus ha/
bet executionem clauis iuriſdictiōis. ↄtingit nō
clauis ordinis. ⁊ per executiōem illius clauis
dat indulgentiam.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ nullus poteſt
diſpenſare theſaurum eccleſie: niſi auctoritate
pape vel ſpecialiter delegata: vel in iure taxa/
ta. primo modo poſſunt diſpenſare legati. ſe/
cundo modo electi ⁊ confirmati etiam nondū
conſecrati

Ad decimum ſic ꝓceditur. Videtur. n.
ꝙ ſancti viri poſſunt indulgentiam
dare. q2 quilibet habens aliqua bo/
na quoꝝ eſt dominus. poteſt illa cōmunicare
quibus placet. ſed ſancti viri multa bona ſpi/
ritualia habent quorum ſunt domini. Ergo
poſſunt illa diſpenſare quibus volunt.

¶ Preterea bona ſpiritualia per quorum di
ſpenſationes dantur indulgentie ſunt magis
cōmunicabilia ꝙ̄ bona temporalia. ſed ſancti
viri poſſunt bona temporalia cōmunicare. ⁊
per conſequens indulgentiam dare per cōmu
nicationem ſpūaliu3.

¶ Preterea quanto magis aliqui ſunt pro/
pinqui domino: tanto magis ſunt digni eius
theſaurum diſpēſare. ſed ſancti viri magis ſūt
ꝓpinqui xpō de cuius theſauro fiunt indulgē
tie ꝙ̄ forte papa ⁊ multi epī. ergo magis ſunt
idonei eius theſaurum diſpenſare.

¶ In contrarium eſt. quia dare indulgētiam
pertinet ad poteſtatem iuriſdictionis: que nō
eſt in ſanctis viris ſi non ſint in prelaturam ec
cleſiaſticam aſſumpti.

¶ R. dicendum ꝙ in eccleſia duo ſunt. Pri/
mo cōmunio caritatis ⁊ dilectionis. ſecundo
auctoritas iuriſdictionis. Quedam igitur im
pendit per cōmunionem caritatis ⁊ dilectiōis
vt ſuffragia orationū elemoſynaꝝ ſacrificioꝝ
⁊ aliorum bonoꝝ. Quedā vero impendit per
auctoritatē iuriſdictionis ⁊ indulgētias diſpē
ſando theſaurꝰ ipſius eccleſie. Sancti ergo vi
ri poſſunt eoꝝ ſpūalia bona impendere alijs
ꝑ cōiōnem caritatis ⁊ dilectionis. ſed nō poſ/
ſunt indulgentiam dare. quia non habent au
ctoritatem iuriſdictionis diſpenſandi theſau/
rū eccleſie de quo fiunt indulgentie. Et ꝑ hoc
patet reſponſio ad primum ⁊ ſecundum.

¶ Ad tertiū eſt dicendū ꝙ licet ſancti viri ſint
magis ꝓpinqui xpō ꝑ caritatē. non ſunt tamē
magis ꝓpinqui ꝑ iuriſdictionis auctoritatē;
⁊ ideo ↄtingit poſſit cōmunicare bona ſpūalia
ꝑ caritatē. quoꝝ cōmunicatio dicitur cōmuni/
catio ſuffragiorū non poſſunt cōmunicare the
ſaurū eccleſie ꝑ iuriſdictionis auctēz cuius cō
municatio dicitur cōicatio indulgentiarum

## Queſtio · xxx · de cauſa indulgentie ·

Einde conſiderandū eſt de
cauſa indulgentie. ¶ Circa
quod queruntur ſex.

¶ Primo vtrum papa ſo/
lum pro actibus exteriorib'
debeat indulgentiam dare.

¶ Secundo vtrum papa ſolum pro tempo/
ralibus bonis debeat indulgentiā facere.

¶ Tertio vtrum papa debeat indulgentiam
dare ſolum habentibus volūtatem dandi ali
quid temporale ſicut dantibus.

¶ Quarto vtrum non exiſtente iuſta cauſa in
dulgentia data ꝑ papam valeat.

¶ Quinto vtrum ſola poteſtas pape poſſit
eſſe iuſta cauſa faciendi indulgentiam

¶ Sexto vtrum queſtores deferentes litteras
papales contineant iuſtam cauſam indulgen
tiam faciendi.

Ad primum ſic procediur. Vide/
tur enim ꝙ pro actibus exteriori/
bus papa nō debeat facere indul
gentiam. quia maius eſt corripe/
re delinquentem ⁊ conſulere neſcientem ꝙ̄ ec/
cleſiam materialem reparare vel peregrinari.
Si ergo papa pro actibus exterioribus facit
indulgentiā. multo magis debꝫ facere ꝓ illis

¶ Preterea ꝓ maiori bono magis debꝫ fie

ri indulgentia ꝗ ꝓ minori. ſed maius bonū eſt intrare religionē ꝗ ire vltra mare. ergo magis papa debet facere indulgentiā ꝓ introitu religionis ꝗ ꝓ tranſitu vltramarino

¶ P. expoſitio ſacre ſcripture ⁊ exhortatio in fide catholica maius bonū eſt ꝗ edificare parietes eccleſie materialis vel pontē reficere. ſi ergo papa facit indulgentiā ꝓ iſtis actibus multo magis pro illis

¶ In contrarium eſt conſuetudo eccleſie.

¶ R. dō. ꝙ tribus rōnibus pōt ꝓbari ꝯgruū eſſe vt indulgentie fiant ꝓ actibꝰ exterioribꝰ. Primo quidē ex pte indulgentie. nā indulgētie ſacramentales ſunt cū fiant virtute clauiū. In omni aūt eo qd̄ eſt quid ſacramētale debꝫ eſſe aliud exteriꝰ actū vel geſtū. qꝛ ſm Aug. ſacramentū eſt viſibilis gratie interioris ⁊ viſibilis forma exteriꝰ in quo ſub tegimēto diuina virtus ſecretius opatur ſalutē. Scdo ex parte ipſius pene ꝓ qua tollenda fit indulgētia: nā indulgentie ſunt relaxatiue pene nō culpe. ſed pene ſunt exteriores ſicut ieiuniū: pegrinatiō: ſcē terre defēſio. vn̄ ꝓ talibꝰ exterioribꝰ actibꝰ indulgentia debet fieri. non tn̄ ꝓ quibuſcūqꝫ: ſed ꝓ illis dūtaxat p quos deus honorat. vt eſt viſitatio reliquiaꝝ ſcōꝝ: quia deus honorificat in ſanctis ſuis. auditio verbi dei: repatio parietū eccleſie vel pontium. Tertio ex pte theſauri de quo fit indulgentia. nā ſicut theſaurꝰ plicꝰ ciuitatis vel cōitatis non debet expendi niſi vel ꝓpter dominij ciuitatis honorē ⁊ reuerentiā. vel ꝓpter ipſiꝰ ciuitatis neceſſitatē ⁊ indigentiā. ſicut theſaurus ecclie de quo fiūt indulgētie nō debet diſpenſari niſi ꝓ talibus exterioribus actibꝰ. in quibꝰ vel deus honoratur vel neceſſitas eccleſie releuatur vel fides xp̄iana promouetur.

¶ Ad primū ergo eſt dō. ꝙ quilibet tenet ex pcepto corripe delinquentē. ⁊ ꝯſiliū dare errāti. Non aūt tenet ad ecclie releuationē ſeu parietū vel pontis repationē. Ideo ꝓ iſtis actibꝰ fiūt indulgentie non ꝓ illis.

¶ Ad. ij. eſt dō. ꝙ ingredi religionē eſt ſtatus in quo ſufficienter ſoluit ꝓ ſe cū ſit in ſtatu pfectionis. ideo non indiget ꝙ fiat ei indulgētia ſecularis aūt cū ſit adhuc in ſtatu impfectiōis indiget. vel pōt dici ꝙ licet intrare religionē ſit maius bonū ꝗ ire vltra mare non eſt tn̄ eccleſie ita neceſſariū ꝗ ibi a fidelibꝰ impugnat

¶ Ad. iij. eſt dō. ꝙ vbi fides pdicaret ⁊ ſacra ſcriptura praue intelligeret danda eſſet indulgentia pdicantibus fidē ⁊ exponētibus ſcripturā ſacrā. vn̄ predicantibus crucē ⁊ docētibus fidem qn̄qꝫ indulgentie dantur

AD ſecundū ſic pcedit. videt. n. ꝙ pro bonis tpalibus papa nō debet facere indulgentiā. qꝛ remiſſio peccatoꝝ que fit p indulgentiā eſt quid ſpūale. ſed dare ſpūale ꝓ tpali eſt ſymonia. vt dicit. i. q. i. ergo ꝓ tpalibus bonis non debet fieri indulgētia.

¶ P. bona tpalia nec ſūt ſic meritoria nec ſic neceſſaria ſicut ſpūalia. ſi ergo ꝓ ſpūalibꝰ bonis non fit indulgētia. multo fortius ꝓ bonis temporalibus.

¶ Preterea ī veteri lege pmittebātur tpalia Iuxta illud Iſa. i. Si volueritis ⁊ audieritis me bona terre cōmedetis. ī noua vero lege ꝓmittunt ſpūalia. Iuxta illud Math. vij. primū querite regnum dei Ergo magis indulgētia debet fieri ꝓ ſpūalibus ꝗ ꝓ temporalibꝰ bonis.

¶ In contrarium eſt quia bona ſpūalia ſunt cōmunia. Iuxta illud pſal. Participes membris eccleſie p caritatē. quia ſunt omnia cōmunia. ego ſum omniū timentium te. non ꝓ talibus debent fieri indulgentie vt cōicentur. ſed tpalia bona cum non ſint cōmunia niſi in neceſſitate: neceſſarium eſt fieri indulgentiam vt cōmunicetur

¶ R. dicendum ꝗ temporalia quantum ad pſentis triplicit ordinant ad ipſa ſpūalia.

¶ Primo quantū ad ipſorum bonorum ſpiritualiū acquiſitionem. acquirūtur. n. ipſa ſpiritualia per ipſa tēporalia. Iuxta illud Thobie. iiij. Elemoſyna a morte liberat ⁊ non patitur animaꝫ ire ad tenebras. ⁊ ipſa ſola facit inuenire vitam eternam. Secundo quantum ad ipſorum ſatiſfactionem. quia delentur peccata que animam inficiunt per temporalium largitionem. Iuxta illud Danielis. iiij. Conſilium meum audi rex. peccata tua elemoſynis redime. ⁊ iniquitates tuas miſericordijs pauperum. Tertio quantū ad miniſtroꝝ eccleſie ſpūalibus deſeruientiū ſuſtentationem. ſuſtētantur. n. miniſtri eccleſie de bonis temporalibus oblatis a populo. Unde dicit apoſtolꝰ i. ad Chor. ix. Si nos nobis ſpiritualia ſeminamus non magnum eſt ſi veſtra temporalia metamus. Pro temporalibus ergo vt p ipſa ſpūalia bona acquirantur. vel ipſa peccata p ſatiſfactionem deleantur. vel miniſtri eccleſie ſuſtentantur licite poteſt fieri indulgentia.

¶ Ad primum eſt dicendum ꝙ ꝓ temporalibus bonis non fit indulgentia finaliter ⁊ terminatiue. ſed ſolum inſtrumentaliter ⁊ ordinatiue. ⁊ ideo non cōmittitur ſymonia.

¶ Ad ſecundū eſt dō. ꝙ tpalia poſſēt eſſe meritoria inquantū pcedunt ex voluntate informata caritate. pōt tamen fieri indulgentia ꝓ pure ſpūalibus bonis. dūmodo ex illis inſurgat aliqua neceſſitas vel vtilitas reipublice. ſicut ꝓ illis qui orant ꝓ rege. ⁊ ꝓ illis qui ſūt in ſublimitate conſtituti quandoqꝫ datur indulgentia

¶ Ad tertium eſt dicendū. ꝙ in noua lege promittunt ſpūalia principaliter. ⁊ ex conſequēti ipſa tpalia. Iuxta illud Math. vj. Primuꝫ querite regnū dei ⁊ hec omnia adijcientur vobis. ⁊ ſic indulgētia principaliter ꝓ ſpūalibꝰ fit. ⁊ ꝓ tpalibus vt ad ipſa ſpūalia ordinātur

AD tertiū ſic pceditur. videtur. n. ꝙ papa habentibus voluntatē dandi aliquid temporale debeat dare indulgētiam ſicut dantibus. quia maius eſt vita eterna ꝗ indulgentia. ſed bona voluntate informata caritate meretur quis vitam eternam. ergo multo fortius meretur indulgentiam

¶ P. ſi ex ſola voluntate dandi non quis conſequeretur indulgentiā paupes qui non habent quid debent eſſe peioris conditionis ꝗ diuites. ⁊ ita paupertas eſſet vituperabilis qd̄ eſt abſurduꝫ

¶ P. dare eſt corpale velle aūt dare eſt ſpūale Sed magis eſt dare indulgentiaꝫ ꝓ ſpūali ꝗ ꝓ tpali. ergo magis debet dari indulgētia ꝓ voluntate dandi ꝗ ꝓ dato

¶ In contrariū eſt. quia indulgentie fiunt ad releuandum indigentiam eccleſie Sed indigentia eccleſie non releuatur p ſolam voluntatem dandi. ſed per datum.

¶ R. dicendum ꝙ cōmuniter ponitur indulgentias tantum valere quantum ſonant. ſi ergo papa faciat indulgētias ſub hac forma. Quicūqꝫ dederit de bonis ſuis ad fabricam talis eccleſie habeat tantum de indulgentia: puto ꝙ qui nihil dat indulgentiam non conſequatur. Quis. n. bona volūtate mereatur quis vitam eternam. ⁊ ſi eſt vehemens ⁊ feruens meretur quis dimiſſionem pene. tamen quantū eſt de ratione indulgentie ex quo fit p releuanda indigentia loci vel eccleſie non valet homini ſola voluntas dandi: potiſſime cum virtute indulgentie non ſoluatur pena niſi p penam. velle aūt dare ⁊ velle ire ad talē eccleſiā non eſt opus penale ſed dare ⁊ ire. ⁊ ideo puto ꝙ ſola voluntate nō acquiritur indulgētia.

¶ Ad primum ergo eſt dō. ꝙ non ſequitur: ſi aliquis meretur quod eſt maius. ergo quod ē minus niſi eodem modo ordinetur ad merendum vtrunqꝫ. quod non eſt in ꝓpoſito. quia caritas ordinatur ad meritum vite eterne. opꝰ vero penale ordinatur ad dimiſſionem pene. unde non eſt eiuſdem rationis vtrunqꝫ meritū

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ ſimpliciter melioris conditiōis eſt pauper ꝗ diues. quantum tamen ad remiſſionē pene que acquiritur p indulgentiam: in tali caſu non eſt inconueniens ꝙ diues ſit melioris ꝯditionis ꝗ paup

¶ Ad tertium eſt dicendū ꝙ corporale inquantum eſt penale ſolutorium eſt pene vel cōmutabile in penam. vnde eſt ibi cōmutatio pene maioris in minorem. ⁊ ideo indulgentia que eſt quedā relaxatio pene magis fit ꝓ ipſo dato ꝗ voluntate dandi

AD quartum ſic pceditur. videtur eniꝫ ꝙ nulla cā iuſta poſſit eſſe vt indulgentia data per papam: valeat. quia merita ſanctorum non poſſunt eſſe iuſta cauſa. Scribitur in perſona electorū Math. xxv. Ne forte nō ſufficiat nobis ⁊ vobis multo ergo magis nulla alia cauſa poteſt eſſe iuſta dandi indulgentiam.

¶ Preterea iuſta cauſa eſt vt quantuꝫ datur tantum recipiatur ſed quādoqꝫ minus datur ergo talis non erit ſufficiēns ad dimittendum penam.

¶ Preterea diues dat vnum denariū ⁊ pauper dat tantum. ſed non eſt iuſtū ꝙ diues habeat tantum de indulgentia quantum habet pauper. ergo iuſta cauſa non erit in faciēdo indulgentiam.

¶ In contrariuꝫ eſt. quia deus iuſtus eſt ⁊ ſeipſum in iuſticia negare non poteſt. vt ſcribit ij. ad Thimo. ij. nō exiſtente ergo iuſta cauſa indulgentia data p papam non valebit.

¶ R. dicendum ꝙ aliqui dicunt iuſtā cauſaꝫ indulgentie penſandam ex parte illius cui indulgentia datur. Dicunt. n. ꝙ iuſto iudicio rationis debet attendere ꝓ quanto vellet exonerari a pena preſenti ſi vellet eam perficere: vel quanto velit exonerari a pena purgatorij ad quam eſt obligatus per culpam ſi nollet eam pficere in preſenti. ⁊ ꝓ quanto vellet a p̄dicta pena exonerari iuſto iudicio rationis tantū debet dare: aliter vt dicunt indulgentie ſibi non valent non exiſtente tali cauſa. ſed tunc indulgentia nō eſſet relaxatio vel commutatio pene maioris in minorē: ſed magis ſolutio quāuis. n. ex parte meriti xp̄i ⁊ ſanctorum indulgētia poteſt dici ſolutio. quia ipſe ſufficienter ſoluit ꝓ omnibus ratione tamen dati ⁊ ratione pene que per datum dimittitur. ꝓprie debet dici relaxatio vel cōmutatio maioris pene in minorem. quia datuꝫ longe eſt minus ꝗ ipſa pena que debetur vel deletur.

Sed puto ꝙ iuſta eſtimatio non debet attēdi

ex parte eius quid datur ad tollendum penã debitam ꝓ peccato ſiue ad penam iniunctam ꝓ peccato. Sed debet eſtimari neceſſitas loci vel eccleſie. quia licet datum per ſe non videtur ſufficiens reſpectu tante pene ad tollendũ ipſam. Ipſa tamen neceſſitas eccleſie cum auctoritate dantis facit ꝙ datum ſufficiat ad penam relaxandam quod alias non valeret niſi ad hoc iuuaret neceſſitas eccleſie. Et ideo iuſta eſtimatio ex parte facientis indulgentiam requiritur ꝓ iuſta cauſa indulgentie qua nõ exiſtente puto ꝙ indulgentia non valet.

¶ Ad primum ergo eſt dicendũ ꝙ merita ipſorum membrorum quantumcunq; perfectorum. puto ꝙ non ſufficerent ad faciendũ relaxationes tales. ſed merita membrorum cum merito capitis: ſufficiunt ad faciendum relaxationem cuiuſcunq; pene.

¶ Ad ſecundum eſt dicendũ ꝙ licet ex parte dati ſemper minus detur quam recipiatur ex parte perſone dantis. ex parte tamen perſone ſatiſfacientis ſemper plus datur quam recipiatur. quia meritũ paſſionis Chriſti quod papa accipit ꝓ ſe ad ſoluendũ pro quacunq; penã in valore excedit nedum vnũ mundum ſed infinitos.

¶ Ad tertiũ eſt dicendũ. ꝙ ſi indulgentia fiat ſub iſta forma. Quicunq; dederit de bonis ſuis ad fabricam talis eccleſie remittimus tertiam partem penitentie iniuncte. ſi diues ita paruũ dat vt pauper. puto ꝙ non tantum habeat de indulgentia diues ſicut pauper. quia tunc oportet recurrere ad iuſtam eſtimationem facientis indulgentiam que penſanda eſt valere ſecundum facultatem dantis. Sed ſi ſic dicatur: quicunq; dabit vnum denarium vel aliud terminatum relaxamus tertiam partem penitentie iniuncte et diues illud daret ſicut pauper. puto ꝙ tantũ haberet diues ſicut pauper. Quis tamen in hoc eſſent pares in multis alijs melioris conditionis eſſet pauper quam diues

Ad quintum ſic proceditur. Videtur enim ꝙ ſola voluntas pape ſit cauſa iuſta ad faciẽdum indulgentiam. quia ſola voluntas pape mediante ſacramento ſufficit ad remiſſionem. ergo ſola voluntas eius mediante officio et iuriſdictione dandi ſufficit ad relaxandum penam.

¶ Preterea ſi ſola voluntas pape non ſufficit. hoc eſt quia deficit rationabilis cauſa. ſed hoc non poteſt deficere. quia theſaurus eccleſie eſt cauſa ſufficiens ad ſatiſfaciendum pro omnibus

¶ Preterea quanto aliquid datum eſt magis liberũ tanto eſt magis gratũ. ſed magis eſt gratũ ſi detur ſine aliqua receptione. ergo ſola volũtas pape libera ſufficit.

¶ In contrariũ eſt. quia vĩa pape in faciẽdo indulgentiã debet eſſe cũ iuſticia. ſicut enim vniuerſe vie domini ſunt iuſticia et miſericordia: ſic voluntas pape debet eſſe ſic miſericors ꝙ nõ careat iuſticia

¶ Reſpondeo dicendũ. ꝙ indulgentia datur mediante vſu clauium: quarum virtute remittitur culpa et ſoluitur pena. de quibus clauibus ſcribit Matth. xvi. Tibi dabo claues regni celorum. ꝓ has enim claues theſaurus eccleſie de quo ſtipendiantur milites Chriſti agitur filijs eccleſie. Unde ſicut ad diſpenſationẽ talis theſauri requiritur in papa rectus vſus clauis potentie: ne talem theſaurũ diſpenſet quibus non poteſt. ita ad diſpenſationem dicti theſauri requiritur rectus vſus clauis diſcretionis et ſcientie. ne ſic careat ratione et diſcretione vt ꝓ ſola voluntate ſine rationabili cauſa indulgentiã faciat. non enim poteſt papa aduerſus veritatẽ. ſed ꝓ veritate. Ut dicit apoſtolus. ij. ad Chorinthios. vlt. Unde ꝓ ſola volũtate ſi ſub eſt ꝓbabilis ratio. Vel generalis eccleſie: vel ſpecialis alicuius perſone poteſt indulgentiam facere aliter non.

¶ Ad primũ ergo eſt dicendũ ꝙ nõ eſt ſimile quia mediante ſacramento tantũ papa poteſt quantũ vnus alius miniſter eccleſie. Tantũ enim poteſt quantã poteſtatem deus dedit ſacramẽto Sed mediante officio papa tantum poteſt quãta poteſtas data eſt officio et ideo ſi excedit in poteſtate vt theſaurum eccleſie diſpendet quibus non poteſt. vel excedet in iuſticie equitate: vt diſpenſet quibus non debet: non debet tunc dici diſpenſatio. ſed diſſipatio.

¶ Ad. ij. eſt dicendũ. ꝙ in faciendo indulgentiam nunquam deficit vel deficere poteſt cauſa effectiua: eo ꝙ theſaurus eccleſie de quo fit indulgẽtia infinitus eſt et exhauriri non poteſt. Sed cauſa finalis terminatiua deficere poteſt. quia pro tali cauſa finaliter papa debet facere indulgentiã per quã eccleſia releuetur in aliqua neceſſitate: vel promoueatur in aliqua vtilitate.

¶ Ad. iij. eſt dicendũ. ꝙ theſaurus eccleſie libere diſpenſatur: eo ꝙ Chriſtus ſponte et libere tradebat ſe iudicanti iniuſte. qui peccata noſtra pertulit in corpore ſuo. Sed finaliter Chriſtus gratis non eſt mortuus. Unde ſicut ipſe ꝓ neceſſitate totius eccleſie paſſus eſt. ſic ꝓ vtilitate eccleſie generalis vel perſone ſpecialis indulgentia fienda eſt

Ad ſextum ſic proceditur. Videtur enim ꝙ queſtores in litteris papalibus quas deferunt iuſta cauſa cõtineatur faciendi indulgentiam. quia iuſta cauſa eſt indulgẽtiam faciendi vbi fit mentio de elemoſynarum largitione. Sed in talibus litteris fit mentio de elemoſynis faciendis. iuxta illud quod habetur extra de pe. et remiſ. vniuerſitatem noſtram monemus et hortamur in domino atq; in remiſſionem vobis iniungemus peccatorum quatinus de bonis a deo vobis collatis pias et gratas elemoſynas faciatis.

¶ Preterea ſcribitur Matth. x. qui recipit prophetam in nomine prophete mercedem prophete accipiet. Sed tales queſtores recipiũtur cum litteris papalibus nomine pape vel epiſcopi ergo iuſte indulgentiam datam per papã vel epiſcopum recipiunt.

¶ Preterea iuſta cauſa indulgentie eſt vtilitas loci vel eccleſie. Sed per tales queſtores alligatur vtilitas loci vel eccleſie. iuſta ergo cauſa indulgentie per eos proponitur.

¶ In contrarium eſt. quia vt dicit Gregorius et ponitur. xi. q. iij. priuilegium emittit qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate. ſed tales queſtores vt in pluribus inueniuntur abuti poteſtate eis conceſſa a papa. ergo priuilegium conceſſum in nullo eis ſuffragatur

¶ Reſpondeo dicendũ ꝙ vt indulgentia valeat requiritur auctoritas dantis. Ille autem qui poteſt vniuerſaliter indulgentiam dare eſt papa ad quẽ pertinet tradere formam et modum quantum et qualiter vult indulgentiam valere. ſpecificantur autem ſex conditiones quas debent habere queſtores predicantes indulgentiam

¶ Prima eſt vt nihil populo proponere permittantur preter illud quod in eorum litteris cõtinetur. Unde ſi alias abuſiones predicãt admittendi non ſunt.

¶ Secunda eſt vt formã eis traditã non excedant. que quidem forma exprimitur extra de peni. et remiſ. quoniam vt ait apoſtolus.

¶ Tertia eſt vt illi qui deſtinãtur ad tales elemoſynas colligendas ſint modeſti et diſcreti viri.

¶ Quarta eſt vt tabernis et alijs locis incongruis non hoſpitentur.

¶ Quinta eſt vt inutiles et ſumptuoſas expẽſas non faciant

¶ Sexta eſt vt falſo modo alicuius religiõis habitum non ferant.

¶ Omnes iſte conditiones ponuntur extra de peni. et remiſ. Unde cum tales queſtores predictas conditiones non ſeruent modica vel nulla fides eſt eis adhibenda. maxime cum omnia priuilegia perſonis locis vel ordinibus predictorum queſtorum quocunq; modo per ſedem apoſtolicam fuerint cõceſſa: reuocata ſint per de. extra de pe. et remiſ. et predictos queſtores per locorum ordinarios mandat eſſe puniendos.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ elemoſyna eſt cauſa iuſta faciendi indulgentiam: interueniente tamen auctoritate dantis. quia cum ipſi abutuntur merentur illam amittere.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ illi qui recipiunt prophetam in nomine prophete debent videre quos prophetas ipſi recipiunt et papa ſpecificat formas per quas poſſunt cognoſci ſi mittuntur ab eo vel non.

¶ Ad tertium eſt dicendum. ꝙ vtilitas eccleſie vel loci eſt iuſta cauſa faciendi indulgentiã quam penſare nõ ſpectat niſi ad ſũmum pontificem. cuius auctoritate cum tales queſtores ꝓ modica re dicũt ſe abſoluere a pena et a culpa abutantur. fides eis adhibenda non eſt eo ꝙ indulgentiam ipſam et dantem nimis vileſcant.

# Queſtio. XXXI. de recipiente indulgentiaz

Tertius conſiderandum eſt de recipiente indulgentiam. Circa quod queruntur quatuor

¶ Primo, vtrum indulgentiã datam per papaz recipiunt exiſtentes in peccato mortali.

¶ Secundo vtrum indulgentiam datam per papam recipiant cruce ſignati morientes cum firmo propoſito tranſfretandi.

¶ Tertio vtrum indulgentiam datam per papam recipiant clerici et religioſi ſicut alij

¶ Quarto vtrum indulgentiam datam per papam poſſit quis recipere ꝓ patre et matre ſicut ꝓ ſeipſo.

Ad primum ſic proceditur. Videtur enim ꝙ indulgentiam datam per papam poſſit recipere exiſtẽs in peccato mortali. quia exiſtens in mortali peccato poteſt indulgentiam dare. ergo multo fortius exiſtens in mortali peccato poteſt indulgentiaz recipere.

¶ Preterea dicit Auguſtinus. ꝙ ſi aliquis in peccato mortali patiatur ꝓpter fidem: valet ſibi ad remiſſionem pene. quia minus punitur in inferno quam ſi fidem negaret. ergo eodem modo ſi aliquis dat elemoſynam ad fabricam eccleſie valet ſibi ad remiſſionem.

¶ Preterea ſcribitur eccle. ix. ꝙ homo neſcit vtrum amore vel odio dignus ſit. ſi homo ergo neſciat vtrum habeat caritatem ex quo indulgentia non valet niſi habenti caritatẽ: ne.

ſciat ſimiliter vtrum indulgentia ſibi valeat.
fruſtra ergo homo ſuſtinet labores ⁊ expēſas
ꝓ acquirenda indulgentia.
¶ In contrarium eſt. quia indulgentia fit ꝓ
elemoſynis ⁊ alijs exterioribus bonis. ſed de
talibus dicit apoſtolus .i. ad Corinth. xiij. ſi
diſtribuero in cibos pauperum omnes facul
tates meas caritatem autem non habuero ni/
hil mihi prodeſt.
¶ R. dicendum ꝙ quattuor rationibus ꝓba
ri poteſt indulgentiā non ꝓdeſſe illis ſi ſunt
in mortali peccato.
¶ Primo quidem ex parte forme indulgen/
tie. Datur. n. indulgentia ſub iſta forma. om/
nibus vere contritis ⁊ confeſſis. non exiſtente
ergo vera contritione ⁊ confeſſione: indulgē/
tia non valebit
¶ Secundo ex parte conditionis indulgētie
Planum. n. eſt ꝙ nulli poſt hanc vitam fit re
miſſio pene niſi deceſſerit cum caritate. Ergo
ſimiliter in hac vita nulli poteſt remitti pena
niſi ſit in caritate.
¶ Tertio ex parte ipſius pene cuius relaxatio
⁊ ſatiſfactio ponuntur in indulgentia. ſicut. n
penitentia facta in mortali peccato non eſt ſa
tiſfactio dimiſſionis pene: licet valeat homini
ad quedam alia bona. Sic indulgentia exiſtē
te in mortali peccato non valet per modū in
dulgentie puta per modum ſatiſfactionis vel
relaxationis pene. cū indulgentia non ſit aliud
ꝙ pene cōmutatio vel relaxatio.
¶ Quarto ex parte culpe nā cum pena culpe
correſpondeat non pōt tolli pena niſi prius tol
latur culpa. exiſtens ergo in mortali culpa per
cōmunicationem indulgentie: non poteſt ex/
poliari pena niſi prius expolietur culpa.
¶ Ad primū ergo eſt dicendum ꝙ non eſt ſi/
mile. quia dans indulgentiam habet ſe ꝑ mo
dum miniſtri inſtrumentaliter ſolum. Iuxta
illud apoſtoli ad Chorinth. iiij. Sic vos exi/
ſtimet homo vt miniſtros xp̄i. Ideo gratia ſa
cramentalis ⁊ gratie indulgentie dantur per
malum miniſtrum ſicut per bonum. recipiens
vero habet ſe per modum ſubiecti materiali/
ter. ⁊ quia in eodem ſubiecto non poteſt eſſe
gratia cum mortali culpa. ideo ſicut gratia ſa
cramentalis remittens culpam non datur ho/
mini ſine contritione culpe. ſic gratia indulgē
tie relaxans penam non datur homini ſine cō
tritione predicta.
¶ Ad ſecundum reſpondetur ꝙ Augu. non lo
quitur de pena reſpectu peccati in homine ſed
reſpectu peccati quod faceret negando deum
niſi ꝓ fide pateretur ⁊ ſic in inferno grauius
puniretur.
¶ Ad tertium eſt dicēdum ꝙ homo poteſt ſci
re ſe eſſe in caritate ſcientia coniecturali nō cer
titudinali: puta ſi eſt contritus ⁊ confeſſus de
omnibus peccatis ſuis. ſic ſcientia coniectu/
rali poteſt ſcire indulgentiā ſibi valere ex quo
non cognoſcit aliquid eſſe in eo remordēs cō/
ſcientiā quod effectum indulgentie impediat.

Ad ſecundum ſic proceditur. Videtur
enim ꝙ indulgentiam datam per pa
pā cruceſignati morientes cū ſolo ꝓ
poſito tranſfretandi non conſequantur. quia ef
ficatior eſt baptiſmus ad remiſſionem pecca/
torum ꝙ indulgentia pape. ſed ꝓpoſitum ba
ptiſmi non facit plenam remiſſionem ſine ba
ptiſmi ſuſceptione. ergo nec ꝓpoſitum trāſfre
tandi ſine tranſfretatione
¶ Preterea indulgentia datur ꝓ ſubuentiōe
terre ſancte. ſed per tale ꝓpoſitū in nullo ſub/
uenitur terre ſancte: fruſtraretur. n. eccleſia fine
ſuo ſi per tale ꝓpoſitum dicatur valere ad in/
dulgentiam conſequendam.
¶ Preterea ſi ſolum per crucis aſſumptionē
plena habetur indulgentia omnium pecca/
torum. ergo qui hora prima accepit crucis ſi/
gnum ⁊ poſtea hora tertia peccat mortaliter:
ſi ſtatim moriatur non punietur in inferno ni
ſi ꝓ vno peccato quod videtur abſurdum
¶ In contrarium eſt. quia potentius eſt bo/
num ꝙ malum. ſed malū ꝓpoſitum ſufficit
vt cum homo decedens ad infernum deſcen/
dat. ergo bonum ꝓpoſitū magis ſufficere de/
bet: vt homo cum ipſo decedens ſtatim ad ce
lum aſcendat.
¶ R. dicendum ꝙ tale firmum ꝓpoſitū trāſ/
fretandi quattuor modis poteſt intelligi vale/
re ad plenam indulgentia conſequendam.
¶ Primo ꝙ tale ꝓpoſitum intelligitur vale
re deuoto corde per deliberationem cōcepto
⁊ firmato. ⁊ ſic non poteſt intelligi. quia tunc
oporteret recipere crucis ſignaculum.
¶ Secundo ꝙ intelligatur valere per crucis
aſſumptiōem ex voto emiſſo. ⁊ ſic ſimiliter nō
poteſt intelligi. quia qui poſt aſſumptionem
crucis in craſtinū peniteret deuote ⁊ propone
ret non implere nihilominus haberet plenā
indulgentiam peccatorum precedentium.
¶ Tertio vt intelligatur valere per itineris ꝓ
ſecutionem inchoato: ⁊ nec ſic intelligi poteſt.
quia tunc quando rediret de portu: haberet re
miſſionem omnium peccatorum.
¶ Quarto ꝙ intelligatur ſolum de voto per
completionem itineris confirmato ⁊ nec ſi cō/
uenienter intelligitur. quia ſcḋm apoſtolum. ij.
ad Chorin. viij. Si voluntas ꝓmpta eſt ſcḋm
illud quod habet ⁊ quod poteſt accepta eſt nō
autē ſcḋm illud quod nō habet ⁊ ſcḋm illud quod
non poteſt. Puto ergo eſſe dicendum ꝙ cum
plena cauſa producat plenū effectum: ex quo
firmum ꝓpoſitum ⁊ votum eſt cauſa remiſſio
nis pene. huius plena remiſſio requirit plenū
ꝓpoſitum ⁊ plenum votū. vnde credo ꝙ nō
ſufficiat ad habendā plenam remiſſionem vo
tum corde conceptum ſeu exteriori ſigno emiſ/
ſum: vel per partē itineris inchoatum. ſed re
quiritur ꝙ ſit vere ⁊ interpretatiue impletum
⁊ intelligo votum impleri: ſiue quando hoc fe
cit quod poterat ⁊ debebat deuote implendū
⁊ iuſta impotentia totaliter impedit effectum.
precipue impotentia mortis. Puto ergo ꝙ ſi
aliquis aſſumpta cruce cū ꝓpoſito firmo trāſ
fretandi faciendo totū quod in ſe eſt de implē/
do propoſitum: ſi ſit contritus ⁊ confeſſus de
omnibus peccatis mortalibus precedentibus:
⁊ moritur nullo ſupra dicto poſt crucis aſſum
ptionem mortali peccato plenam indulgen/
tiam omnium peccatorum conſequitur. Com
pleuit. n. votum iuris interpretatione licet nō
op̄is executione eo ipſo ꝙ fecit quod potuit ⁊
debuit. nec tenetur ad plus faciendum ⁊ pre/
cipue ſi talis fuit intentio indulgentiā dantis
¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ nō eſt ſi/
mile de baptiſmo ⁊ indulgentia. quia ibi ſolū
opus operatum virtutem remiſſionis habet.
hic vero non ymmo opus operans. in baptiſ
mo. n. indulgentia habetur per modum ſacra
menti. ſed per indulgentiam datur remiſſio ꝑ
modum meriti operantis. Vnde in indulgen
tia reputatur voluntas ꝓ facto. ex quo pura ē
ſcḋm illud quod poteſt ⁊ quod habet.
¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ non per ſo/
lam crucis aſſumptionem habetur indulgen/
tia niſi hoc faciat quod in ſe eſt de adimpletio
ne voti. ſed faciendo totum quod in ſe eſt ha/
betur indulgentia: licet non ſubueniatur terre
ſancte. Principalis enim intentio pape eſt ſa
lus filiorum eccleſie. ⁊ ad hunc ordinat finem
qui eſt ſubuentio terre ſancte. ad cuius ſubuē
tionem ſufficit ꝙ faciat quantum in ſe eſt vt in
dulgentiam conſequatur.
¶ Ad tertium eſt dicendum: ꝙ talis vt puto
non conſequitur indulgentiam: quando non
fecit totum quod in ſe erat eo ipſo ꝙ ante ho/
rā qua indulgentia valere debebat poſuit ob
ſtaculum indulgentie: per contractionem mor
talis culpe

Ad tertium ſic ꝓceditur. Videtur enī
ꝙ indulgentiam datam per papam
clerici ⁊ religioſi non conſequantur:
quia indulgentia non valet niſi indigētibus:
ſed clerici ⁊ religioſi propter votum caſtitatis
emiſſum: ⁊ propter ſtatum perfectionis in quo
ſunt habent abundantiam meritorum. Non
ergo indigent indulgentiā ꝓpter abundan/
tiam meritorum aliorum.
¶ Preterea illud non debꝫ applicari religio
ſis quod facit ad detractionem regularis ob/
ſeruātie: quā ipſi voto ſunt aſtricti. ſed diſcur
ſus potiſſime facit ad diſſolutiōem regularis
obſeruantie. ipſi ex hac ꝯ cauſa omnis diſcur/
ſus prohibetur monachis ⁊ religioſis. Ergo
indulgentia que ſine diſcurſu acquiri non po
teſt: religioſis applicari non debet.
¶ Preterea indulgentia quandoqꝫ datur ꝓ
bellantibus contra rebelles ⁊ inimicos eccleſie
ſed bellare interdicitur clericis ⁊ religioſis. er/
go indulgentia applicari non debet.
¶ In contrarium eſt. quia actus actiuorū ſūt
in paciente prediſpoſito. ſed religioſi magis
ſunt diſpoſiti ꝙ alij exiſtentes in ſeculo. Ergo
eis maxime applicanda eſt.
¶ R. dicendum ꝙ vt indulgentia valeat ali/
cui ex parte dantis requiritur auctoritas ⁊ cā
ꝓ qua ſit iuſticie equitas. ex parte vero recipi
entis requiritur ꝙ habeat fidem in intellectu
quia non niſi homini xp̄iano indulgentia po
poteſt dari. qui firmiter credat papā poſſe da
re ⁊ ſe poſſe recipere ⁊ habeat caritatē in affe/
ctu: vt ſit vere contritus ⁊ confeſſus. cum ergo
religioſi iſta duo habeant: dūmodo ipſi im/
pleant cauſā ꝓ qua facta eſt indulgentia ple
nius conſequuntur ipſam indulgētiam ꝙ ali
qui alij:
¶ Ad primum ergo eſt dicendum: ꝙ quan/
tumcunqꝫ religioſi ſint in ſtatu perfectionis ꝓ
pter tria vota emiſſa: ſine peccatis tñ tranſire
non poſſunt: ꝓpter quorum remiſſionem in/
digent recipere indulgentiā. Et ſi non de abū
dantia meritorum aliorum membrorum eccle
ſie. ſaltē de abundantia meriti capitis xp̄i qui
ꝓ omnibus tam pro perfectis ꝙ imperfectis
paſſus eſt
¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ non eſt du/
bium religioſos plus mereri merito eſſentiali
ad acquirendum vitam eternam ſolitarie ſtan
do ⁊ regulares obſeruantias tenendo ꝙ diſ/
currendo acquirendo indulgentias. Sed me
rito accidentali acquirendo dimiſſionem pe/
ne plus meretur accipiendo indulgētias: dan
tur tamen indulgentie quandoqꝫ ſic de pro/
pinquo ad quas accedere poſſūt ſine magna
diſtinctione obſeruantie regularis.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ ſicut ponit. xxiij. q. viij. quis clerici ⁊ religioſi ꝓpria manu arma accipere non debeant. licet tamē eos alios hortari ad accipiendum arma ꝓpter oppreſſorum diffuſionem. ⁊ dei inimicorū expugnationem. vnde ipſi ꝯſequuntur indulgentiā ſicut alij.

Ad quartum ſic ꝓceditur. Videtur. n. ꝙ indulgentiam datam per papam recipiat aliquis ꝓ patre ⁊ matre. qꝛ vnus poteſt alteri impetrare primā gratiam. ergo multo fortius poteſt ei impetrare peccatorum indulgentiam.

¶ Preterea quicūq; impleuit cauſam indulgentie conſequitur indulgentiā. ſed poteſt filius ꝓ patre ⁊ matre implere cauſam indulgentie. ergo ꝓ eis conſequitur indulgentiam.

¶ Preterea in forma concilij generaliter datur indulgentia accipientibus crucem ꝓ ſe ⁊ pro patre ⁊ matre mortuis. poteſt ergo indulgentiam ꝓ patre ⁊ matre homo recipere

¶ In contrariū eſt. quia ille cui theſaurus eccleſie diſpenſatur non poteſt ipſum diſpēſare ſed cuilibet fideli diſpenſatur theſaurus eccleſie ꝑ cōmunicationem indulgentie. ergo non eſt in poteſtate eius alteri diſpenſare.

¶ R. dicendum ꝙ ad recipiendum indulgentiam precipue duo requiruntur.

¶ Primo applicatio illius qui habet iuriſdictionem diſpenſandi theſaurum eccleſie. ideo ſi ipſe ſic applicat vt nomine patris ⁊ matris quis poſſit recipere indulgentiam eūdo vltra mare. vel ad ſanctum Iacobum. puto ꝙ talis applicatio valeat. ex quo interuenit auctoritas applicantis

¶ Secundo requiritur impletio cauſe ꝓ qua facta eſt indulgētia ſimul cum auctoritate applicantis. Si ergo iſta duo interueniant puto ꝙ homo ꝓ patre ⁊ matre mortuis vel viuis poteſt recipere indulgentiam ſm ꝙ in forma dantis indulgentiam exprimitur.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ nō eſt ſimile. quia gratiam poteſt homo alteri impetrare per ſuffragia ⁊ ꝑ alia opera meritoria que poteſt cōmunicari alteri per radicem caritatis: ſed indulgentia non cōicatur alicui ꝑ caritatē ſed magis per iuriſdictionis poteſtatem.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ non ſufficit impletio cauſe indulgentie niſi aſſit auctoritas applicantis. nam impletio cauſe eſt cauſa indulgentie finalis ⁊ terminatiua auctoritas vero applicantis eſt cauſa indulgentie agens ⁊ effectiua. finis aūt nō acquiritur ſine agente ⁊ ideo illa non valet ſine iſta.

¶ Ad tertium patet ſolutio. quia hmōi modo in forma indulgentie exprimant ꝙ valeat ꝓ patre ⁊ matre implendo cauſam indulgentie ita valet ſicut exprimitur

# ¶ Queſtio. XXXII. de effectu indulgentie

Deinde conſiderandū eſt de effectu indulgentie. ¶ Circa quod queruntur quatuor.

¶ Primo vtrum papa poſſit facere ꝙ duorum exiſtentium in purgatorio in equali pena vnus citius liberetur ꝙ̄ alius.

¶ Secundo vtrum papa poſſit facere ꝙ bona facta ab exiſtēte in peccato mortali ſint meritoria illis qui ſunt in purgatorio.

¶ Tertio vtrum papa per cōmunicationem indulgentie poſſit totum locum purgatorij expoliare.

¶ Quarto vtrum papa ꝑ cōmunicatiōem indulgentie contritos ⁊ confeſſos ſic a tota pena ⁊ a culpa poſſit abſoluere vt non tranſeant ꝑ ignem purgatorij.

Ad primum ergo ſic proceditur. videtur enim ꝙ papa nō poſſit facere ꝙ duorum exiſtētium in equali pena in purgatorio vnus citius liberetur ꝙ̄ alius. quia qui ſunt equaliter capaces ad recipiēda ſuffragia ⁊ bona eccleſie. equaliter liberentur a pena. ſed tales qui ſunt in equali pena in purgatorio: equaliter ſunt capaces. ergo vnus non poteſt citius liberari ꝙ̄ alius ꝑ cōmunicationem indulgentie ⁊ ſuffragiorum eccleſie

¶ Preterea iudiciū nō eſt hominis poſt mortem ſed dei. qui ſm veritatem iudicat. vt ſcribitur ad Roma. ij. Sed contra mentem iuſti iudicis debet eſſe vt duorum qui ſunt in equali pena vnus retardetur a gloria ⁊ alius admittatur. ergo nō poteſt fieri potentia pape que inferior eſt vt vnus citius liberetur ꝙ̄ alius

¶ Preterea indulgentie ⁊ ſuffragia valēt hominibus ex virtute paſſiōis xp̄i. qui equaliter paſſus eſt ꝓ illis qui ſunt in equali caritate. Cū ergo illi qui ſunt in equali pena in purgatorio ſupponantur deceſſiſſe cum equali caritate non poteſt ergo vnus citius liberari ꝙ̄ aliꝰ.

¶ In contrarium eſt. quia tunc fruſtra fierent in eccleſia ſuffragia plura pro vno ꝙ̄ pro alio ex quo equaliter valerent ꝓ omnibus.

¶ R. dicendū ꝙ iſta queſtio fundatur ſupra veritatem ſuffragiorum ⁊ indulgentiarum: vtrum ſ. dicta facta ꝓ aliquo valeant ſolū illi pro quo fiunt: ad liberationē pene: vel valeant etiā illis alijs ad quod aliqui dixerunt ꝙ nō magis valent illi ꝓ quo fiūt ꝙ̄ alijs. ymmo forte magis alijs ſi ſunt melius diſpoſiti ad recipiendum ſuffragiorum ac indulgentiarum virtutē. ⁊ ponūt exemplū. Si. n. accendatur cereus in domo ꝓ aliquo diuite illūinat omnes exiſtētes in domo. ⁊ forte alios magis illūinat ꝙ̄ diuitem ꝓ quo accenſus eſt. ſi habent limpidiorē viſum. Sm ergo hanc opinionē dicendū eſt ꝙ duorū qui ꝓpter equales culpas retinentur in purgatorio in equali pena nō citius liberatur vnus ꝙ̄ alius. ex quo indulgentie ⁊ ſuffragia ꝓſunt equaliter illis qui ſunt equaliter diſpoſiti.

Sed magiſter in quarto ſenten. xlv. di. expſſe dicit. ꝙ illi ꝓ quibus fiunt plura ſuffragia et plures indulgentie acquiruntur ⁊ citius a penis liberantur. Confirmat hoc ſimiliter ꝯſuetudo eccleſie que ꝑ cōicationem indulgentiarum ⁊ ſuffragiorum ponit illos a toto vel a parte pene liberari ꝓ quibus fiunt ⁊ ꝓ quibus ſpecialiter applicantur ⁊ non alios. Puto ergo eſſe dicendū ꝙ ſiue ſuffragia que ſpecialiter applicantur alicui ꝑ caritatis cōicationem: ſiue indulgentie que applicantur ꝑ poteſtatis iuriſdictionem: dupliciter poſſūt valere alicui. Vno modo ꝓpter vnitatē caritatis ⁊ dilectiōis. ⁊ quia iſto modo omnes qui ſunt in caritate ſunt quaſi vnū corpus. ⁊ ꝑ ꝯſequens bonū vnius redūdat in omnes ſicut manus deſeruit toti corpori purgando oculū ⁊ ſimiliter cuilibet corporis membro. iſto modo quodcūq; bonū factum ab aliquo valet cuilibet in caritate exiſtēti. Iuxta illud pſal. Particeps ego ſū omniū timentium te ⁊ cuſtodientium mandata tua.

¶ Alio modo poſſunt predicta valere ꝓpter intentionem debite ſolutionis ⁊ ſatiſfactiōis. quia ſi talia ſpecialiter fiūt ꝓ aliquo ⁊ illi ſpecialiter applicantur ad ſatiſfactionem debitū quod ipſe tenetur ſic eſt ſolutū ⁊ ſatiſfactū ac ſi perſonaliter ſoluiſſet vel ſatis feciſſet

¶ Dicendū eſt ergo vt puto ꝙ ſiue ſuffragia ꝓ aliquo fiant ſpecialiter ſiue indulgentie ꝓ aliquo ſpecialiter acquirantur. omnibus ꝓſunt qui ſunt in purgatorio ex quo deceſſerūt in caritate quantū ad caritatis cōicationem. Oēs enī qui ſciunt gaudent de bonis que fiūt in eccleſia. Sed quantū ad debiti ſolutionem ⁊ ſatiſfactionē ſolū illis ꝓſunt ꝓ quibus ſpecialiter fiunt ⁊ ꝓ quibus acquirūtur. Vnde papa ꝑ cōicationem ſuffragiorum ⁊ indulgentiarum pōt facere ꝙ duorum exiſtentiū in equali pena in purgatorio vnus citius liberetur ꝙ̄ alius. Et per hoc patet ſolutio ad rōnes in oppoſitum.

Ad ſecundū ſic ꝓcedit. videtur. n. ꝙ papa non poſſit facere ꝙ bona facta ab exiſtentibꝰ in peccato mortali ſint meritoria illis qui ſunt in purgatorio. quia nullū agēs pōt habere actionē ad illa que ſue actioni non ſubijciuntur. Sed illi qui ſunt in purgatorio non ſubijciuntur iuriſdictioni pape. ergo non poteſt facere vt bona eccleſie ſint eis neceſſaria.

¶ Preterea papa non poteſt ligare illos qui ſunt in purgatorio noua ligatione per ſubtractionem bonorum que fiunt in eccleſia. Ergo non poteſt eos abſoluere noua abſolutione ꝑ cōicationē predictorum bonorum.

¶ Preterea qui non poteſt facere opus meritorium ꝓ ſe nōn poteſt facere ꝓ alio. ſed ille qui eſt in mortali peccato non poteſt facere ꝓ ſe opus meritoriū. ergo non pōt facere ꝓ alio

¶ Preterea ſcribitur Iſa. i. in ꝑſona exiſtentium in mortali. cum multiplicaueritis orationes veſtras non exaudiam. Ergo videtur ꝙ bona facta ab eis non ſint meritoria illis qui ſūt in purgatorio.

¶ In contrarium eſt quia papa eſt cōmunis diſpenſator theſauri eccleſie ⁊ omnium bonorum que fiunt in eccleſia. Sed illi qui ſunt in purgatorio aliquo modo ſūt de corpore eccleſie cum cōicent in caritate nobiſcum. ergo pōt eis bona eccleſie cōicare a quibuſcūq; fiant.

¶ R. dicendum ꝙ queſtio videtur dubia pro tanto. qꝛ ſi bona facta ab exiſtentibus in peccato mortali: poſſunt applicari illis qui ſūt in purgatorio ꝑ modū meriti. vel hoc eſſet ex parte facientis: vel ex parte pape applicātis: vel ex parte illius cui applicatur. Nō primo modo ex parte facientis. quia ſupponitur eſſe in peccato mortali. bona aūt que fiūt i peccato mortali meritoria non poſſunt eſſe. Et ſi dicatur ꝙ ſint meritoria alicuius boni temporalis. quia ponitur cōiter ꝙ valeant ad acquiſitionem gratie diſpoſitiue ⁊ ad augmentum bonorum temporalium: hoc nō eſt ꝙ ſint meritoria ex parte facientis. quia exiſtens in peccato mortali pane nōn eſt dignus quo veſcitur ſm Aug. Vnde quantū ex ſe: nec de congruo nec de condigno per bona que facit exiſtens in mortali meretur aliquod bonum temporale vel eternum. Sed verum eſt ꝙ decet deum bona quecūq; remunerare. Vnde dicit Anſelmus monologion. c. x. Cum vero domine parcis malis ⁊ peccatoribus iuſtum eſt non quia eorum meritis. ſed quia tue bonitati condecens eſt. poſſunt ergo

in

bona facta ab exñtibus in mortali eſſe meritoria alicuius boni tpalis: non ꝓpter facientes ſed ꝓpter deū remunerantē. Dato tñ ꝙ ex pte faciētis eſſent meritoria alicuius boni tpalis. non tñ vt videt̃ pñt eſſe meritoria illis qui ſūt in purgatorio. quia illi non cōicant nobiſcum aliqua naturaliter ciuili cōicatione rōne cuius bona facta a peccatoribꝫ pñt ꝓdeſſe illis qui cū eis cōicant tali ciuili cōicatione. dūmodo ſint de genere bonorum. vel ad alleuiationē pene vel abſolutionem culpe. Non. n. cōicant illi nobiſcum niſi in caritate. ⁊ ideo bona que ab exiſtenti in mortali fiunt. non videt̃ ꝙ ſint eis meritoria cū careant caritate. Ex parte vero pape applicātis ſimiliter queſtio eſt dubia quia papa aliqua applicat fidelibus p poteſtatis iuriſdictionē. ſicut indulgentiā que habet efficaciam ex theſauro recondito in eccleſia ex paſſione xpi ⁊ martyrum. cuius eſt vniuerſalis diſpenſator p iuriſdictionē vniuerſalē quā habet. Aliqua vero cōicat p caritatis cōicationem. ſicut orōes. elemoſynas ⁊ alia ſuffragia fideliū. Nunc aūt ita eſt ꝙ non videt̃ ꝙ illis q̄ ſunt in purgatorio poſſit cōicare indulgētias cū ſup illis non habeat iuriſdictionis ptātem eo ꝙ non viuūt ſup terrā. Nec videt̃ ꝙ poſſit cōicare alia ſuffragia fideliū dūmodo nō fiāt in caritate. quia ex quo nō eſt ibi radix cōicandi. non pōt eſſe meritoria ipſa cōicatio predictorū bonoꝝ. Eodem mō vt videt̃ non poſſūt eſſe meritoria talia bona ex pte illius cui applicant̃. quia ille qui eſt in purgatorio eſt i termino nec eſt in ſtatu merendi. Dicit. n. apoſtolus ꝙ omnes aſtabimus añ tribunal xpi vt referat vnuſquiſꝙ ꝓut geſſit i corpe. ſiue bonū ſiue malū. Ille aūt qui eſt in purgatorio non pōt aliquid opari in corpe. quia ipſe caret. ergo non poteſt mereri vel demereri. puto ergo ꝙ ex dictis beati Augꝰ. poteſt pie ⁊ rationalit̃ dici ꝙ bona q̄ fiunt in eccleſia poſſunt eſſe meritoria illis qui ſunt in purgatorio. vel p modum ſuffragioꝝ vel p modū indulgentiarum ad relaxationē pene. vel ad totalē deliberationem quantūcunꝙ fiant ab exiſtētibus in peccato mortali

¶ Diſtinguēdū eſt tñ de merito. quia duplex eſt meritū. eſſentiale ⁊ conditionale. Meritū aūt eſſentiale eſt illud quo quis meret̃ p̄miū eſſentiale vt viſionē diuinā ſua ꝓpria operatione ꝓcedente ex caritate. Meritū vero cōditionale eſt illud quo quis meret̃ pene dimiſſionē vel liberationē ſi aliꝰ faciat ꝓ eo poſt mortem illa que ordinata ſunt ad pene dimiſſionē. puta ꝙ ꝓ eo ⁊ nomine eius recipiat indulgentias. ⁊ ꝓ eo ⁊ nomine eius faciat elemoſynas ⁊ alia bona que fiunt in eccleſia que ordinata ſunt ad pene liberationē vel dimiſſionē.

¶ Illud aūt meritū cōditionale vocat̃. quia non meretur quis tali merito ſua ꝓpria operatione. ſed cū merebat̃ merito abſoluto ⁊ merito eſſentiali vitā eternā ⁊ premiū eſſentiale p ſuā ꝓpriā operationem tunc meruit quecūꝙ bona fierēt in eccleſia p deuotos ⁊ amicos ſuos poſt mortē ſuā nomine ſuo ſibi eſſent meritoria ad pene dimiſſionē ⁊ velociorē liberationē. Et iſta videtur expreſſe ſententia Aug. iñ. Enche. licet magis clare loquat̃ de hac queſtione ad Simplicianū in libro de octo queſtionibus. vbi ſic ait. Si dicant̃ bona facta p viuos ꝓdeſſe defūctis. quō huic operationi nō ſit contrariū quod ait apoſtolꝰ. Omnes aſtabimꝰ añ tribunal xpi vt referat vnuſquiſꝙ ꝓut geſſit in corpe ſiue bonū ſiue malū. Ammonet ergo hoc apoſtolica ſententia añ mortem fieri quod poſſit ꝓdeſſe poſt mortem. non tūc quando iā recipiendū eſt ꝓut vnuſquiſꝙ geſſit ante mortē. Et tunc ſubdit̃ verū hec queſtio ita ſoluit̃ cōmuni quoddā vite genere acquirit̃ dū in hoc corpe viuitur vt aliquid adiuuent iſta defūctos. Et p hoc que ſm ea que ſm corpus geſſerint eis que poſt mortē religioſe pro illis facta fuerit adiuuant̃. Nā meritū p quod illa ꝓſunt ſi nullis cooperatum eſt in hac vita. fruſtra poſt hanc vitā querit̃. ⁊ tunc concludit. Non eſt igitur negandū defunctorū animas pietate ſuorū viuentiū releuari cū ꝓ illis ſacrificium mediatoris offert̃ ⁊ alia bona fiūt. ſed eis hec ꝓſunt qui cum viuerēt hec vt ſibi poſt ea poſſunt ꝓdeſſe meruerunt.

¶ Puto ergo tenendū eſſe de queſtiōe ꝙ ſm intentionē beati Aug. bona facta ab exiſtentibus in peccato mortali meritoria ſunt exiſtentibus in purgatorio ad pene dimiſſionem vel velociorem liberationē. non ꝓpter meritū facientium. quia illi mereri non poſſunt cū ſupponant̃ eſſe i peccato mortali. ſed ꝓpter illos qui ſunt in purgatorio qui iam meruerunt per ea que iam geſſerunt in corpore dū ad huc viuerent vt ſi qua bona ꝓ eis fierēt. valerent eis poſt mortem. Unde Auguſtinus non dicit ꝙ ꝓpter hoc eis valeat ſi facta ſūt ex caritate vel que meruerunt illi qui faciūt. Sed dicit ꝙ eis ꝓſunt qui dum viuerent ſibi meruerūt vt poſt ea poſſint ꝓdeſſe poſt mortem

¶ Ad primum ergo eſt dicendū ꝙ illi qui ſūt in purgatorio ſubiiciūtur pape quantū ad meritum conditionale. licet non quantū ad meritum eſſentiale.

¶ Ad. ii. eſt dicendū ꝙ non eſt ſimile quia illi qui ſunt in purgatorio meruerunt p illa que geſſerunt in corpore abſolui noua abſolutiōe non tñ meruerunt ligari noua ligatione.

¶ Ad. iii. patet ſolutio. quia talia bona non ſunt meritoria illis qui ſunt in purgatorio ex parte facientis dūmodo ſit in mortali culpa. ſed ex parte eorum ꝓpter illa que geſſerunt in corpore p que meruerunt vt ſibi valerent poſt mortem. ſi fierent ꝓ eis aliqua bona. ⁊ p hoc patet ſolutio ad quartum.

Ad tertiū ſic ꝓcedit̃. videt̃. n. ꝙ papa p cōicationē indulgentie non poſſit totū locū purgatorii expoliare. quia nulla potentia inferior poteſt abſoluere ab eo quod ſuperior obligauit quacunꝙ indulgentia. ſed deus abſoluēdo homines a culpa eterna pena ligat eos in purgatorio. Papa ergo qui eſt inferior abſoluere non poterit per cōicationem indulgentie ⁊ p conſequens nec locum expoliare.

¶ Preterea vt cōicatio indulgētie valeat requiruntur tria. Puta dantis auctoritas. recipientis caritas. ⁊ cauſa p qua fit iuſticie equitas. vel eccleſie vtilitas. ſed ſi papa expoliaret totum locū purgatorii p cōicationē indulgētie nō eſſet in tali caſu indulgētia equitas iuſticie. ⁊ ſic per talem cōicationem purgatoriū non expoliaretur.

¶ Preterea papa non poteſt purgatorium expoliare niſi in virtute paſſionis xpi. Sed xpūs in ſua paſſione ⁊ morte quando deſcendit ad inferos non expoliauit purgatoriū. ergo multo minus papa per cōicationem indulgentie poteſt expoliare.

¶ Preterea ſi papa poteſt expoliare purgatorium ponamus ꝙ talis potentia reducatur ad actum. quia fruſtra eſt potentia que non reducitur ad actum. ⁊ ſi reduceretur ad actum. tolleretur ordo diuine iuſticie. que ſtatuit purgatorium eſſe vſꝙ ad diem iudicii.

¶ In contrarium eſt. quia maius eſt abſoluere p orationē ab aliqua pena infinita ꝙ p cōicationē indulgentie abſoluere a pena finita. ſ ponitur ꝙ beatus Grego. papa p ſuā orationem abſoluit traianū a pena inferni que eſt infinita. ergo multo fortius papa p cōicationē indulgentie poteſt abſoluere omnes qui ſunt in purgatorio a pena illa que eſt finita.

¶ Preterea omne infinitū poteſt exhaurire omne finitū ſibi ſubiectū. ſed papa eſt diſpēſator meriti xpi quod eſt infinitum. Ergo pōt exhaurire omnē penā purgatorii que eſt finita.

¶ R. dicendum ꝙ queſtio iſta vnū preſupponit ⁊ aliud querit. An papa p cōicationem indulgentie poſſit purgatoriū expoliare. rationabiliter aūt ꝓſupponit̃ eſſe purgatoriū. quia illud confirmat auctoritas apoſtoli. ⁊ ratio Auguſtini ⁊ conſuetudo eccleſie. Nā apoſtolus. i. ad Corinth. iii. expſſe dicit. ꝙ vniuſcuiuſꝙ opus quale ſit ignis probabit. quia ſi cuius opus pmanſerit ita ꝙ non ſit in eo aliquid cremabile quod ſupra edificauit mercedem accipiet. Si vero opus arſerit detrimentū patietur ipſe tñ ſaluus erit quaſi p ignem.

¶ Ratio vero Auguſtini in libro de igne purgatorii eſt talis. Scribitur. n. Sap. vii. ꝙ diuina ſapientia in cuius fruitione noſtra beatitudo conſiſtit. eſt emanatio quedā claritatis dei ⁊ nihil inquinatū in ipſam intrat. quia nō tranſibit p eam pollutus ⁊ immundus. vt ſcribitur Iſa. Sed peccatis venialibus cū quibꝰ multi tranſeunt de vita iſta. licet anima nō occidatur. tñ quibuſdā puſtulis horrenda ⁊ maculata fit. vt ad amplexū celeſti ſponſi admitti non valeat. niſi igne purget̃. vt ibi Auguſtinꝰ dicit. ergo neceſſarium eſt ignem purgatorium dare.

¶ Confirmat hoc ſimiliter cōſuetudo eccleſie que orat ꝓ defunctis. que quidem orationes fruſtra eſſent ſi non eſſet aliqua pena purgatorii. cū predicte orationes non proſint illis qui ſunt in inferno. Nec illis qui ſunt in paradiſo Unde manifeſtum eſt illos errare qui volentes intrare errorem origenis ponentis omnes penas poſt mortem eſſe purgatorias ⁊ terminabiles.

¶ In contrarium errorem ꝓlapſi ſunt ponētes nullam penam poſt mortem eſſe purgatoriam. ſed ſancta mater eccleſia tenet in medio quia ponit poſt mortem penas aliquas purgatorias eſſe eorum dūtaxat qui abſꝙ peccato mortali decedunt de hac vita. non tamen cū Origene confitetur omnes penas eſſe purgatorias. ymmo eos qui cum peccato mortali decedūt confitetur cum dyabolo ⁊ angelis eiꝰ eſſe eternaliter cruciandos.

¶ Quantum vero ad illud quod queſtio querit. vtrum papa poſſit p cōicationem indulgētie ſpoliare purgatorium. videtur eſſe dicendū ꝙ papam poſſe ſpoliare purgatorium tripliciter poteſt intelligi.

¶ Primo quantum ad abſolutam eius iuriſdictionem.

¶ Secundo quantum ad eius ordinatam executionem.

¶ Tertio quātum ad diuinam acceptionem ita vt ſi faceret ꝙ deꝰ acceptaret. primo modo

puto ꝙ poteſt expoliare purgatoriū quantum
ad omnes illos qui ſubijciunt iuriſdictiōi ſue
ſcḋm meritū cōditionale vt ꝙ ſint aliqui qui fa/
ciant ꝓ illis illa ꝓpter que ordinate ſunt indul
gentie ⁊ ſuffragia eccleſie valere Nā ſcḋm Aug.
illis ꝓſunt indulgētie ⁊ ſuffragia eccleſie. qui
dum viuerent meruerunt ſibi ꝑ caritatem vt ꝓ
deſſent eis poſt mortē. ſi qua bona ꝓ eis fierēt
ꝑ amicos ⁊ deuotos. Exiſtentes ergo in pur/
gatorio carentes talibus qui ꝓ eis faciāt illa
ꝓpter que ordinate ſunt indulgentie valere. ef/
fectum indulgentie conſequi non valēt. quia
⁊ ſi poſſunt eis indulgentie applicari ꝑ inten/
tionē dantis nō tn̄ poſſunt eis applicari quā
tum ad cauſam ꝓpter quā ordinate ſūt indul
gentie valere. Similiter quantū ad illos qui
ſubijciunt iuriſdictiōi ſue ſcḋm meritū ſacramē
tale. nā ſolū illi ſunt de foro pape qui ſaluant̄
⁊ qui decedunt cū caritate ad purgatoriū qui
de lege cōi fuerunt ḋ foro eccleſie militantis ꝑ
gratiā ſacramentorū. Vn̄ ſup illo verbo apo.
i. ad Chorinth. v. quid mihi de his que foris
ſunt iudicare. nōne de his que ſunt intus iudi
camus. nā eos qui foris ſunt iudicabit deus.
Dicit glo. ꝙ iudicare de his que ſunt extra ec/
cleſiā prelatis eccleſie nō eſt conceſſum. quia
ergo multi poſſunt eſſe in purgatorio ⁊ forte
ſunt qui non fuerunt de foro eccleſie militātis
dū viuerent. ſed imediate deus eos ſaluos fe
cit ꝑ ſuā gratiā quam ſacramentis eccleſie nō
alligauit. Vult tn̄ deus eos punire in purga/
torio ſcḋm taxationē ſue iuſticie. quātū ad tales
qui non ſubijciunt iuriſdictioni pape ſcḋm me/
ritū ſacramentale. cōicatio indulgentie nō ha/
bet locū ita ꝙ puto duo genera ꝑſonaꝝ eſſe in
purgatorio vel ſaltem poſſe eſſe que ꝓpter nō
ſubijciunt iuriſdictioni pape ⁊ quibus indul
gentie applicari non poſſunt ꝑ papā quantū
ad ſatiſfactionē pene. Primo illi qui carent
merito conditionali. ⁊ qui carent illis qui pro
eis faciant illa ꝓpter que ordinate ſunt indul
gentie valere. Secūdo illi qui carent merito ſa
cramentali. Et qui ſaluati ſunt preter commu
nem legem ⁊ gratiā ſacramentorum. tales enī
immediate ſaluant̄ ꝑ gratiam dei ſacramētis
non alligatam. ita vt immediate a deo puniā
tur ⁊ a pena purgatorij relaxant̄ ſcḋm taxationē
ſue iuſticie. Preter iſtos ergo duos gradus ꝑ
ſonarum quantū ad omnes alios puto ꝙ pa
pa poſſit purgatoriū expoliare. Et illud ꝓba
tur tali ratione. papa poteſt omniū illoꝝ pe
nam tollere ꝑ ſatiſfactionem ⁊ cōicationem in
dulgentie in quibus poteſt vti clauibus eccle
ſie. Et dico ꝑ cōicationē indulgentie. quia pa
pa poteſt vti clauibus ad remiſſionem pecca/
torum dupliciter.

Primo mediante ſacramento vt baptiſan
do. vel confeſſiones audiendo

Secundo ſine ſacramento indulgentias fa
ciendo ⁊ ſuffragia eccleſie cōicando.

In primo caſu tantum poteſt papa quan/
tam poteſtatem deus dedit ſacramento ita ꝙ
non melius datur ſacramentū a meliori ⁊ de
terius a peiori vel a minori. quia ſcḋm Auguſti.
ꝑ diuerſos miniſtros dei munus equale.

In ſecundo vero caſu papa tantum poteſt
quantam poteſtatem deus dedit officio. De q̄
poteſtate ſcribitur Math. xvi. Tibi dabo cla
ues regni celorum. Iſto nāq; modo papa po
teſt ꝑ cōicationem indulgentie omnium illoꝝ
penam tollere. in quibus poteſt vti predictis
clauibus eccleſie. Sed papa poteſt vti claui/
bus eccleſie in omnibus qui ſunt in purgato/
rio ſubiectis iuriſdictioni ſue quantum ad me
ritum conditionale. quia omnes tales habēt
ꝓ eis poſt mortem illa ꝓpter que indulgētia
ordinata eſt valere. ⁊ quantum ad meritum ſa
cramentale. quia omnes tales fuerunt eccleſie
milites. ⁊ ſaluati ſunt ſcḋm cōmunem gratiam
ſacramentalē. Ideo omnes poſſunt ſtipēdiari
theſauro eccleſie. Sequitur ergo quantū ad
omnes predictos ꝙ papa poſſit purgatoriū
ſpoliare. Loquēdo ergo de poteſtate pape pri
mo modo quantum ad abſolutam eius iuriſ/
dictionem. videtur eſſe dicendū ꝙ papa poſ
ſit purgatorium ſpoliare. quantū ad omnes
iſtos qui ſubijciuntur iuriſdictiōi ſue. Loquē
do vero ſecundo modo de tali poteſtate quā/
tum ad eius ordinatam executionem. puto ꝙ
papa non poſſit nec debet ⁊ illud ꝓbatur tri/
bus rationibus

Prima eſt talis poteſtia pape iuſta ⁊ ratio
nalis non reducitur nec debet reduci ad actū
per voluntariam affectionem. ſed ꝑ rationabi
lem rationem. Sed ſi talem potentiam papa
reduceret ad actum vt ꝙ totum purgatorium
ſpoliaret. non eſſet ibi legitima ratio. ſed po/
tius voluntaria affectio. ergo tali legitima po
teſtate papa non poteſt nec debet.

Secunda ratio eſt talis. papa illud poteſt
recto vſu clauiū ordinaria ⁊ legitima poteſta
te quod facit poteſtate nō excedente ⁊ claue ſci
entie non errante. ſed ſi totum purgatoriū ſpo
liaret. eſſet exceſſus poteſtatis ⁊ error ſcientie.
quia non eſſet iuſta ⁊ rationabilis cauſa vt di
ctum eſt. ergo legitima ⁊ rationabili poteſtate
illud non poteſt nec debet.

Tertia ratio eſt talis. legitima ⁊ ratiōabili
poteſtate theſaurꝰ eccleſie non eſt aperiendus niſi
militibus eccleſie. ⁊ illud dūtaxat pro vtilitate
reipublice. quia ſicut videmus ꝙ theſaurꝰ cor
poralis non diſpenſatur niſi militibus pro re
publica laborantibus. ſic theſaurus ſpiritua/
lis aperiri non debet niſi ꝓ vtilitate eccleſie. ſꝫ
multi ſunt in purgatorio qui non fuerunt mili
tes eccleſie militantis ſcḋm vniuerſalem legem.
⁊ ſcḋm gratiam cōmunem ſacramētalem. Mul
ti ſunt ſimiliter qui carent illis qui faciunt ꝓ
eis pertinentia ad vtilitatem eccleſie ꝓ qua or
dinatū eſt indulgentias valere. ergo poteſtate
legitima ⁊ ordinaria talibus theſaurus eccle
ſie aperiendus non eſt. Sed loquendo tertio
modo quantum ad diuinam acceptionem. vt
ſi papa illud faceret quod applicaret intentio
nem ſuam indulgentiam cōmunicando om/
nibus qui ſunt in purgatorio volendo predi/
ctum locū expoliare. an deus haberet acceptū
Dico ꝙ ignotum eſt mihi ⁊ puto ꝙ ignotū ſit
cuilibet creature. ⁊ ipſi pape met. Nec credo ꝙ
papa poſſit ſcire totum quod poteſt facere per
potentiam ſuam. ⁊ potiſſime quod poteſt fa/
cere ꝑ cōmunicationem theſauri eccleſie. ⁊ iſtud
ſimiliter ꝓbatur tribus rationibus quarum.

Prima eſt talis. Illa potentia eſt homini
ignota que eſt in virtute voluntatis ⁊ equita/
tis ſibi ignote. ſed papa agit in virtute ⁊ equi
tate dei que ſibi eſt ignota. ſimiliter poſſe pa/
pe eſt ignotum.

Secunda eſt talis. quādo aliqua duo ſūt
relatiua ad inuicem. ſi vnū relatiuorū eſt igno
tum ⁊ reliquum. ſed potentia ⁊ actus ſunt re/
latiua. Ergo cum potentia pape ſit infinita.
quia eſt reſpectu theſauri infiniti ⁊ omne infi/
nitum ſit ignotum. erit ſimiliter actio eiuſdem
potentie ſibi ignota.

Tertia eſt talis. nā dupliciter poteſt homo
ſatiſfacere ꝓ delicto.

Primo ſatiſfactione exigentie. ⁊ ſic quili/
bet ſatiſfacit ꝓ ſeipſo.

Secundo ſatiſfactione condecentie. Et ſic
vnus poteſt ſatiſfacere ꝓ alio. ſed in cōmuni/
catione indulgentie attenditur ſatiſfactio con
decentie qua theſauro paſſionis xp̄i ſatiſfit ꝓ
pena illorum qui ſunt in purgatorio. Cū ergo
talis ſatiſfactio cōſiſtit in dei acceptatiōe ſicut
acceptatio dei eſt ignota pape ⁊ cuilibet crea/
ture. ita vt ⁊ talis ſatiſfactio que fit per cōmu
nicationem indulgentie. ignota eſt ſibi.

Ad primam ergo rationem in contrariū eſt
dicendum ꝙ potentia inferior poteſt abſolue/
re ad quod potentia ſuperior obligauit. ſcḋm ta
men ordinationem potentie ſuperioris. Sed
xp̄s ordinauit abſolutos a culpa abſolui a pe
na purgatorij per ſatiſfactionē paſſionis ſue
⁊ ſic papa abſoluit ſcḋm talem ordinem.

Ad ſecundum eſt dicendum. ꝙ bona eccle/
ſie vt cōmunicatio ſuffragiorum ⁊ indulgen/
tiarum dupliciter poſſunt valere fidelibus

Primo per modum meriti. ⁊ ſic valēt om/
nibus qui ſunt in caritate. ſiue ſint in purgato
rio ſiue in preſenti vita. quia omnes gaudent
de bonis que fiūt in radice caritatis.

Alio modo per modum ſatiſfactionis pene
⁊ iſto modo valent illis qui faciunt vel ꝓ qui
bus fiunt illa ꝓpter que ordinatum eſt indul
gentias valere. vnde concedo ꝙ ſi ꝓ eis talia
non fiant. non valent eis indulgētie ad ſatiſ/
factionem pene

Ad tertium eſt dicendum ꝙ xp̄s principali
ter paſſus eſt ꝓ ſatiſfactiōe peccati originalis
⁊ ideo cum deſcendit ad inferos non ſpoliauit
purgatorium. ſed ſpoliauit limbum ſanctorū
patrum. qui ibi detinebant̄ ꝓ dicto peccato

Ad quartum eſt dicendum ꝙ potentia pa/
pe eſt potentia rationalis. ⁊ ideo legitima cau
ſa ⁊ ratione exiſtente debet reduci ad actū iſtū
qui eſt cōmunicatio indulgentie. ⁊ ſi ſic redu/
citur. ordo diuine iuſticie non deſtruitur. Sed
includitur.

Ad quartum ſic proceditur. Videtur
enim ꝙ papa per cōmunicationē in
dulgentie non poſſit contritos ⁊ con
feſſos ſic a tota pena ⁊ a culpa abſoluere vt nō
tranſeant per ignē purgatorij. quia papa nō
poteſt contra ordinem diuine iuſticie. Sed ſic
abſoluendo tolleretur ordo diuine iuſticie.
Qua taxatum eſt ꝙ pro tanta culpa debeat pa
ti tantam penam.

Preterea vnum infinitum non poteſt tol/
lere niſi vnum infinitum. Sed cuilibet pecca
to mortali debetur pena infinita. ergo theſau
rus eccleſie qui eſt infinitus. non poterit tolle/
re niſi penam vnius peccati mortalis.

Preterea. ſi contriti ⁊ confeſſi per cōmuni/
cationem indulgentie abſolui poſſent ab om
ni culpa ⁊ pena. ſtatim euolarent abſq; pena
purgatorij. ſed hoc eſt falſum. quia multa pec
cata poſſunt haberi de quibus confeſſi nō ſūt
aut ꝓpter ignorantiam aut ꝓpter obliuionē.
ex quibus nihil deperit diuie iuſticie quin pu/
niatur in purgatorio.

Preterea ſi contriti ⁊ confeſſi ſtatim euo/
larent per talem indulgētiam. periret equitas
iuſticie ⁊ perfectio caritatis. quia vnus illorū
qui conſecuti ſunt indulgentiam poteſt eſſe in
maiori caritate ꝙ aliꝰ ⁊ plura fecit ꝓ vtilitate

reſpublice ꝙ̄ alijs. clctus ergo debet euolare.
¶ In contrarium eſt. quia papa poteſt totū purgatorium ſpoliare per communicationē indulgentie vt in alia queſtione dictū eſt: ſaltē quantum ad illos qui ſubijciuntur iuriſdictioni pape. ergo poteſt per talem communicationem contritos ⁊ confeſſos a tota culpa abſoluere.

¶ R. dicendum. ꝙ vt communicatio indulgentie habeat completum ⁊ vniuerſalem effectum quantum ad totam remiſſionem peccatorum inter contritos ⁊ confeſſos ita. vt ſi decedentes ſtatim euolent: ⁊ per purgatorium non tranſeant.

¶ Aliqua requiruntur ex parte indulgentiā facientis.

¶ Aliqua ex parte recipientis.

¶ Aliqua ex parte talem indulgentiam conſecuturos retardantis vt non ſtatim euolent. ꝓpter primum eſt intelligendū ꝙ papa qui eſt vniuerſalis diſpenſator theſauri eccleſie. non poteſt predictum theſaurū aperire niſi quibꝰ ipſum applicat per claues eccleſie. Aliquid ergo requiritur ex parte ipſius applicationis vt totalis vel partialis intentio vt videlicet applicet intentionem ſuam vel ad partem vel ad totam remiſſionem peccatorum.

¶ Ex parte vero clauis potentie requiritur recta ⁊ determinata iuriſdictio. vt ita ſit rectus vſus talis clauis ſcientie. ꝙ terminum ſue iuriſdictionis non excedat. vtpote ꝙ faciat indulgētias quibus non poteſt. ⁊ de quibus

¶ Sed ex parte clauis ſciētie requiritur cognitio ⁊ iuſta diſcretio. vt ſic ſit rectus vſus talis clauis ſcientie. quatinus indulgentiam faciat non ꝓ libera voluntate ⁊ affectione. ſed ſm iuſtam cauſam vtilē ⁊ rationabilem. Tria itaqꝫ requiruntur ex parte facientis indulgentiam.

¶ Primo eius voluntas applicantis determinata intentio

¶ Secundo clauis potentie rectus vſus ⁊ determinata iuriſdictio.

¶ Tertio clauis ſcientie recta ⁊ determinata diſcretio. Et quodcunqꝫ iſtorum triū ex ꝑte facientis indulgentiam deficit. puto ꝙ ipſa indulgentia non conſequatur effectum ſuum. ſaltē totum ⁊ complete. Propter ſecundum eſt intelligendum ꝙ ex parte recipientis indulgentiam tria ſimiliter requiruntur.

¶ Primo ꝙ talis qui conſequitur indulgentiam habeat fidem in intellectu qua credat eccleſiam talem indulgentiam poſſe facere. quia ſi illud non crederet nihil reciperet.

¶ Secundo ꝙ habeat caritatem in affectu vt ꝙ ſit vere contritus ⁊ confeſſus. Nam per contritionem homo reconciliatur deo. per confeſſionem reconciliatur eccleſie. ⁊ tunc numero ⁊ merito eſt de numero militum eccleſie. quibus theſaurus debet aperiri ꝓ ſatiſfactione pene.

¶ Tertio ꝙ habeat impletionem cauſe pro qua fit indulgentia in affectu. ⁊ ꝙ compleuerit voto ⁊ affectu illud ꝓ quo facta eſt indulgētia. Et iſta tria tangit papa in forma concilij generalis dicens. Omnibus qui laborem ꝓprijs perſonis ⁊ expenſis ſubierint. plenā ſuorum peccaminum. de quibus veraciter fuerūt contriti corde ⁊ ore confeſſi. veniam indulgemus. His autem qui proprijs expenſis iuxta facultatem alios deſtinauerint. vel alienis expēſis in proprijs ꝑſonis. acceſſerint. ſimiliter plenam indulgentiam concedimus ſuorū peccatorum.

¶ Ex parte ergo recipientis indulgentiam requiritur ꝙ habeat fidem in intellectu ⁊ caritatem in affectu. ſaltem quantum ad coniecturā vere confeſſionis ⁊ contritionis. ⁊ tertio ꝙ habeat completionem cauſe. ꝓ qua facta eſt indulgentia in effectu. Et quodcunqꝫ iſtorum trium deficiat. ex parte recipiētis indulgentiā puto ꝙ effectum eius non conſequitur cōpletum. ¶ Propter tertium autem eſt ſciendum ꝙ quatuor poſſunt retardare conſecuturos talē indulgentiam ſm modum ſupradictū vt non ſtatim euolent.

¶ Primum eſt forme indulgentie taxatio vt ſi dicatur indulgentiam ſibi plenam omniū peccatorum ſuorum de penitentia ſibi iniūcta indulgemus. tunc ſi moriretur non ſtatim euolaret. quia maior penitentia debuit ſibi iniūgi ꝙ̄ ſibi fuerit iniuncta ⁊ ꝓ illa que debuit iniūgi punitur in purgatorio

¶ Secundum eſt alicuius peccati ignorātia vel obliuio. quia non niſi de confeſſis conſecutus eſt indulgentiam.

¶ Tertium eſt peccati mortalis ſequentis indulgentiam perpetratio. de quo licet poſtmodum confiteatur pro ſatiſfactione tamen eius non conſecutus eſt indulgentiā.

¶ Quartū eſt culpe venialis expurgatio cū qua contriti ⁊ confeſſi poſſunt decedere. quia ſimul ſtat cum gratia. a qua ſm Auguſtinum: niſi anima expurgetur. ad amplexum celeſtis ſponſi admitti non poteſt. ſi ergo iſta quatuor contritis ⁊ confeſſis non impediant ⁊ concurrant illa que dicta ſunt ex parte faciētis indulgentiam ⁊ ex parte recipiētis puto ꝙ papa ſic poteſt a tota pena ⁊ culpa abſoluere vt ꝑ ignē purgatorium nō tranſeant. ⁊ illud ad preſens probatur tribus rationibus.

¶ Prima talis eſt. xp̄s poteſt totam penam tollere. ergo ⁊ papa. iſta cōſequentia ꝓbatur per Glo. ſuper iſto verbo .ij. ad Chorinth. ij: Si quid vobis condonaui ꝓpter vos donaui in perſona xp̄i. vbi dicitur. ac ſi xp̄us cōdonaſſet ne irrita videatur donatio que propter amicos fit.

¶ Secunda eſt talis. vnus poteſt pro alio ſatiſfacere ſm intentionem facientis. Sed xp̄us meritum ſue paſſionis applicauit pro ſatiſfactione omnium de eccleſia. ergo applicatū eis per cōmunicationem indulgētie modo ſupradicto pro omnibus eſt ſatiſfactum.

¶ Tertia eſt talis. quod eſt valoris īfiniti debitum quodcunqꝫ poteſt ſoluere. Sed meritū paſſionis xp̄i fuit valoris infiniti. Iuxta illud Sap. vij. Infinitus eſt theſaurus datus hominibus. quo qui vſi ſunt. facti ꝑticipes amicitie dei. debitum ergo quodcūqꝫ potuit ⁊ poteſt ſoluere.

¶ Ad primum ergo dicendum. ꝙ ordo diuine iuſticie non tollitur. quia culpe correſpondet pena. vel ſua vel alterius pro ipſo. ⁊ in cōmunicatione indulgentie tollitur pena ꝓ culpa. ratione pene xp̄i patientis ꝓ ſuis mēbris

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ culpe mortali debetur infinita pena ratiōe dei offenſi qui eſt infinitus. ⁊ ideo ex virtute eius poterit relaxari omnis pena debita culpe in eum cōmiſſe

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ retardat in purgatorio pro peccato non confeſſo. ſicut ſupra dictum eſt.

¶ Ad quartum eſt dicendum. ꝙ dūmodo impleat cauſam indulgentie. exiſtens in maiori caritate vel minori. vel faciens plus ꝓ vtilitate eccleſie vel minus. ſm formam datā quilibet pariter euolat. Sed vnꝰ de premio eſſentiali plus conſequitur de gloria ꝙ̄ alius.

## Queſtio. XXXIIII. de illis qui ſunt infra terram qui nec ſūt nec fuerunt in eccleſia.

Deinde conſiderandum eſt de illis qui ſunt infra terram. Qui nec ſunt nec fuerunt de eccleſia

¶ Circa quod queruntur quatuor.

¶ Primo vtrum papa per cōmunicationem indulgentie poſſit abſoluere pueros non baptiſatos.

¶ Secundo vtrum papa per communicationem indulgentie poſſit abſoluere pueros non circumciſos.

¶ Tertio vtrum papa per cōmunicationem indulgentie poſſit limbū puerorū expoliare

¶ Quarto vtrum papa per cōmunicationē indulgentie poſſit pueris in limbo exiſtentibꝰ ianuam paradiſi aperire.

Ad primum ſic proceditur. Videtur. n. ꝙ papa per cōmunicationem indulgentie poſſit pueros non baptiſatos liberare. quia impotentia maxime meretur indulgentiam recipere. Sed pueri non potuerunt peccatum originale vitare. ergo indulgētia maxime eis debetur.

¶ Preterea indulgentie fiunt virtute paſſionis xp̄i. Sed pueri ſunt potiſſime capaces meriti paſſionis xp̄i. cum nō contraxerint niſi originale peccatum. ad quod tollēdum xp̄s principaliter paſſus eſt

¶ Preterea Qui per alium peccauerunt iuſtum eſt per alium liberari Sed pueri per aliū peccauerunt. qꝛ per Adam. Iuſtum ergo eſt ꝑ ieſum xp̄m liberari. Dicit. n. apoſtolus ad Roma. v. quia ſicut vnius hominis delicto multi mortui ſunt. ita vnius hominis gratia domini dei in plures abundauit.

¶ In contrariū eſt. quia indulgentia non cōmunicatur niſi habēti gratiam. Sed pueri nō habuerunt gratiam perſonalem. quia non habuerunt vſum liberi arbitrij. nec gratiam ſacramentalē. quia non fuerunt baptiſati. ergo eis indulgentia cōmunicari non poteſt.

¶ R. Dicendum ꝙ indulgentie fiunt de theſauro eccleſie collecto ex merito paſſionis xp̄i ⁊ apoſtolorum martyrum. Illi ergo poſſunt ſtipendiari tali theſauro qui fuerunt xp̄i milites xp̄i autem militiam homo profitetur in baptiſmo. quia tunc conſepelitur morti xp̄i per quā ipſe de dyabolo triumphauit. Iuxta illud ad Roma. vi. Conſepulti. n. ſumus cum xp̄o per baptiſmū in morte vt quomodo ſurrexit xp̄s a mortuis per gloriam patris. ita ⁊ nos in nouitate vite ambulemus. Pueri ergo nō baptiſati quia non fuerunt conſignati militia xp̄i ꝑ baptiſmum. theſauro paſſiōis xp̄i ſtipendiari non poſſunt

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ peccatū puerorum remiſſibile eſt xp̄i paſſione. Sed ꝙ non remittatur prouenit ex eorum indiſpoſitione. ſicut peccatum veniale quātum eſt de ſe non meretur eternam penam. Sed ꝙ eternaliter puniatur in dānatis hoc eſt ratiōe adiuncti

quia coniunctum eſt mortali peccato cum quo
ipſi damnati deceſſerunt

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ pueri nõ ba
ptiſati capaces eſſent meriti paſſionis chriſti
ſi deſtitiſſent eſſe membra Ade per cuius pec/
catum originale contraxerunt. Et effecti eſſent
membra xp̄i cuius morte tale peccatum dele/
tum eſt. Sed per carentiam baptiſmi carẽt ta
li tranſlatione. vt deſiſterent eſſe membra Ade
⁊ efficerentur membra xp̄i. ⁊ per conſequens ca
rent fructu indulgentiam paſſionis xp̄i.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ ſicut pueri pec/
cauerunt per alium. ita per alium ab illo pecca
to liberari potuiſſent ſi illi per quem poterant
liberari fuiſſent incorporati per gratiã perſo
nalem vel per gratiam ſacramentalem. ⁊ quia
neutrum habuerunt liberari non potuerũt

Ad ſecundum ſic proceditur. Videtur
enim ꝙ papa per cõmunicationẽ in/
dulgẽtie poſſit abſoluere pueros nõ
circumciſos. quia poſt aduentum xp̄i circumci
ſio nihil operatur ad ſalutẽ. Unde dicit apo/
ſtolus ad Gallath. v. ꝙ in xp̄o ieſu neq̃ circũ
ciſio aliquid valet neq̃ p̄puciũ. propter pri
uationem ergo circumciſiõis pueri non debẽt
priuari indulgentia xp̄i.

¶ Preterea ſancti patres per paſſionem xp̄i
fuerunt liberati. multo ergo magis per indul/
gentiam xp̄i eorum filij debent liberari.

¶ Preterea circumciſio non conferebat gra/
tiam ex opere operato. ſed ex opere operantis.
quia ſicut lex vetus nihil ad perfectum dedu/
xit. vt dicitur ad Hebre. vij. ſic circumciſio que
erat ſacramentum illius legis nihil ad perfe/
ctum deducere potuit. pueri ergo non haben/
tes vſum rationis. ex quo per fidem ꝓpriam
gratiam recipere non potuerunt per priuatio/
nem circumciſionis. fructu paſſionis xp̄i priua
ri non debent.

¶ In contrarium eſt. quia nulli poteſt cõmu/
nicari indulgentia niſi ſit numeratus in popu
lo dei ⁊ membrum xp̄i factus. Sed ſcribitur
Geñ. xvij. Ille cuius prepucij caro circumciſa
non fuerit. peribit de populo meo. quia pactũ
meum irritum fecit. pueris ergo non circumci/
ſis indulgentia non poteſt cõicari

¶ R. Dicendum ꝙ ſiue in circumciſione con/
ferretur gratia ex ipſius circumciſiõis efficacia
ſiue ex ipſius dei pactione ⁊ inſeparabili con
comitãtia. quia deus ſic pepigit cum populo
illo. ꝙ quicunq̃ reciperet illam circumciſionẽ
gratiam reciperet. ⁊ a peccato originali mũda
retur vt aliqui dicunt. Idem tamen auxilium

ſalutifere curationis contra originalis pec/
cati vulnus agebat circumciſio in veteri lege.
quod nunc agere baptiſmus conſueuit tem/
pore reuelate gratie. excepto hoc ſolũ ꝙ regni
celeſtis ianuam nunq̃ intrare poterant. tantũ
in ſinu Abrahe poſt mortem beata requie con
ſociati ſuperne pacis ingreſſum felici ſpe expe
ctabant. vt expreſſe dicit Beda ſuper Lucam.
Sicut ergo pueri non facti membra xp̄i in le/
ge noua per baptiſmum indulgentiam xp̄i re
cipere non valent. ita pueri non facti membra
xp̄i in veteri lege per circumciſionem recipere
non poſſunt

¶ Ad primum ergo eſt dicendum. q̄ circumci
ſio nihil operatur ad ſalutem illis qui per ba
ptiſmum tenentur effici membra xp̄i poſt eius
aduentum in noua lege. Sed in veteri lege nõ
tenebantur effici per baptiſmum membra xp̄i
ipſo nondum inſtituto. ymmo per circumciſio
nem pro illo ſtatu locum baptiſmi tenentem.
Ideo eadem ratio eſt de priuatione vtriuſq̃.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ non eſt ſimi
le. quia in ſanctis patribus erat gratia ꝑſona
lis ⁊ ſacramentalis ꝑ quã mẽbra xp̄i ſunt effe
cti. ⁊ effectũ paſſionis eius perceperunt quod
non fuit de eorum filijs.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ ſi conferebatur
gratia ex vi ſacramenti aut ex ipſius circumci/
ſionis efficacia. propter ipſius tamen dei pa/
ctionem ⁊ ordinationem conferebatur ex qua/
dam inſeparabili concomitantia.

Ad tertium ſic proceditur. Videtur. n.
ꝙ papa per cõmunicationem indul/
gentie poſſit limbum puerorũ expo
liare. Quia maior eſt pena ſenſus q̃ pena dã
ni. cũ pena damni minima dicatur eſſe. Sed
locus purgatorij in quo exiſtentes puniuntur
pena ſenſus expoliari poteſt per cõmunicatio
nem indulgentie. ⁊ finaliter locus ille ex meri/
to paſſionis xp̄i totaliter deſtrueretur. Ergo
multo fortius limbus puerorum poteſt expo/
liari per cõmunicationem indulgentie in quo
exiſtentes puniuntur ſolum pena damni.

¶ Preterea in limbo puniuntur illi qui ſunt
pro peccato originali. Sed per paſſionem xp̄i
fuit ſpoliatus limbus ſanctorum patrum qui
pro tali peccato ibidem tenebantur. ergo mul
to magis per indulgentiam paſſionis xp̄i lim
bus puerorum poteſt expoliari

¶ Preterea limbus puerorum ponitur eſſe in
centro terre. cum ponatur eſſe quedam pars
inferni. Si ergo non expoliaretur. inclinatio na/
ture fruſtraretur. quia tunc grauia ad centrũ
terre non poſſent.

¶ In contrarium eſt. quia locus non poteſt
expoliari permanente locato. Sed pueri non
baptiſati ⁊ non circumciſi perpetuo ibi rema
nebunt. Ergo predictus locus expoliari non
poteſt.

¶ R. Dicendum ꝙ ſicut dicit Gregorius. xix.
Moraliũ. occulta inferni nullo nobis natu/
rali ſenſu penetrantur. Auguſtinus tñ vnum
de iſtis occultis conatus eſt penetrare. Alte/
rũ vero ſub dubio ⁊ impenetratum relinquit.
Hoc enim aſſerit certum de inferno ꝙ nunq̃
infernus in bonum accipitur. Unde dicit. xij.
ſuper Geñ. Nondum inueni ⁊ adhuc quero.
nec mihi occurrit inferos alicui in bonam par
tem poſuiſſe ſcriptura dũtaxat canonica. Ubi
autem ſit ⁊ in quo loco terre vel mundi in li.
de ciui. dei ſub dubio impenetratũ relinquit.
xij. tamẽ ſuper Geneſ. aſſertiue videtur loqui
ꝙ infernus ſit infra terram ꝓpter tria.

¶ Primo propter nominis interp̄tationem
Quia inferi eo ꝙ in terra ſint latine appellã
tur. Sicut enim ſcḋm ſpiritũ inferiora ſunt om
nia terreſtria. ita ſcḋm corpus vt ait inferiora ſũt
omnia grauiora cuiuſmodi terra eſt.

¶ Secundo propter congruam ſignificatio/
nem. Nam quia defunctorũ anime amore in
ferioris carnis peccauerunt. digne mortue car
ni hoc exhibetur vt ſub terra recõdatur.

¶ Tertio propter xp̄i viſitationẽ. Quia xp̄s
viſitaturus infernum ad inferiores partes ter
re dicitur deſcendiſſe. Iuxta illud apoſtoli ad
Ephẽ. iiij. ꝙ autem aſcẽdit quid eſt niſi quia
⁊ deſcendit primũ ad inferiores partes terre.
in quibus quatuor loca erant ante eius mor/
tem

Unus inferior. puta infernus damnatorũ
Alius ſuperior vt limbus puerorũ.
Tertius adhuc illo ſuperior vt locus pur
gatorij.

¶ Quartus adhuc illo ſuperior. vt limbus
ſanctorum patrum. quem xp̄s expoliauit. Iu
xta illud Zacha. ix. Tu autem in ſanguine te
ſtamenti tui eduxiſti vinctos de lacu in quo
non erat aqua. Locus vero purgatorij nõ ſpo
liabitur vſq̃ ad finem mundi. Alia vero duo
intacta eternaliter permanebunt.

¶ Ad primum ergo eſt dicẽdum ꝙ non ſemꝑ
quãdo tollitur minus poteſt tolli maius. gra
tia enim poteſt tollere peccatum mortale ⁊ nõ

tollit peccatum veniale. Non enim valet talis
propoſitio niſi quando minus ordinatur ad
maius ⁊ econuerſo. vel poteſt dici ꝙ licet pe/
na damni ſit minima reſpectu pene ſẽſus quã
tum ad doloris perceptionem. non tamen eſt
minima quantum ad perpetuam durationem

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ non eſt ſi/
mile. quia ſancti patres non detinebantur in
limbo pro peccato originali vt erat infectio ꝑ
ſone. quia ſic a tali peccato purgati erant per
gratiam ſacramentalem ⁊ perſonalem. Deti/
nebãtur ergo ibi ſolũ pro tali peccato. vt erat
infectio nature donec per xp̄i paſſionem ꝓ to
ta humana natura precium ſolutum eſt ſic aũt
non eſt de pueris.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ non eſt incon/
ueniens ꝙ virtute diuina impediantur grauia
ne ad centrum terre deſcendant. ſicut in terra
ſunt multe cauerne ad quas grauia non deſcẽ
dunt.

Ad quartum ſic proceditur. Videtur
enim ꝙ papa per cõmunicationẽ in
dulgentie poſſit pueris exiſtentibus in
limbo ianuam paradiſi aperire. quia poteſt
aperire damnatis. ergo multo magis pueris
Scribitur Luc. xv. ꝙ diues ille exiſtens in tor
mentis damnatorum vidit Lazarum in ſinu
Abrahe. quia ſinus Abrahe ſcḋm Auguſtinum
xij. ſuper Geñ. cũ accipiatur niſi in bono nõ
poteſt inferni nomine comprehendi

¶ Preterea videre xp̄m eſt paradiſus. iuxta
illud Ioh. xiij. Hec eſt vita eterna vt cogno
ſcant te ſolum verum deum ⁊ quem miſiſti ieſũ
xp̄m. Sed pueri ⁊ õnes angeli videbunt xp̄m
quia videbit eum omnis oculus etiam qui eũ
pupugerunt. vt ſcribitur Apoc. i.

¶ Preterea pueri priuati ſunt luce ſpirituali
non corporali. ergo ſaltem paradiſus corpo/
ralis poteſt eis aperiri.

¶ In contrarium eſt. quia dolor ⁊ pena non
compatiuntur ſe cum gaudio paradiſi. Sed
pueri ſunt in doloribus penarum multo ma/
gis q̃ ſancti patres liberati per xp̄m. De qui/
bus tamen dicitur Act. ij. Deus ſuſcitauit xp̄m
a mortuis ſolutis doloribus inferni. iuxta qḋ
impoſſibile erat illum teneri ab eo.

¶ Riſo. ꝙ ſcḋm Auguſtinum. xij. ſuper Geñ.
q̄uis omnis regio omni anime bone ſit poſ/
ſit paradiſus appellari merito. dupliciter ta/
men paradiſus accipitur

¶ Primo pro loco corporali vbi primus ho
mo creatus eſt.

¶ Secundo pro loco celeſtiali. vt ꝓ celo ipſo
empyreo vbi anime beatorum diuina beati

tudine fruuntur
¶ Tertio ꝓuiſione intellectuali vel ſpiritua
li qua diuina eſſentia intuitiue conſpicitur. et
iſte paradiſus eſt omnibꝰ melior ⁊ paradiſus
paradiſorum nuncupandus. Primus ergo pa
radiſus pueris aperiri non poteſt. quia pecca/
to illo ſūt aſtricti propter quod primus homo
expulſus eſt. Nec ſecundus. quia iſte ſolū bea
tis ⁊ ſanctis angelis debetur. Nec tertius. qꝛ
carentia viſionis diuine perpetuo in eis rema/
nebit.
¶ Ad primum ergo eſt dicendum. ꝙ ſi ſinus
abrahe accipiatur pro quiete que erat in lim/
bo ſanctorum patrum qui priuati erant a pe/
na ſenſibili. Sic pena inferni eis cōuenire nō
poteſt vt aliqui dicūt. Sed iſto modo nec cō/
uenire poſſet nomen inferni limbo puerorum
Unde dicendum eſt ſicut dicit Gloſa Bede
ꝙ licet ſancti patres in ſinu abrahe. puta in cō
ſolatione quietis eſſent per fidem mediatoris
⁊ per gratiam. a doloribus tamen mortis ſi/
ue inferni non erant ſoluti ex toto. quia nō me
ruerant gaudia celi intrare. donec impleretur
illud Zacha. ix. Tu autem in ſanguine teſta
menti tui eduxiſti vinctos de lacu. Unde no/
mine inferni non meretur ſinus abrahe appel
lari. ſm Auguſtinum. propter fidem ⁊ gratiā
ipſius Abrahe.
¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ pueri vide/
bunt chriſti humanitatem. diuinitatem tamē
non potuerunt videre eius membra non effe/
cti per fidem ⁊ gratiam perſonalem vel ſacra
mentalem.
¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ lux corporalis
ordinatur ad ſpiritualem propter quod pri/
uatis luce ſpirituali lux corporalis cōmunica
ri non debet

# Queſtio ·XXXIIII· de illis qui ſunt infra terram qui quandoque fuerūt de eccleſia quā uis nunc non ſunt.

Nunc videndū eſt de illis qui
ſunt infra terram qui quādoꝗ
fuerunt de eccleſia. quis nunc
non ſint. Circa quod querā
tur quatuor.

¶ Primo verū papa poſſit mandare vt quis
teneatur potius velle ad penam inferni dam/
nari ꝙ peccare mortaliter.

¶ Secundo verum papa poſſit facere ꝙ dā/
nati non gaudeant de penis eorum inimico/
rum.

¶ Tertio vtrū papa iuſte poſſit aliquos ad
penam inferni damnare.

¶ Quarto vtrū papa poſſit facere ꝙ indul
gentie ⁊ ſuffragia eccle meritoria ſint illis qui
ſunt in inferno.

Ad primum ſic proceditur. Uide/
tur enim ꝙ papa non poſſit preci/
pere vt homo teneatur potius pre
eligere damnari ad infernū ꝙ pec
care mortaliter. Quia pena inferni eſt eterna
⁊ irremediabilis. de peccato autē mortali po
teſt quis liberari per penitentiam. Ergo po/
tius tenetur homo velle peccare mortaliter

¶ P. pena inferni includit culpā. Una enim
de penis inferni eſt vermis ⁊ remorſus ꝯſcie
de culpa commiſſa. Sed culpa mortalis non
includit penam inferni. Ergo magis eſt eligē
da culpa mortalis ꝙ pena inferni.

¶ Preterea illud papa non poteſt mandare
quod eſt de iure naturali. Sed refugere eter/
naliter mori eſt eternam penam ⁊ de iure natu
rali. quilibet enim naturaliter fugit mortem.
potiſſime eternam. peccare ergo mortaliter pre
eligendum eſt anteꝙ eternaliter damnari.

¶ In contrarium eſt quod dicit Anſhelmus
in libro de ſimilitudinibus. vbi ait ꝙ aliquis
debet magis eligere eſſe in inferno ſine culpa.
ꝙ in paradiſo cum culpa. quia innocens in in
ferno non ſentiret penam. ⁊ peccator in para/
diſo non gauderet de gloria. Hoc idem vide/
tur dicere Criſoſt. in libello de laudibꝰ pauli
exponens illud ad Roma. ix. Optabam ego
ipſe anathema eſſe cum chriſto pro fratribus
meis. ꝙ pauꝰ Paulus voluiſſet eſſe in inferno
cum caritate ꝙ extra ſine caritate.

¶ R. Dicendum. ꝙ illud cadit ſub precepto
quod eſt de neceſſitate ſalutis. Eſt autem de
neceſſitate ſalutis. vt homo contritus in via ſa
lutis exiſtēs in generali. magis velit pati quā
cunꝗ penam. ꝙ peccare mortaliter. Et hoc iō

quia contritio eſt ſalus hominis ⁊ non poteſt
eſſe ſine caritate per quam omnia peccata di/
mittuntur. Ex caritate autem plus tenetur ho/
mo deum diligere ꝙ ſeipſum. Conſtat autem
ꝙ peccare mortaliter eſt facere cōtra deum pu/
niri autem quacunꝗ pena eſt pati aliquid cō/
tra ſeipſum. Unde caritas hoc requirit vt an/
teꝙ peccet mortaliter quamlibet penā homo
contritus exiſtēs in via ſalutis in generali pre
eligit culpe mortali. Et dico in generali. quia
in ſpeciali deſcendere ad hanc penam vel illā
homo non tenetur. Immo non ſapienter age
ret papa vel quilibet ſuperior ſeipſū vel aliū
monendo vel inducendo ad particulares pe/
nas. Cuius ratio eſt. quia ſicut delectabilia
plus mouent in particulari conſiderata ꝙ in
communi. Ita terribilia plus terrent ſi in par
ticulari conſiderent. Et aliqui ſunt qui in ma/
iori temptatione non cadunt. qui forte in mi/
nori caderent. ſicut aliquis audiens adulteriū
non incitatur ad libidinem. Sed ſi per conſi/
derationem deſcendit ad ſingulas illecebras
carnis magis ꝓmoueret. Et ſimiliter aliquis
non refugeret pati mortem pro chriſto. Sed
ſi deſcenderet ad conſiderandum ſingulas pe
nas magis retraheretur. Et ideo deſcēdere in
talibus ad ſingularia. eſt inducere hominem
ad temptationem ⁊ prebere occaſionem pec/
candi. quod papa ⁊ quilibꝫ ſuperior maxime
vitare debet

¶ Ad primū ergo eſt dicendum. ꝙ culpa mor
talis quantum eſt de ſe perpetua eſt ſicut pe/
na inferni. Si autem remedium habet hoc eſt
ex ſola miſericordia dei. Uel dicendum eſt ꝙ
plus preponderat bonū diuinum contra qḋ
agit mortalis culpa. bono nature create cui op
ponitur culpa. ꝙ perpetuitas pene temporali
culpe.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ remorſus cō
ſcientie non ſemper eſt culpa. quis ad culpam
quandoꝗ conſequatur. poteſt enim eſſe ſine
culpa vt in eo qui habet conſcientiam errantē
de preterito commiſſo. Sicut ſi aliquis credat
aliquid a ſe prius commiſſum eſſe illicitū qḋ
tamen licitū erat. ⁊ ipſe dum faceret illicitū
reputabat.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ refugere mor/
tem eternam eſt de iure naturali ſecundum ap
petitum ſenſitiuum.
¶ Sed refugere vel preeligere ipſam anteꝙ
deus offendatur eſt de iure naturali ſecundum

appetitum per rationem deliberatam ⁊ per ca
ritatem ordinatam.

Ad ſecundum ſic proceditur. Uide
tur enim ꝙ papa non poſſit facere
ꝙ damnati non gaudeant de pe/
nis inimicorum ſuorum. Quia ſu
per illo verbo Iſaie. xiiij. Surrexerunt princi
pes terre de ſolijs ſuis. dicit Gloſa Hierony/
mi. ꝙ ſolaciū eſt malis inimicos ſuos ſocios
habere penarum. Tale ergo gaudium papa
impedire non poteſt.
¶ Preterea omne gaudium diminuit dolo/
rē vt patet per Philoſophum ſeptimo ethi
corum. Cum ergo dolor damnatorum ſit infi
nitus intenſiue. Si papa poſſit gaudium dā
natorum impedire. poſſet facere ꝙ inimici dā/
natorum non damnarentur ⁊ ſic tolleretur li/
berum arbitrium hominis.
¶ Preterea dicit Gregorius ꝙ culpa eſt to/
tam culpam exigere. Sed deus non poteſt cul
pam cōmittere. ergo non poteſt totam culpam
proſequi puniendo damnatos ſm condignū
Remanet ergo in eis aliquod gaudium de eo
ꝙ non puniuntur tantum quantum deberent
puniri.
¶ In contrarium eſt quia papa per commu/
nicationem indulgentie ⁊ ſuffragiorum retra/
hit multos a peccatis vt non damnentur. po/
teſt ḡ impedire gaudiū damnatorum ſicut po
teſt impedire damnationē peccatorū de quo
rum ſocietate damnati gaudent.

¶ R. Dicendum ꝙ triſticia ⁊ dolor in damna
tis eſt totalis ⁊ eſſentialis. ad mixtum tamen
poteſt eſſe eorum triſtitie aliquod gaudiū par
tiale ⁊ accidentale. Eſt quidem eorum triſticia
totalis ⁊ eſſentialis ꝓpter triā
¶ Primo quidem propter diuine iuſticie im
pletionem. Triſtantur enim quando vident
diuinam impleri iuſticiam in pena damnatio
nis inimicorum ipſorum quam dei iuſticiam
damnati oderunt ⁊ blaſſemant in inferno. Iu
xta illud Apoc. xvi. Eſtuauerūt homines eſtu
magno ⁊ blaſſemauerunt nomen dei haben/
tis poteſtatem ſuper has plagas.
¶ Secundo ꝓpter eorum conſcientie infectio
nem. remanent enim in damnatis affectiōes
praue remordentes ⁊ torquentes eorum con/
ſcientiam. quia vermis eorum nunꝙ extingui
tur. De quibus prauis affectionibus dolent.
⁊ penitent. Iuxta illud Sap. v. Penitentiam
agentes ⁊ pre anguſtia ſpiritus gementes. vñ
ſicut penitentes in hac vita dolent ⁊ de dolo

re gaudent. ita damnati in inferno gaudēt de
penis inimicorum ſuorum ⁊ de ipſo tñ gau/
dio magis dolent.
¶ Tertio ꝓpter cauſe adminiſtrationem. Si
enim damnati in inferno preſtiterunt cauſam
damnationis eorum inimicis. penitent ⁊ tri/
ſtantur. non quidem ꝓpter diuinam offenſio
nem. ſed ꝓpter eorum punitiōem. vnde talis
penitentia nō eſt in eis meritoria. tali ergo tri/
ſticie damnatorum totali ⁊ eſſentiale aliquod
gaudium accidentale eſt annexum. quia deſcē
dunt damnati ad infernum cum amicis ſuis ⁊
cum effectibus prauis ipſorum. Vt ſcribitur
Ezech. xxxij. Quia ergo vident damnati pra
uas eorum voluntates quas in hoc mūdo ha
buerunt contra eorū inimicos impletas eſſe ꝑ
domnationem ⁊ malum ipſorum gaudent.
Quod quidem gaudium poteſt per papā im
pediri eo ꝙ per comunicationem indulgentie
⁊ ſuffragiorū damnatorum inimici in preſen
ti vita poſſunt conuerti. ⁊ non damnari. Et ex
hoc tollitur illud gaudium quod damnati de
eorum damnatiōe habuiſſent.
¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ papa nō
impedit gaudium damnatorū ꝑſe ſed per ac
cidens. ſubtrahendo inimicos eorum a dam
natione per cōmunicatiōnē indulgentie ⁊ ſuf
fragiorum eccleſie. de quorū damnatione gau
dium habuiſſent.
¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ liberum ar/
bitrium non tollitur. ſed iuuatur per auxilia ec
cleſie. quibus peccatores de culpa reſurgunt
ad gratiam.
¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ damnatus pu
nitur tali pena qua debꝫ puniri ſm exigentiā
culpe. ſemper tamen punitur citra condignū
ꝙ deberet puniri. ꝓpter condecentiam diuine
bonitatis de qua damnatis nullum eſt gau/
dium ſed potius triſtitia.

Ad tertium ſic proceditur. Videtur. n.
ꝙ papa non poſſet aliquos iuſte ad
penam inferni condemnare. quia iu
ſtus ⁊ pius iudex non debet punire ad corre/
ctionem. Sed papa debet eſſe iuſtus ⁊ pius
iudex. ergo debet punire niſi ad correctionem
Corrigere autē non eſt punire eternaliter ſed
ſolum temporaliter.
¶ Preterea temporale non poteſt eſſe cauſa
eterni. pro culpa ergo quacunꝙ temporali pa
pa eternam penam infligere iuſte non debet.
¶ Preterea ſcribitur Deutro. xxv. ſm menſurā
delicti erit ⁊ plagarum modus. ſm ergo men/
ſuram temporalis culpe. debet papa impone
re menſuram temporalis pene.

¶ In contrarium eſt. quia ſcribitur. xvij. di. c.
in nomine domini. De illis qui ſeditiones po
nunt in eccleſia. ⁊ potiſſime in electione ſūmi
pontificis. Quicunꝙ contra hoc decretum ire
temptauerit. perpetuo anathemate atꝙ excō/
municatione damnetur. ⁊ cum impijs qui nō
reſurgunt in iudicio reputetur.
¶ R. Dicendum ꝙ iuſte culpe mortali tempo
raliter cōmiſiſſe dūmodo qui tali culpa peccat
ſit contumax per papam eterna pena infligit.
¶ Primo quidem ratione boni quod ꝑ ipſā
culpam punitur. Tollitur enim per culpā mor
talem caritas. quia ſm apoſtolū. i. ad Corint.
xiij. Nunꝙ excedit. vnde ſicut caritas que pe
rimitur per mortalem culpam eſt perpetua et
eterna pōt eſſe. ita iuſtum eſt ꝙ culpe ꝑ quam
tollitur eterna pena correſpondeat.
¶ Secundo ratione voluntatis que inficitur
voluntas enim ſubiecta culpe mortali eterna
eſt. quia ex quo homo non imponit finem cul
pe in preſenti ⁊ cum illa decedit. iā culpa eter
na eſt ratione voluntatis peccandi. Non debꝫ
ergo iudex imponere finē pene ex quo peccanſ
non impoſuit finem culpe.
¶ Tertio ratiōe temporis quod prefigitur. ꝑ
figit enim papa tanꝙ vicarius dei tempus in
quo dimittitur culpa. ⁊ in quo non. quia in ꝑ
ſenti eſt tempus dimittendi culpam in futuro
vero non. quantumcūꝙ ergo actio peccantis
ſit momentanea ⁊ temporalis ipſa tamen cul
pa eterna eſt ex quo per contumaciam non di
mittitur ſibi in preſenti vbi eſt tempus dimit
tendi. iuſte ergo papa tali culpe eterne. eternā
penam infligit.
¶ Quarto ratiōe boni quod offenditur. Nā
per culpam mortalem bonum eternum offen/
ditur. ergo iuſte pena eterna ſibi debetur.
¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ pius ⁊ iu
ſtus iudex punit ad correctionem quando eſt
tempus corrigendi. Sed quando non eſt tē/
pus correctionis. non punitur ad correctionē
Sed magis ad vindictam ex iuſticie obſerua
tione.
¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ temporale
bene poteſt eſſe cauſa perpetui ꝙuis non pro
prie eterni quod caret principio ⁊ fine cuiuſ/
modi eternitas ſoli deo conuenit. Nā emptio
domus momentanea eſt ⁊ temporalis. Sed
ius poſſidendi eſt eternū. Similiter vulnus
inflictum eſt momentaneū. ⁊ mors que ſequi
tur eſt eterna. Eodem modo crimen leſe maie
ſtatis eſt momētaneum ⁊ pena ſibi debita eſt
eterna.
¶ Ad tertium eſt dicendum. ꝙ in peccato tria

ſunt. delectatio. actio. ⁊ volūtatis deformatio
Pena ergo ſm menſuram debet correſponde
re peccato. non quantum ad delectationem ⁊
actionem. que temporalia ⁊ momentanea ſūt
Sed quantum ad voluntatis deformationē
que eterna eſt ex quo in preſenti non remoue/
tur per contritionem ⁊ penitentiam. Ideo iu/
ſte ſibi debetur eterna pena

Ad quartum ſic proceditur. Videtur
enim ꝙ papa poſſit facere vt indul/
gentie ⁊ ſuffragia eccīe meritoria ſint
illis qui ſunt in inferno. Quia quādo aliqua
ſunt eiuſdem rationis. Agens quod poteſt in
vnum poteſt in aliud. Sed pena inferni ⁊ pe/
na purgatorij ſunt eiuſdem rationis cum non
differant niſi ſicut magis durabile ⁊ minꝰ du
rabile. ⁊ magis ⁊ minus non diuerſificant ſpe
ciem. ergo cum papa poteſt cōmunicare ſuffra
gia illis qui ſunt in purgatorio. poterit ſimili
ter illis qui ſunt in inferno.
¶ Preterea aliqui ſunt in inferno qui fecerūt
aliqua bona dum vixerunt in corpore ⁊ bona
meritoria per caritatem quam habuerūt. ergo
per ea que geſſerunt in corpore meruerunt ſibi
vt prodeſſent eis ſi nomine eorum fierēt poſt
mortem.
¶ Preterea eccleſia orat pro defunctis vt libe
rentur de ore leonis ⁊ de profundo laci. Sed
fruſtra oraret pro eis niſi ſciret ſuffragia eis ꝓ
ꝓdeſſe. ergo videtur ꝙ proſint
¶ Preterea homo poteſt iuſte ſoluere debitū
pro ſe ⁊ ꝓ alio quod tenetur ſoluere. Si ergo
illi qui ſunt in inferno ſoluant debitum quod
ſoluere tenentur per ſuffragia viuorū videtur
ꝙ iuſte perſolutum ſit
¶ In contrarium eſt quia in inferno nulla eſt
redemptio.
¶ Preterea ſi ſuffragia eccleſie ꝓdeſſent eis
vel hoc eſſet ex parte pape applicantis. vel ex
parte illorū quibus applicantur. Non ex par
te pape applicantis. quia illi qui ſunt in infer
no. non ſubijciuntur iuriſdictioni ſue. nec ex ꝑ
te illorum quibus applicātur. quia ſunt in ter
mino ⁊ non ſunt habiles ad recipiendum.
¶ R. Dicendum ꝙ de hac queſtiōe eſt duplex
modus dicendi
Unus eſt cōmunis.
Alius ſpecialis
Magis tamen orūt videtur habere ex di
ctis beati Auguſtini. Modus cōmunis talis
eſt. Quia cum in damnatis ſit duplex pena.
eſſentialis ⁊ accidentalis. bona que fiūt in ec/
cleſia non poſſunt eis valere ad dimiſſionem
pene eſſentialis. quia manente culpa. pena nō

poteſt remoueri. In damnatis ergo ſemꝑ cul/
pa remanebit. cum deceſſerit in mortali pecca/
to. Ergo de pena eſſentiali nihil poteſt tolli.
⁊ Criſoſt. ſuper illo verbo Math. xviij. dicit.
Tradidit eum tortoribus donec vniuerſū de
bitum redderet. quia ly donec non dicit deter
minatum tempus ſed indeterminatum. quia
ſemper ſoluent damnati ⁊ nunꝙ ſatiſfaciant.
eo ꝙ ſatiſfactio non eſt grata deo niſi per cari/
tatem. ⁊ quia ipſi deceſſerunt in mortali. ⁊ ſūt
in termino damnationis ipſorum. ideo ſemꝑ
ſoluunt ⁊ tamen deo nunꝙ ſatiſfaciunt
¶ Pena vero accidentalis ē in damnatis ra
tione ſociorum quos per exemplum prauum
⁊ prauam doctrinam corruperunt. Merentur
enim damnati puniri ex ſocietate illorum qui
per prauum eorum exemplum ⁊ prauam do/
ctrinam corrupti ſunt. Et ideo quando tales
non damnantur ſed potius cōuertuntur ⁊ ſal/
uantur eorum pena accidentalis dicitur mi/
nui. Cum vero non ſaluantur ſed damnantur
eorum pena dicitur augeri. Unde talis pena
accidentalis poteſt in eis augeri ⁊ minui ſm
ꝙ plures aut pauciores ſocios poſſint habere
in predicta pena.
¶ Cum ergo ſuffragia eccleſie multum valeāt
vt corrupti propter malam doctrinam ⁊ ma/
la exempla dominatorum non dominantur. ſꝫ
magis conuertantur ⁊ ſaluentur. Ideo predi
cta ſuffragia dicuntur eis valere ad releuatio/
nem pene accidentalis.
¶ Sicut ſana doctrina ⁊ bona exempla dicū
tur valere apoſtolis ⁊ beatis ad augmentum
accidentalis glorie. quia ex ſocietate eorū qui
per doctrinam ⁊ bona exempla illorum ſaluā
tur. eorum gloria augmentatur.
¶ Alius eſt modus dicendi magis ſpecialis
qui talis eſt. Diſtinguit enim triplex pena que
debetur damnatis. Nam in peccato mortali
in quo decedunt damnati tria conſiderantur.
¶ Primum eſt a bono incōmutabili auerſio
quia omne peccatum mortale inquantū eſt mor
tale inquantum auertit a deo bono incōmuta
bili. ſm quem modum dicit beatus Jacobus
ꝙ qui offendit in vno factus eſt omnium reus
Quia omnia peccata vnum peccatum ſunt.
inquantum auertit ab incōmutabili bono
¶ Secundum eſt interioris conſcientie ⁊ inte
rioris ymaginis deformatio. quia cū conſcien
tia interior ſemper remurmuret de peccato ex
ipſa perpetratione peccati deformatur ymago
⁊ deformatur conſcientia.
¶ Tertium eſt in bonis cōmutabilibus inor
dinata delectatio.

¶ Propter primum ergo vt propter bonum incomutabilis auerſionem debetur peccato mortali pena damni. vt eſt perpetua priuatio viſionis diuine.

¶ Propter ſecundum vero vt propter conſciencie deformationem. debetur peccato mortali pena vermis conſciencie

¶ Sed propter tertium vt propter inordinatam delectationem que in bono creato percipitur. debetur peccato mortali pena ignis ⁊ pena ſenſus ⁊ proportionaliter. quia pro menſura delicti debetur plagarum modus loquendo de pena tali.

¶ Ponitur ergo ꝙ pena damni vt priuatio diuine viſionis ⁊ pena vermis conſciencie eternaliter correſpondent peccato mortali. quia manente culpa manet ſemper pena damni vt priuatio diuine viſionis ⁊ manente culpa manet ſemper pena vermis conſciencie. quia dicente beato Auguſtino. Omnis inordinatus animus ſibiipſi ſemper eſt pena. Sed pena ſenſus ⁊ pena ignis accidentaliter debetur culpe mortali. quia ad ſenſum videmus ꝙ multi ſunt in peccato mortali ⁊ non habent penam ſenſus annexam. Dicitur ergo ab iſtis ꝙ ſuffragia eccleſie non valent damnatis ad illius pene diminutionem que eſſentialiter debetur peccato quia remanente culpa remanet eſſentialiter illa duplex pena que ſibi debetur vt pena damni ⁊ vermis conſciencie. Sed bene dicunt ꝙ valent eis ad pene ſenſus diminutionem cum illa eſſentialiter non reſpondeant mortali culpe. non quidem ad totalem dicte pene liberationem. ſed ad aliqualem mitigationem. Et ponunt ꝙ iſta mitigatio tribus modis habet fieri in damnatis.

¶ Primo per ſociorum ſubtractionem. quia ſaluantur multi vt dicebatur in primo modo dicendi. per ſuffragia eccleſie qui fuerunt eorum exemplo ⁊ doctrina corrupti. qui ſi non ſaluarentur augeretur eorum pena.

¶ Secundo per eorum ſuffragiorum fortificationem ⁊ confortationem. quia per predicta ſuffragia fortificantur ⁊ confortantur damnati vt tollerabilius poſſint penam illam ignis ſuſtinere.

¶ Tertio per ipſius pene aliqualem relaxationem. quia cum ignis ille infernalis ſit inſtrumentum diuine iuſticie taxatum a deo ꝙ tantum debeat affligere ⁊ non plus. Et ideo non ſequitur ꝙ ſi ſuffragia eccleſie valeant ad dicte pene relaxationem ꝙ tantum poſſent multiplicari ſuffragia eccleſie vt totaliter relaxetur. quia taxatum eſt a deo ꝙ tantum debeat diminui de illa pena ⁊ non amplius

¶ Iſte autem modus ponendi videtur ſatis habere fundamentum ex dictis beati Auguſtini Nam ꝙ talis mitigatio pene fiat in damnatis ex ſuffragiis eccleſie per ſubtractionem ſociorum expreſſe dicit Auguſtinus ꝙ pena antichriſti nondum determinata eſt. quia nondum determinati ſunt illi qui eius praua doctrina ⁊ exemplo praue corrupti fuerunt. ꝙ vero talis mitigatio poſſit fieri per damnatorum fortificationem ⁊ ſuſtentationem patet per illud quod dicit Auguſtinus in Enchiridion ⁊ in libro ſupradicto ad Simplicianum de octo queſtionibus. vbi loquens de mediocriter bonis. Ut de illis qui ſunt in purgatorio. ⁊ de mediocriter malis vt de illis qui ſunt damnati. fuerunt tamen fideles chriſti ⁊ multa bona fecerunt exiſtentes in gratia dei. Quibus autem proſint ſuffragia eccleſie. aut ad hoc proſunt ꝙ ſit plena eorum remiſſio quantum ad illos qui ſunt in purgatorio. aut certe vt tollerabilior ſit eorum damnatio quantum ad illos qui ſunt in inferno. Et planum eſt ꝙ loquitur de illis qui ſunt in inferno. quia ſi loqueretur de illis qui ſunt in purgatorio non diceret vt tollerabilior ſit eorum damnatio ſed magis vt tollerabilior ſit eorum purgatio. Sed ꝙ talia bona proſint damnatis ad pene relaxationem. patet per aug⁹. ſimiliter in libro predicto vbi ait. ꝙ eis talia proſunt qui cum viuerent ſibi meruerunt vt prodeſſent eis poſt mortem ſi pro eis fierent. Planum eſt autem ꝙ multi ſunt in inferno qui cum viuerent multa opera meritoria exiſtentes in gratia fecerunt per que meruerunt ſibi prodeſſe ſuffragia eccleſie ſi pro eis fierent poſt mortem non per caritatem cum qua non deceſſerunt ſed per caritatem quam prius habuerunt

¶ Iſte autem modus ponendi ꝙ ſuffragia eccleſie proſunt damnatis ad pene ſenſus mitigationem expreſſe tangit in glo. ſup verbo aug⁹ quem Gratianus allegat. xiii. q. vltima vbi dicit gloſator. hic aug⁹. diſtinguit quatuor genera hominum. valde bonos ⁊ valde malos: ⁊ mediocriter bonos: ⁊ mediocriter malos. Et ſubdit pro valde bonis non eſt orandum. quia iniuriam facit martiri qui orat pro martire. nec pro valde malis ſed pro mediocriter bonis proſunt ſuffragia eccleſie vt citius liberentur ab igne purgatorii ⁊ pro mediocriter malis proſunt ad hoc vt mitius puniantur nunquam tamen liberantur. Suſtinendo igitur ſine preiudicio hunc modum poteſt probabiliter reſponderi ad rationes pro ⁊ contra.

¶ Nam cum primo dicitur ꝙ pena purgatorii ⁊ inferni ſint eiuſdem rationis. Dicendum ꝙ non eſt verum. Quia illi qui ſunt in inferno ſunt in termino damnationis. illi vero qui ſunt in purgatorio ſunt in termino ſaluationis. Ideo ratione ſtatus pena vtrorumque non eſt eiuſdem rationis. Et dato ꝙ illi ⁊ iſti poſſint iuuari per ſuffragia eccleſie non tamen eodem modo. ſed illi qui ſunt in purgatorio iuuantur vt ex toto liberentur. illi vero qui ſunt in inferno vt mitius puniantur.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum: ꝙ ſicut dictum eſt illa bona proſunt eis quantum ad pene ſenſus mitigationem. ſed non quantum ad totalem liberationem. quia ſunt in termino damnationis ipſorum.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ eccleſia neſcit qui ſunt damnati ⁊ qui non. Ideo non decipitur dato ꝙ oret pro illis qui ſunt in inferno. quia neſcit eos eſſe in inferno per certitudinem. Dato tamen ꝙ oret vt liberentur de ore leonis eccleſia intendit conformare orationem ſuam voluntati diuine ſecundum quam licet non poſſint ex toto liberari poteſt tamen eorum pena mitigari vt dictum eſt. vel poteſt dici vt aliqui dicunt ꝙ illa oratio non eſt pro liberatione eorum qui damnati ſunt. Sed gratiarum actio pro illis qui liberati ſunt ab illa pena

¶ Ad quartum eſt dicendum ꝙ damnati ſemper ſoluunt ⁊ ſemper patiuntur. nunquam tamen ſatiſfaciunt debito. eo ꝙ illa ſatiſfactio non eſt deo grata cum non procedat ex radice caritatis

¶ Ad quintum eſt dicendum ꝙ arguebatur in contrarium ꝙ licet in inferno non ſit redemptio ex toto liberans. eſt tamen redemptio aliqualiter mitigans ⁊ relaxans. Similiter dicendum ad aliud ꝙ licet illi qui ſunt in inferno non ſint ſub iuriſdictione pape quantum ad pene totalem liberationem. ſunt tamen ſub iuriſdictione ſua quantum ad illius pene aliqualem mitigationem ſaltem ad illos qui meruerunt bona eccleſie ſibi applicari per bona que fecerunt dum vixerunt in corpore exiſtentes in gratia. dato ꝙ finaliter cum culpa deceſſerunt.

¶ Explicit prima pars huius operis in qua diximus de eccleſiaſtica poteſtate in ſe. Hic vero incipit determinare de eccleſiaſtica poteſtate ſecundum ſe.

Oſtquam viſum eſt de eccleſiaſtica poteſtate ſecundum ſe. nunc conſiderandum eſt de ipſa per comparationem ad actum ad quem ordinatur.

¶ Et primo de actu electionis quantum ad dominium temporale.

¶ Secundo de actu electionis quantum ad dominium ſpirituale

¶ Circa primum. xii. occurrunt conſideranda.

¶ Primo de Imperatoris electione.

¶ Secundo de ipſius imperii deriuatione.

¶ Tertio de eius tranſlatione.

¶ Quarto de eius confirmatione.

¶ Quinto de eius adminiſtratione

¶ Sexto de eius depoſitione

¶ Septimo de eius examinatione.

¶ Octauo de eius duratione.

¶ Nono de eius ceſſione ⁊ de eius conceſſione

¶ Decimo de eius legum inſtitutione.

¶ Undecimo de aliorum regum ſubiectione.

¶ Duodecimo de aliorum regum correctione

## Queſtio .xxxv. de imperatoris electione

Irca primum queruntur. viii

¶ Primo vtrum papa per ſeipſum poſſit Imperatorem eligere.

¶ Secundo vtrum electores per quos papa Imperatorem eligit debeant eſſe de alamania.

¶ Tertio vtrum papa predictos Electores poſſit mutare.

¶ Quarto vtrum papa poſſit predictos electores de alia natione ordinare quam de alamania

¶ Quinto vtrum papa in electione Imperatoris poſſit alteri parti eligentium fauere.

¶ Sexto vtrum papa poſſit Imperatorem facere per hereditariam ſucceſſionem ſicut per electionem

¶ Septimo vtrum papa melius faceret ordinando Imperium per hereditariam ſucceſſionem quam per electionem.

¶ Octauo vtrum papa melius faceret ordinando plures Imperatores quam vnum.

D primum ſic proceditur. videtur enim ꝙ papa per ſeipſum Imperatorem non poſſit eligere. Dicit enim Hiero. ad ruſticum narbonenſem epiſcopum. ſicut qui viſibiliter in hoc mundo ius inuadit alienum accuſatur a paupere damnatur a iudice. ita in eccleſia dei cum quis ſtipendia perdit clamet ad dominum. ⁊ a chriſto exauditur. papa ergo non poteſt per ſeipſum imperatorem eligere ſicut non poteſt alienum ius mandare.

¶ P.ab illo Imperator imediate nõ poteſt eli
gi a quo gladium temporalem non accepit.
Sed dicit Innocẽ.⁊ ponitur.xiij.q.c.iiij.que
ſitum. Meminerant.n.a deo poteſtates has
fuiſſe conceſſas.⁊ ꝓpter vindictam noxiorum
gladium fuiſſe permiſſum. Si ergo Impera
tor gladiũ recepit a deo ⁊ non a papa ab ipſo
non potent eligi.

¶ Preterea dicit Auguſtin⁹ ⁊ ponitur.xi.di.
in his rebus In quibus nil certi ſtatuit diui
na ſcriptura.mos populi dei ⁊ inſtituta maio
rum ꝓ lege tenenda ſunt. Sed iſta eſt cõſue
tudo in populo xpiano.vt Imperator eligat
vel a populo vel ab electoribus deputatis.er
go papa per ſeipſum non poterit ipm eligere.

¶ In contrarium eſt.quia ꝓpoſito vulgatis
pbi eſt.ꝓpter quod vnumquodqꝫ tale ⁊ illud
magis. Sꝫ electores auctoritate pape eligũt
Imperatorem.ergo per ſeipſum poteſt eligere
ex quo eius auctoritate alij eligunt.

¶ R.Dicẽdũ ꝙ Imperator eſt miniſter pap
ipo ꝙ eſt miniſter dei.dicit.n.apoſtol⁹ ad Ro
ma.xiij.ꝙ nõ ſine cauſa gladium portat quia
dei miniſter eſt iudex in iram ei qui malũ agit.
deputauit.n.deus imperatorem tanꝙ mini
ſtrum ſũmi ſacerdotis.quia ei⁹ eſt eccleſias cõ
tritas ⁊ concuſſas reſtaurare.nouas edificare.
⁊ dei ſacerdotes honorare.atqꝫ contra heretti
cos ⁊ rebelles tueri. Eſt autẽ principaliter agẽ
tis eligere miniſtros ⁊ inſtrumenta ad ſuum fi
nem.ſicut ars militaris cui⁹ finis eſt victoria.
habet eligere equeſtrem ⁊ frenefractiuam. Fm
ꝙ videt expedire fini intẽto.ſicut dicit.i.ethi.
Unde puto ꝙ papa qui vniuerſos fideles in
pſenti eccleſia ad pacem habet ordinare.⁊ ad
ſupernaturalem finem conſequendum dirige
re ⁊ deſtinare ⁊ iuſta ⁊ rationabili cauſa exiſtẽ
te per ſeipſum poſſit imperatorem eligere. vt
ꝓpter eligentium negligentiam vel diſcordiã
aut ꝓpter electi bonitatem ⁊ condecentiã vel
ꝓpter populi xpiani pacis ꝓuidentiaꝫ.ſeu ꝓ
pter cohercendi hereticorũ paganorum ⁊ ſciſ
maticorum potẽtiam ⁊ audaciam. poſſe enim
pape ſulcitũ debet eſſe veritate iuſticia ⁊ equi
tate. Non.n.poteſt aduerſus veritatem.ſed ꝓ
veritate.vt dicit apoſtolus.ij.ad Chorint.vi.
Et ideo cum ſubeſt cauſa rationabilis ⁊ iuſta
puto ꝙ poteſt.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ ius eligẽ
di Imperatorem non eſt conceſſum aliquib⁹
in fauorem ipſorum.ſed in fauorem eccleſie ⁊
populi xpiani.cuius caput eſt ipſe papa. Unde
quando ſibi videretur hoc eſſe in fauorem ec
cleſie ⁊ pacem chriſtiãi populi poteſt tale ius
eis ſubtrahere.ſicut ꝓpter talẽ cauſam eis con
ceſſit.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum verum eſſe im
peratorem gladiũ recipere a deo ro ꝙ a papa
non recepit niſi vt eſt vicarius dei. Non enim
papa poteſt eligere Imperatorem vt ſingula
ris perſona quedam.ſed vt eſt ſucceſſor Petri
qui immediate a xpo caput eccleſie ordinatus
eſt.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ ſicut dicit Au
guſtinus in libro de vnico baptiſmo veritati
⁊ rationi conſuetudo eſt poſtponenda. Nõ.n.
dixit chriſtus. Ego ſum conſuetudo. ſed Ego
ſum veritas. Et ideo papa quando conſpice
ret hoc eſſe conſonum veritati ⁊ iuſticie talem
conſuetudinem rationabiliter põt poſtponere

A D ſecundum ſic proceditur. Uidetur
enim ꝙ electores per quos papa im
peratorem eligit non debeant eſſe de
alamania. Quia illius regionis debent eſſe
electores cuius ipſe electus Imperator nomi
natur. Sed nominatur Imperator Romano
rum. Ergo Romani vel de partibus ytalie de
bent eſſe electores.

¶ Preterea ad eligendũ pſonã publicã pub
lici ⁊ vniuerſales debent eſſe electores. Sed
Imperator eſt perſona publica ⁊ vniuerſalis
ergo vniuerſales ⁊ de qualibet regione debet
habere electores.

¶ Preterea in electione prelature ſpiritualis
non conceditur aliquod ius ipſis laicis. vt ſu
pradictum fuit. Ergo eodem modo in electio
ne prelature temporalis non debet acquiri ali
quod ius eligendi ipſis clericis. Cum tamẽ in
electione Imperatoris tres epiſcopi ponan
tur ius habere.

¶ In contrarium eſt ipſa antiqua conſuetu
do eccleſie.

¶ R.Dicendum ꝙ Gregorius quintus tẽpo
re Ottonis imperatoris conuocatis ⁊ requiſi
tis principibus alamanie ſeptem electores in
ſtituit officiales ipſius curie imperialis.qua
tuor laicos vt regem Bohemie.ducem Saxo
nie. Comitẽ palatinum.⁊ marchionẽ Bran
demburgenſem. Et tres clericos. Archiepũm
Maguntinenſem. Colonienſem ⁊ Treuereñ
Cauſa autem quare ſolum de alamania pre
dicti electores ſũt aſſumpti cõmuniter triplex
ratio aſſignatur

¶ Una fuit.qr de alamania fuerunt illi prin
cipes qui liberauerunt eccleſiam de ſeruitute
Longobardorum ⁊ impiorum Romanorum

¶ Secũda fuit deuotio illius populi ad ſan
ctum Petrũ ⁊ Paulũ.quod apparet in cotidiana
continua pegrinatione ad viſitandũ eccleſias
dictorum apoſtolorum.

¶ Tertia fuit voluntas pape puta Grego.v
qui de theutonia fuit natus ⁊ cõſanguineus
Ottonis Imperatoris.

¶ Ad primũ ergo eſt dicendum.ꝙ ſicut dicit
Auguſtinus.v.de ciui.dei.c.xij. Quales tũc
fuerunt Romani ⁊ quales nunc ſunt ex ſentẽ
tia Catbonis videri poteſt. Nolite inquit Ca
tho.exiſtimare maiores noſtros armis rẽpub
licam ex parua magnaꝫ feciſſe.quia ſi ita eſſet
multo pulchriorem ⁊ maiorem nos haberem⁹.
cum ſociorum atqꝫ ciuium armorum ⁊ equorꝫ
maior nobis copia ſit ꝙ illis. Sed alia fuere
que illos viros magnos fecerunt. que in no
bis nulla ſunt ꝓ virtutibus namqꝫ illorũ ha
bemus luxuriam atqꝫ auaritiã reipublice ege
ſtatem.priuati boni opulentiã. laudamus di
uitias.ſequimur inertiam. inter bonos ⁊ ma
los diſcrimen nullum omnia virtutis premia
ambitio poſſidet. Quia ergo Romani añ xpi
aduentũ fuerunt patrie zelatores. reipublice
amatores.⁊ legis ⁊ iuſticie obſuatores. Ideo
imperium in toto orbe obtinere meruerũt. ſed
poſtmodum obſcuratũ eſt aurũ.mutatus eſt
color optimus atqꝫ lapides ſanctuarij fuerũt
diſperſi.⁊ armis contrarijs ad virtutes fuerũt
armati.merito tam imperiũ ꝙ ius eligendi im
peratorem perdiderunt.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum.ꝙ ſicut dicit
Phus.i.metha. Actiones ſunt ſuppoſitorũ
particularium. Ideo ius eligendi imperatorẽ
aliquibus perſonis particularibus committi
oportuit.quare aũt ſpecialius de alamania ꝙ
de alia regione ſuperius cauſa eſt aſſignata.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ quãuis impe
rium ſit dominium temporale.ordinatum eſt
tamen in miniſterium ⁊ in obſequiũ dominij
ſpiritualis. Eſt aũt contra naturam rei tempo
ralis in rem ſpiritualem agere ſua ꝓpria virtu
te.ſed ſpũale ſupra temporale ſua ꝓpria vir
tute actionem ⁊ iuriſdictionem habere poteſt.
quia ſpũalis homo iudicat omnia ⁊ ipſe a ne
mine iudicatur.vt dicit apo.i.ad Chorinth.ij

A D tertium ſic ꝓceditur.videt.n.ꝙ pa
pa dictos electores non poſſit muta
re. Dicit.n.Gregõ.⁊ ponitur.xv.q.ij.
Eccleſiaſtice moderationi omnino conueniẽs
eſt vt que ordinata fuerunt vel deciſa nulla in
poſterũ debeant refragatione turbari. Ex quo
ergo electores ordinati ſunt per papam muta
ri non poſſunt.

¶ Preterea ſcribit extra de elec.c.venerabilẽ
Illis principibus ius ⁊ ptãtem eligendi regẽ
imperatorem poſtmodũ recognoſcimus vt de
bemus ad quos de iure ac antiqua ꝯſuetudĩe
noſcit ꝑtinere.ſed ex antiqua ꝯſuetudĩne pdi
cti electores ius eligendi imꝑatorẽ habuerunt
ergo ꝑ papã mutari non poſſunt

¶ Preterea quod põt eſſe materia ſcãdali ⁊
ſciſmatis in eccleſia ꝑ papã nõ debet fieri.ſed
mutãdo predictos electores põt eſſe materia
ſcandali ⁊ ſciſmatis.ergo ꝑ papã fieri nõ põt.

¶ In ꝯtrariũ eſt.quia par in parẽ non habet
imperium. Sed tales electores ordinati ſunt
ꝑ papã.ergo ꝑ papam poſſunt mutari ⁊ in lo
co eorum alij inſtitui.

¶ R.dicendũ ꝙ ſicut dicit phs.v.ethi. Ac
humãi ſic ſunt variabiles ꝓpter pticulares cir
cũſtantias occurrentes ⁊ ꝓpter eorũ mutabili
tatẽ vt non poſſint menſurari ⁊ regulari ſub re
gula inflexibili puta ferrea.ſed oportet ꝙ regu
lentur ⁊ menſurent ſub regula flexibili ⁊ plum
bea. Quãuis ergo nouitates ſint timẽde.vbi
tamen euidens ⁊ manifeſta appet vtilitas po
teſtati pape ſubeſſe dinoſcitur mutare ⁊ inno
uare omne qđ expedit reipublice vtilitati. nec
mutationes canonũ ⁊ ſtatutorũ predeceſſorũ
vel ſuorum et attribuendũ eſt eius animi leui
tati.qñ videt eſſe expediens reipublice vtilita
ti ⁊ pacis populi xpiani vnitati.ſcribit.n. De
ſter.xvi.ꝙ quia multi bonitate ⁊ honore qui
in eos collatus eſt abutunt in ſupbiam ⁊ non
ſolum ſubiectos nitunt opprimere.ſed dataꝫ
ſibi gloriã non ferentes in ipſos qui dederũt
moliunt inſidias.nec ꝯtenti ſunt gratiaꝫ non
agere beneficijs.ſed dei cũ cuncta cernentis ar
bitrant ſe fugere poſſe ſẽtentiã. vñ ꝓuidendũ
eſt paci omniũ ꝓcinciarũ.nec putare debetis
ſi diuerſa iubemus ex animi noſtri venire leui
tate.ſed ꝓ qualitate ⁊ neceſſitate temporũ. vt
reipublice poſſit vtilitas ferre ſententiã.

¶ Ad primũ ergo eſt dicendũ.ꝙ illa que ſunt
ꝯcaſa ⁊ ordinata cauſa ordinationis ⁊ deci
ſionis non mutata mutari ⁊ perturbari nõ de
bent.ſed mutata cauſa in bonum vel in malũ
poſſũt ſic ordinata ⁊ deciſa aliter mutari ⁊ ali
ter ordinari

¶ Ad ſecundũ eſt dicendũ ꝙ argumentũ ſol
uit in eadẽ decre.allegata.quia ibi dicit ius ⁊
ptãs eligẽdi imꝑatorem ad ſedem apoſtolicã
ꝑtinere. ſicut ergo a ſede apoſtolica poteſtas
eligendi imꝑatorem electoribus eſt conceſſa.
ita a predicta ſede poteſt eis auferre.

¶ Ad tertium eſt dicendũ ꝙ ſcandalũ actiuũ
ſemꝑ eſt vitandum. Sed ſcandalum paſſiuuꝫ
qñqꝫ potius eſt ꝑmittẽdũ ꝙ veritas doctrine
vel equitas iuſticie obmittatur

AD quartũ ſic ꝓceditur. videt̃.n. ꝙ papa predictos electores non poſſit de alia regiõe facere q̃ de alamania. Dicit.n: Greg. ꝛ pontiſ. xv.q.ij. abſit a me vt ſtatuta maiorũ cũ ſacerdotibus meis in quibuſ ecclesia infringã. quia mihi iniuriã facio ſi fratrũ meorũ iura perturbo. Sed perturbatio iuris illarũ eccleſiarũ eſſet Maguntiñ Coloniẽ. ꝛ Treuereñ. ſi de alia regione ordinarent̃ electores. papa ergo non põt hoc facere.

¶ Preterea idẽ Greg. dicit cauſa ꝛ queſtiõe ſupradicta. Sicut noſtra defendim⁹ ita ſingulis quibuſq eccleſijs ſua iura ſeruam⁹. iura ergo illarũ eccleſiarũ ſup electiõe imperatoris papa non põt auferre.

¶ Preterea quod ordinatũ eſt ꝓ pace ꝛ vnitate eccleſie papa immutare non poteſt. Dicit enĩ iuriſconſultus. Nulla ratio iuris pacit̃. vt que ſalubriter ꝓ vtilitate hominũ introducũtur nos duriori interptatione ↄtra ipſorum cõmodũ ꝓducamus. ſed tales electores ꝓ pace eccleſie videnẽ eſſe ordinati. ergo papa hoc im mutari non poteſt.

¶ In ↄtra. eſt. qꝛ mutata cauſa mutari debet effect⁹. Sed cauſa quare de theutonia ꝑdicti electores fuerunt ordinati fuit defenſio protectio ꝛ liberatio eccleſie de poteſtate tyrannoꝝ. mutata ergo tali cauſa poſſet mutari iuſte dignitas talis eis conceſſa

¶ R. dicẽdũ ꝙ pape eſt in omnibus regnis mutare ꝛ tranſlationẽ facere tam in electo q̃ in electorib⁹ ꝓpter duo. Primo. qꝛ vicarius eſt illius qui regnũ a gente in gentẽ transfert propter iniuſticias ꝛ iniurias ꝛ ↄtumelias ꝛ diuerſos dolos. vt ſcribit̃ Eccle. x. Secundo qꝛ ipſe ſolus habet conſiderare finẽ totius eccleſie. ꝛ ad dictũ finẽ omnes ordinare ꝑ debita media. Dicit.n. Iſydo. in li. de ſũmo bono. ꝙ poteſtates ſeculares intra eccleſiã neceſſarie nõ eſſent niſi ꝙ non ꝑualet ſacerdos efficere ꝑ doctrine ſermonẽ poteſtas hoc imperet ꝑ diſcipline terrorẽ. qꝛ ſepe celeſte regnũ ꝑ regnũ terreſtre ꝓficit. vt qñ aliqui intra eccleſiã poſiti ↄtra fidẽ ꝛ diſciplinã eccleſie agunt rigore principũ cõterant̃. qñ ergo ſũmus pontifex hoc videret ad talẽ finẽ magis valere ꝑſonas alicuius regni vel regionis ꝙ alterius poſſet iuſte huiſmodi tranſmutationẽ facere

¶ Ad primũ ergo eſt dicendũ ꝙ illa iura non ſunt ↄceſſa illis eccleſijs ꝓpter ſingularẽ ipaꝝ vtilitatẽ. ſed ꝓpter totius eccleſie vniuerſalis ꝛ populi xp̃iani pacificã vnitatẽ. ꝛ ideo qñ ꝓpter talẽ cãm ſubtraherent̃ eis illa iura abſq ꝑturbatione iuris ꝓprij fieri poſſet.

¶ Ad.ij. eſt dicendũ ꝙ ſũmus pontifex eſt paſtor cõis totius eccleſie. ꝛ ideo ius cuiuſlibet eccleſie particularis ſic debet defendere ꝙ nõ derogetur iuri cõis boni. quod eſt preferendũ cuilibet bono priuato.

¶ Ad tertium eſt dicendũ ꝙ pax eccleſie conſiſtit in obſeruatione diuine iuſticie. qꝛ iuſticia ꝛ pax oſculata ſunt. plerũq vero talis pax magis aliquãdo habetur ꝑ mutationẽ ꝛ diuiſionem aliquoꝝ q̃ per eorum continuationẽ. Vñ ſaluator math. x. dicit. Nolite arbitrare ꝙ venerim pacem mittere in terram. quia non veni pacem mittere ſed gladium

AD quintũ ſic ꝓcedit̃. videtur.n. ꝙ papa non poſſit alteri parti eligentium fauere. quia papa non debet eſſe acceptor ꝑſonarũ. ſcribit̃.n. ad Roma.ij. ꝙ non eſt ꝑſonarum acceptio apud deum. Sed papa eſt vicari⁹ dei. non ergo debet vni parti magis q̃ alteri fauere.

¶ Preterea pape ꝛ omnibus iudicibus dicit̃ Iſa. xxx. Hec eſt via ambulate in ea ꝛ non declinetis ad dexteram neq ad ſiniſtrã. nõ ergo debet papa magis ad vnam partem electorũ declinare q̃ ad aliam

¶ Preterea dicit Iſydo. in li. de ſũmo bono Omnis qui recte iudicat ſtaterã in manu ſua portat: vt iuſto libramine quedam ꝑ equitatẽ corrigat. quedam vero ꝑ miſerationem indulgeat. non debet ergo papa vni parti maiorem fauorem prebere q̃ alteri.

¶ In cõtrariũ eſt quod ſcribitur extra de elec. c. venerabilem.

¶ Rñſio. dicendum ꝙ ſicut dicit Damaſcenus ij. li. c. xx. Electio eſt duorum exiſtentium vnũ pre altero eligere. Si ergo contingat electores imperatores duos eligere. ad papã pertinet alteri parti in hoc fauere. vt vnum illoꝝ pre altero eligat quem magis cognoſcit eſſe idoneum ꝓ aduocatione ꝛ defenſione eccleſie. et cui fama vita ꝛ iuſticia magis ſuffragatur. vel quando altera pars vocata ꝛ expectata nollet eligere vel ad eligendum conuenire. vnde ſcribitur extra de elect. c. aſſignato. ꝙ autẽ in electione imperatoris vota principum diuidun tur poſt admonitionem ꝛ expectationem alterius partium fauere poſſumus maxime poſtq̃ a nobis vnctio coronatio ꝛ conſecratio poſtulatur. Iure patet pariter ꝛ exemplo. iure quidem. Quia ſi principes vocati ꝛ expectati noluerint conuenire Sedes apoſtolica aduocato ꝛ defenſore carere non debet. Exemplo vero. quia cũ Zocarius ꝛ Conradus in diſcordia fuiſſet electi Romanus pontifex Zocarium coronauit ꝛ imperiũ obtinuit coronatus.

¶ Ad primũ ergo eſt dicendũ. ꝙ acceptio ꝑſone contra veritatem doctrine vel equitatem iuſticie ſeu bonitatem vite peccatũ eſt. ſed preferri vnam ꝑſonã alteri non ratiõe perſone. ſed ꝓpter iſta ꝑria non eſt acceptio perſone.

¶ Ad.ij. eſt dicendum ꝙ ſicut ſcribitur ꝓuer. iiij. Vias que a dextris ſunt nouit dominus. peruerſe vero ſunt que a ſiniſtris ſunt. Fauere ergo perſone ꝓpter bonitatẽ vite ꝛ equitatem iuſticie non eſt declinare a dextris. ſed eſt dexteram alias doctrine viam cuſtodire.

¶ Ad tertium eſt dicendum. ꝙ ſtaterã in manu tenere eſt iuſticie fauere. vnde cum papa alteri partiũ eligentiũ fauorẽ prebet ꝓpter equitatẽ iuſticie non rõe perſone nõ deſiſtit ꝓpter hoc ſtateram in manu portare.

AD ſextũ ſic ꝓceditur. videtur.n. ꝙ papa non poſſit imperatorẽ facere per hereditariam ſucceſſionem ſicut ꝑ electionem. quia dominiũ imperiale papa non debet exponere caſui ꝛ fortune. Sed ſi imperator fieret per ſucceſſionem exponeretur dominium imperiale caſui ꝛ fortune. quia neſciret̃ cuius zeli ꝛ diſcretionis eſſet filius regnatur⁹ poſt eũ. ergo non per hereditariã ſucceſſionẽ debet fieri ſed per electionem ſolum.

¶ Preterea ſcribitur extra de elec. ꝙ eccleſia non debet carere aduocato ꝛ defenſore. Sed magno tempore caret huiuſmodi aduocato ꝛ defenſore. ſi huiuſmodi dominium per ſucceſſionẽ hereditariam filioꝝ transferẽtur. ergo ꝛc.

¶ Preterea talis debet in imperatorẽ eligi qui alios excedit in liberalitate ꝛ poteſtate. ꝛ reipublice cõmunitate. ſed talia magis apparent ſi eligitur perſona q̃ ſi remitit̃ dominiũ ad ſucceſſiuam hereditatem filiorum. magis ergo tale dominium debet currere per electionem q̃ ꝑ hereditariam ſucceſſionem.

¶ In cõtrarium eſt. quia imperiale dominiũ ſpectat ad eccleſiam de iure poſitiuo. ſicut ergo eccleſia ordinauit huiuſmodi dominium fiendum per electionem ita poteſt ordinare ꝙ vadat per hereditariam ſucceſſionẽ.

¶ R. dicendum ꝙ eccleſia indiget imperatore tanq̃ aduocato ꝛ defenſore ꝓ ſtatu pontifico preſentis vite. Scribitur.n. x. di. c. quoniã idem. ꝛ xcvi. di. c. cum ad verum. ꝙ xp̃iani imperatores ꝓ eterna vita pontificibus indigẽt Pontifices vero tantũmodo ꝓ curſu rerũ temporalium imperialibus legibus vtãtur quatinus ſpiritualis homo non implicet ſe negocijs ſecularibus. hac de cauſa apoſtolus. i. ad Thimo. ij. precipit orationes ꝛ obſecrationes fieri ꝓ regibus ꝛ omnibus qui in ſublimitatibus ſunt vt quietam ꝛ tranquillam vitã agamus in omni pietate ꝛ caſtitate. ꝛ pro tali fine Hieremi. etiam ꝓ regibus infidelibus mandauit orationes fieri. Scribit̃.n. Baruch. i. oratẽ ꝓ vita Nabuchodonoſor regis babylonis ꝛ ꝓ vita filij eius ſcilicet Balthaſar vt ſint dies eorum ſicut dies celi ſuper terram ꝛ viuamus ſub vmbra ipſorum ꝛ inueniamus gratiã in conſpectu eorum. Quando ergo papa videt populo xp̃iano magis pacem dari per hereditariam ſucceſſionem imperij q̃ per electionem puto ꝙ ſic poſſit ordinare iſtud ſicut ordinauit illud.

¶ Ad primũ ergo eſt dicendum ꝙ non exponeretur caſui ꝛ fortune dominiũ imperiale eo ꝙ filio nato poſſunt aſſociari boni conſiliarij ꝛ ſapientes viri quorum conſilio ꝛ prudẽtia reſpublica poſſet bene tractari ꝛ eccleſia iuuari in eius oportunitatibus.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ non careret aduocato ꝛ defenſore magno tempore eccleſia: eo ꝙ per ſapiẽtes ſibi datos poſſet huiuſmõi aduocatio ꝛ defenſio fieri. ꝙ ſi ſpreto conſilio ſapientum ꝛ dimiſſa ſocietate bonoꝝ vellet priuatum bonum ꝛ ꝓprium appetitũ ſequi iam non eſſet rex ſed tyrannus

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ filij nobilium debẽt inſtrui ꝛ nutriri in bonis moribus ꝛ ſic habituari in liberalitate. ꝛ vt ſint dei eccleſie ꝛ iuſticie amatores ꝙ talia reperiantur in eis actualiter cum ad dominium perueniunt ſicut inueniretur in perſona que eligeretur.

AD ſeptimum ſic ꝓceditur. videtur.n. ꝙ papa melius facit ordinando imperium per electionem q̃ ſi per hereditariam ſucceſſionem imperium tranſiret. qꝛ non poſſet papa tale dominiũ auferre quãdo placeret. ergo ꝛc

¶ Preterea ſuper illo verbo. Incenſa igni ꝛ ſuffoſſa: Dicit Augꝰ. ꝙ omnia mala ꝓcedunt ex amore male inflãmãte ꝛ ex timore male humiliante. Ex amore ergo priuati boni vel ex timore perdendi huiuſmodi priuatum bonum imperator dominium non recognoſceret ab eccleſia Ex quo ex hereditaria ſucceſſione ꝛ ex antiqua conſuetudine eſſet ſibi quaſi in naturã conuerſum.

¶ Preterea ſi imperator fit ꝑ electionẽ ſemꝑ recognoſcuntur illi qui ſunt de parte eccleſie. quod non contingeret ſi tale dominium ordinaretur tranſire per ſucceſſiuam hereditatem.

¶ In contrariū eſt. quia magna ſollicitudo de
bet eſſe pape populū xp̄ianum in pace ſeruare
Sibi.n.ꝛ alijs prelatis dicit̄ ad Ephe.iiij.
Sollicite ſeruare vnitatē ſpūs in vinculo pa/
cis. Sed magis ſeruarentur in pace fideles ec
cleſie ſi imperium ordinaret̄ ꝑ hereditariā ſuc/
ceſſionem ꝙ̄ ꝑ electionē. ſicut experimentaliter
videmus in regnis que hereditario ꝛ ꝑpetuo
dominio regunt̄.

¶ R. dicendū ꝙ conſideratis geſtis ꝛ condi
tionibus hominū quas experimentaliter nūc
videmus: ſatis videtur magis expediēs eccle
ſie ꝓ pacifico ſtatu ſuoꝝ fideliū ordinare im/
periale dominiū ꝑ hereditariā ſucceſſionē ꝙ̄ ꝑ
electionē. Poſſunt.n. in dominio imperiali
tria conſiderari. Primū eſt ipſius imperato/
ris imperātis affectio. Naturale nanq̄ eſt vt
dicit ph̄s.i. politicoꝝ. Vt quilibet afficiat̄ ad
bonum ꝓpriū. ſicut naturale eſt ꝙ homo ad ſe
ipſum amicitiā habeat. Ex quo ergo imꝑator
ſciret imperiū ſibi deberi non ſolū ad vitā ſed
ꝑ hereditariā ſucceſſionē in ꝓprijs filijs ma/
gis conaret̄ ad iuſticie obſeruationē ꝛ eccleſie
defenſionē ꝛ ꝓtectionē ex quo ſciret ſe ad hūc
finem imperiū pro ſe ꝛ ſuis filijs ab eccleſia re
cepiſſe. Secundū eſt populi obedientis natu
ralis ſubiectio. conſuetudo nanq̄ eſt quaſi al
tera natura. Ex quo igit̄ fideles eccleſie ꝑ diu/
turnā cōſuetudinem eſſent aſſuefacti imperio
obedire ꝛ eccleſie famulari. cuius ipſe impera
tor miniſter eſt: non faciliter rebellarent. quia
conſiderarent ſemꝑ durum eſſe contra ſtimu/
lum recalcitrare. Tertiū eſt eccleſie imperium
ordinantis ipugnatio. quia.n. eccleſia ex mor
te imperatoris ꝛ quāq̄ ex diſcordia electorum
magno tempore caret imperatore aduocato ꝛ
defenſore plura bella ꝛ prelia ꝛ litigia percipit
inſurgere in ſuis fidelibus. ꝛ plerūq̄ ipſamet
eccleſia a ſuis vaſallis ꝑturbatur ꝛ impu
gnatur ſicut experimētaliter omni die videm⁹
Ad obuiandū ergo ſupradictis ꝛ alijs ſuper/
uenientibus impedimentis que occurrūt ex ca
rentia rectorum in partibus Italie ſatis puto
ꝙ eccleſia melius faceret ſi imperiū ordinaret
per hereditariā ſucceſſionē ꝙ̄ ꝑ electionem

¶ Ad primū eſt dicendū. ꝙ nō ſequit̄ ꝙ regū
apulee ꝛ ſicilie cōcedit eccleſia per hereditariā
ſucceſſionem ꝛ tñ poteſt auferre qñ placet ſi cō
tingat regem ꝛ ſucceſſores eius tranſgredi iu
ramentū ꝛ pacta inter ipſum ꝛ eccleſiam ordi
nata. ſic recepto iuramento eccleſia ab impera
tore ꝛ ordinatis pactis ex trāſgreſſione ipſoꝝ
poſſet eccleſia auferre imperium ab eo ꝛ a ſuc/
ceſſoribus eius

¶ Ad ſecundum eſt dicendū ꝙ ſermones mo
rales quāq̄ ſicut affirmatiue ligāt ſic negatiue
ſoluunt. Ex amore nanq̄ bene inflāmante ꝛ
ex timore bene humiliante ꝓcedunt omnia bo
na magis aūt ſm rectā rationem arbitrandū
eſt ꝙ imperator deberet bene inflāmari ex bo
no ſuo ex quo videret ipſum ꝑpetuari in ſuis
filijs ꝙ̄ male ꝛ ꝙ magis deberet bene humiliari
ex timore ne priuaretur in ſe ꝛ in ſuis filijs ta/
li bono ꝙ̄ ſi priuaret̄ in ſe tantum

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ eccleſia non de
bet habere partem ſed totum. Sponſa.n. eſt
illius qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos
ꝛ malos ꝛ pluit ſuper iuſtos ꝛ iniuſtos. vnde
nullam partē debet recognoſcere in iuſticie ob
ſeruatione. ſed in beneficiorum largitione illis
plura debet impendere quos magis dignos
ꝛ virtuoſos recognoſcit.

Ad octauum ſic proceditur. Videt̄.n.
ꝙ papa melius faceret eligendo plu
res imperatores ꝙ̄ vnum. quia plu/
ra cognoſcunt plures homines ꝙ̄ vnus. ſicut
plura vident plures oculi ꝙ̄ vn⁹ oculus Sed
ad regendū fideles eccleſie ꝛ obuiandum ma
licijs hominum: maxima viſio requiritur. me/
lius eſt ergo eſſe plures imperatores ꝙ̄ vnum

¶ Preterea ad cohercendum malorum pra/
uitates maximū poſſe requiritur. Sed plura
poſſunt plures principes ꝙ̄ vn⁹ princeps ſic/
ut plura poſſunt plures manus ꝙ̄ vna man⁹
melius eſt ergo eſſe plures imperatores ꝙ̄ vnū

¶ Preterea ad rectum regimen imperiale re-
quiritur maxime vt non peruertatur per paſ/
ſiones ꝛ concupiſcētias nec corrumpatur pre
tio vel precibus. Sed facilius peruertitur vel
corrumpit̄ vn⁹ ꝙ̄ plures. melius eſt ergo plu/
res imperatores eſſe ꝙ̄ vnum.

¶ In contrariū eſt. quia eccleſia nō debet ob
ligare ſuos fideles ad impoſſibilia ſeruitia. ſ
ſcribitur Math. vi. ꝙ homo non poteſt duo
bus dominis ſeruire. aut.n. vnum odio habe
bit ꝛ alterum diliget. aut vnum ſuſtinebit ꝛ al
terum contemnet vt ibi ſubditur.

¶ R. dicendū ꝙ loquendo de regimine recto
ꝛ naturali ꝛ non tyrannico melius eſt ſimplici
ter qualibet multitudini regi vno principe ꝙ̄
pluribus principibus. Cuius ratio eſt. qꝛ plu
res principes vel dominātur vt plures ꝛ vt diſ
cordiam habēt ad inuicem vel vt ſunt vnū
ꝛ vt habent ꝯcordiam. Si vt plures ꝛ vt diſ
cordes ſunt tūc tale dominium perpetuari nō
pōt. dicente ſaluatore Luce. xi. Omne regnū
in ſe diuiſum deſolabitur ꝛ domus ſupra do/
mū cadet. Si vero dominātur vt vnum ꝛ ad

inuicem habent concordiam ꝛ vnitatem. tūc
ꝓpter quod vnumquodq̄ ꝛ illud magis. Ex
quo dominari plures inquantum eſt bonum re
gimen inquantum tenet locum vnius. melius
eſt ſm rectum dominiū dominari vnū ꝙ̄ plu
res. Unde ph̄us in fine. xij. Methaph. dicit ꝙ
qꝛ entia nolūt male diſponi nec bona eſt plu/
ralitas principū ꝛ principatuū. ideo cōcludit
vnus ergo princeps ꝛ vnus principatus.

¶ Ad primū ergo eſt dicendū. qꝛ ꝛ ſi plures
imꝑatores eſſent ꝑ ſeipſos non poſſent omnia
videre ꝛ cognoſcere niſi haberent eis ꝯiūctos
multos ſapientes ꝛ multos videntes. Debet
ergo imꝑator ꝛ quilibet alius princeps mul/
tos ſapientes ſibi adiūgere. de quorū cōſilio
videat ꝛ deliberet que agenda ſunt. etiā cū eſt
iraſci ꝛ ꝑturbari ꝯtingit ſapientū conſilio vti
debet. vñ ſcribit̄ Heſter. i. ꝙ irat⁹ rex Aſſuerus
ex nimio furore ſuccenſus interrogauit ſapien
tes qui ex more regio ſemꝑ ei aderāt ꝛ illorū
faciebat cuncta conſilio ſcientiū leges ac iura
maiorum.

¶ Ad. ij. eſt dicendū. ꝙ virtus vnita potētior ꝛ for
tior eſt ſeipſa diſperſa. fortius eſt impiū ꝑ do
miniū vni⁹ ꝙ̄ ꝑ dominiū pluriū. potiſſime qñ
plures principes reguntur dominio vni⁹.

¶ Ad. iij. eſt dicendū. ꝙ recte dominantē non ꝯtin/
git ꝑuerti ſeu corrūpi niſi velit ſpernere ꝯſiliū
bonorū ꝛ adherere ꝯſilio maloꝝ mō quo fecit
Roboā filius Salomonis qui ſpreto con
ſilio ſenū adheſit ꝯſilio iuuenū. ſed tūc magis
cenſend⁹ eſt tyrānizare ꝙ̄ recto regimie imꝑare

# Queſtio · XXXVI. de imperij deriuatione.

Hinc conſiderandū eſt de impe
rij deriuatiōe. Circa quod que
runtur ſeptem.

¶ Primo vtrū papatus fuit
ante imperium.

¶ Scḋo vtrū papat⁹ deriuatus ſit ab impio

¶ Tertio vtrum papa ſaltem temporale do/
miniū ab imperio recognoſcat

¶ Quarto vtrum imꝑator in dominio tꝑali
tm̄ ſit maior papa

¶ Quinto vtrum imperator ſit maior papa
in dignitate.

¶ Sexto. vtrum imperator ſit maior papa in
cauſalitate.

¶ Septimo vtrū imperator ſit maior papa
in auctoritate.

Ad primū ſic ꝓcedit̄. Videt̄.n. ꝙ ante
fuerit imperiū ꝙ̄ papatus. Quia in

primo ſtatu añ peccatū fuiſſet dominiū. ſm.n.
ph̄m vigētes intellectu ſunt apti dñari ꝛ alijs
imꝑare. pollentes vero viribus corꝑalib⁹ de/
bent alijs ſeruire ꝛ miniſtrare. planū eſt.n. ꝙ
in primo ſtatu añ peccatū aliqui viguiſſēt ma
gis in intellectu ꝛ aliqui minus.

¶ P. in ſcḋo ſtatu poſt peccatū tꝑe legis natu
re fuit dominiū regale. Scribit̄.n. Geñ. xv. ꝙ
quattuor reges pugnauerūt aduerſus quinq̄
in valle ſilueſtri. nec dū erat dñium papale

¶ P. tꝑe legis ſcripte Saul fuit rex prim⁹ in
iſrael nondum inſtituto papatu.

¶ P. papatus incepit in petro. ſed ante mul
ti fuerunt imꝑatores ſicut de Tyberio ꝛ Iu/
lio ceſare. ꝛ de multis alijs.

¶ In ꝯtra. eſt. qꝛ idē eſt dominiū pape ꝛ do/
miniū xp̄i. ſicut idē eſt dominiū delegantis ꝛ
delegati. Petrus aūt ꝛ alij apoſtoli xp̄i legati
fuerunt. Iuxta illud. ij. ad Choꝝ. v. ꝓ xp̄o.n.
legatiōe fungimur. Sed de dñio xp̄i ſcribitur
ꝓuer. viij. ꝑ me reges regnant ꝛ legū condito
res iuſta decernunt. ꝑ me principes imperant
ꝛ potentes decernunt iuſticiam.

¶ R. dicendū. ꝙ de dñio legali ſeu imꝑiali dupli/
citer poſſumus loqui. Primo vt eſt vſurpatū
ꝛ tyrannicū. Scḋo vt eſt naturale ꝛ politicū

¶ Primū eſt ꝑmiſſū in penā dominantium ꝛ
in penā peccantiū atq̄ in correctionē malorū

¶ Scḋm eſt ꝯceſſum in remediū peccati pro
pter pacē iuſtoꝝ. Primū ergo dominiū vſur/
patū ꝛ tyrannicū fuit añ ſacerdotiū Dicit enī
Aug. xv. de ciui. dei. c. xix. ꝙ primus regū terre
fuit ipſe Cayn. ſecundus eius fili⁹ Enoch in
cuius nomine vbi regnaret̄ condita eſt ciuitas
vñ ſcribit̄ Geñ. iiij. ꝙ cognouit Cayn vxorē
ſuā ꝛ concepit ꝛ peperit Enoch. ꝛ edificauit ci/
uitatē quā noiauit ex noīe filij enoch. poſtmo
dū omnes geniti ex maledicto ſemine Cayn.
vſurpatiue ꝛ tyrānice dñiū ſibi acquiſiuerūt
Sed dñium naturale ꝛ politicū ꝛ recto ꝛ iu/
ſto titulo acquiſitū ſecutū eſt ſacerdotiū. quia
tale dominiū in miniſteriū ſacerdotij ꝛ in tui/
tionē ꝛ defenſionē eccleſie conceſſum eſt. Vñ
dicit Iſy. in li. de ſūm. bono. cognoſcāt prin
cipes ſeculi deo debere rationē reddere ꝓpter
eccleſiā quā a xp̄o tuendā ſuſcipiunt. Nā ſiue
augeat̄ pax eccleſie ꝑ fideles pricipes ſiue ſol/
uatur. ille ab eis rationem exigit qui eorū po/
teſtati ſuam eccleſiam credidit. Planū eſt aūt
ꝙ ſacerdotiū ſtatim poſt diluuium inſtitutum
fuit in perſona Melchiſedech qui ſūmum ſa/
cerdotē qui nunc eſt ſignificabat. Sicut expreſ
ſe dicit Glo. geñ. xiiij. vnde ſuꝑ illo verbo. hic
eſt.n. Melchiſedech ſacerdos dei ſūmi. dicit

Hierony. ꝙ Melchiſedech aiūt hebrei fuiſſe ſecundū filiū Noe ⁊ cōputatione annoꝝ oſtendunt eū vſq₃ ad Iſaac vixiſſe ⁊ omnes primogenitos a noe vſq₃ ad aaron ſūmos pōtifices fuiſſe: ita vt oēs qui iuſto titulo dominio naturali ⁊ pollitico ſumpſerunt dominium ad reipublice defenſionē ⁊ eccl'ie dei tuitōnē vere ꝑ ſūmos ſacerdotes ordinati ſūt.

¶ Ad .i. ḡ eſt dr̄. ꝙ dominiū vt dicit nature ḡ dūs diſtinctōꝫ fuiſſe ante peccatū. Sꝫ vt dicit vicioꝝ correctionē ⁊ ſeruitutis ſubiectōnem qꝛ ꝗ facit peccatū ſeu' eſt pccāti ante peccatum nō fuiſſet.

¶ Ad .ij. eſt dr̄. ꝙ tp̄ale legi nature dominiuꝫ regale vt fuit vſurpatū ⁊ tyrānicū fuiſſet ꝑmiſſū in punitionē pccōꝝ. Qꝛ de' ypocritā facit regnare ꝓpter peccata popl'i. Sꝫ dn̄ium naturale ⁊ pollitīcū vt fuit cōceſſū i remediū peccati ad reipublice defenſionē ⁊ eccl'ie tuitionē ſecutū eſt ſacerdotiū. Quia ſacerdotiū ē ordinatū in remediū pccāti p̄ncipaliter ⁊ effectie. Dominiū vero regale ſeu impiale eſt ordinatū in remediū peccati miniſterialr̄ ⁊ āminiculatiue. Vn̄ dicit glo. Gregorij nume. xxv. ꝙ p' mortē ſūmi pōtificis homicidia iubet reuerti ⁊ ire i terrā ſuā. Quia hūanū gen' peccādo morteꝫ ſibi intulit ſed p' mortē veri ſacerdotis xp̄i abſolutionē ſui reat' accepit.

¶ Ad .iij. eſt dr̄. ꝙ ſaul conſtitut' eſt rex ex clamore populi quaſi i cōtemptū Samuelis ꝓ illo ſtatu locū ſūmi ſacerdotis tenētis. Vn̄ ex h a deo reprobat' eſt. ⁊ tamē nō niſi ꝓpter ſamuelē in regē ordina' eſt. vnde ſcribit ꝑmo regū octauo. quia diſplicuit ſermo popl'i petentis regē. in oculis Samuel. ⁊ domin' dixit ad eū audi vocē popl'i in oib' que loquūtur tibi qꝛ te nō abiecerūt ſꝫ me ne regnes ſup eos.

¶ Ad .iiij. eſt dr̄. ꝙ dn̄ium papale poſſumus conſiderare tripliciter.

¶ Vel quantum ad figuram.

Vel quantum ad perſonam.

¶ Vel quantum ad officium.

Quantū ḡ ad figurā: officiū papale ꝓceſſit oēs imꝑatores ⁊ oēs reges ꝗ iuſto titulo naturaliter ⁊ pollitice dn̄iuꝫ ſūpſerūt. Quia ſūmū ſacerdotiū in melchiſedech figuratū ē vt dictū ē ſupra per glo. hiero.

¶ Quantū vero ad perſonā verū ē ꝙ dominiū papale in btō petro incepit ꝗ fuit primus papa quē planū ē plures imperatores ⁊ reges ꝓceſſiſſe in tēꝑaliū adminiſtratōe. nō aūt quātū ad ip̄i' dominij iuriſdictōꝫ. quā nec āte nec poſt null' rex vl imꝑator habere ꝓhiſſia xp̄o ⁊ per ꝯſequēs niſi a papa. qꝛ poteſtas xp̄i eterna eſt. ꝗ nō auferetur ⁊ regnū eius qđ nō corrūpetur vt ſcribitur danielē ſeptimo. Sꝫ q̄ntū ad officiū ſcđm imediatā adminiſtratōꝫ aliquoꝝ tēꝑaliū ⁊ ſcđm liberā executōnē oim ſpiritualiū i toto orbe terraꝝ officiū papale p' ꝯſtātinū imꝑatorem incepit.

Ad .ij. ſic ꝓceditur videtur eni ꝙ papa t' deriuatus ſit ab imperio. ſcribitur eni .i. macha. iiij. ꝙ iudas machabe' ꝗ fuit dux populi iudeoꝝ elegit ſacerdotes ſine macula. vt mūdaret ſancta ⁊ ſic ſacerdotiū vt videtur deriuatuꝫ eſt a iudicib' ⁊ regibus ⁊ per ꝯſequēs papat' ab imperio.

¶ P. electi ab electorib' deriuant. ſcribit in geſtis beati gre. ꝙ cū elect' eſſet in papā ⁊ ip̄e conaretur pontificalē dignitateꝫ refugere ſcripſit mauritio imꝑatori vt ſue electioni nō preberet aſſenſū. h idē hēt expſſe. xx. di. c. in noīe domi ꝙ imꝑatoꝝ ꝯſenſus requirebat in electōe ſummi pōtificis.

¶ P. preeſſe aliis ꝓpriū eſt gētilium. dicit eni glo. ſuper illo verbo luce. xxij. Scitis qꝛ principes gētiū dn̄ant eoꝝ qui poteſtatē hn̄t ſup illos benefici vocant ꝙ primatū habere ſuper alios gentile eſſe ſaluator oſtendit. Ex iō mētē diſcipuloꝝ eſtuātem cōꝑatione gētiliū extinxit cū ergo papale ⁊ ſacerdotale dominiū preſidētiā quandā ſup alios importet: ab imperatorib' gētiliū tale dominiū videt eſſe deriuatū.

¶ In contrariū eſt. quia ſicꝫ materia eſt propter formā ita corꝑale ⁊ temporale videtur eſſe ꝓpter ſpirituale. dominiū ḡ impale deriuatur ⁊ eſt ꝓpt ipſū doīniū papale. nō aūt ecōuerſo

¶ R. dr̄. ꝙ iſta queſtio ſoluit ꝑ illud qđ hētur extra de ma. ⁊ obe. vbi papa reſpondēs imꝑatori ſic dicit. Noſce debueras ꝙ fecit deus duo magna luminaria in firmamēto celi. Luminare maius vt preeſſet diei. Et luminare min' vt preeſſet nocti vtrūq₃ magnū. Sꝫ alteꝝ maius ad firmamētū ḡ celi hoc eſt vniuerſal' eccl'e fecit de' duo luīaria. Quia duas iſtituit dignitates. que ſunt pontifical' auctoritas ⁊ regalis poteſtas. ¶ Sed illa que preeſt diebus pura ſpiritualibus: maior eſt. que vero carnalibus minor eſt quāta eſt inter lunā ⁊ ſolē tāta inter pontifices ⁊ reges differentia cognoſcat. Planū eſt autem ꝙ lūa deriuatur a ſole quātū ad eius formatōnē. Qꝛ ex illa luce ꝗ facta deſcribitur in geñ prima die: quarta die poſtmodū formatus eſt ſol. primo vt dyoniſi' di. Deinde luna ac alie ſtelle. Et quātū ad eius lucis receptionē. quia luna a ſole ſuam luceꝫ recepit. vnde pater omniū planetaꝝ ꝑ aſtrologos ipſe ſol deſcribitur ſic dominiū imperiale vel regale deriuatur a dominio papali vel ſacerdotali quātū ad eius formationē vel quantū ad ei' dignitatis vel auctoritatis receptionē.

¶ Ad primū ergo eſt dicendū ꝙ Iudas machabeus nō elegit ſacerdotes quantū ad officiū ſed quantū ad ꝑſonas. qꝛ de deputatis ad officiū ſacerdotale illos elegit quos ex ſanctitate vite ⁊ ex fama populi magis cognouit habere voluntatem in lege domini.

¶ Ad .ij. eſt dr̄. ꝙ qn̄q₃ papa i eccleſia primitiua ꝓpter pullulationē hereticoꝝ cōceſſit aliquod ius imꝑatoribus ⁊ regibus taꝫ in ſūmi pontificis electōe ꝗ in eccleſie gubernatione ideo ꝓ illo tp̄e tunc ad depreſſionē inimicorū indigebat regū ⁊ imꝑatoꝝ auxilio. Sed poſtmodū reaſſumpſit ſibi gladiū correctiōis eoꝝ ⁊ reaccepit eis ius eccleſiaſticū. quod eis ex cōditione ipſorum non cōueniebat.

¶ Ad .iij. eſt dicendū ꝙ in iuſto dn̄io nō inducitur faſtus vel ambitioſitas ſupbie. hoc .n. ſine dubio gentile eſt. Scribitur .n. Eccle. xxxij. Rectorē te poſuerūt noli extolli. eſto i eis ſicut vnus ex illis. Sed quantū ad benignitatē cōſulendi ⁊ regendi que iuſto dominio importatur. ſacerdotale ⁊ papale dn̄ium nō deriuatur ab imperio ⁊ dn̄io gentiliū. ſed magl ecōuerſo

Ad tertiū ſic ꝓcedit. Videt .n. ꝙ papa ſaltē dn̄ium tp̄ale ab imꝑatore recognoſcat. Scribit .n. xcvij. di. c. Conſtantinus. ꝙ dictus imꝑator conſtantinus coronā ⁊ omnē regiā poteſtateꝫ vel dignitatē in vrbe Romana ⁊ in Italia ⁊ in partibus occidentalibus apoſtolico cōceſſit.

¶ P. ſcribit eodē. c. beato Silueſtro ⁊ oibus ſucceſſoribus eiuſdē in ꝓſente tradimus pallatium noſtri imperij lateranenſi. deinde dyademа videlicet coronā capitis noſtri ſimul et frigiū ſimulq₃ clamidē purpureā atq₃ tunicam coccineā. Necnō omnia impialia indumenta ⁊ diuerſa ornamenta ⁊ omnē ꝓceſſionē imperialis culminis ⁊ gloriā poteſtatis noſtre.

¶ P. addit in dicto. c. decernimus itaq₃ ⁊ hoc vt ipſe beatus ſilueſter ⁊ ſucceſſores eius dyademate videlicet ⁊ coronā quam ex capite noſtro illi cōceſſimus ex auro puriſſimo ⁊ gēmis ꝓcioſis vti debeant ꝓ honore beati Petri.

¶ In ꝯtra. eſt. qꝛ dn̄ium ſpūale papa a nullo recognoſcit niſi a deo. ergo dn̄ium tp̄ale nō niſi a deo recognoſcere debet. alias papa ꝑ euidentiā facti duo principia eſſe fateretur. vnuꝫ ſpūalium ⁊ aliud tp̄aliuꝫ. quod fuit error manicheoꝝ vt dicit Auguſtinus.

¶ R. dicendū ꝙ dominiū tp̄ale quantum ad ꝓſens tripliciter poſſumus ꝯſiderare

¶ Primo quantū ad ipſoꝝ tp̄alium tyrānice ⁊ vſurpatiue ablatoꝝ reſtitutionē. Poſſūt eñ aliqui tyrannice ⁊ vſurpatiue dn̄ium tp̄ale habere. vel quantū ad acquiſitionē. qꝛ iniuſto titulo ⁊ tyrānice huiuſmodi dominiū acceperunt. vel quantū ad vſum ⁊ executionē qua nō vtunt ad protectionē ⁊ defenſionē ecl'ie ſicut miniſterialiter vti debent. multi nanq₃ imperatores ante xp̄i aduentum dn̄ium tp̄alium forte iuſto titulo acceperunt ⁊ ſi ꝑ electionē populi vel eorū ad quos pertinebat domini effecti ſunt. Quia tñ tali dominio non miniſterialiter vtebant in obſequiū eccleſie ⁊ in defenſioneꝫ eccleſiaſtice diſcipline. ſed potius ad eius impugnationē. tale dn̄ium tyrannicū ⁊ vſurpatum cenſendū erat. Dicit .n. Iſydo. in li. de ſūmo bono. ꝙ principes ſeculi nō aliter intra eccleſiā ptātis adepta culmina iuſte tenent. niſi vt per eandē poteſtē diſciplinā eccleſiaſticam muniant ⁊ defendant

¶ Secundo temporalium dominium poſſumus conſiderare quantū ad imediatā adminiſtrationē quā imꝑatores ⁊ reges ⁊ alij principes ſeculi habent ⁊ habuerunt. aliter domini temporales non appellarent niſi tp̄alium immediatā adminiſtrationē haberent.

¶ Tertio tale dn̄ium poſſumus conſiderare quantū ad vniuerſalē ⁊ totalē iuriſdictionem. Totalis .n. ⁊ vniuerſalis dn̄s ſpūalium ⁊ temporalium eſt ipſe xp̄s ⁊ vicarius eius ſūmus pontifex. Colūne .n. celi cōtremiſcunt ⁊ pauēt ad nutū eius ⁊ ſub eo curuant qui portant orbem: vt ſcribit in Iob

¶ Primis ergo duobus modis papa bene poteſt recognoſcere dn̄ium tp̄ale ab imꝑatoribus ⁊ regibus. Quia quantū ad eorū tyrannice ⁊ vſurpate ablatorū reſtitutionē. ⁊ quantum ad eorū immediatā adminiſtrationē. eccleſia ab imꝑatoribus recepit ⁊ recipit tp̄alia. Sed quantū ad vniuerſalē iuriſdictionē dominiū tp̄ale a nullo recognoſcit niſi a deo. huius ſignum eſt. quia ſi papa iniuſte tp̄alia reciperet vel ꝙ iniuſte vteret corā nullo principe poſſet cōueniri. ⁊ a nullo poſſet iudicari niſi a deo ſolo.

¶ Et ꝑ hunc modū poteſt reſponderi ad oēs rōes ſupius adductas. Quia beatus Silueſter non recepit illa tp̄alia a Cōſtantino quantum ad dominij recognitionē. ſed quantū ad immediatā aliquoꝝ tp̄alium adminiſtrationē quoꝝ eccleſia ante nō habebat. ⁊ quantuꝫ ad ipſius eccleſie ⁊ fidei catholice defenſionem. Quia ſicut dictus Cōſtantinus ante receptionem baptiſmi vtebatur dominio tp̄alium ty-

rõnice ⁊ vſurpatiue ad eccleſie impugnationẽ
⁊ xpianoꝝ pſecutionẽ. ita poſtmodũ ſicut dei
miniſter vſus eſt tali dñio ad eccleſie exaltatio
nem ⁊ xpiane fidei defenſionẽ. Nã multa pri/
uilegia ꝯceſſit eccleſie in fauorẽ xpiane fidei.
Sicut in legenda beati Silueſtri habetur

**A**d quartũ ſic ꝓcedit. videt. n. ꝙ impa
toꝛ ſit maioꝛ papa in dñio tpalium.
Dicit. n. Nicolaꝰ papa. ⁊ ponit. xcvi.
di. c. cum ad veꝝ. ꝙ vltra nec impatoꝛ ſibi iu/
ra pontificatus arripiat. nec pontifex iura im/
peratoꝝ vſurpet. qm idẽ mediatoꝛ dei ⁊ homi
nũ hõ xpus ieſus actibus ꝓpriis ⁊ dignitatibꝰ
diſtinctis officia ptãtis vtriuſqȝ diſcreuit. Sꝫ
ſi papa diceretur maioꝛ impatore in tpalibus
vſurparet ius eius. Ergo nec debet dici maioꝛ
ipſo in tali dominio.
¶ P. iuramentũ fidelitatis preſtatur ab ipſis
regibꝰ ⁊ impatoꝛibus cũ accipiũt adminiſtra/
tionem tpalium. Non aũt tale iuramentũ pre
ſtatur pape. ergo in dñio tpalium papa nõ eſt
maioꝛ impatoꝛe vel quocunqȝ alio rege
¶ P. beatus Ambroſius dicit ⁊ ponit. xxiij.
q. viij. c. conuenioꝛ. Tpalia impatoꝝ ſunt. ad
impatoꝛis palacia ptinent. ad ſacerdotẽ vero
eccleſie. in tẽpoꝛalibus ergo imperatoꝛ eſt ma/
ioꝛ papa.
¶ In ꝯtra. eſt. qꝛ in eo cuius merũ dñium ho
mõ habet non põt ꝯuenire corã alio ſi delin/
quat. ſed quicunqȝ xpianus rex vel impatoꝛ ſi
delinquat põt ꝯueniri corã papa. vt pꝫ. xi. q.
i. quicunqȝ litem hñs. Ergo nullius rei tpalis
vel ſpũalis merum ⁊ ſupremũ dominium ha/
bet niſi papa
¶ R. dicendũ ꝙ Hugo i decre. ſupra allega/
to. cũ ad verũ. tria videt dicere de dñio impiali
⁊ papali contraria ſupra dictis.
¶ Primo nanqȝ dicit ꝙ impatoꝛ ptãtem gla/
dij ⁊ dignitatẽ impialem non recepit ab apo/
ſtolico. Sed a principibus ⁊ populo p electio
nem cuius contrariũ ſupra determinatũ eſt.
Quicquid. n. fuerit d' impatoꝛibus preteritis
modernoꝝ tñ impatoꝝ electio planũ eſt ꝙ p
tinet ad ſũmum pontificẽ. vel imediate per ſe
ſeipſum vel p electoꝛes quos ipſe ſũmus pon
tifex oꝛdinauit.
¶ Secundo dicit ꝙ ante fuit impatoꝛ ꝙ̃ pa/
pa. ⁊ dicte poteſtates imperiales ⁊ apoſtolice
ſunt diſcrete ⁊ diuerſe quoꝝ vtrunqȝ indiget
diſtinctione verũ eſt nanqȝ impatoꝛem fuiſſe
ante papã quantũ ad perſonã. ſed nõ quantũ
ad officiũ ⁊ figurã. ſucceſſit. n. papatꝰ ⁊ ſacer
dotiũ xpi ſacerdotio leuitico. ⁊ ſacerdotium le
uiticũ ſucceſſit ſacerdotiũ legis nature. Sicut
dicit apo. ad hebre. vij. Vñ vniuerſaliter ſa/
cerdotiũ fuit ante impium ſicut ſupra dictũ eſt
nec dicte poteſtates ſunt diſcrete ⁊ diuerſe. qꝛ
vna non reducat ad aliam. vtraqȝ. n. eſt a deo
imperialis ⁊ apoſtolica. Sed apoſtolica ⁊ ſa/
cerdotalis imediate. Impialis vero mediãte
apoſtolica ⁊ ſacerdotali.
¶ Tertio dicit ꝙ papa eſt maioꝛ impatoꝛe in
ſpũalibus. ſed impatoꝛ maioꝛ papa in tempo
ralibꝰ. ſed ſi ſic eſſet pari ratiõe impatoꝛ poſ/
ſet dici maioꝛ xpo in tpalibus. non. n. eſt Im
peratoꝛ maioꝛ papa in tpalibus niſi ꝓpter im
mediatũ vſum ⁊ immediatã executionem ſm
quẽ modũ impatoꝛ maioꝛ deo dicit. qꝛ deus
non habet immediatũ vſum ⁊ imediatã execu
tionem tpaliũ. Non. n. ipſe manducat carnes
thauroꝝ. aut ſanguinẽ hircoꝝ potat nec equi
tat equos precedente turba famuloꝝ ⁊ arma/
torum. ⁊ tñ ipſe dicit in pſal. vbi iſta leguntur
Meus eſt oꝛbis terre ⁊ plenitudo eius. ⁊ do/
miniũ vniuerſoꝝ ſe nominat. nec qꝛ celos ſibi
reſeruauit terrã etiã ad vſum ꝯceſſit filijs ho/
minum. Iuxta illud pſal. Celũ celi dño terrã
aũt dedit filijs hominũ. ꝓpter hoc dicendũ eſt
ꝙ filij hominũ ſint maioꝛes deo in terrenis ⁊
deus ſit maioꝛ homine in celeſtibus. ꝙ. n. ſim
pliciter dicitur ſine additamẽto dicit. Et ideo
ſicut deus dñs vniuerſoꝝ eſt tpalium ⁊ ſpũa/
lium quantũ ad vniuerſalẽ iuriſdictionem. ſic
papa vicarius eius in ſpũalibus ⁊ tpalibus
eſt maioꝛ quocunqȝ alio rege vel impatoꝛe
¶ Ad primũ ergo eſt dicendũ ꝙ papa non de
bet ſibi vſurpare imediatã executionẽ vel ad
miniſtrationẽ tpalium. ne ꝓpter talẽ executio
nem implicet ſe negotijs ſecularibus. Sicut
nec impatoꝛ imediatã executionẽ ſpũaliũ de
bet habere. Tunc. n. illa abuſio requireretur ꝙ
carnalis hõ in rebus diuinis preſidere videre
tur ⁊ ſpũalis homo carnalibus negotijs im/
plicaretur. ſed ex hoc non ſubtrahit dominiũ
tpalium ipſi pape quin in delictis ⁊ violen/
tijs non poſſit impatoꝛes ⁊ reges coꝛrigere. ⁊
eos dñio tpalium priuare ſi ꝯtingat eos foꝛe
facere.
¶ Ad. ij. eſt dicendũ ꝙ iuramentũ fidelitatis
ab epis non debet preſtari regibus vel impa/
toꝛibus ꝙ ab eis recognoſcant tpalium ime/
diatã iuriſdictionẽ. Tale. n. iuramentũ ſolũ
pſtandũ eſt pape qui ſup tpalia ⁊ ſpũalia hu
iuſmodi iuriſdictionẽ vniuerſalẽ hꝫ in toto
oꝛbe. Sed bene põt preſtari eis iuramentum
vt ab eis recognoſcant imediatã tpalium exe/
cutionẽ vel adminiſtrationẽ. potiſſime in ter
ris ⁊ in regnis vbi eccleſia imediatã admini
ſtrationem tpalium non habet
¶ Ad. iij. eſt dicendũ ꝙ ambroſius intelligit
tpalia eſſe impatoꝝ quantũ ad vſum ⁊ execu/
tionẽ non quantũ ad vniuerſalẽ dñationẽ ⁊
tranſmutationem. Dei. n. ſolius ⁊ vicarij ieſu
xpi eſt tale dñium. quis ad eũ ſpectat tpalia ⁊
regna terre tranſmutare ⁊ oꝛdinare. vñ dicitur
Danielis. iiij. Tpa qꝫ mutabunt ſup te donec
ſcias ꝙ dñetur excelſus ſup regnum hominũ.
⁊ cuicunqȝ voluerit dabit illud.

**A**d quintũ ſic ꝓcedit. videtur. n. ꝙ im
peratoꝛ ſit maioꝛ papa in dignitate.
Scribit. n. xcvij. di. c. Conſtantinus
ꝙ ſicut impialis exiſtit decoꝛata militia. ita de
rũ ſancte romane eccleſie adoꝛnari decreuimꝰ
⁊ patronos ⁊ cõſules effici. necnõ in exterie di/
gnitatibus impialibus eos ꝓmulgamus de
coꝛari. videtur ergo impatoꝛẽ excedere papam
in dignitate. ex quo eius dignitas ex dignita/
te impiali videtur eſſe deriuata.
¶ P. illud quod ineſt cauſe ⁊ cauſato dignꝰ
eſt in cauſa ꝙ̃ in cauſato. ſed ſcribitur eadẽ di.
⁊. c. ſicut noſtra eſt terrena impialis poteſtas.
ita ſacroſanctã romanã eccleſiã decreuimꝰ ve
neranter honoꝛare ⁊ amplius ꝙ̃ noſtrũ impe/
riũ terrenũqȝ thronũ ſedem ſacratiſſimã beati
Petri glorioſe exaltare tribuentes ei poteſta/
tem gloriã ⁊ dignitatẽ atqȝ vigoꝛẽ ⁊ honoꝛifi
centiam imperialem.
¶ P. papa eſt vicariꝰ xpi. ſed maioꝛ ⁊ digni/
oꝛ fuit xpus in eo ꝙ impatoꝛ ⁊ rex ꝙ̃ in eo ꝙ ſa/
cerdos. tñ in eo ꝙ ſacerdos paſſus eſt ⁊ moꝛ/
tuus. in eo ꝙ rex a moꝛtuis reſurrexit. ergo ma
ioꝛ eſt dignitas impialis ꝙ̃ papalis
¶ In ꝯtrariũ ẽ quod ſcribitur. xcvij. di. c. duo
quippe. vbi ex auctoꝛitate beati Ambroſij di/
citur ꝙ nõ tã aurũ precioſius eſt plumbo ꝙ̃ re
gia poteſtate dignioꝛ ſit oꝛdo ſacerdotalis
¶ R. dicendũ ꝙ ad preſens nõ ſit nobis cure
p auctoꝛitatẽ noui vel veteris teſtamenti ſeu p
aliã rõnem oſtendere dignitatẽ papalẽ impia
lem excedere. ſed ſolũ p exempla impatoꝝ gẽ/
tilium. Scribitur. n. de Alexandro impatoꝛe.
ꝙ cũ veniret i iudeã cũ ꝓpoſito deſtruẽdi ⁊ ex
terminandi ipſam. in viſione habuit ꝙ ioãde
ſũmo ſacerdoti ſibi obuiã veniente honoꝛẽ de
heret impendere. tanqȝ ſuperioꝛi ⁊ dignioꝛi ſe
Quod ſic fecit. qꝛ ſtatim vt eũ vidit pontifica
libus veſtibꝰ oꝛnatũ. ⁊ laminã vbi erat nomẽ
domini ſcriptũ ſm legem antiquã in frõte põ/
tificis de equo deſcendit digniſſimeqȝ eũ vene
ratus eſt. De quo cũ admirarentur principes
eius comitatũ ſequentes. dixit ꝙ non ipm ad
oꝛaſſet. ſed deũ cuius principatũ ⁊ vicem gere
bat in terris. vñ veniens cũ eo hieruſalẽ tem/
plum dñi cũ maximis donis honoꝛauit. atqȝ
barbarã ꝯtra iudeos ferocitatem deponens.
ipſos ab omni tributo exemit ⁊ liberati dona
uit. ¶ In libello ſimiliter Sibille tyburtine
ſcribitur ꝙ cũ in die natalis dñi templũ edifi
catũ a primoꝛdio vrbis Rome coꝛruiſſet Ce
ſar Auguſtus intelligens maioꝛem dñm ipſo
eſſe in terra natũ. ꝓhibuit ex tunc ne quis eum
dñm vocaret. ⁊ cũ diligenter pquireret a tybur
tina Sibilla quis eſſet verus deus in hoc mũ
do. ⁊ cũ illa oꝛaculo ſe dediſſet apparuit circa
ſolem circulus ⁊ in medio circuli virgo pulcer
rima puerũ geſtans in gremio. Tunc Sibil/
la ait. reſpice inquit impatoꝛ. Cũ aũt ceſar ſtu
peret ad viſionem predictã audiuit vocem de
celo dicentẽ. hec eſt ara celi. Et impatoꝛi dixit
Sibilla. hic puer maioꝛ eſt te ideo ipſum ad/
oꝛa. quod fecit. Et tunc precepit ne aliquis eũ
dominũ vocaret. ꝓpter quod ille locus voca/
tur adhuc Sãcta maria de ara celi. Quicũqȝ
ergo non dubitat papã verũ eſſe xpi vicariũ
dubitare non debet eius dignitatem excellere
omnem terrenã dignitatem. impialẽ ⁊ regalẽ.
¶ Ad primũ eſt dicendũ ꝙ non eſt dubiũ ꝙ
militia clericalis maioꝛibus ⁊ melioꝛibus oꝛ/
namẽtis debet oꝛnari ꝙ̃ militia impialis que
a ſacerdotali militia deriuata eſt. Scribitur. n.
Sap. xviij. ꝙ in veſte poderis quã habebat
Aaron totus erat oꝛbis terrarũ ⁊ parentũ ma
gnalia in quatuoꝛ lapidũ oꝛdinibus erãt ſcul/
pta. ⁊ magnificentia dei in magnificentia ca/
pitis illius erat ſcripta.
¶ Ad. ij eſt dicendũ ꝙ cauſaliter nominaliter
nomina dignitatis eccleſiaſtice verũ eſt ꝙ de
riuata ſunt a gentilibꝰ magis ꝙ̃ a iudeis. Et
potius imitatur gentiles in talibus dignitati
bus ꝙ̃ imitetur iudeos non obſtante ꝙ in ſa/
cerdotio iudeoꝛum ſit figuratum ſacerdotium
xpi. Quantũ ad dignitatem ⁊ cauſaliter effe/
ctualiter dignitas impialis ⁊ regalis magis ſit
deriuata a dignitate ſacerdotali ꝙ̃ econuerſo.
Quia lex illa iudaica vbi dignitas ſacerdota
lis deſcribitur particularis erat reſpectu ritus
gentilium qui diſperſi erant vniuerſaliter per
vniuerſũ oꝛbem. Unde eccleſia noſtra que ca
tholica eſt ⁊ vniuerſalis. magis in dignitate
imitatur ritum gentilium imperatoꝛum ꝙ̃ ſa/
cerdotium iudeoꝛum
¶ Ad tertium eſt dicendũ ꝙ xpus vnus ⁊ idem
fuit rex ⁊ ſacerdos dignioꝛ tamen fuit vt liceat
ſic loqui inquantum ſacerdos ꝙ̃ in eo ꝙ rex.
Quia dignus fuit ſua oblatiõe in cruce moꝛ/
tem vincere. ⁊ celeſtem ianuã fidelibus apire.

ꝙ a mortuis reſurgere.

¶ Uel poteſt dici ꝙ dignitas xp̄i inquantū rex accipitur quātum ad premium glorie reſurrectionis. ſed dignitas xp̄i inquantū ſacerdos ſumitur quantum ad meritū fructuoſe paſſionis. Unde non eſt incōueniens ꝙ alio ⁊ alio reſpectu vna dignitas ſit maior alia.

Ad ſextū ſic ꝓceditur. videtur. n. ꝙ imperator ſit maior papa in cauſalitate quia cauſa primaria plus influit in ſuum cauſatum ꝙ̄ ſecundaria. vt dicitur in libro de cauſis. ſed plus pōt impator ꝙ̄ papa cuius ſignum eſt. quia eū in auxilium ſuū vocat ad defenſionem eccleſie.

¶ P̄. principiū ⁊ cauſa idez ſunt. Sed imperator eſt primū moués in corporalibus. ergo excedit in cauſalitate.

¶ Preterea oſcula pedū ⁊ ꝓſtrationes prius exhibita ſunt impatoribus ꝙ̄ pape. ergo maior ipſo in cauſalitate.

¶ In ↄtrariū eſt. quia cauſe eſt influere motū ⁊ ſenſum ⁊ ſuū cauſatū. ſed motum directiōis ⁊ ſenſū cognitionis papa influit in omnia mēbra eccleſie. in ipſo. n. viuimus mouemur ⁊ ſumus. excedit ergo omnes in cauſalitate.

¶ R̄. dicendū ꝙ ſicut deus altiſſim⁹ eſt cauſa omniū in triplici genere cauſe finalis efficiētis ⁊ formalis. vt dicit cōmentator. xij. metha. ſic papa vicarius eius cauſa eſt omnium credentium miniſterialiter.

¶ Primo finalis ⁊ ſupnaturalis finis demōſtratione. non. n. poteſt quis credere niſi audiēdo. nec audire ſine predicāte. nec p̄dicare niſi mittatur. Oportet ergo deuenire ad vnū a quo mittantur illi qui fideles ad finem ſupnaturalem vocāt. ⁊ iſta eſt deductio apoſtoli ad Romanos. x.

¶ Scd̄o efficiens in omniū credentiū gubernatione ⁊ motione. Non eſt. n. abire in infinitum ⁊ in mouentibus ⁊ motis ⁊ in rectoribus ⁊ rectis. vn̄ dicit Aug. iij. de ciui. dei. ca. iiij. ꝙ quēadmodū corpa craſſiora ⁊ inferiora ⁊ ſubtiliora ⁊ potentiora quodā ordine regūtur. ita omnia corpora p ſpūm vite. ⁊ ſpūs vite irrōalis p ſpūm vite rōnalem Et ſpūs vite rōnalis diſertor atq̄ peccator p ſpūm vite rōnalez piū ⁊ iuſtū. ⁊ ille p ipſum deū ac ſi vniuerſa creatura p creatorem ſuuz ex quo ⁊ p quem ⁊ in quo condita atq̄ inſtituta eſt. ac p hoc volūtas dei ⁊ p ↄſequens pape qui eſt ei⁹ vicarius. eſt prima ⁊ ſūma cauſa omniū corporalium ⁊ ſpūalium motionum. quia nihil fit viſibiliter ⁊ ſenſibiliter quod non de interiori inuiſibili atq̄ inſenſibili ⁊ intelligibili aula ſūmi impatoris aut iubeatur aut permittatur.

¶ Tertio eſt cauſa formalis in omni honorū ⁊ gratiarum diffuſione ⁊ diſtributione. Eſt. n. vniuerſalis diſpenſator illius infiniti theſauri. puta meriti xp̄i martyrum ⁊ apoſtoloꝝ quo eccleſia eſt dotata ⁊ dicata ⁊ xp̄i milites ſtipendiantur.

¶ Ad primū ergo eſt dicendum ꝙ hoc ipſū ꝙ papa vocat imperatorē in ſuuz auxiliū ⁊ eccleſie defenſionem a papa habet cauſaliter effectiue ⁊ finaliter terminatiue cum gladium imperialem ſolum in miniſteriuz dei conſtet ſibi eſſe datum vt dicitur. xxiij. q. iiij. c. queſitū.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ ſicut ↄtingit eſſe multos fines vnus tamē reducatur in aliū quouſq̄ deueniatur ad vltimū ad quem oēs reducantur cum non ſit in talibus abire in infinitum. ſed contingit eſſe multos mouentes. vnum tamē reducitur ad aliud quouſq̄ deueniatur ad primum mouens a quo cuncta mouentur. iſte eſt deus poſt deum eſt papa vicarius eius.

¶ Ad tertiū eſt dicendum ꝙ ſicut dicit Aug. multa de diuinis honoribus ſubtracta ſunt q̄ deferuntur humanis a ſubiectione mortifera vel adulatiōe peſtifera pape tū vicario xp̄i nō eſt dubium ꝙ plures ⁊ maiores honores deferri debent ꝙ̄ cuicūq̄ alteri impatori vel regi.

Ad ſeptimum ſic ꝓceditur videtur enī ꝙ impator ſit maior papa in auctoritate. Scribitur. n. i. Petri. ij. Subiecti eſtote omni humane creature ꝓpter deum ſiue regi quaſi precellenti. ſiue ducibus tanq̄ ab eo miſſis ad vindictam malefactorum laudem vero bonorum.

¶ Preterea ſcribitur iudith. vi. ex pſona oloferni vt oſtendā tibi qm̄ non eſt deus niſi nabuchodonoſor. ⁊ ꝙ ipſe ſit dn̄s vniuerſe terre tunc probabis qn̄ gladius militie mee tranſibit per latera tua.

¶ Preterea ſcribitur. xcvij. di. c. Conſtantin⁹ ꝙ in primo priuilegio dato p ipſuz eccleſie cōſtitutum eſt vt in toto orbe romani pontifices vel ſacerdotes ita caput habeant romanū pōtificem ſicut iudices regem. auctoritatem ergo accepit papa a ↄſtantino ⁊ ſic fuit maior ipſo.

¶ In contrarium eſt. quia auctoritas pape eſt in celo ⁊ i terra. eſt aūt vicari⁹ illius de quo ſcribitur Sap̄. xviij. Inſimulatum imperium tuum portans ſtans in terra tangit celū poteſtas aūt imperialis ſolū eſt in terra. Ergo minor illa.

¶ R̄. dicendum ꝙ illa queſtio determinatur p illud quod habetur extra de maiori. ⁊ obe. ſolite benignitatis affectu. vbi papa reſpōdens imperatori ex eo ꝙ iratus fuerit ꝙ in litteris ſuis viſus fuit eum increpare ſic dicit. pōmiſſes aūt prerogatiuam ſacerdotij ex eo intelligere potius quod dictum eſt non a quolibet ſed a deo. non regi ſed ſacerdoti. non de regia ſtirpe. ſed de ſacerdotali ꝓſapia deſcendenti. de ſacerdotibus videlicet qui erant in Anatot Ecce conſtitui te ſuper gentes ⁊ regna vt euellas ⁊ diſſipes edifices ⁊ plantes. Soluitur ſimiliter per illud quod habetur. xcvij. di. c. conſtantinus. vbi ſic dicit. vtile iudicauimus vna cum omnibus ſatrapis noſtris. vt ſicut beat⁹ petrus in terris vicari⁹ filij dei videtur eſſe cōſtitutus. ita principatus eius poteſtatez ⁊ auctoritatem ampli⁹ ꝙ̄ terrenē imperialis noſtre ſerenitatis manſuetudo habere videtur. vnde ⁊ tenentes frenum equi ipſius pro reuerentia beati petri ſtratoris officium illi exhibuimus.

¶ Ad primum ergo eſt dicendū ꝙ beatus petrus ſcribebat ſubditis ſuis ꝓuocans eos ad humilitatis meritum nec imponens eis regalis vel imperialis ſubiectionis iugum. quia ſi hoc intendiſſet ſuppoſuiſſet eos nedum ſeruituti imperatorum verum etiam ſeruituti ſeruorum. cum dicat. Subiecti eſtote omni humāe creature ꝓpter deum. Planum eſt aūt ꝙ ſerui inter creaturas dei nominantur

¶ Ad ſecundum eſt dicendū ꝙ olofernes qui illa verba dixit labijs caritatis vni⁹ mulieris hebree interfectus eſt. ⁊ nabuchodonoſor qui ſe deum vniuerſe terre nominabat ab hominibus eiect⁹ eſt ⁊ cum beſtijs fuit habitatio ſua ꝙ̄ diu non recognouit deum celi eſſe dominū vniuerſorum. vt dicitur Danielis. iiij.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ Conſtantinus non dixit ſe eſſe caput omnium. ſed ſolum illorum qui erant ſue iuriſdictioni ſubiecti. Nō. n. imperator vel rex accipit poteſtatem gladij ſuper bonos ⁊ malos vniuerſaliter. ſed ſolū ſuper eos qui ſunt eorum poteſtati cōmiſſi. nec Conſtantinus papam cōſtituit eſſe caput omnium ſacerdotum principaliter effectiue. quia ſi conſtitutus eſt caput ab ipſo xp̄o quādo dixit petro. Tu vocaberis cephas. ſed ſolum inſtrumentaliter adminiſtratiue. Exhibuit enim ſua imperiali potentia miniſterium quo omnes beatum ſiluestrum ſummum pontificem recognoſcerent.

# Queſtio. XXXVII. de imperii tranſlatione.

Ulterius conſiderandum eſt de imperij tranſlatione. Circa qd̄ queruntur ſex.

¶ Primo vtrū auctoritate pape facta ſit tranſlatio omnium regnorum.

¶ Secundo vtrum auctoritate pape ſpecialiter imperium tranſlatum ſit ad romanos.

¶ Tertio vtrum auctoritate pape imperium tranſlatum ſit a romanis ad grecos.

¶ Quarto vtrum auctoritate pape imperiuz tranſlatum ſit a grecis ad germanos

¶ Quinto vtrum auctoritate pape imperiuz poſſit trāſferri a germanis ad alios.

¶ Sexto vtrum auctoritate pape ordinandū ſit ſtudium ſemper ſequi imperium ⁊ regalem militiam.

Ad primum ergo ſic proceditur. Uidetur. n. ꝙ auctoritate pape non ſit facta tranſlatio omnium regnorum. ſcribitur. n. Danielis. ij. ꝙ de⁹ ipſe mutat tempora ⁊ etates. tranſfert regnum ⁊ conſtituit. Non ergo hoc fit auctoritate pape.

¶ Preterea ſcribitur Eccle. x. ꝙ deus regnuz a gente in gentez tranſfert ꝓpter iniuſticias ⁊ cōtumelias ⁊ diuerſos dolos. peccatorū ergo abundantia magis ꝙ̄ pape potentia facta eſt tranſlatio ipſorum regnorum.

¶ Preterea ſcribitur. i. paralip. x. ꝙ deus interfecit ſaulem ⁊ tranſtulit regnum eius ad dauid filium Iſai.

¶ In contrarium eſt. quia mediante ſacerdotali vel ꝓphetali pronuntiatione qui pro illo tempore loco pape vicem dei gerebant facta eſt regnorum tranſlatio.

¶ R̄. dicendum ꝙ vel loquimur de tranſlatione regni iudeorum. vel de tranſlatiōe regni gentilium ⁊ paganorum. vtroq̄ aūt modo auctoritate pape vel eius qui gerebat vicē pape ſm̄ conditiones ſtatus illius temporis facta eſt tranſlatio regnorū. Nam primus rex in populo fuit ſaul. qui ſicut per Samuelem qui ꝓ illo tempore perſonam ſūmi ſacerdotis gerebat fuit a deo electus ⁊ vnctus. ita per eundē ſamuelez a deo fuit reprobatus. ⁊ eius regnū ad Dauid filium Iſai eſt trāſlatum. Unde dictuz eſt Samueli. i. Re. xvi. vſq̄quo tu luges Saul cum ego ꝓiecerim eum ne regnet ſuper iſrael. imple cornu tuum oleo ⁊ veni ⁊ mittam te ad Iſai bethleemitam cuius filium prouidi mihi in regem. Si vero loquamur de tranſlatione regni gentilium ⁊ paganorum. Planū eſt etiam ꝙ facta eſt tranſlatio eius mediante dei auctoritate ⁊ ꝓphetica veritate Danielis

qui ꝑ illo tempore pſonam pape repreſentabat Scribitur. n. Danielis. ij. ꝙ Nabuchodonoſor vidit ſtatuaȝ vnã cuius caput erat ex auro optimo. pectus vero ꝛ brachia de argẽto. venter vero ꝛ femora ex ere tybie vero ꝛ pedes de ferro. Quã viſionẽ interpretans Daniel ſic dixit. ꝙ caput ſtatue ex auro ſignificabat regnuȝ aſſyriorum. pectus vero de argento ſignificabat regnum grecorũ ꝓpter ſonoroſam ſapientiam. femora vero ex ere regnũ medorũ. pedes vero ꝛ tybie de ferro regnum romanorũ. quia ſicut ferruȝ cõminuit ꝛ domat omnia metalla ſic romani cõminuerunt ꝛ domauerũt omnia regna terre ab aſſirijs ergo regnum tranſlatuȝ eſt ad grecos. A grecis ad medos. vel ad Medos tranſlatum eſt primo. ꝛ poſtmodũ a medis ad grecos. ꝛ agrecis ad romanos. Et tunc romanis imperantibus in vniuerſo orbe. abſciſſus de monte lapis ſine manibus. Et tunc natus eſt chriſtus de vtero virginali: ſine viriliſ ſemine. Qui percuſſit ſtatuam ꝛ redacta fuit quaſi in fauillam. Et tunc enim reges terre q̃ ydola adorabant: propter chriſtum ydola deſtruxerũt. et roma ſpecialiter q̃ erat magiſtra erroris fuit facta diſcipula veritatis.

❡ Ad primum ergo eſt dicenduȝ. ꝙ deus per ſeipſum poſſet imperare ꝛ regere vniuerſũ orbem qui potens eſt ꝛ ſine rate quis adeat mare. Sed ꝙ non ſint ſuperuacua opera ſapiẽtie ſue: exiguo ligno credũt homines animas ſuas. vt dicitur Sap. xiiij. Potuit ergo ſine ſacerdotibus ꝛ prophetis qui pro ſpondiuo ne illius ſtatus vicem pape gerebant: ordinare ꝛ prouidere tranſlationem omnium regnorum ſupradictorum. hoc tamen non fecit ſȝ fecit mediantibus eis.

❡ Ad ſecundum eſt dicendum. ꝙ ſicut formaliter quis efficitur dignus principatu ꝛ imperio virtutibus gratijs ita peccatis ꝛ vicijs formaliter quis meretur imperio ꝛ regno priuari effectiue tamen ꝛ auctoritate fit hoc a deo miniſterialiter vero a ſummo pontifice q̃ eſt vicari⁹ eius.

❡ Ad. iij. eſt dicendum ꝙ ſaul merito priuatus eſt regno. ꝛ tranſlatum eſt eius regnum ad dauid: propter eius ſuperbiam: propter eius inobedientiam: ꝛ propter eius ydolatriam. quia conſuluit phitoniſſam. nec ſperauit i domino vt dicitur. i. parali. x. non eſt tamen regnum eius tranſlatum niſi auctoritate Samuelis vt ſupra dictum eſt.

AD ſecundũ ſic ꝓceditur. videtur. n. ꝙ auctoritate pape ſpecialiter imperiũ non ſit tranſlatũ ad romanos. Quia ante fuit imperiũ ad romanos tranſlatũ q̃ papa eſſet. ergo non eius auctoritate hoc factum eſt.

❡ P. quod non fit auctoritate dei non fit auctoritate pape. Sed imperium non eſt tranſlatũ ad romanos auctoritate dei. Quia romani deũ verũ Hebreorum nunq̃ colere voluerunt ſicut dicit Aug. de conſenſu euangeliſtarum. nõ ergo ad eos tranſlatũ eſt auctoritate pape.

❡ P. natura fecit vigentes intellectu naturaliter dominos ꝛ deficientes intellectu naturaliter ſeruos. vt dicit ꝑ hũs. i. polit. Sed romani potiſſime vigebant prudentia ꝛ intellectu. ergo naturaliter dominium imperij tranſlatum eſt ad eos abſq; pape auctoritate.

❡ In contrarium eſt. quia pape ſũmo ſacerdoti dicitur Hiere. i. Ecce cõſtitui te ſuper gentes ꝛ regna vt euellas ꝛ deſtruas ꝛ diſſipes ꝛ plantes. diſſipatio ergo ꝛ tranſlatio regnoruȝ ad ſũmum ſacerdotem ſpectant.

❡ R. Dicendũ ꝙ ſicut dicit Aug. v. de ciuita. dei. c. xxi. valde ſupra vires hominũ eſt occulta diſcutere ꝛ liquido examine merita iudicare regnoꝝ. iſtud tñ indubitanter tenendũ eſt ꝙ ille vnus verus deus qui nec iudicio nec adiutorio deſerit genus humanũ. qui dedit regnũ aſſyrijs vel etiam perſis ſeu grecis. ille idẽ quã voluit ꝛ quantũ voluit romanis regnũ dedit.

❡ Poſſumus tñ quinq; colligere ſpecialiter ex dictis Aug. in diuerſis locis ſupra dicto li. de ciui. dei. ꝓpter que imperium tranſlatum eſt ad romanos

❡ Primũ fuit reuerentia deoꝝ. Cum. n. marcus marcellus ſyracuſanã vrbeȝ ornatiſſimã debellaſſet. euerſa illa more bellorum tã caſto ꝛ tam clementi animo ab eo preceptum eſt vt quicunq; ad hoc vel ad illud templũ refugiſſȝ haberetur illeſus. Ipſe idem imperator cum videret ciuitatẽ ruituraȝ prius fleuit ꝛ prius illi lachrymas effudit q̃ ciuitas eſſȝ euerſa. prius etiã q̃ ciuitatẽ iuſſiſſet inuadi. preceptũ fecit ne quis corpus liberũ violaret. vt refert Aug. i. de ciui. dei. c. vi

❡ Secundũ fuit clementia ꝛ virtus animoꝝ. vnde dicit Aug. eodẽ li. ꝙ de eoꝝ p̃cipua laude dictum eſt. ꝙ parcere ſubiectis ꝛ debellare ſuperbos ꝛ ꝙ accepta iniuria ignoſcere poti⁹ q̃ perſequi malebant

❡ Tertium fuit fides ꝓmiſſorum. recitat enĩ Aug. i. de ciui. dei. c. xiiij. ꝙ Marcus regulus cauſa promiſſi iuriſq; iurãdi ad hoſtes ſine vlla dubitatione remeauit. Cum. n. a carthaginenſibus in carcere detineretur Romam ꝓ impetranda pace miſſus fuit quã cum nõ impetraſſet ꝓpter iuramentum quod de reuertendo fecerat ad eos reuerſus eſt ꝛ ab eis occiſus

❡ Quartũ fuit iuſticia diſcuſſionũ. nõ. n. iudicabant aliqua abſq; matura diſcuſſiõe. qḋ potiſſime apparuit in accuſatione pauli Act. xxv. de quo dicit feſtus regi agrippe audierũt me principes ſacerdotũ ꝛ ſeniores iudeoꝝ poſtulãtes aduerſ⁹ paulũ dãnationẽ mortis. ad quos reſpondi. quia non eſt cõſuetudo romanis dãnare aliquẽ hominẽ priuſq̃ ille qui accuſatur preſentes habeat accuſatores. locũq; defendẽdi accipiat ad abluenda crimina que ei obijciuntur.

❡ Quintũ fuit carentia ꝓpriorũ. Dicit enim Aug. ſuper illo verbo. ij. ad Thimo. Penulaȝ quã reliqui troade apud carpũ veniens affer tecum romanos hanc conſuetudinẽ habuiſſe vt gentes que cũ pace eos recipiebant ex tunc fratres eorũ appellarenť. ꝛ ciues romãi abſq; aliquo tributo dicerenť. propter quod penula veſtis cõſularis erat data patri pauli in ſignũ ꝙ ciuis romanus erat. vñ ex hac cauſa iudas machabeus audiens virtutẽ romanorũ ꝙ curiam ſibi fecerant ꝛ ꝙ quotidie conſulebãt trecentos ꝛ. xx. viros. de quorũ conſilio gerebãt que digna erant. ꝛ ꝙ ꝑ ſingulos annos magiſtratum eoruȝ vni cõmittebant dominari vniuerſe terre. ꝛ ꝙ omnes obediebant vni ꝛ ꝙ nõ erat inuidia neq; zelus inter eos ꝛ ꝙ propter victoriã obtentã de vniuerſis gentib⁹ nullus eorum portabat dyadema nec induebať purpura. vt magnificareť in ea miſſis legatis cõſtituit cũ illis amicitiã ꝛ ſocietateȝ. vt ſcribitur i. macha. viij

❡ Ad. i. ergo eſt dicendũ. ꝙ illud quod fit auctoritate ſũmi pontificis fit auctoritate xp̄i cuius ſacerdotiũ eternũ fuit ꝛ in eternũ durabit. vñ quod factũ eſt de tranſlatione regnorũ xp̄i auctoritate ꝑmiſſiue vel effectiue auctoritate ſũmi ſacerdotis dicitur eſſe factũ.

❡ Ad. ij. eſt dicendũ ꝙ cauſam quare romani deũ hebreorũ noluerunt colere. aſſignat Aug. in li. ſupra dicto. quia ſocratis ph̄i ſententiaȝ firmã tenebant. que talis erat vnũquenq; deũ ſic coli oportere quõ ſe colendũ ipſe preciperet. Cũ ergo ſcirent ꝑ dicta hebreorũ ꝙ eorum de⁹ ſolus volebat coli exterminatis dijs omniuȝ gentiũ noluerunt ſibi ſacrificia offerre. ex quo ſibi ſimul cũ alijs dijs ſeruire nõ poterant. vñ reſpuerunt vnius dei veri cultũ ne multos falſos offenderent. arbitrantes magis ſibi ob futurã illorũ deorũ iracundiã q̃ veri dei profuturam beniuolentiã.

❡ Ad. iij. eſt dicendũ ꝙ accipiẽdo naturaliter affirmatiue nulli homini conuenit naturaliter dñium ſaltẽ ſcḋm ꝙ dñium opponiť ſeruituti. Cũ. n. omnes homines ex vno viro ꝛ vna femina originẽ traxerunt non eſt datũ vni magis dominari q̃ alteri. Nec bona mundalia ſunt vni q̃ alteri appropriata. Sed accipiendo naturaliter negatiue ſicut dicimus ꝙ hõ naſcitur naturaliter nudus. quia non oriť cũ aliquo veſtimento. ꝑ artem tñ poteſt ſibi omne veſtimẽtum fabricari. ſic hõ naturaliter efficiť dñs. quia ꝑ virtutes quas ſibi acquirit mereť principari illis qui ſunt prudentia ꝛ virtutib⁹ denudati.

AD. iij. ſic ꝓcediť. Videť. n. ꝙ auctoritate pape imperiũ non ſit a romanis ad grecos tranſlatũ. quia Conſtantinus imperator fecit huiuſmodi tranſlationẽ nõ ergo hoc factũ eſt auctẽ pape.

❡ P. quatuor conſilia facta in grecia p̄cipientibus imperatoribus ibi exiſtentibus cõfirmata ſunt ꝑ ſũmos pontifices exiſtentes rome. non ergo auctoritate pape greci imperiũ habuerũt

❡ P. tpe Alexandri impiuȝ fuit apud grecos ꝛ poſtmodũ tranſlatũ eſt ad romanos. nõ ergo a romano pontifice tranſlatum eſt imperiũ a romanis ad grecos.

❡ In contrarium eſt quod ſcribitur. xcvij. di. c. Conſtantinus.

❡ R. Dicendũ ꝙ poſtq̃ imperator Conſtantinus baptiſatus eſt ꝑ beatũ Siluẽſtrũ impio occidentali ceſſit ꝛ vrbem ſibi in grecia elegit que biſantiũ vocabať. quã Rome potentia ꝛ meritis coequauit. ibidẽq; ſedẽ imperialem conſtituit ꝛ ex tunc imperiũ a romanis ad grecos tranſlatũ eſt. ita vt imperator de ꝓuinciis occidentalibus non debeat ſe intromittere niſi expreſſa auctẽ ꝛ mandato ſũmi pontificis. ꝛ hoc eſt quod decre. ponit di. ꝛ. c ſupradicto. vbi ſic dicitur. ecce tã pallatiũ noſtrũ q̃ romanã vrbem ꝛ omnes Italie ſiue occidentaliũ regionũ ꝓuincias. loca. ciuitates. beatiſſio pontifici vniuerſali concedimus atq; relinquim⁹. ꝛ ab eo ꝛ a ſucceſſoribus eius ꝑ conſtitutũ imperatorum decreuimus diſponenda. vñ congruũ ꝓſpeximus noſtrũ imperiũ ꝛ regni poteſtatẽ orientalibus transferre regionibus ꝛ in biſantiẽ ꝓuintie optimo loco nomine noſtro ciuitatẽ edificare ꝛ noſtrũ impiũ illic conſtitui. quõ vbi principatus ſacerdotũ ꝛ xp̄iane religionis caput ab imperatore celeſti cõſtitutũ ius non eſt vt illic imperator terrenus habeat poteſtatẽ.

❡ Ad. i. ergo eſt dicendum ꝙ cõſtantin⁹ huiuſmodi tranſlationẽ fecit auctẽ ſũmi põtificis qui tã q̃ vicarius dei filius celeſtis imperatoris iuriſdictionẽ hȝ vniuerſalẽ ſuper omnia regna ꝛ imperia

❡ Ad. ij. eſt dicendum ꝙ ꝓpter imperium ad grecos

poſt tēpus ꝯſtantini trāſlatū: Eccl'ia ibi ꝑtāte
⁊ dignitate multū vigebat. Et iō q̄tuor ꝯcī
lia fuerūt ibi celebrata ꝗbꝰ īperatores ſic eis
ſe ſubiecerūt q̄ꝗnꝰ per ſūmū pōtificē approba
rentur. ¶Ad.iij.eſt dm verū eſſe ꝙ ante xp̄i
aduentū impiū trāſlatū eſt a grecis ad roma
nos. ſed poſt aduentū xp̄i tpe ꝯſtantini ex quo
ceſſit occidentali impio tranſlatū ē ad grecos.

[A]D.iiij.ſic ꝓcedit. videt.n.ꝙ auctē pa
pe impiū nō ſit tranſlatū a grecis ad
germanos. q2 Carolus magnꝰ qui
fuit primꝰ impator poſtq̄ a grecis tranſlatum
eſt impiū fuit rex Francorū non germanorum
vel theutonicorū. non ergo a grecis tranſlatū
eſt imperium ad germanos.

¶P.adhuc dñs grecorū vocat impator ꝯſtā
tinopolitanus. non ergo ab eis tranſlatuȝ eſt
impium ad alios.

¶P.poſtq̄ impator eſt electꝰ nō nominat im
pator germanoꝝ ſeu theutonicoꝝ ſȝ romano
rū. ⁊ ſic non eſt tranſlatū impiū ad germanos

¶In ꝯtra.eſt qḋ ſcribit ex.de elec.i.venerabi
lē. vbi dicit ꝙ a ſede apoſtolica poteſtas eligē
di impatorē in ipſos electores puenit que ro
manū impiū in ꝑſona magnifici Caroli a gre
cis tranſtulit in germanos.

¶R.dd.ꝙ impiū ꝯceſſum eſt eccl'e in eiꝰ op
preſſionis ſubleuationē ⁊ ꝓtectionē. vñ cū iā
impium ꝯſtantinopolitanū pene deficeret et
romana eccl'a ꝑ longobardos nequiter oppri
meret tpe adriani pape ⁊ leōis ſucceſſoris eiꝰ
cui ꝑ longobardos ⁊ romanos iniquos eruti
fuerūt oculi ⁊ lingua abſciſa. diuina tñ virtu
te poſtmodū ſibi reſtituta fuit. aduocatus fuit
Carolus magnus rex francoꝝ qui cū magno
exercitu papiā venit ⁊ ipſam obſedit. ⁊ capto
deſiderio rege ac longobardis ꝓſtratis. de ſer
uitute ipſoꝝ eccleſiā liberauit. vñ ꝓpter tale
beneficiū collatū eccleſie papa adrianꝰ carolo
impiū ꝯtulit cū inueſtitura epoꝝ. Sicut paȝ
lxiij.di.c.adrianus. poſtmodū tpe leonis ſuc
ceſſoris eius iā impiū de genere caroli defice
re ⁊ ſciſſo in multas partes: cū quidā beren
garius tyrannice ytaliam inuaſiſſet: eccl'ia vo
cauit ottonē p̄mū regē ſaxonie. q̄ dictū beren
gariū eiecit de regno ⁊ cū aſſēſu eccl'ie totā yta
liā ſibi ſubiugauit. Ex quo bñficio collato ec
cleſie. ꝓdictꝰ rex a leone ſūmo pōtifice cuȝ toto
clero ⁊ populo chriſtiano īperator ē ꝯſtitutus
forma ⁊ mō quo carolus magnꝰ ꝑ adrianū cō
ſtitutꝰ fuerat. Sicut pȝ.lxiij.di.c. in ſinodo. ⁊
ex tūc impiū a grecis dr̄ ad germanos eē trāſlatū

¶Ad.i. ḡ eſt dd.ꝙ tpe caroli magni impium
nō erat diuiſū. ſ ipſe impabat germanie ⁊ frā
cie. Sȝ poſtmodū deficiēte genere caroli: hu
go dux aurelianēſis regnū frācie ſibi vſurpauit
occaſio illꝰ ⁊ extirpatis q̄ erāt de genere regio ⁊
de genere īperiali vñ de dicto hugōe vt pōit de
ſcēderūt oēs reges frācie vſq ad iſta tpa nō d
carolo magno.

¶Ad.ij. eſt dd.ꝙ ſicut di.glo.ordiaria extra
de ele.c.venerabilē. poſtq̄ īperiū ꝯſtātinopoli
tanū ſic deficit vt eccl'iaȝ iuuare nō poſſȝ īpe
riū ꝓprie appellari nō dꝫbuit. Sȝ ille verꝰ im
pator dr̄ quē eccl'ia aſſumit i ſūmū auxilium ⁊
adiutorium.

¶Ad.iij eſt dd.ꝙ impator dr̄ rex romanoꝝ
nō rōne electiōis vel natōis. ſ ꝓpter dignita
tē ratōe deriuatōis. q2 inde deriuatū eſt imperi
uȝ. ⁊ rōe ꝯfirmatōis ⁊ coronatōis. q2 ibi debȝ
ꝯfirmari ⁊ coronari.

[A]D quintū ſic ꝓceditur. videt enī ꝙ au
ctoritate pape īperiū nō poſſȝ a ger
manis trāſferri ad alios. q2 papa nō
pōt ꝯtra auctoritatē ſacre ſcripture. Sȝ ſcribit
ꝓuer.xxij. ne trāſgrediaris terminos antiquos
quos poſuerūt patres tui. papa ḡ ſtatuta anti
quoꝝ patrꝝ mutare nō poteſt.

¶P.ſcribit.xxv.q.i. iuſticie ac rationis ordo
ſuadet vt qui a ſucceſſoribꝰ ſuis deſiderat ſua
mandata ſeruari predeceſſoribꝰ ſuis ꝓcul du
bio voluntatē ⁊ ſtatuta cuſtodiant.

¶P.a grecis tranſlatū eſt impium ad germa
nos ꝓpter defectū potentie grecoꝝ non poten
tiū iuuare eccl'am. ſed in germanis nō eſt defe
ctus potentie. ergo a germanis non pōt trāſ
ferri ad alios.

¶In ꝯtra.eſt qḋ ſcribit.xxiij.q.iiij.c.diſpli
cet. vbi auctē Augꝰ. dicit ꝙ eccl'a ꝑ incrementa
tpum ſemp maiori ꝓtāte vtit. Si ergo eccleſia
q̄nq fecit huiuſmodi tranſlationē multo for
tius nunc poteſt facere.

¶R.dd.ꝙ difficultas orit ſup electione im
perij plerunq. q2 ꝯditio impatoris a tpe con
ſtantini multipliciter variata eſt. Nā tpe dicti
ꝯſtantini impatores eligebant more antiquo
ſiue a populo ſiue a ſenatu ſiue ab exercitu. et
q̄nq de genere q̄nq vero nō. Qui modꝰ ſer
uatus eſt vſq ad tpa Michaelis impatoris
⁊ Caroli magni. poſtea inſtitutio imperij pro
ceſſit ꝑ ſucceſſionē vſq ad tertiā generatiōem
puta vſq ad tertiū Ottonē qui fuit nepos pri
mi ⁊ filius filij.. De iſtis.n. non inuenit facta
electio ſed ſola ꝓuiſio ꝑ ſūmū pontificē. quia
Otto veniens romā eccleſiā multipliciter ve
xatā ꝑ quendā creſcentiū patriciū ab illa vexa
tione ipām liberauit tpe Iohis.xi. quo mor
tuo ad petitionē eiꝰ electꝰ ē quidā conſangui
neus eius Brunus nomine. qui poſtea voca
tus eſt Gregoriꝰ quintus qui ꝯuocatis prin
cipibus alamanie ordinauit electores impa
toris officiales ipſius impialis curie. qualiter
cunq tñ inſtitutio impij ſit variata nulli tamē
dubiū eſſe debet quin ſūmus pontifex quem
ꝯſitemur vicariū eſſe dei filij firmiter. ꝯfeſſus
eſt impatorem poſſit eligere quēcunq ⁊ vnde
cunq ſibi placet in auxiliū ⁊ defenſionē eccl'e.

omnibus nationibus principibus ad romanū imperium uſq; ad finem ſeculi ſimul erit ziza/nia cum tritico. puta fideles cum infidelibus ⁊ boni cum malis. Sed in fine ſeculi tūc zizania ligabuntur in faſciculos ad comburendum. tri ticum autem ſeparabitur ⁊ congregabitur in hor reum xp̄i ſecundum expoſitionem Augꝰ.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ romanum im/perium conceſſum eccleſie per conſtantinum uſq; ad finem ſeculi durabit. quantū ad iuriſdictio nem. ſed non quantum ad integrationē ⁊ actu alem adminiſtrationem. vel quantū ad ipſoꝝ ſubditoꝝ ſubiectionem. Quia antixp̄i tem/pore multi ſubtrahent ſe ante illud tempus a romano imperio ⁊ ab eccleſiaſtico dominio. Iuxta illud apoſtoli. j. ad thymo. iiij. in nouiſ ſimis temporibus diſcedent quidem a fide. atten dentes ſpiritibus erroris ⁊ doctrinis demoni orum.

Ad ſecundum ſic procedītur. videtur enim ꝙ romanum imperium diuiſum ante finem ſeculi auctoritate pape debeat reintegrari. Dicit. n. gloſa ſup illo verbo. ij. ad Theſſalo. ij. Niſi venerit diſceſſio primum: ꝙ ante finem ſeculi in mundo erit triplex diſceſſio Una erit multoꝝ fidelium a fide catholica. Secunda erit multorum regnorum a romano imperio. Tertia erit multarum eccleſiaꝝ a ro/mano pontifice. Si ergo tunc erit ante finem ſeculi iſta triplex diſceſſio: erit romanum impe/rium reintegratum ante.

¶ Preterea. ſcribitur Danielis. vij. ꝙ in be/ſtia erant cornua decem que decē reges erunt. Super quibus verbis dicit glo. ꝙ decem cor/nua erunt decem regna in que diuidetur romanū imperium tempe antixp̄i. Si ergo tunc di/uidetur romanū imperiū ante reintegratū erit.

¶ Preterea. Scribitur Apoc. xj. ꝙ videbunt de populis ⁊ tribubus ⁊ linguis ⁊ gentibus: corpora prophetaꝝ iacere in plateis hieruſalē tri/bus diebus cum dimidio. ⁊ corpa eorum non ſinent poni in monumentis ⁊ inhabitantes in terra gaudebunt ſuper iſtos ⁊ iocundabuntur Quoniam hi duo prophete cruciauerunt eos q̄ habitabant ſuper terram. ¶ Si ergo tunc erit vnitas ⁊ pax vniuerſis gentibus reintegratum erit romanum imperium.

¶ In contrarium eſt. quia ſecundum ſenten/tiam ſaluatoris. omne regnum in ſeipm̄ diui/ſum deſolabitur. Cum ergo iam romanum im perium in multas ptes ſit diuiſū: magis ē ſpe randa eius deſolatio q̄ eius reintegratio.

¶ R. Dicendum ꝙ manente cauſa effectus re/moueri non poteſt. Cauſa autem diuiſionis in membris eccleſie eſt diuine voluntatis repu gnatio. quia iſta cauſa manebit uſq; ad finem ſeculi ſupabundante ſemp magis ac magis ini quitate ⁊ refrigeſcente caritate. idcirco uſq; ad finem ſeculi non eſt ſperanda romani imperij reintegratio: ſed potius amplior diuiſio. Que ſiuit enim iſtam queſtionem Uictorinus pſbi ter ab Auguſtino. Cur genus humanum poſt xp̄i aduentum tot tribulationibus ac perſecu tionibus tyrannorum ac barbarorum oppri/matur. Cum ante eius aduentum ⁊ antequaz doctrina euangelica per mundum p̄dicaretur: humanum genus non tanta mala patiebatur immo ſumma pace fruebatur intantum vt to/tus orbis ſub ceſare auguſto ſcriberetur. Iux/ta illud Luce. ij. Exijt edictum a ceſare Augu/ſto. vt deſcriberetur vniuerſus orbis

¶ Ad quam queſtionem ſic reſpondit Augu/ſtinus. ꝙ ſeruus qui neſcit voluntatem domi/ni ſui ⁊ non facit plagis vapulabit paucis. Sed ſeruus qui ſcit voluntatem domini ſui ⁊ non facit vapulabit plagis multis. Quod er/go mirum ſi nunc xp̄iani plene ſcientes vo/luntates domini ⁊ non facientes. diuerſis pla gis affligantur. Attendunt. n. quanta celerita/te euangelium predicatur. Sed non attendūt quanta puerſitate contemnitur.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum. Qꝛ ante ad uentum antixp̄i illa triplex diſceſſio erit. nō tamen ſic aperta ⁊ manifeſta ad eccleſie impu gnationem. Sicut tunc erit. ſ. tempore antixp̄i multi. n. ſunt nunc ſecundum Auguſtinum ſub dominio eccleſie ⁊ ſub romano imperio corpe non m̄ animo ⁊ voluntate.

¶ Ad ſecundum ſimiliter eſt dicendum. ꝙ ro/manum imperium ante erit diuiſum in multa regna. Sed tunc diuiſio illa manifeſtabitur quā tum ad impugnationem eccleſie. eo ꝙ antixp̄i ſtus multos ſeducet. ⁊ per illos ſeductos robu/ſtos iſrael interficiet. Et pſequetur manife/ſte eccleſiam dei.

¶ Ad tertium eſt dicendum. Qꝛ illa iocundi/tas ⁊ pacis vnitas ſup interfectionem prophetaꝝ erit in iudeis quia qui xp̄iſtum venientem in nomine patris ſui non receperūt. immittet eis dominus ſpiritum erroris vt recipiāt antixp̄i/ſtum venientem in nomine ſuo. vt ſcribitur Io hannis. v.

## ¶ Queſtio · xliii · de imperii ſucceſſione uel cō ceſſione

Tertio videndum eſt de im perij ſucceſſione vel conceſſio/ne. Circa quod queruntur tria.

¶ Primo. vtrum conſtanti/nus potuerit pape ptem im/perij concedere ⁊ partem ſibi reſeruare.

¶ Secundo. vtrum conſtantinus potuerit pape immediatam adminiſtrationem imperij conce dere

¶ Tertio. vtrum conceſſionem factam pape per Conſtantinum ſequentes imperatores poſſint reuocare.

Ad primum ergo ſic procedītur. videtur. n ꝙ Conſtantinus nō potuerit pape p/tem imperij concedere ⁊ ptem ſibi reſer/uare. Quia bona communia ⁊ bona reipubli ce non poſſunt alienari vendi vel cōmutari. Sed bona imperij ſunt bona reipublice. ergo talem conceſſionem Conſtantinus non potuit facere.

¶ Preterea. que ſunt pſone conceſſa nō poſ/ſunt transferri ad poſteros. ſed bona impij fue runt Conſtantino pſonaliter conceſſa. cum in im peratorem illo tempe imperator eligeretur per p/ſonalem electionem. non autem per hereditariā ſucceſſionem. non ergo iure ſui regiminis poſte ros ad iſtam conceſſionem obligare.

¶ Preterea. ſicut eſt in regimine ſpirituali. ſic videtur eſſe in regimine tempali. Sed clerici nō poſſunt bona eccleſie commutare vendere vel donare nec alienare. vt ſcribitur. xij. q. ij. c. hys conſ. ergo nec imperator potuit bona imperij pape concedere vel donare.

¶ In contrarium eſt. quia non eſt peioris conditio nis imperator q̄ alij homines. Sed cuilibet homini dicitur. puerbio. iij. Honora dominū de tua ſubſtantia. ⁊ de primicijs omnium fru/gum tuarum. ⁊ implebuntur horrea tua ſaturi tate.

¶ R. Dicendum q̄ illo iure Conſtantinus po tuit concedere partem bonorum tempalium im perij eccleſie ⁊ partem ſibi reſeruare: quo iu/re homo in lege nature ⁊ in lege ſcripta partem bonoꝝ temporalium dabat deo ⁊ partez ſibi reſeruabat. Tenebatur autem homo iure natu re aliquam partem bonorum tempalium deo dare ad miniſtrorum eius ſuſtentationem. Un de dicitur Numeri. xviij. Aaron ſummo ſacer/doti ⁊ filijs eius. in terra filiorum iſrahel nihil poſſidebitis nec habebitis partem inter eos. Quia ego pars ⁊ hereditas tua ſuz in medio filiorum iſrahel. Et dico iure nature. Quia ra tio naturalis dictat vt qui altari ſeruit de altari debet viuere. ⁊ qui paſcit gregem de lacte eius debet comedere. Sicut apoſtolus dicit. j. Co/rinth. ix. Aliquam vero partem dare tenebatur ad ſacrificiorum oblationem. Et aliquam par tem dare tenebatur ad pauperum erogationē. ⁊ hoſpitum receptionem. vt ponitur Deutro. xiiij. ⁊ ex hoc aſſumptum eſt ꝙ de bonis eccleſia/rum partes tres fieri debeant.

Una pro miniſtrorum ſuſtentatione.
Alia pro eccleſie reparatione.
Et tertia pro pauperum erogatione. ⁊ hoſpi tum receptione. Sicut Grego. ſcribit auguſti/no epiſcopo anglorum. Et ponitur. xij. q. ij. c. mos eſt.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum. ꝙ bona rei publice non poſſunt alienari. Sed bene poſ/ſunt in meliorem vſum commutari. ⁊ deo dica ri a quo recipiuntur.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum. ꝙ bona impe/rij Conſtantino perſonaliter conceſſa non po/tuiſſet transferre in dominium alicuius qui eſſz purus temporalis homo. nec poſteros ad talē tranſlationem potuiſſet obligare iure naturali ⁊ diuino. Sed bene potuit transferre in domi/nium illius qui eſt deus ⁊ homo. puta chriſti cuius vicarius eſt ipſe papa. ⁊ poſteros potuit ad talem tranſlationem obligare iure naturali ⁊ diuino cui omnes preſentes ⁊ futuri ſubiace re dinoſcuntur.

¶ Ad tertium eſt dicendum. ꝙ ſecus eſt de bo nis temporalibus laycorum ⁊ de bonis eccle/ſiarum. quia bona temporalia laycoꝝ ad vſuz eccleſiarum venire licet. Sed bona eccleſie po/ſtquam deo ſacrata ſunt ⁊ rei ſacre deputata vl terius ad alium vſum venire phibentur.

Ad ſecundum ſic procedītur. videtur. n. ꝙ Conſtantinus non potuerit pape immediatam adminiſtrationē impe/rij concedere. Quia illud quod non poteſt reci pi non poteſt dari. Sed papa ⁊ alij eccleſiaſti/ci viri non poſſunt recipere immediatam admi niſtrationem temporalium. Dicit. n. Petrus a ctuum. vj. Non eſt equum nos relinquere ver/bum dei ⁊ miniſtrare menſis.

Preterea. tempalia non poſſunt admini/ſtrari ſine ſeculari iudicio. Sed ſecularia iudi/cia exercere interdicuntur pape ⁊ eccleſiaſticis p/ſonis. Iuxta illud. j. Corinth. vj. Secularia iudicia ſi habueritis contemptibiles qui ſunt in eccleſia illos conſtituite ad iudicandū.

Preterea. illud quod eſt radix omnium ma lorum potiſſime eſt vitandum a papa vel ab ec cleſiaſticis viris. Sed cupiditas eſt radix om/nium maloꝝ que maxie augetur in adminiſtratiōe

temporalium.

¶ In contrarium eſt quod ſcribitur. xij.q.i.c. videntes.

¶ R. Dicendum ꝙ iſta queſtio determinatur. i. paralip.c.vlti.vbi ꝓpheta Dauid ſic ait. In manu tua domine virtus ⁊ potentia. in manu tua magnitudo ⁊ imperiū omnium tue diuitie ſunt ⁊ tua eſt gloria. tu dn̄aris omnium. Ego aūt ⁊ populus meus quid ſumus: vt poſſum⁹ aliqua tibi ꝓmittere vel dare. cum tua ſint omnia. peregrine enim ſumus coram te ⁊ aduene. Sed hec ipſa que de manu tua accepimus: dedimus tibi. Planum eſt autem ꝙ papa eſt verus vicarius chriſti in terra. Illo ergo iure temporalium adminiſtratio conceditur pape ab imperatore ⁊ recipitur ab ipſo: quo iure p̄dictoꝝ bonorum adminiſtratio recipitur a deo ⁊ datur deo ¶ Recipitur autem temporalium adminiſtratio a deo per ipſum imperatorem quantum ad vſum: ⁊ quantum ad ſui officij ſtipendiationem non. n aliter imperatores ⁊ reges tributa recipere poſſunt: niſi quia ſtipendiarij ⁊ miniſtri dei ſunt. dicente apoſtolo. Ro.xiij. Ideo tributa preſtatis eis. Quia miniſtri ⁊ ſtipendiarij dei ſunt in hoc ipſum ſeruientes. Sed datur deo temporalium adminiſtratio ab ipſo imperatore quantum ad honoris venerationem. ⁊ dominij recognitionem ac ſuorum miniſtrorum ſuſtentationem. Dicendum eſt ergo ꝙ Conſtantinus imperator dedit pape ⁊ ſuis ſucceſſoribus imperij temporalium adminiſtrationē: in honoris venerationē ⁊ dominij recognitionem. ⁊ papa hanc eandem immediatam adminiſtrationem ↄcedit imperatori quem eligit in vſum ⁊ in ſui officij ſtipendiationem. pro defenſione ⁊ pacifica gubernatione eccleſie.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum. ꝙ papa ⁊ alij eccleſiaſtici viri non recipiunt immediatam temporalium adminiſtrationem quantum ad perſonalem executionem quā ipſi perſonaliter exequuntur. eo ꝙ officium ipſoꝝ ꝓprium eſt vacare diuinis ⁊ ſpiritualibus actibus ⁊ ſaluti animarum ſubditorum. Sed ſolum quantum ad miniſterialem cōmiſſionem. Committitur. n. temporalium adminiſtratio miniſtris. Et yconomis quos quelibet eccleſia habere tenetur.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum. ꝙ ſignanter vt exponit Gregorius. apoſtolus dixit ↄtemptibiles de eccleſia eligatis ⁊ illos ↄſtituite ad iudicandū. Quia per laycos ⁊ per illos qui ſunt minoris meriti in eccleſia: iudicia ſunt exercenda ⁊ temporalia negocia tractanda. non autē per ipſos clericos immediate.

¶ Ad tertium eſt dicendum. ꝙ temporalium adminiſtratio non auget cupiditatem. niſi ꝓpter inordinatam affectionem ⁊ a ſpiritualibus bonis retractionem. Nam abraham multoꝝ bonorum temporalium adminiſtrationē habuit. Et tamen primo ipſe de ſalute humani generis ꝓmiſſionem recipere meruit.

Ad tertium ſic proceditur. Videtur. n. ꝙ conceſſionem factam pape per Conſtantinum ſequentes imperatores reuocare poſſint. Dicit. n. iuriſconſultus ꝙ ſi princeps concedit alicui ꝙ liceat ei edificare in loco publico: talis conceſſio debet intelligi vt fiat ſine preiudicio alterius. conceſſio ergo facta pape. Silueſtro ⁊ ſuis ſucceſſoribus per Conſtantinum intelligenda eſt eſſe facta ſine preiudicio aliorum imperatorum ſequentium.

¶ Preterea. par in parem non habet imperiū Sicut ergo imperator conſtantinus conceſſit ita alius imperator pōt reuocare.

¶ Preterea dicit iuriſconſultus. ꝙ princeps legibus ſolutus eſt. non obſtante ergo ꝙ de tali conceſſione condita fuerit aliqua lex imperator non obligatur illam ſeruare.

¶ In contrarium eſt quod ſcribitur. xij. diſtinctione. vbi dicitur. Ridiculum eſt ⁊ ſatis abhominabile dedicus vt traditiones quas antiquitus a patribus ſuſcepimus infringi patiamur.

¶ R. Dicendum. ꝙ dupliciter poteſt oſtendi quantum ad preſens conceſſionem predictam per Conſtantinum factā: irreuocabilem eſſe.

¶ Primo ſic quod ſemel deo dedicatum ē humano iudicio reuocari non poteſt. vnde ſcribitur. xij.q.ij. de rebus que ſemel deo contribute atq dedicate ſunt: ⁊ poſtea ſub occaſione conceſſionis principum a quibuſdam inuaduntur: ſanctimus vt prius conſulatis principem ad reſecandum tam preſumptiuam factionem ⁊ cognoſcendum: verum illius ſit conceſſio an inuaſoris preſumptio. Quod ſi principis inordinata fuerit largitio: ipſe ſit princeps ꝓ emendatione redarguendus. Si autem inuaſoris declaratur preſumptio vſq ad emendationem excommunicationis ſit vindicta coherce(n)dus.

¶ Secundo ſic non alio iure temporaliū adminiſtratione conſtantinus recepit niſi conſenſu populi ⁊ principum ac vniuerſi ſenatus vrbis rome. Sed cum conſenſu omnium iſtorū talem conceſſionem ipſe fecit eccleſie. Scribitur enim. xcvi. di. c. Conſtantinus. vtile iudicamus vna cum omnibus ſatrapis noſtris ⁊ vniuerſo ſenatu optimatibus etiam ⁊ cum cuncto populo romane eccleſie ſubiacenti. vt ſicut beatus Petrus in terris vicarius filij dei videtur eſſe conſtitutus: ita ⁊ pontifices ipſius principis apoſtoloꝝ poteſtatem amplius ꝙ terrene imperialis noſtre ſerenitatis habere videntur ↄceſſam a nobis noſtroq imperio obtineant. ⁊ vſq in finem mundi illibatam ⁊ inconcuſſam permanere decreuimus.

¶ Ad primum ergo eſt dicendū. ꝙ p̄iudicium fit ſucceſſori quando ſubtrahitur ei quod ſibi debetur. non autem qn̄ redditur alteri quod ſibi eſt ſubtractum. Conſtantinus aūt reddidit eccleſie ⁊ vicario chriſti illa que ab ipſo receperat. cum dictum ſit ſupra: omnia eſſe dei ⁊ per ↄñs pape vicarius eius quantū ad honoris venerationem. ⁊ dominij recognitionem.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum. ꝙ quantū ad illa que ſunt iuris poſitiui par in parem nō hꝫ imperium. Sed illa que ſunt iuris naturalis ⁊ diuini omnes obligant p̄ſētes ⁊ ſequētes quo iure ↄſtantinus talem obligationem fecit. vñ ſcribitur. ca. ſupradicto ꝙ ↄſtātin⁹ talē obligatiōē fecit dicens. Corā deo viuo q nos regnare precepit: ⁊ coram terribili eius iudicio obteſtamur: omnes noſtros ſucceſſores imperatores ⁊ cunctos optimates. ampliſſimumq ſenatū ⁊ vniuerſum populum in toto orbe terrarum nunc ⁊ in poſterum. nulli eoꝝ quoquo modo hꝫ ↄceſſa infringere. vel aliquo modo conuelli. Si quis aūt quod nō credimus in hoc temerator aut ↄtemptor extiterit. eternis ↄdemnationib⁹ ſubiaceat innodatus.

¶ Et per hoc patet ſolutio ad tertium: quia lege naturali ⁊ diuina princeps nō eſt ſolutus: ſed plus ꝙ alij extitit ligatus.

## ¶ Queſtio. xliiii. de legum imperialium inſtitutione.

Inſup conſiderandum eſt de legum imperialium inſtitutione. Circa quod queruntur octo.

¶ Primo. vtrū imperator abſq pape auctoritate poſſit leges condere.

¶ Secundo. vtrū leges imperiales ex precepto pape omnes teneamur obſeruare.

¶ Tertio. vtrum leges imperiales ex precepto pape habeant homines in foro conſcientie ligare.

¶ Quarto vtrū papa leges imperiales ſua auctoritate poſſit corrigere.

¶ Quinto. vtrū leges imperiales ſua auctoritate poſſit mutare.

¶ Sexto. vtrum papa ſua auctoritate poſſit reum impunitum dimittere: quē leges imperiales condemnant.

¶ Septimo. vtrū papa abſq peccato legib⁹ imperialibus poſſit vti.

¶ Octauo. vtrum papa legibus imperialibus ſit ſolutus.

Ad primum ergo ſic proceditur. videtur enim ꝙ abſq pape auctoritate imperator poſſit leges ↄdere. Quia quelibet perſona publica ex ſuo officio poteſt leges ↄdere ad regendā multitudinē ſibi commiſſam. Sed imperator eſt perſona publica ergo poteſt leges condere.

¶ P. quod fit dei auctoritate non requiritur ꝙ fiat auctoritate pape. ſed dicit iuriſconſultus ꝙ leges ſunt diuinitus per ora principum ꝓmulgate ergo nō requiritur pape auctoritas.

¶ P. dicit phs. ij. ethicorum. ꝙ intentio legiſlatoris ſemper eſt vt homines ad virtutem inducat. Nullum. n. agens ad malum aſpiciens agit quod agit ſm dyoniſium. Sed quilibꝫ homo poteſt alium inducere ad virtutem. ergo quilibet homo poteſt abſq ſuperioris auctoritate leges condere.

¶ In contrarium eſt. quia ille qui tenetur alterū ſequi ⁊ alteri ſubijcitur non pōt abſq illius auctoritate ſtatuta condere. Sed imperator ſubijcitur pape ſicut miniſter eius. ergo ⁊ tenetur imitari eum. Vnde Gregorius dicit. ⁊ ponitur. ij.q.iij. ꝙ leges ſeculi non dedignantur ſacros ſequi canones. Et extra de iudicijs ſcribitur. ꝙ leges imperiales non dedignantur ſacros canones imitari.

¶ R. Dicendum ꝙ ſm Auguſtinum. j. lib. de libero arbitrio. Lex eterna eſt ſumma diuina ratio qua iuſtum eſt vt omnia ſint ordinatiſſima cui ſemper obtemperandum eſt. Secundū quā omnis lex recte fertur. recteq imitatur. Omnis ergo lex dummodo iuſta ſit. quia ſecundum auguſtinum libro ſupradicto. mihi lex non videtur eſſe dicenda que iuſta non eſt. dependet a lege diuina dupliciter.

¶ Primo effectiue ⁊ deriuatiue. eo ipſo ꝙ iuſta eſt cum non aliter diſcernitur quid ſit iuſtum ⁊ quid iniuſtum niſi lege diuina mediante. iuxta illud Prouerbio. viij. per me reges regnant ⁊ legum ↄditores iuſta diſcernunt.

¶ Secundo materialiter ⁊ ſubiectiue. qr ex diuinis ſermonibus p̄me leges imperiales materialiter compoſite ſunt. Nam Numma pompilius qui romulo ſucceſſit in regno per decem viros leges ex libris ſalomonis ↄſcribi decre-

nit. ⁊ in latinum ſermonem tranſlatas ſcīt. xij. ta
bulas expoſuit. vt dicit yſido. in li. ethymol. ⁊
iuriſconſultus ponit ꝙ cum aliquid addimus
vel detrahimus iuri diuino ⁊ naturali tūc ius
ciuile efficimus. ¶ Illo ergo iure lex imperialis
dependet ab auctoritate pape quo iure depē/
det a lege diuina cuius ipſe papa eſt vicarius ⁊
miniſter potiſſime cum ſecundum Dyoniſium
lex diuinitatis hoc habeat vt eius influentia
non tranſeat ad inferiora niſi ꝑ media. Me/
dius autem inter deum ⁊ populum chriſtianū
eſt ipſe papa. vnde nulla lex populo chriſtiano
eſt danda niſi ſpūius pape auctoritate. Sicut
nec aliqua lex fuit data populo iſrahelitico ni/
ſi mediante moyſe ipſo atteſtante. Deutrono. v.
Ego ſequeſter ⁊ medius fui inter deum ⁊ vos
vt annunciarem vobis verba eius.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum. ꝙ perſona
publica poteſt leges condere illius auctoritate.
tamen cuius auctoritate reſpublica ſibi cōmiſ
ſa eſt. Sicut ergo imperator recipit a papa im
perij temporalium adminiſtrationē. ſic ab eo
recipit legum ⁊ ſtatutorum eius approbatio/
nem.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum. ꝙ diuinitus le
ges per ora principum ſunt ꝓmulgate. mediā
te tamen ore pape qui medius eſt inter deum ⁊
imperatorem. quemadmodum imꝑator medi/
us eſt ⁊ ſequeſter inter ſibi ſubditos vel popu
lum ⁊ papam quantum ad curam tempalem.
vnde ſicut eius electio ⁊ confirmatio a papa dē
pendet. Sic legū ⁊ ſtatutoꝝ approbatio.

¶ Ad tertium eſt dicendum. Qꝫ quilibet pōt
alium ad virtutem inducere monitione mora/
li ⁊ ſociali vel yconomica ⁊ paternali. Sed mo
nitione pollitica ⁊ regali non inducitur: niſi ꝑ
legem que cum habeat vim coactiuam vt phs
dicit. Penarum terrore ⁊ comminatione habꝫ
homines ad virtutem inducere ⁊ a malo retra/
here quam legem ⁊ condere ⁊ executioni trade
re non ꝑtinet niſi ad perſonam publicam cuiꝰ
poteſtati alij ſubijciunt.

A D ſecundum ſic ꝓceditur. videt. n.
ꝙ leges imꝑiales ex ꝑcepto pape:
non omnes tenent ſeruare. Quia
multi ſunt qui imꝑatorij dominio
non ſubdunt. tales ḡ leges imperiales non te
nentur ſeruare.

¶ P. Scribitur. j. ad Thymo. j. ꝙ iuſto non
eſt impoſita lex ꝓpter tranſgreſſores ſolum lex
eſt data. vt idem apoſtolus dicit ad Gall. iiij.
Juſti ergo ⁊ boni viri non tenent imꝑatorum
leges ſeruare.

¶ Preterea. ſcribitur. xix. q. ij. ꝙ qui lege ꝑua
ta ducitur: nulla ratio exigit vt a publica lege
conſtringatur. dicit autem lex priuata lex ſpi/
ritusſancti. Sed multi aguntur ⁊ ducuntur ta
li lege ergo tales non tenentur leges imperia/
les ſeruare.

¶ In contrarium eſt quod ſcribitur. x. diſtin/
ctione. capitulo certum eſt. vbi papa mandat
ꝙ leges romanorum principum ab omnibus
ſeruentur.

¶ R. Dicendum ꝙ lex imperialis includit mlt
tas conditiones quas non oportet ab omni/
bus ſeruari. Quia nec iſta fuit intentio legiſla
toris. vt lex eius ſecundum omnes conditiōes
illas ab omnibus ſeruaret.

¶ Includit namqꝫ lex primo omnium actuū
humanorum directionem. eo ꝙ omnis intētio
legiſlatoris ad hoc tendit. vt per legem datā
actus humani dirigantur ad ṽtutem: ⁊ ad bo
num inducantur. Unde ſecundum yſidoꝝ lex
dicta eſt a legendo. quia quilibet poteſt in ipſa
legere q̄liter ſe debeat dirigere in agendis.

¶ Secundo includit ꝯſuetudinis loco ⁊ tem/
pore conuenientis obſeruationem. Dicit enim
iuriſconſultus ꝙ que longa conſuetudine com
probata ſunt: ac ꝑ annos plurimos obſeruata
velut tacita ciuium conuentione non minus q̄
iura ſcripta ſeruantur.

¶ Tertio includit ſuperioris ⁊ inferioris or/
dinationem. Secundum. n. Auguſtinum. Si
ꝓconſul mandat vni aliquid obſeruandum ⁊
in illo diſpenſatum ſit cum eo per imperatorē
vel ſuperiorem: non ſtringitur ad illud ſeruan
dum. diſpenſatione ſuꝑioris facta.

¶ Quarto includit violentam coactionē. ad
hoc enim facte ſunt leges. ſicut dicit yſidorus.
vt earum metu humana coerceatur audacia.
tuta que ſit inter improbos innocentia ⁊ in ip
ſis improbis formidato ſupplicio refrenet no
cendi facultas. Quantum ergo ad actuum hu
manorum directionem. ⁊ quantum ad ſuperio
ris ⁊ inferioris ordinationem: omnes leges i/
periales ſeruare debent. Sed quantum ad cō
ſuetudinis obſeruationem vel violentam coa/
ctionem: non omnes leges predictas ſeruant.
Sed ſolum illi qui conſuetudine illa appro/
bata ſtringuntur. ⁊ qui dominio poteſtatis ali
cuius regis vel principis ſubduntur.

¶ Et per hoc patet reſponſio ad rationes fa/
ctas in contrarium.

A D tertium ſic ꝓceditur. videtur. n.
ꝙ leges imperiales ex precepto pa
pe non habeant hominem in foro
conſcientie ligare. Quia leges hu
mane frequenter ingerunt calumniā ⁊ iniuriā
hominibus. Juxta illud Jſaye. x. Ue qui con
dunt leges iniquas ⁊ ſcribentes iniuſticias ſcꝑ
ſerunt vt opprimerent in iudicio pauperes.
Sed tales leges quilibet iure nature tenet ſer/
uare ſicut quilibet tali iure tenetur oppreſſionē
⁊ violenciam euitare.

¶ Preterea. in foro conſcientie homo tenetur
parere ſoli deo. cum ipſe ſolus intueatur cor. ⁊
homo videat que foris parent. Ut ſcribitur. j.
Regum. xvj. Nullius ergo pari hominis legi
poteſt homo in foro ꝯſcientie ligari.

¶ Preterea. lex conſcientie ex obſeruatione di
uinorum mandatorum dependet. Sed diui/
na mandata interdum irritantur per leges hu/
manas. Juxta illud. Mathei decimo. Jrri/
tum feciſtis mandatum dei ꝓpter traditiones
veſtras. Nulla ergo lege humana poteſt ligari
quis in foro conſcientie.

¶ In contrarium eſt quod ſcribitur. i. Petri. ij.
Hec eſt enim gratia ſi propter conſcientiam ſu
ſtinet quis triſticias patiens iniuſte.

¶ R. Dicendum. Qꝫ in foro conſcientie ho/
mo ſubijcitur ſoli deo. Jlla ergo ligant homi/
nem in foro conſcientie. que ⁊ iure diuino vel
naturali a deo homini impreſſo habent viꝫ ob
ligandi que ſunt omnia iuſta.

¶ Poſſunt autem quatuor modis alique le/
ges iuſticiam continere.

¶ Primo effectiue ⁊ poteſtatiue. vt quando
ſic feruntur quod non excedunt poteſtatem fe/
rentis.

¶ Secundo formaliter ⁊ quidditatiue. Ut
quando ſecundum equalitatem proportionis
imponuntur ſubditis onera ⁊ diuiduntur in/
ter eos honores in ordine ad bonum commu
ne ſine perſonarum acceptione: ⁊ cum virtutū
conſideratione.

¶ Tertio materialiter ⁊ ſubiectiue. vt quan/
do non continent aliqua contra dei mandata
⁊ contra bonos mores. Sicut lex quam edidit
Nabuchodonoſor que mandabat vt omnes
adorarent ſtatuam auream quam erexerat.

¶ Quarto finaliter ⁊ terminatiue. vt ordinen
tur ad bonum commune: ⁊ ad promotionem
reipublice. ſine propria cupiditate ⁊ gloria.
Nullo priuato bono conſiderato. Si ergo iſtiſ
quatuor modis oppoſitis leges iniuſte ſint in
foro conſcientie homines non ligant

¶ Ad primum ergo eſt dicendum. ꝙ ſicut di/
cit apoſtolus ad Rhomanos. xiij. Princeps
dei miniſter eſt tibi in bonum non in malum.
Jdeo cum princeps contra iuſticiam graua/
mina infert ſubditis per violentias ⁊ leges in
quas: in talibus homo non obligatur vt obe/
diat talibus legibus ſi ſine ſcandalo vel maio
ri detrimento reſiſtere poſſit.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum: ꝙ ex ipſa ordi/
natione diuina in foro conſcientie homo tene/
tur parere legi ſui ſuperioris: dummodo iuſta
ſit. dicente apoſtolo. Qui poteſtati reſiſtit di/
uine ordinationi reſiſtit.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ obedire opor/
tet deo magis quam hominibus. Jdeo nulli
legi contra mandata dei eſt parendum ſed pro
viribus reſiſtendum.

A D quartum ſic proceditur. videtur
enim ꝙ papa non ſua auctoritate
poſſit leges imperiales corrigere.
Quia illa que innituntur iuri di/
uino ⁊ naturali non ſubijciūtur correctioni hu
mani. Sed leges imperiales ex iure naturali
⁊ diuino confecte ſunt: vt ſupra allegatum eſt.
non ergo poſſunt per hominem corrigi.

¶ Preterea legis correctio ſeruatur conditó/
ri eius ſicut interpretatio. ſed Jmperator ē cō
ditor legum ſuarum non papa. ergo ſibi ſerua
tur correctio ⁊ interpretatio.

¶ Preterea. quod eſt bonum ⁊ bona intenti
one operatum: non ſupponitur correctioni ſed
magis remunerationi. Sed ſecundum phi
loſophum ſecundo ethicorum. Uoluntas om
nis legiſlatoris eſt inducere homines ad bo/
num. talia ergo non ſubijciuntur correctioni.

¶ In contrarium eſt gloſa ſuper illo verbo.
pſalmi. Lex domini immaculata conuertens
animas.

¶ Reſpon. Dicendum ꝙ papa eſt principali/
ter executor legis diuine. ſicut imperator eſt exe
cutor legis humane. Eo ergo modo papa po
teſt corrigere imperatoris legem: quomodo lex
diuina habet corrigere legem humanam.

¶ Habet autem lex diuina quatuor modis le
gem humanam corrigere ⁊ eius defectum ſup
plere. vt poteſt haberi per auguſtinum libro. j.
de libero arbitrio.

¶ Primo. per omnium malorum punitionē.
Non enim lex humana omnia mala punit.
Sed illa duntaxat que pacem publicam poſ
ſunt perturbare. ⁊ in graue hominū nocumen/

tum poſſunt redundare. Lex autem diuina nihil impunitum relinquit. Unde dicit Auguſtinus libro ſupradicto. videtur mihi lex iſta que regendis ciuitatibus fertur: multa concedere: atque multa impunita relinquere. per que diuinam legem iudicantur.

¶ Secundo per interiorum animorum cohibitionem vel ſententiationem. quia lege humana non ſententiatur homo per illa que in animo geruntur. Sed per illa que exterius manifeſtantur: dicente Auguſtino. Nos in quemquam ſententiam ferre non poſſumus niſi ſponte conuictum vel confeſſum. Sed per legem diuinam cogitata iudicantur. teſtimonium reddente illi conſcientia hominum et inter ſe inuicem cogitationum accuſantium aut defendentium. Sicut dicit apoſtolus ad Rho. ij.

¶ Tertio per iudiciorum rectificationem. Contingit enim humane legis iudicium multipliciter falli et multipliciter obliquari. quod non contingit de iudicio diuine legis. Unde dicit Auguſtinus ſuper illo verbo. j. Petri. iiij. Si iuſtus vix ſaluabitur: impius et peccator vbi parebunt. Quare iuſtus vix ſaluabitur: niſi quia iuſticiam dei tantam eſſe conſtat: vt ad examen diuine iuſticie deducta in iuſticia appareant. Quanta per finis ſupernaturalis conſecutionem. Dicit enim Auguſtinus eodem libro. ꝙ lex humana litteris promulgata: ſolum hominibus ſecundum animalem hanc vitam viuentibus opitulatur. Sed lex diuina ad conſecutionem ſupernaturalis boni nos inducere ſtudet.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum. ꝙ illa que ſtatuuntur iuri diuino et naturali non corriguntur ſecundum ſuam vniuerſalem conſiderationem. Sed bene corriguntur ſecundum eorum particularem explicationem. ſecundum quam multa concedunt non concedenda et multa impunita relinquunt punienda.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum. ꝙ ſicut per papam imperator et omnis poteſtas inſtituitur ſi bona eſt et corrigitur ſi non bona eſt. ita omnis lex a quocunque feratur per eum eſt comprobanda ſi bona ſit. et per eum eſt corrigenda ſi non bona ſit.

¶ Ad tertium eſt dicendum. ꝙ voluntas legiſlatoris habet inducere homines ad bonum ſecundum conditionem et poſſibilitatem ipſorum ſecundum quam conſiderationem multa diſſimulat non facienda. et multa impunita relinquit punienda: propter euitationem maioris mali. Scribitur enim Prouerbiorum. xx. ꝙ qui nimis emungit elicit ſanguinem.

Ad quintum ſic proceditur. videtur enim ꝙ papa ſua auctoritate leges imperiales mutare non poſſit. Quia lex imperialis a lege diuina et eterna deriuatur. Sed lex eterna eſt immutabilis eo ipſo ꝙ eterna eſt: ergo mutari non poteſt.

¶ Preterea. lex imperialis ſi iuſta eſt ligat hominem in foro conſcientie. vt ſupra dictum eſt. Sed lex conſcientie mutari non poteſt. ergo nec ipſa lex humana eſt mutabilis.

¶ Preterea. Dicit iuriſconſultus. ꝙ iuſticia eſt perpetua et conſtans voluntas ius ſuum vnicuique tribuens. ſed lex humana ſi lex eſt: ſemper eſt iuſta. ergo ſemper perpetua et immutabilis

¶ In contrarium eſt quod dicit auguſtinus primo libro de libero arbitrio. vbi ait ꝙ lex temporalis quamuis iuſta ſit iuſte tamen per tempora mutari poteſt.

¶ R. Dicendum ꝙ triplex poteſt diſtingui regula agendorum.

¶ Una temperanea que ponitur et deponitur. puta lex humana poſitiua.

¶ Altera. que ponitur ſed non deponitur. vt lex naturalis menti rationali concreata.

¶ Tertia. eſt eterna que nec ponitur nec deponitur. et iſta eſt lex diuina.

¶ Ad primam legem inſpicit ſolus homo. et hoc durat quamdiu iſta animalia vita viuitur.

¶ Ad ſecundam regulam inſpicit homo et angelus.

¶ Sed ad tertiam inſpicit homo angelus. et ipſe deus. ¶ Rationabiliter autem prima lex humana ponitur et deponitur. et mutari poteſt pro temporum diuerſitate propter duo.

¶ Primo propter humanorum actuum variationem. Contingit enim humanos actus multipliciter variari et per conſequens multipliciter regulari vt aliqua lege regulentur vno tempore: et aliqua alio tempore. ſecundum variam conditionem illorum qui lege reguntur.

¶ Secundo propter ipſius legis perfectam inuentionem. ſemper enim poſteriores habent ſuper additionem ad priores vt inuentores muſice artis pauca primo inuenerunt. poſteriores vero plura illis de arte melodie ſcripſerunt. vt philoſophus dicit. ij. metha. ſic primo inuentores legum propter defectum experientie quedam imperfecta in multis deficientia ſtatuerunt. Que poſteriores mutauerunt. inſtituentes aliqua que in paucioribus deficere poſſent. Papa ergo et imperator vel alij inferiores ſua auctoritate poſſunt humanam legem ponere: et deponere pro temporum diuerſitate. maxime quando euidens apparet vtilitas. Nam in rebus nouis conſtituendis euidens debet eſſe vtilitas.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum. ꝙ lex eterna tribus modis accipitur.

¶ Primo modo ſtricte. reſpectu bonorum rationalis creature. vt eſt regula agendorum a creatura rationali.

¶ Secundo large. reſpectu bonorum totius creature ſecundum quem modum dicit auguſtinus. Quod lex eterna eſt lex omnium artium.

¶ Tertio modo largiſſime. reſpectu omnium tam bonorum ꝙ malorum. omnis ergo lex deriuatur ab iſta lege eterna. ſiue ponatur: ſiue deponatur. Sicut lex humana ſiue ponatur et non deponatur ſicut lex naturalis.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum. ꝙ in foro conſcientie duplex eſt lex.

¶ Una immobilis que certificat de rebus operandorum vniuerſalibus. et iſta dicitur lex naturalis.

¶ Altera mobilis que certificat de caſibus operandorum particularibus que appellatur conſcientia. primam ergo regulam homo non poteſt ponere nec deponere. Quia impreſſa eſt ſibi a deo. Sed ſecundam poteſt homo deponere et ponere. Poteſt enim homo de aliquo agili occurrente facere ſibi conſcientiam et non facere.

¶ Ad tertium eſt dicendum. ꝙ iuſticia conſiſtit in ordine ad alterum. per reſpectum ad bonum reipublice. ideo ſicut ex ſua applicatione ad particularia negocia poteſt mutari: ſic poteſt mutari lex.

Ad ſextum ſic proceditur. videtur enim ꝙ papa non poſſit reum impunitum dimittere quem leges imperiales condemnant. Quia papa non poteſt contra auctoritatem ſacre ſcripture Sed ſcribitur. iij. Regi. xx. Quia dimiſiſti virum dignum morte. erit anima tua pro anima eius.

¶ Preterea. ſicut lex precipit innocentem abſolui ita precipit reum condemnari. Sed in nullo caſu licet innocentem probatum damnari. ergo in nullo caſu licet reum probatum abſolui

¶ Preterea. Dicit auguſtinus in libro de vera religione. Quamquam de temporalibus legibus homines iudicent cum eas inſtituunt. poſtquam tamen inſtitute fuerint atque firmate non licebit iudici de ipſis iudicare. Sed ſecundum eas. Cum ergo lex non ſolum humana ſed diuina mandet. Exodi. xxij. Maleficos non pacieris viuere. videtur ꝙ papa reum impunitum dimittere non poſſit.

¶ In contrarium eſt euangelica auctoritas. Quia chriſtus adulteram impunitam dimiſit. Johannis. viij. et apoſtolica veritas. Quia miſericordia ſuperexaltat iudicium. Jaco. ij. Similiter eccleſiaſtica pietas. xxij. queſtione v cap. pena.

¶ R. Dicendum ꝙ ſicut dicit Gregorius. Et ponitur. xlv. diſtin. Diſciplina vel miſericordia multum deſtituitur ſi vna ſine altera teneatur. Ex vtroque enim iudex debet quoddam temperamentum facere. vt neque multa aſperitate exulcerentur ſubditi: neque nimia benignitate ſoluantur. ¶ Non licet ergo pape reo vel malefico miſericordiam ſine iuſticia exhibere. ſed ſalua iuſticia licet ei miſericordiam facere. Eſt autem duplex iuſticia quam papa tenetur ſaluare

¶ Una priuata. qua tenetur tueri iura priuata ſingulorum.

¶ Altera publica. qua tenetur tueri vniuerſitatis iura publica. puta vtilitatem reipublice tenetur reſpicere cui ipſe preeſt. Salua ergo vtraque iuſticia: et non aliter papa poteſt malefico miſericordiam facere ipſum impunitum dimittendo et aliter non. Unde diſtinguendum eſt quod aut eſt maleficium priuatum in perſonam priuatam. aut publicum in rempublicam.

¶ Si ergo eſt maleficium priuatum: licet pape ſaluo iure priuato: perſone cui actio ex maleficio competit reum ſibi preſentatum dimittere. Quod contingit in duobus caſibus.

¶ Primo quando perſone ſatiſfactum eſt in re. Secundo. quando eſt ſatiſfactum ſibi in ſua reputatione.

¶ Exemplum primi caſus habetur de Abſolon cui pater remiſit penam cum iam tribus annis exul fuiſſet. vt habetur. ij. Regl. xiiij.

¶ Exemplum vero ſecundi caſus habetur de filio vidue. Pro quo ipſa mater rogabat Regem Dauid vt parceret ei. vt habetur. ij. Regl. c. ſupradicto.

¶ Si vero maleficium ſit publicum tunc ſalua vtilitate reipublice licet pape reum impunitum dimittere. Quod ſimiliter contingit in duobus caſibus.

¶ Primo cum ex punitione euidenter dāpnum notabile reipublice timet.
¶ Secundo cum ex dimiſſione euidens vtilitas aliqua ſperatur.
¶ Exemplum primi caſus habetur. ij. Reg. ij. de Semei quem rex Dauid impunitum dimiſit ne pax noui regni turbaret.
¶ Exemplum vero ſecundi caſus habetur de Joab qui interfecerat Abner quem rex ſimiliter impunitum dimiſit vſq; ad tempus Salomonis, ne vtilitas reſiſtendi inimicis impediretur. ¶ Quia vir bellator ⁊ princeps milicie erat.
¶ Ad primū ḡ eſt dicendum. ꝙ rex achab merito fuit corrigendus. Quia dimiſit regem ſyrie contra diuinam iuſticiam. cum eſſet publicus hoſtis populi a deo electi. nec hoc fecit ſalua vtilitate reipublice. Sed magis hoc erat ad reipublice ſubuerſionem
¶ Ad ſecundum eſt dicendum: ꝙ iudex debet iudicare ſecundum leges puta ſecundum legū equitatem ex diuerſis legibus collectam. non autem ſm̄ vnius legis rigorem ⁊ ſeueritatem Unde dicit iuriſconſultus ꝙ ius ciuile non eſt niſi tota lege proſpecta in aliqua particula eius iudicare vel reſpondere.
¶ Ad tertium eſt dicendum. ꝙ non eſt ſimile de innocentis abſolutione. ⁊ malefici punitione. Quia innocentis abſolutio eſt opus iuſticie merum ⁊ ſpontaneum. Sed malefici punitio eſt opus iuſticie quaſi coactum. vnde iura proniora ſunt ad abſoluendum q̄ ad condemnandum. Sanctius eſt enim vt dicit iuriſconſultus innocentem ꝓpter nocentem abſoluere. q̄ innocentem ꝓpter nocentem condemnare.

Ad ſeptimum ſic ꝓceditur. videtur enim ꝙ papa ſine peccato legibus imperialibus vti non poſſit. quia quod non eſt licitum legere non eſt licitum illo vti. Lex enim a legendo dicta eſt. Sed ſcribitur auctoritate Hieronymi. xxxvij. di. ꝙ in vanitate ⁊ obſcuritate ſenſus ambulant qui in ſecularibus diſciplinis occupantur Unde ipſe Hieronymus qui libros Ciceronis legebat ab angelo correctus eſt ſicut ibi dicitur.
¶ Preterea. leges non ſunt neceſſarie niſi in iudicijs. Sed iudicia interdicuntur pape ⁊ alijs eccleſiaſticis perſonis. iuxta illud Math. v. Si quis voluerit tecum in iudicio contendere ⁊ tollere tunicam: dimitte ei ⁊ palliū.
¶ Preterea. legibus homo vtitur ad repellēdum iniuriam ⁊ fraudem. Sed hoc non eſt licitum pape vel alicui eccleſiaſtico viro. cū dicat apoſtolus. i. Corinth. vi. Quare non magis iniuriam accipitis ⁊ fraudem patimini.
¶ In contrarium eſt quod ſcribitur. x. di. ex auctoritate auguſtini. Si in adiutorium noſtrum terreni imperij leges aſſumendas putatis: nō reprehendimus. nam fecit hoc paulus cum aduerſus iniurioſos romanum ciuem ſe eſſe teſtatur.
¶ R. Dicendum q̄ eo modo licet vti legibus imperatorū quo modo licet vti doctrinis philoſophorum. Nam ipſi philoſophi legum traditores fuerunt. de vſu autem doctrine philoſophorum dicit auguſtinus. ij. de doctrina chriſtiana. ca. xl. ꝙ philoſophi qui vocantur. Si qua forte vera ⁊ fidei noſtre accomoda dixerunt maxime platonici non ſolum formidanda non ſunt: ſed ab eis tanquam ab iniuſtis poſſeſſoribus in vſum noſtrū vendicanda ſūt. Sicut egyptij non ſolū ydola habebant ⁊ onera grauia quia populus dei deteſtabatur Sed habebant vaſa atq; ornamenta de auro ⁊ argento que populus ille exiens de egypto ſibi potius tanquam ad vſum meliorem clanculo vendicauit.
¶ Ad queſtionem ergo ꝓpoſitam eſt dicendū ꝙ pape licere vti imperialibus legibus poteſt intelligi dupliciter.
Primo. quantum ad coactionis dominiū. Secundo quantum ad veritatis obſequiū. Primo modo non licet. quia ſicut indignū eſt vt verbo celeſtis oraculi ſub regulis Priſciani cogantur. vt dicit Gregorius in prologo moralium. ſic indignum eſt vt ſanctorū patrum canones legibus imperatorum aliqua coactione ſtringantur. vnde nulli layco imperatori vel regi licet aliqua ſtatuta in eccleſia ponere preter auctoritatem romani pontificis. nec in negocijs eccleſiaſticis aliquam poteſtatem habere. manet enim in eis neceſſitas obſequēdi: non autem auctoritas imperandi. vt ſcribitur. xcvij. di. c. bene.
¶ Sed ſecundo modo in veritatis obſequiū licet eis vti: ⁊ dico in veritatis obſequium. quia vt ſcribitur. x. diſtinctione. legibus imperatorum in omnibus eccleſiaſticis controuerſijs vtendum non eſt. preſertim cum inueniantur euangelice ⁊ canonice ſanctioni aliquotiēs obuiare. Nam in vſuris in decimis in primicijs ⁊ in ſacramentis eccleſiaſticis ac in omnibus alijs in quibus obuiant canonice veritati. vtendum non eſt.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum. ꝙ ſicut licitum eſt ſacre ſcripture doctoribus ſciētias phiſicas diſcere: ⁊ eas interdum pertractare. nō vt eis ſiſtat eorum finalis intentio. Sed vt de ſacra ſcriptura per eos clarior habeatur cognitio ſic clericis licitum eſt legibus imperialibus vti. vt clarius canones per eas intelligant.
¶ Ad ſecundum eſt dicendum. ꝙ illa verba ſic intelligenda ſunt in preparatione animi. non ꝙ clericis ꝓhibitum ſit in iudicio repetere: q̄ eis iuſte debentur. cum charitatis amore nō autē cum litis ⁊ diſcordie clamore.
¶ Ad tertium eſt dicendum. ꝙ apoſtolus loquitur de illis qui alijs iniuriam faciebant ⁊ fraudem dum iudices corrumpebant eorum iuſticiam peruertendo. contra quos ſic loquitur ꝙ magis ipſi debebant iniuriam pati ⁊ fraudem recipere q̄ alijs irrogare.

Ad octauum ſic ꝓceditur. videtur enim ꝙ papa legibus imperialibus ſit ſolutus: quia magis eſt ſolutus legibus papa q̄ imperator. Sed iuriſconſultus dicit ꝙ auguſtus legibus ſolutus eſt. Auguſta autem licet legibus ſoluta nō ſit: eadem tamen priuilegia ſibi tribuit que ipſe habet.
¶ Preterea. dicit apoſtolus. j. ad Corinth. ij. ꝙ ſpiritualis homo omnia iudicat. papa ergo ſicut nulla lege poteſt iudicari ita nulla lege poteſt ligari.
¶ Preterea. papa eſt vicarius chriſti. Sed chriſtus ꝓbauit ſe eſſe liberum a lege ⁊ ab imperiali tributo. Mathei. xvij.
¶ In contrarium eſt. Quia Mathei. xxiij. Reprehenſi ſunt principes ſacerdotum. q̄ onera grauia ⁊ importabilia imponebant ſuꝑ humeros hominum ⁊ digito eorum nolebant ea mouere.
¶ R. Dicendum q̄ ſuꝑ illo verbo. Math. iij Sic enim decet nos implere omnem iuſticiam Dicit Hyla. ꝙ omnis iuſticia implenda eſt per ꝓplatum tam legis q̄ nature. papam ergo ſolutum eſſe lege quacunq; iuſta ⁊ iuſte poſita. dupliciter poteſt intelligi.
¶ Primo quantum ad condemnationis iudicium: ⁊ ſi papa omni lege humana poſita ꝑ eum vel ꝑ alium. ſolutus eſt. Quia a nulla lege poteſt iudicari iudicio condemnationis. ſed a ſola lege eterna ſecūdum quam veriſſime dictum eſt ꝑ apoſtolum. oportet nos omnes preſentari ante tribunal chriſti.
¶ Secundo quantum ad operationis exemplum ⁊ ſic ipſe tanto verius ligatus eſt omni lege iuſta: quāto verius ipſe vicem illius gerit. q̄ exemplo impleuit quod verbis docuit. Unde dicit yſidorus in libro de ſummo bono ꝙ iuſtum eſt principem legibus ſuis obtemperare. Quia tunc iura ſua ab omnibus cuſtodienda exiſtimet: quando ⁊ ipſe illis reuerentiam prebet.
¶ Ad ꝑmum ḡ eſt dicendum: ꝙ nec papa vel imperator legibus ſolutus eſt quantū ad iuſticiam directiuam immo q̄tum ad hoc voluntarius ipſe tenet talem iuſticiam implere. Eſt autem ſolutus a lege quantum ad violētiam coactiuam: q2 non cogitur ab aliquo ⁊ quantum ad virtutem poteſtatiuam. Quia poteſt leges imitare pro loco ⁊ tempore quod non poſſunt alij. Et ſecundum hoc eodem modo papa ſolutus eſt a lege multo fortius q̄ ipſe.
¶ Ad ſecundum eſt dicendum. ꝙ ſpūalis homo non iudicat ab aliquo homine. Sed bene iudicat ꝑ legem diuinā a quo iudicio nec ipſe papa nec aliqua creatura excludit.
¶ Ad tertium ē dicendum. ꝙ non obſtāte chriſtum liberum eſſe a lege tributali. ſoluit tamen tributum ad vitādum ſcandalum infirmorum. Sic ipſe papa vicarius eius legem ꝑ eum poſitam vel ꝯfirmatam ſeruare tenet. ne alij exemplo eius ſcandalizent.

# Queſtio. xlv. de aliorum regū ſubiectione.

Tertius ꝯſiderandum eſt de aliorum regum ſubiectione. Circa quod querunt tria.
¶ Primo. vtrum omnes reges ſubijciant pape quantū ad eius mandatoꝝ obſeruationem.
¶ Secundo. vtrum omnes reges ſubijciantur pape quantum ad temporalium recognitionē.
¶ Tertio. vtrum omnes reges ſubijciant pape quātum ad ſententie appellationem.

Ad primum ḡ ſic ꝓceditur. videtur enim ꝙ nō omnes reges pape ſubijciantur quantum ad eius mādatorū obſeruationem. Quia pape nō eſt obediendum niſi precipiat ſecundum diuinam legem. Sic enim ſcribitur Joſue. j. filios iſrahel dixiſſe ſibi. Sicut obediuimus in cūctis moyſi ita obediemus tibi. Qui contradixerit ori tuo morte moriet. ita tamen ꝙ dominus deus tuus tecum ſit ſicut fuit cum moyſe. ſed q̄ꝗ deus nō eſt cum papa nec ꝑcepta que facit ſunt ſecundum diuinam legem. ergo non ſemper pape ē obediendum.

¶ Preterea. quis nullius preceptum tenetur ſeruare niſi ſui ſuperioris: Sed quilibet rex in ſuo regno nõ recognoſcit ſuperiorem. ergo nullius preceptum ſeruare tenetur.

¶ P. illius preceptum rex quilibet tenetur ſeruare in ſuo regno a quo poteſtatem regni habet. Sed quilibet rex poteſtatem habet a deo non a papa: cum non ſit poteſtas niſi a deo. vt ſcribitur Roma. xiij.

¶ In contrarium eſt. Quia ſuper illo verbo luce. x. Qui vos ſpernit me ſpernit ⁊ qui me ſpernit: ſpernit eum qui miſit me. dicit glo. Diſcat quiſq; in audiendo vel ſpernendo eccleſie paſtores: non viles quaſq; perſonas ſed dominum ſaluatorem. immo ipſum patrem ſpernere: vel audire. Quia in diſcipulo magiſter auditur ⁊ in filio pater honoratur.

¶ R. Dicendum ꝙ conuenientia eſt inter ſacerdotium leuiticum ⁊ ſacerdotium chriſti quantum ad hoc: quia ſicut ſummo ſacerdoti leuitici generis omnes iudei obedire tenebantur cuiuſcunq; ſtatus ⁊ conditionis exiſterent. Sic omnes chriſtiani maiores ⁊ minores pape locum ſacerdotis chriſti gerenti parere tenentur. De obedientia vero ⁊ pena non obedientium ſummo ſacerdoti leuitici generis ſcribitur Deutro. xvij. vbi ſic dicitur. Si difficile ⁊ ambiguum apud te iudicium perſpexeris: inter ſanguinem ⁊ ſanguinem: cauſam ⁊ cauſam. venies que ad ſacerdotem leuitici generis ſequeriſq; ſententiam eorum ⁊ non declinabis ad dexteram vel ad ſiniſtram. Qui autem ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio: qui eo tempore miniſtrat domino: morietur homo ille ſuper quo verbo dicit glo. ꝙ chriſtus qui eſt ſacerdos in eternum vicarios ſibi ſubſtituit apoſtolos quibus ait. qui vos audit me audit. ⁊ qui vos ſpernit me ſpernit. ⁊ ſubdit iure ergo damnationis ſuſtinet ſententiam qui contemnit ſummi pontificis obedientiam. tanquam ſi contemneret diuine voluntatis potentiam. Vñ ⁊ Saul rex qui inobediens fuit Samueli. vice domini ſibi precipienti: vt percuteret amelech: ⁊ nõ dimitteret populũ atq; lactentem bouẽ ⁊ ouem ⁊ camelũ ⁊ aſinum eiectus eſt de regno ⁊ alius in loco eius inſtitutus eſt. Sicut ſcribitur. j. Reg. xv.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum. Cum precepta pape non eſſe ſecundum diuinam legem ⁊ deũ nõ eſſe cum eo poteſt intelligi dupliciter.
Uel quantũ ad veritatem.
Uel quantum ad vite ſanctitatem.
Sufficit autem precepta pape non eſſe contraria diuine legi quantum ad veritatem. ad hoc ꝙ nullus ab eius obedientia excludatur. Unde Luce. ix. Cum diſcipuli dixiſſent chriſto. vidimus quendam in nomine tuo eiicientem demonia. ⁊ prohibuimus eum quia non ſequitur nos. Reſpondit chriſtus nolite prohibere. quia qui non eſt aduerſum vos: pro vobis eſt.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ rex non recognoſcit ſuperiorem in ſuo regno quo ad dominium temporale ſeu non habet in regno ſuo dominum temporalem maiorem ipſo. Sed ſicut nullus ſane mentis poteſt dicere ſe nõ habere dominum ſupra ſe. ita nullus poteſt dicere vicarius eius qui eius auctoritate dominatur: ſupra ſe dominum non habere.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ poteſtas regibus temporalibus conceſſa eſt a deo cum ordine quodam. puta mediantibus ſummis pontificibus: quia que a deo ſunt ordinata ſunt quorum mandata ſpernendo ſpernitur ille a quo inſtitute ſunt. Unde Auguſtinus in perſona apoſtolorum loquens ſuper dicto verbo. Qui vos ſpernit me ſpernit. dicit ꝙ ſi ſermo dei ad vos quos peruenit. ⁊ in eo loco vos conſtituit videte ne ſpernentes vos ad illum perueniant quod vobis feceritis.

AD ſecundum ſic proceditur. videtur. n. ꝙ pape non ſubijciantur omnes reges quantum ad temporalium recognitionem. Quia ab eo nõ debẽt reges cognoſcere temporalia a quo non recipiũt ſed reges temporalia a papa non recipiunt immo magis econuerſo.

¶ Preterea. ſuper illo verbo. ij. Thimo. iij. admone illos principibus ⁊ poteſtatibus ſubditos eſſe dicit Auguſtinus. Et ſi epiſcopi ⁊ alij eccleſiaſtici viri imperium ſpirituale habent in temporalibus: tamen regibus ⁊ ducibus ſubijci debent.

¶ Preterea. nullus poteſt dici dominus rei: niſi eã iuſto titulo acquiſiuerit: vel per emptionẽ vel per hereditariã ſucceſſionẽ: ſeu per conceſſionem ſed nullo iuſto titulo papa acquiſiuit in omni regno dominium temporalium: ergo nullus rex temporalia ab eo recognoſcere tenetur.

¶ In contrarium eſt: quia idem eſt dominium dei ⁊ pape: ſicut eadem eſt iuriſdictio delegantis ⁊ delegati: ⁊ maxime quando delegatio eſt plena ⁊ totalis nulla reſeruatione facta. ſed de dominio dei ſcribitur Heſter. xiij. Tu enim feciſti celum ⁊ terram: ⁊ quicquid celi ambitu cõtinetur. dñs. n. vniuerſorum tu es.

¶ R. Dicendum ꝙ dicentes papam vicarium chriſti in toto orbe dominium habere ſolũ ſuper ſpiritualia non autem ſuper temporalia: ſimiles ſunt cõſiliarijs regis ſyrie qui dixerũt. iij. Reg. xx. dij montium ſunt dij eorum: ideo ſuperauerunt nos. ſed pugnemus contra eos in campeſtribus: ⁊ in vallibus in quibus dij eorum dominium nõ habent. ⁊ obtinebimus contra eos. ad iſtum ſic hodie mali conſiliarij adulatione peſtifera ſeducũt reges: ⁊ principes terre dicentes: dij montium puta ſpiritualium bonorum ſunt ſummi pontifices. ſed non ſunt dij temporalium: quia temporalium bonorum nullum habent dominium. ideo in campeſtribus quaſi in potentia bonorum temporaliũ pugnemus contra eos ⁊ obtinebimus ſed quid dicit eis diuina ſententia: audiamus quia dixerunt inquit ſyri: deus montium eſt dominus ⁊ non deus conuallium: dabo omnem multitudinem hanc in manu veſtra. ⁊ ſcietis quia ego ſum dominus.

¶ Ad queſtionem ergo puto pro veritate eſſe dicendum: ꝙ papa vicarius ieſu chriſti, vice dei viuentis in toto orbe terrarum: ſpiritualium ⁊ temporalium habet vniuerſalem iuriſdictionem: ſed ipſorum temporalium immediatam adminiſtrationem non recepit niſi in regionibus occidentalibus imperij per conceſſionem factam eccleſie a conſtantino. Quare autem eccleſia non vtitur temporalium adminiſtratione niſi in partibus ytalie mediante imperatore quem eligit: ⁊ non in alijs regnis que ſunt in occidentali imperio. hoc non eſt propter carentiam auctoritatis ſed propter nutriendum in ſuis filijs vinculum pacis ⁊ vnitatis: quia ex quo imperium fuit diuiſum: ⁊ a diuerſis partibus diuerſimode ⁊ tyrannice vſurpatum: eccleſia propter vitandum ſcandalũ ⁊ ſciſma temporalium adminiſtrationẽ in regnis illis dimiſit: propter cuius ſcãdali vitationem: ſaluator humani generis etiã ſe tributarium fecit Math. xvij.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ ſic iſta temporalia recipiuntur a deo: ſicut elementa ⁊ alia mobilia mouentur ab ipſo. Planũ eſt autem ꝙ iſta mobilia non mouentur a deo immediate. ſed mediantibus celis: quorum motu ceſſante: ceſſabit omnis motus iſtorum inferiorum. ſic iſta temporalia recipiunt a deo mediante iuriſdictione ⁊ diſpoſitione ipſorum celorum puta ſummorum pontificum: qui celi verbo domini firmati ſunt: de quibus ſcribitur in pſ. Celi enarrant gloriam dei.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum. ꝙ apoſtolus loquitur de laycis ſubiectis epiſcopis quos precipit monere: vt regibus ⁊ principibus obediant in ſoluendo tributa ⁊ ſtipendia que tenentur eis: vñ reges ⁊ principes magis debent dici miniſtri ⁊ ſtipendiarij eccleſie in adminiſtratione temporalium quam domini.

¶ Ad tertium eſt dicendum: ꝙ papa nõ acquirit iuriſdictionem in aliquo regno hereditaria ſucceſſione ſed immediata diuina traditione: quando dictum eſt petro: quia caro ⁊ ſanguis non reuelauit tibi: ſed pater meus qui in celis eſt. ideo dico tibi quia tu es petrus ⁊ tibi dabo claues regni celorum. vnde non vice ſua: ſed vice dei vniuerſalem iuriſdictionem habet in toto orbe.

AD tertium ſic proceditur. videtur. n. ꝙ pape omnes reges nõ ſubijciantur quantum ad ſententie appellationẽ. quia ſcribitur extra de ap. c. ſi duobus. ꝙ nõ eſt appellandum a ſeculari iudice ad papã niſi in terris vbi eccleſia ſeu papa habet immediatam temporalium adminiſtrationem.

¶ P. appellatio fit ad releuandũ grauamẽ illatũ ſed temporalis homo non releuatur a grauamine niſi per temporalem dñm non ergo per papam.

¶ P. non licet tranſire de extremo ad extremũ ſine medio. ſed imperator eſt quaſi quoddã medium inter alios reges ⁊ papã. non ergo appellatio aliorum regum poteſt deferri ad papã niſi mediãte imperatore.

¶ In contrarium eſt quod ſcribitur. ij. q. vj. ſi quis vim paſſus fuerit in aliqua aduerſitate liceat ad hanc ſanctam ſedem apoſtolicam appellare. ⁊ ad ipſam tanquam ad caput refugiũ habeat.

¶ R. Dicendum ꝙ appellatio eſt remediũ iuris quo ſubuenitur oppreſſo in ordine iudiciario quo quis oppreſſus ab inferiori iudice licet ſibi poſtulatis apoſtolis ⁊ litteris dimiſſorijs ad ſuperiorẽ recurrere. Iſte autem ordo iudiciarius quo per appellationem ſubuenitur oppreſſo ſolum locum habet in foro exterioris iudicij: vbi agitur cauſa inter hominem ⁊ hominem ⁊ quia in toto iſto ordine iudiciario iudicij exterioris. in quo agitur cauſa inter hominem ⁊ hominẽ ſupremum gradũ tenet ipſe papa: ideo a quocunq; homine rege vel imperatore quis iniuſte grauetur: poteſt licite ad ſummũ pontificem appellare: propter quod ſcribitur. ij. q. vj. ad romanã eccleſiam ab omnibus maxime tamen ab oppreſſis eſt appellandũ ⁊ concurrendũ quaſi ad matrem eius vt vberibus nutriantur auctoritate defendantur. a ſuis oppreſſionibus releuentur: quia nõ poteſt nec debet mater obliuiſci filiũ ſuũ. hoc idẽ patet. xi. q. i. c. quicunq; litem habens.

¶ Ad primũ ergo eſt dicendũ. ꝙ verum eſt a iudice ſeculari nõ eſſe appellandũ immediate ad papã indifferenter: ⁊ in paruis negocijs ſed bene in negocijs arduis ⁊ neceſſitate vrgẽte a quocumq; iudice homo grauetur ad papam poteſt habere recurſũ tanquam ad vniuerſalem dñm.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum. ꝙ appellatio eſt prouocatio de minori iudice ad maiorem continens querelam inique ſententie. Si ergo quis grauetur

a domino temporali: ⁊ ille dominum ſuperiorem temporalem non habet ad papam iuſte poteſt recurrere. quia ⁊ ſi temporalium omnium adminiſtrationem non hȝ: habet tamen omniũ vniuerſalem iuriſdictionem vt dictum eſt.

¶ Ad tertium eſt dicendum. ꝙ illa ratio nõ habet locum in papa qui habet plenitudinẽ poteſtatis. vnde ſicut ab eo poſſunt extra puiſiones ſine medio. quia ſi ad capitulum ſitus eccleſie ſpectat p̄latum eligere poteſt ſine electione capituli illi eccleſie de p̄lato puidere: ſic poſſunt appellationes reduci in ipm remoto omni medio.

# Queſtio · xlvi · de aliorum regũ correctione

DEinde conſiderandum eſt de aliorum regum correctione. Circa quod queruntur tria.

¶ Primo. vtrum papa poſſit omnes reges cum forefaciunt publice corrigere

¶ Secundo. vtrum papa poſſit omnes reges cum ſubeſt cauſa deponere.

¶ Tertio. vtrum papa poſſit in quolibet regno regem inſtituere

AD primum ergo ſic pceditur. videtur enim ꝙ ad papã non ſpectet reges terre cũ forefaciunt publice corrigere. qr dictũ eſt petro Math. xviij. Si peccauerit in te frater tuus: vade ⁊ corrige eũ inter te ⁊ ipm: ad papã ğ nõ ſpectat publica correctio.

¶ P. Dictum eſt petro ⁊ cuilibet eccleſiaſtico viro. Math. v. Si quis percuſſerit te in vna maxilla: pbe ſibi alteram: non ğ ad papã ſpectat correctionem iniuriã repellere. ſed potius ſuſtinere.

¶ P. quedam correctio fit p incuſationẽ: q̃dam vero p pene illationem. ſ3 neutro mõ ptinet correctio regum ad papam. qr nec põt eos incuſare nec penam corpalem infligere.

¶ In ↄ̃rium eſt illud quod ſcribit Eccl. vij. noli querere fieri iudex niſi valeas virtute irrumpere iniquitates: cum ğ papa ſit iudex vice xp̄i viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ ad eum ſpectat omnium hominum cum forefaciũt vniuerſalis correctio.

¶ R. Dicendũ ꝙ ſicut dicit Hugo. ij. li. de ſacramentis. pte. ij. c. iiij. Spiritualis ptãs terrenam poteſtatem hȝ inſtituere ⁊ vt ſic iudicare: atq3 corrigere ſi bona nõ fuerit: ipa vero a deo p̄mo inſtituta eſt: ⁊ cum deuiat a ſolo deo corrigi ⁊ iudicari poteſt. Sicut ſcriptum eſt p apoſtolum. Spũalis homo iudicat omnia. ⁊ ipſe a nemine iudicat. Vñ pphete in veteri lege in q̃bus erat ſpiritualis poteſtas: reges cum forefaciebant corrigebant ⁊ fortiter increpabant. ſicut patet de Helia. iij. Regl. xviij. ꝙ cum audiuiſſet ab achab rege: tu ne es ille qui ↄturbas iſrahel. Rñdit ego non ↄturbam iſrahel: ſed tu ⁊ domus patris tui qui derliquiſtis mandata dñi ⁊ ſecuti eſtis baalim. Hoc idem pȝ de Nathã pphet. qui. ij. Regl. xij. fortiter correxit dauid regem dicens. vriam etheum pcuſſiſti gladio. ⁊ illius vxorem accepiſti tibi vxorem: quãobrem non recedet gladius de domo tua vſq3 in ſempiternum.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum. ꝙ duplex ẽ culpa: vna occulta in te ⁊ te ſolo ſciente ↄmiſſa alia publica p incuſationem ad iudicẽ deuoluta. vtramq3 autem corrigere ſpectat ad papam Nam p̄mam põt corrigere vt ſacerdos in foro interioris ↄſcientie: aliam inquantũ eſt papa in foro exterioris iudicij.

¶ Ad ſecundũ eſt dicendum. ꝙ ſicut dicit gregorius peccata que in deum: vel in pximũ cõmittunt a prelato punienda ſunt ⁊ corrigẽda. Illa vero que cõmittunt in eum animo patienter tollerãda vel potius diſſimulãda ſunt: quãuis illa verba magis in animi preparatione ꝙ̃ in opis executione intelligenda ſunt vt ſup expoſitum fuit.

¶ Ad tertium eſt dicendum. ꝙ papa põt corrigere p incuſationem cum ad eũ culpa defert. ⁊ p ↄdemnationem cũ corã eo reus conuincit. ⁊ ſic p ↄdemnationẽ põt ſcđo corrigere p pene illationem ſpũalis vel corpalis.

AD ſcđm ſic pcedit. Videt. n. ꝙ papa nõ poſſit oẽs reges cũ ſubeſt cã deponere: qr ad illũ ſolũ ſpectat regl depoſitio ad quẽ ſpectat electio ⁊ ↄfirmatio regni: ſ3 ad papã nõ ſpectat electio ⁊ ↄfirmatio regum potiſſime illoꝝ qui hereditaria ſucceſſione regnant.

¶ P. maior ſufficiẽtia requirit in regiẽ ſpũali ꝙ̃ in regimine tpali: ſ3 cũ p̄latus ẽ inſufficiens in regimiẽ ſpũali nõ deponit: ſ3 coadiutor ſibi dat. ğ multo fortius in regimiẽ tpali. cũ rex inuenit inſufficiẽs nõ eſt deponendus ſed coadiutor ſibi dandus.

¶ P. papa deponit imparorẽ. qr in toto imperio hȝ immediatã tpaliũ adminiſtrationẽ: ğ in regnis illis in q̃bus adminiſtrationem tpalium non hȝ: reges deponere non põt.

¶ In contrarium eſt quod ſcribitur. xv. q. vj. c. alius.

¶ R. Dicendum ꝙ ſm Auguſtinum. iiij. de ciuitate dei. c. iiij. remota iuſticia regna nõ ſunt niſi magna latrocinia. quia latrocinia non ſunt aliud niſi q̃dam parua regna. Tenetur autem papa vice xp̄i in toto orbe duplicem iuſticiam ſeruare vnam pticularem ſinguloꝝ hominum vt vnicuiq3 reddat quod iuſte ſibi debetur. ⁊ releuetur a grauamine quod iniuſte ſibi infertur. Ac vt nocendi improbis facultas tollatur aliam vniuerſalem vt reſ publica promoueatur ac bonum reipublice non perturbetur. ⁊ maxime ꝙ totus xp̄ianus populus eccleſie xp̄i ſponſe ſubijciatur nulla namq3 iuſticia hominis eſſe poteſt que ipſum hominẽ deo vero tollit vnde qui ſeipſum offert dominandi deo a quo factus eſt. ⁊ a domino eccleſie ſe ſubtrahit iniuſtus eſt vt dicit aug⁹. xix. de ciuitate dei. c. xxi. Propter iſtum ergo duplicem defectum iuſticie papa poteſt reges deponere.

¶ Primo propter defectum iuſticie particularis. quia iuſticia ſinguloꝝ perditur ⁊ improbis facultas nocendi prebetur ⁊ propter defectum talis iuſticie zacharias romanus põtifex regem francorum non tam pro ſuis iniquitatibus ꝙ̃ pro eo ꝙ tante poteſtati erat inutilis a regno depoſuit ⁊ pipinum patrẽ caroli imperatoris in eius loco ſublimauit vt ſcribit. xv. q. vi. c.

¶ Alius propter defectũ vere iuſticie vniuerſalis. Innocentius depoſuit imperatorem fridericum in concilio lugdunenſi. qui bonum eccleſiaſticum ⁊ bonum reipublice quod promouere tenebatur per eius ad romanam eccleſiã inobedientiam perturbabat ⁊ impediebat ac p eius attemptatam ſuperbiam. Vnde dubium non eſt quin papa poſſit omnes reges cũ ſubeſt cauſa rationabilis deponere.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum. ꝙ nõ eſt ſimile de electione ⁊ depoſitione quia nõ poteſt aliquis deponi niſi ſponte conuictus vel confeſſus coram iudice. Vnde ad deponendũ regem requiritur iudicialis ſententia quam ferre in regem non conuenit electoribus cum ipſe ſit eis ſuperior ipſo facto rege pertinet autem ſolum ad papam cui omnia ſubijciuntur.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ tunc datur p̄lato coadiutor quando innocens inuenitur inſufficiens tamen comprobatur in adminiſtratione ⁊ ſic fiendum eſſet de rege in adminiſtratione temporali. Sic autem non fuit de rege frãcorum cum fuit depoſitus quia non innocens immo lubricus ⁊ effeminatus erat vnde regnũ in ſingulis partibus regni patiebatur iacturã.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ ad papam ſpectat correctio regum ⁊ aliorum non propter immediatam temporalium adminiſtrationem ſ3 propter vniuerſalem iuriſdictionem quam vice xp̄i habet in toto orbe ſuper reges ⁊ ſup omnes alios principes.

AD tertium ſic proceditur videtur enim ꝙ papa non poſſit in quolibet regno regem inſtituere quia ſaul conſtitutus eſt rex ſuper iſrahel non tamen ſine conſẽſu populi immo populo clamante ad ſamuelem cõſtitue nobis regem vt iudicet nos ſicut vniuerſe habent nationes vt ſcribitur. j. Regl. viij.

¶ Preterea nullus poteſt inſtitui domin⁹ alterius ipſo inuito papa ergo non poteſt inuitis illis q̃ ſunt in regno aliquẽ regẽ ↄſtituere.

¶ Preterea eius eſt conſtituere cuius eſt deſtituere ſed zacharias ſummus pontifex non depoſuit regem francie ſine conſenſu baronum ⁊ comitum regni vt dicit hugucio. cã. ⁊ c. ſupradicto ergo eodem modo papa nõ poteſt i quolibet regno regẽ inſtituere abſq3 ↄſenſu alioꝝ.

¶ In contrariũ eſt: qr papa poteſt in quolibet eccleſia prelatum ponere ⁊ deponere abſq3 aliorum requiſitione ⁊ cõſẽſu ergo poteſt in quolibet regno hoc facere cum maius ſit dominiũ ſpũale ꝙ̃ temporale.

¶ R. dicendum ꝙ ſecundum dama. ij. li. c. xx. Neceſſe eſt eundẽ factorem eſſe eorum que ſũt in mundo ⁊ prouiſorem. Sicut ergo deus eſt factor omnium regnorum ⁊ prouiſor ſic papa vice dei eſt omnium regnorum prouiſor. Vnde cũ cauſa rationabilis ſubeſt in quolibet regno poteſt regem inſtituere ſiue ſit cauſa ipſius regis nequicia. Vt dictum eſt ſupra de rege francorum ſiue ipſius populi fraudulenta malicia vt ſi in regis mortem conſpirarent vel eũ eijcerent ac per hoc ſe ipſos iuriſdictione habendi regem priuarent vel quocumq3 alio modo cauſa iuſta ⁊ rationabilis ſubeſt ad papã ſpectaret illi regno de rege prouidere.

¶ Ad primũ ergo ẽ dicẽdũ ꝙ rex hĩj fuit datus pplo iſrahelitico ad volũtatẽ ⁊ cõſẽſuȝ populi non tamẽ de pſona determinata fuit eis de rege prouiſum de conſenſu populi. Sed immediate per ipſum ſamuelem ſummum ſacerdotẽ de perſona fuit eis prouiſũ qñ tulit lenticulam olei ⁊ effudit ſuper caput ſaul ⁊ vnxit eũ in regẽ ſuper iſrahel. vt ſcribit. i. Re. xi.

¶ Ad ſcđm ẽ dicẽdũ ꝙ ſicut dicit aug⁹. xix. de ciui. dei. c. xxj. Cũ abijceret romanis rẽpublicã non poſſe cũ iuſticia puincijs imperare. apte riſuȝ ẽ p eos ꝙ iuſte impabãt ⁊ alij iuſte ſeruiebãt. qr vtile erat eis ſic ſeruire cũ iprobis p dñium romãoꝝ tolleret licẽtia nocẽdi ſubditis. qđ dicũ lȝ nõ credamus ſufficere ad iuſte dñationis iniciũ eo ꝙ q̃rũcunq3 homini ſit vtile dñium. iuſte mi

aliquis ſibi dominari non poteſt ipſo inuito:
poteſt tamē ſufficere quantum ad dominatio/
nis ꝓgreſſum: quia cum homo videt dominiū
ſibi datum taliter regere incipit voluntariū ſer/
uitium ſibi exhibere: quod ante exhibebat in/
uitus: pōt ſimiliter quandoq; iniuſtus ſubditus
rex vel dominus dari ꝑ papam ſi eorū culpa
exigat. non. n. papa faciendo iuſticiam debet
patrocinium dare criminoſis vel criminibus.
ſed potius ſupplicium.

¶ Ad tertium eſt dicendum: ꝙ ꝯſenſus baro/
num ⁊ comitum ſeu populi requirit in papa ad
depoſitionem regis pōt intelligi dupliciter.

¶ Primo quantum ad ipſius regis incuſatio/
nem ⁊ ſic planum eſt ꝙ ſicut deus non ꝯdem/
nat aliquē in foro exteriori niſi ꝑ incuſationem
conuictum: vnde nec meretricem condemnat.
ex quo incuſata non fuit: ſic nec papa vicarius
eius condemnaret vel deponeret aliquē regem
niſi ꝯuictum ꝑ incuſationem comitum baronū
⁊ aliorum de regno

¶ Secundo quantū ad cauſe cognitionem. ⁊
ſic in cognitione cauſe ⁊ ꝓbatione ſententie pa/
pa nō requirit ꝯſenſum alicuius quia ſicut ſu/
perior eſt omnibus. ita de cauſa criminali om/
nium poteſt cognoſcere ⁊ ſententiā ꝓferre. abſ
q; alicuius requiſitionis ꝯſenſu.

## Queſtio. xlvii. de actu electionis quātum ad dominiū ſpūale.

Viſo de poteſtate pape reſpe
ctu actus electionis quantū
ad dominiū tēpale. Reſtat
videre de dicta poteſtate re/
ſpectu actus electionis quā/
tum ad dominiū ſpūale: ⁊
deinde reſpectu act⁹ diſpenſationis ⁊ de his
que diſpenſationi adnectuntur. Circa primum
queruntur octo.

¶ Primo vtrum papa abſq; ꝑſone acceptione
poſſit aliquem ſuū ꝯſanguineū ad ꝓlaturam
eccleſiaſticam eligere ratione qua conſangui/
neus eſt.

¶ Secundo vtrum papa ſine acceptione ꝑſone
poſſit ad ꝓlaturam eccleſiaſticam eligere bonū
dimiſſo meliori.

¶ Tertio. vtrum papa ſine acceptione perſone
poſſit ad ꝓlaturam eccleſiaſticam eligere diui
tem dimiſſo paupere.

¶ Quarto. vtrum papa ſine acceptione ꝑſone
poſſit ad ꝓlaturam eccleſiaſticam eligere diui
tem ⁊ nobilem ratione qua potens ⁊ nobilis
eſt.

¶ Quinto. vtrum papa ſine acceptione poſſit
ad petitionem regum ⁊ principū aliquē elige/
re ad ꝓlaturam eccleſiaſticam.

¶ Sexto. vtrum papa ſemꝑ peccet mortaliter cū
acceptat ꝑſonam in eligendo aliquem in ꝓla/
turam eccleſiaſticam.

¶ Septimo. vtrum papa ſine peccato poſſit cō/
ferre ꝓlaturam eccleſiaſticam petenti ⁊ procurā/
ti ipſam.

¶ Octauo. vtrum papa ſine peccato poſſit con/
ferre magiſterium petenti ⁊ procuranti licentiā
magiſtrandi.

Ad primum ergo ſic ꝓceditur. videtur
enim ꝙ papa abſq; acceptione ꝑſone
poſſit ꝯſanguineum eligere ad ꝓla
turam eccleſiaſticam rōne qua conſanguineus.
quia magis eſt beneficium ſpirituale docere ⁊
inſtruere aliquem in fide ꝙ eccleſiaſtica ꝓlatu/
ra. ſed citius deberem beneficium tale impen/
dere patri vel fratri meo ſi eſſet infidelis ꝙ al/
teri extraneo. ergo eodem modo eccleſiaſticam
ꝓlaturam.

¶ Preterea ordo caritatis quem aſſignat am/
broſius. fundatur ſuper legē nature. quia dicit ꝙ ma
gis ex ordine caritatis debemus diligere con/
ſanguineum ⁊ domeſticum ꝙ extraneum: ergo
ꝓferendo conſanguineum extraneo eligēdo ip
ſum puta ad eccleſiaſticum beneficium nō eſt
acceptio perſone.

¶ Preterea ſcribitur actuum. x. in veritate com
peri: quoniam non eſt ꝑſonarum acceptor deus
Sed math. iiij. legitur ꝙ xp̄s ad apoſtolatum
elegit ꝯſanguineos. ſ. Jacobum ⁊ Johannē:
ergo ſine acceptione ꝑſone pōt ꝯſanguine⁹ ad
ꝓlaturam eccleſiaſticam eligi.

¶ In ꝯtrium eſt. quia ꝓpheta imꝓcatur malum
his qui edificant ſyon in ſanguinibus. Sicut
ſcribitur Michee. iij. ⁊ exponit glo. de his q̄ edi
ficant eccleſiam in conſanguineis ⁊ nepotib⁹.

¶ Rn̄. dicendum ꝙ iſta queſtio eſt dubia ꝓ/
pter exemplum xp̄i ⁊ ꝓpter exemplum ſummo
rum pontificū qui ſunt eius vicarij. Nam xp̄s
elegit populum iſrabeliticum non gentiles ad
legem dei recipiendam. ſicut patet Deutro. vij
elegit Dauid in regem ex cuius ſemine erat ſm
carnem naſciturus. ⁊ ſaulem reprobauit. vt pa
tet. j. Regū. ſimiliter elegit iacob ⁊ eſau repro/
bauit. vt pꝫ Malachie. j. ſimiliter ad apoſto/
latum ꝯſanguinitate ſibi ꝯiunctos elegit: ſum
mi autem pontifices eius vicarij. vt in pluribus
videmus ad ꝓlaturam eccleſiaſticam eligunt
ſuos conſanguineos ⁊ compatriotas ꝙ extra
neos: ⁊ graue eſſet dicere ꝙ omnes tales pecca
rent ⁊ eſſent acceptores ꝑſonarum

¶ Ideo ſciendum eſt ꝙ beneficia eccleſiaſtica
conferenda ſunt ꝓpter officia: puta ꝓpter ve/
ritatem doctrine: ſanctitatem vite: ⁊ equitatem
iuſticie: hec enim ꝑſonam faciunt dignam ec/
cleſiaſtica ꝓlatura. quando ergo tales conditio
nes ſunt pares in conſanguineo ⁊ extraneo:
puto ꝙ non ſit acceptio ꝑſone ſi ꝯſanguineus
eligatur ad ꝓlaturam eccleſiaſticam: ⁊ non ex/
traneus: quia non ꝓfertur ꝑſona perſone ex cā
indebita maxime: quia in tali electione conſan
guinitas non eſt cauſa principalis ſed annexa
ſi vero ꝯditiones predicte eſſent pares. puta
ꝙ ꝯſanguinitas eſſet cauſa principalis ⁊ non
veritas doctrine vel ſanctitas vite: ſeu equitas
iuſticie: ita ꝙ ꝯſanguineus ꝓferatur extraneo:
quantumcunq; extraneus ꝓdictas ꝯditiones
haberet ⁊ conſanguineus eis careret abſq; ac/
ceptione perſone eſſe non poſſet.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum: ꝙ in tali ca/
ſu prius debemus predicare patri vel fratri vel
ꝯſanguineo ꝙ extraneo. quia hoc eſt de neceſſi
tate vite ſine fide enim ſpiritualis vita haberi
non poteſt. ꝓmouere autem aliquem ad ꝓla/
turam eccleſiaſticā eſt ſupererogationis ideo
non eſt ſimile.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum: ꝙ in benefi/
cijs temporalibus que debentur alicui ſecun/
dum legem nature attendit ille ordo quem po
nit Ambroſius: talia enim beneficia tempo/
ralia que ex lege nature debentur alicui heredi
taria ſucceſſione vel reipublice adminiſtratio/
ne abſq; peccato conſanguineis citius ꝙ alijs
debent ꝯferri: ſecus autem eſt de beneficijs ſpi
ritualibus. vel de his que ſunt ſpiritualibus
annexa.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ chriſto nota e/
rant corda munda ⁊ opa bona illorum quos
vocauit: tam in veteri lege ꝙ in noua ad eccle/
ſiaſticam dignitatem nec ſibi reuelabit caro.
⁊ ſanguis illa que agebat: ſed pater celeſtis.
Unde exempla eius velle ad humanā fragilita/
tem ꝯuertere non eſt imitationis ſed preſump
tionis.

Ad ſecundum ſic ꝓceditur. videtur. n. ꝙ
papa ad ꝓlaturam eccleſiaſticam ſine
acceptione ꝑſone: non poſſit eligere
bonum dimiſſo meliori: quia papa tenetur ſequi
ꝯſcientiam rectam: ſed conſcientia recta dictat
quilibet ꝙ minori bono maius bonum preeli
gendum eſt: ergo ſemper tenetur meliorem eli/
gere.

¶ Preterea. ſcribitur Deutro. i. Non accipietis
cuiuſcunq; ꝑſonam quia dei iudicium eſt. ſuper
quo verbo dicit glo. ꝙ in iudicando ſummi pō
tifices vicarij dei ſunt qui ꝑſonam hominis nō
accipiunt ſed ſi papa bonum prefert meliori nō
eſt ſine acceptione perſone.

¶ Preterea. ſcribitur. viij. q. i. c. licet. ꝙ ad ꝓlaturam
eccleſiaſticam non eligitur niſi qui ceteris docti/
or ⁊ ſanctior habetur.

¶ In ꝯtrium eſt. quia ſufficit ad eccleſiaſticam ꝓ/
laturam ꝑſonam bonam ⁊ idoneam eligere: ſi
cut patet extra de electio.

¶ Rn̄. dicendum ꝙ aliter eſt loquendū in foro
ꝯſcientie. ⁊ aliter in foro exterioris iudicij. pla/
num eſt autem ꝙ in foro exterioris iudicij ſm
iura ſcripta ſufficit ad ꝓlaturam eccleſiaſticam
eligere bonum ⁊ ſufficientem. ſed in foro inte/
rioris ꝯſcientie puto ꝙ ſi papa equa facilitate
poteſt habere meliorem nulla alia cauſa conſi/
derata. ⁊ ſcienter ꝓfert bonum meliori non po
teſt eſſe ſine acceptione perſone: multum enim
ipſe haberet groſſam ꝯſcientiam quando abſq;
conſideratione debite cauſe ſcienter preferret
bonum meliori. ex quo vtrumq; equa facilita
te poſſet haberi.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum. ꝙ quando ꝯſcientia
aliquid dictat faciendum ex debito tenetur hō
illam ſequi. ſed quando dictat aliquid faciendum
ex expedienti vel ex conſilio ſolum non tenetur
illam ſequi: quia non equa facilitate poteſt im
plere ꝯſilium: ſicut debitum vel preceptum.

¶ Ad ſecundum ergo eſt dicendum ꝙ acceptio
ꝑſone poteſt eſſe ex intentione facientis: Quia
ſi papa mouetur ad dandum bn̄ficium eccleſi
aſticum bono potius ꝙ meliori ex aliqua cau/
ſa non licita ⁊ indebita puta ꝓpter ꝯſanguini
tatem vel diuicias eſt acceptio ꝑſone: ſed ſi hoc
facit ex aliqua cauſa debita: vt puta ꝓpter eius
paupertatis ſubſidium ⁊ honeſtatis obſequi
um non eſt acceptio ꝑſone.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ illa verba Die
ro. intelligenda ſunt ꝯſultiue non autem ꝓcep
tiue. vel ſi preceptiue intelligūtur oportet ꝙ nō
equa facilitate ⁊ ex debita cauſa bonus ꝓfera/
tur meliori. tunc. n. ꝯſcientia papam dꝫ arctare
vt bono ꝓferat meliorem.

Ad tertium ſic ꝓcedit. videtur. n. ꝙ pa
pa ſine acceptione ꝑſone poſſit ad ꝓ/
laturam eccleſiaſticam eligere diuitem
dimiſſo paupere quia non eſt acceptio ꝑſone ho
norare hominem ꝓpter illud quod a deo reci/
pitur. Sed diuitie ſunt bona q̄ a deo recipiūtur
ergo non eſt acceptio ꝑſone diuitē dimiſſo paupe
ad eccleſiaſticam dignitatem aſſumere.

¶ Preterea. ſecundum auguſtinum accipere pſonam eſt exhibitio honoris ſeruato gdu dignitatis ⁊ officij. nec iſto modo eſt peccatum pſonam accipere vt dicit. Sed planum eſt q̄ diues eſt in alio gradu dignitatis ⁊ officij q̄ pauper: ergo abſq; acceptione pſone poteſt diues ad prelaturam eccleſiaſticam aſſumi dimiſſo paupere.

¶ P. vbi nulla eſt iniuſticia nulla eſt acceptio pſone. ſed ſi papa prefert diuitem pauperi in honorem eccleſiaſtice dignitatis. non facit iniuſticiam pauperi.

¶ In contrarium eſt quod ſcribit. Jaco. ij.

¶ R. Dicendum q̄ augu. expſſe determinat iſtã queſtionem ſup illis vbis que ponuntur Jacobi. ij. de introitu diuitis ⁊ pauperis: ⁊ de ſeſſione vtriuſq;. q̄ diues ponat in ſede ⁊ pauper in ſtabulo. ait. n. q̄ ſi hanc diſtantiam ſedendi ⁊ ſtandi ad honores eccleſiaſticos referamus: non eſt putandum leue eſſe peccatum in perſonarum acceptione habere fidem domini noſtri iheſu chriſti.

¶ Sciendum eſt tamen q̄ pferre diuitẽ pauperi in honore eccleſiaſtice plature dupliciter poteſt intelligi.

¶ Primo diuitiarum iudicio. vt tanto quis iudicetur dignior eccleſiaſticam prelaturam ſuſcipere quanto ditior.

¶ Secundo in aliquo exteriori obſequio: vt aliquod ſignum exterioris reuerentie exhibeat diuiti ⁊ non pauperi.

¶ Primo mõ eſt peccatum. ſecundo nõ. Et iſta eſt expſſa ſententia auguſtini in glo. ſ. allegata. Subdit. n. non peccat quis honorando diuitem magis q̄ pauperem: niſi cum apud ſemetipm intus ita iudicat. vt ei tanto melior q̄to ditior ille videt. quod videt ſignificaſſe apoſtolus ſubdendo. Nonne iudicatis apud voſmetipos ⁊ facti eſtis iudices cogitationum iniquarum.

¶ Ad pmum g eſt dicendũ q̄ nõ eſt acceptio pſone ſi honoret diues illo honore qui ſibi debetur pp̄ter diuitias. ſed platura eccleſiaſtica non debet diuiti pp̄ter diuitias ſed magis ppter alias pditiones vtuoſas ſuperius dictas. In quibus ſi diues ratione qua diues pferat pauperi eſt acceptio pſone.

¶ Ad ſm eſt dicendum: q̄ acceptio pſone aliquando accipit in bono: aliqñ in malo. ſm. n. q̄ in bono accipitur ſic eſt honorare vnũquẽq; ſm gdum dignitatis ſue ⁊ officij. ⁊ hoc mõ nõ eſt peccatum. q: talis acceptio pſone eſt ex cauſa debita. ſed qñ accipit in malo ſic ⁊ eſt cum pfertur pſona pſone ex cã aliqua indebita. ſm primum modum loquitur Augu.

¶ Ad tertium eſt dicendum q̄ nõ eſt acceptio pſone pferre diuitem paupi in honore exterioris reuerentie. non autem in honore prelature eccleſiaſtice.

Ad quartum ſic pcedit. Videt. n. q̄ papa ſine acceptione pſone nõ poſſit diuitem ⁊ nobilem eligere ad platuram eccleſiaſticam rõne q̄ potens ⁊ nobilis. q: papa eſt vicarius chriſti. ſed de vocatione chriſti ſcribit. j. ad chorinth. j. videte vocationem vſam fratres. q: nõ multi potentes ⁊ non multi nobiles. ſ que infirma ſũt eligit deus vt fortia pfunderet.

¶ P. in veteri lege paſtores vocati ſunt ad eccleſiaſtica beneficia: ſicut patet de moyſe ⁊ aaron. vt ſcribitur Exodi. iij. tales ergo vocandi ſunt per papam:

¶ P. ſcribitur Leuitici. xix. nõ honores vultũ potentis: honor ergo eccleſiaſticus non eſt exhibendus potenti rõne qua potens eſt.

¶ In contrarium eſt quod ſcribitur Eccl. vij. Noli querere fieri iudex: niſi valeas virtute irrumpere iniquitates.

¶ R. Dicendum q̄ augu. circa finem ſecundi libri de libero arbi. diſtinguit tria gña bonorũ. Infima: vt bona corpalia ⁊ tempalia. Media: vt intellectus ⁊ voluntas ⁊ alie potẽtie anime. Et ſuprema vt virtutes acquiſite vel infuſe. Cum g ſemper maius bonum minori bono ſit pferendum ceteris paribus magis eſt eligendus ad beneficium eccleſiaſticum bonus ⁊ virtuoſus bonitate intrinſeca acquiſita vel infuſa q̄ potens l nobilis. ⁊ hoc eſt intelligendũ vt potentia vel nobilitas pſideratur ſecundũ ſe. q: iſto mõ pferre potentem vel nobilem virtuoſo minus potenti ⁊ minus nobili rõne potentie vel nobilitatis in ſe pſiderate eſſet pditio indebita ⁊ acceptio pſone. Sed pſiderare nobilem vel potentẽ in ordine ad vtilitatem eccleſie: poſſet tũc pferre alteri abſq; acceptione pſone.

¶ Ad pmum g eſt dicendum. q̄ ſicut glo. dicit ſup illo vbo apli. non multi potentes ⁊c. ideo poſuit apls nõ multi pp̄ter ſe. q: inter apoſtolos ſecularium lrarum fuit pitus terrenarum opum diues: ratione dignitatis parentela fuit pſpicuus. vñ quamuis xps potentes ⁊ nobiles nõ elegerit in pmitiua eccleſia vt non gloriaret omnis caro in pſpectu eius ⁊ hoc p vtilitate eccleſie q̄tinus p piſcatores lucrarent imperatores. nunc tñ p eiuſdem vtilitate eccleſie poſſunt nobiles ⁊ potentes ad eccleſiaſtica beneficia vocari.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum q̄ paſtores in veteri lege vocati ſunt. ⁊ in noua lege piſcatores in ſignum q̄ illi qui ad eccleſiaſticam platuram aſſumunt ⁊ paſcere ſubditos tenent ⁊ cuſtodire: ne retib9 peccatorum dyabolica fraude capiantur.

¶ Ad tertium eſt dicendum: q̄ ptãs ⁊ nobilitas nõ eſt honoranda in platura eccleſiaſtica ſm ſe ⁊ animi iudicio. ſed in ordine ad vtilitatem eccleſie ipius pmotionis bñficio.

Ad quintum ſic pcedit. videt. n. q̄ papa ſine acceptione pſone ad petitionẽ regum ⁊ pncipuz poſſit aliquẽ ad platurã eccleſiaſticã eligere quia quod fecit xps licitum eſt facere pape. ſ xps ad petitionem aplorum ſanauit ſocrum. ſymonis ſtans enim ſup illam imperauit febri ⁊ dimiſit illam vt ſcribit luce. iiij.

¶ P. Luce. vij. habet q̄ ſeniores iudeorũ cum veniſſent ad iheſum rogauerunt illum vt ſanaret ſeruum centurionis. dicentes q: dignus eſt vt h illi pſtes: diligit. n. gentem nr̃am ⁊ ſynagogam ipe edificauit nobis. planum ẽ autem q̄ donum ſanitatis ẽ donum ſpũſancti. ⁊ aliquod ſpũale: lz ergo pape ad petitionem regum bñficium ſpirituale alicui conferre. abſq; acceptione pſone.

¶ P. papa eſt dominus meſſis ⁊ ipius eccleſie ſaltem miniſterialiter. ſed xps mandauit. Luce x. vt diſcipuli rogarent dñm meſſis vt mitteret operarios in meſſem ſuam: licz g operarios in eccleſia ponere ad rogamina aliorum abſq; acceptione perſone.

¶ In pꝛ̃rium eſt quod habet. j q. vi. nec timore nec pmijs nec potentum ſuffragio epi pfirmetur electio. ⁊. lxiij. di. ſcribit q̄ aplica auctoritate nõ regio fauore eps ẽ eligendus.

¶ R. Dicendum. q̄ acceptio pſone eſt qñ ad platuram eccleſiaſticam vna pſona pfert alteri ex indebita cauſa: pñt autem pces regũ ⁊ pncipum eſſe in debita cã q̄ quis pmoueatur ad platuram eccleſiaſticam tribus modis.

¶ Primo ex pte eius p quo pces fiunt: vt ſi pces p indigno porrigant tunc expſſe obmitti iuſticia. Iniuſticia eſt enim q̄ indignus preferatur digno.

¶ Scdo ex pte ipius pape qui rogatur qui ſi ſua intentione nõ intendat ad dignitatem pſone ſ ad fauorem humanum quem pncipaliter intendit annuendo precibus rogantium manifeſta eſt acceptio perſone.

¶ Tertio ex parte illorum qui rogant. Si. n. credat rogantes pmotionem alic9 pcurare vt ei ſit fauorabilis in eorum cauſis ⁊ petitõibus ſiue iuſte ſiue iniuſte dirigant ad paſtorem eccleſie in debita cã eſt. ⁊ p pñs acceptio pſone.

¶ Ad pmum g eſt dicendum: q̄ ſicut dicit hieronimus qñz ſaluator rogatus: qñz nõ rogatus curauit egrotos oñdens per hoc q̄ ipe ſp annuit pcibus fidelium in dando illa q̄ ipi minime intelligunt ſiue intelligenda ſint dare: ſiue nõ intelligenda dimittere. Vñ ſi ipe rogat9 tribuat ſiue non ſp facit ex debita cã.

¶ Ad ſm eſt dicẽdum. q̄ ſicut dicit euſebius: ſeniores qdem iudeorum p modicis ſumptibus ad opus ſynagoge datis grãm poſcunt: ſ dominus nõ pp̄ter h ſ p fide centurionis augenda ⁊ manifeſtanda cunctis mortalib9 ſemet ipm ſibi exhibuit: vnde non fuit acceptio pſone: q: hoc fecit ex cauſa debita.

¶ Ad tertium eſt dicendum q̄ ſicut dicit Criſoſti. nõ eſt intellectus vbi vt plati pcibus quorumcumq; pncipaliter debeant oparios mittere in meſſem xpi. ſ q̄ inducendi ſint ſubditi vt p eorum paſtoribus rogent quatinus digne in eis valeant operari. eſt. n. magnum donum oparios mitti in meſſem diuinam: ideo chriſt9 mandauit dominum meſſis ſup h eſſe rogandum vt digne ⁊ iuſte hoc faciat

Ad ſextum ſic pcedit. videt. n. q̄ papa non ſp peccet mortaliter cũ acceptat pſonam in eligendo aliquẽ ad platuram eccleſiaſticam. q: tũc peccaret deus mortaliter acceptando pſonam cum dat grãm vni ⁊ non alteri. Quod ſi diceretur liberum arbitrium melius eſſe pparatũ in vno q̄ in alio querendum eſſet de illa pparatione q̄ cum ſit a deo ſequitur eque: q̄ deus ſit acceptor perſonarum.

¶ P. Gregi. dicit. xxiij. mora. q̄ accipere pſonam eſt hominem nõ ex eo q̄ homo eſt: ſ ppt illud quod circa ipm eſt eſſe honorabilem: ſed omnes honorant alios pp̄ter aliqua que circa ipos ſunt: g omnes peccant mortaliter cum ſint acceptores pſonarum.

¶ P. acceptio pſone põt fieri male ⁊ bene. ergo non ſemp eſt peccatum mortale.

¶ In pꝛ̃rium eſt. quia quod opponitur pcepto diuino ⁊ diuine lege peccatum mortale eſt. Sed quando honor debitus vni dat alteri. ⁊ perſona vna pfertur alteri ex indebita cauſa: recte opponitur illi precepto. Honora patrem tuum ⁊ matrem tuam in quo omnis honor debitus pxio precipit. Similiter qñ in datõe elemoſine minus indigens prefert magis indigenti ⁊ exiſtenti in extrema neceſſitate opponit illi pcepto. Nõ furtum facies. q: in extrema neceſſitate omnia ſunt communia.

¶R. Dicendum: ꝙ mortale peccatum eſt qḋ tollit nobis xp̄m qui eſt vita noſtra: iuxᵗ illud. Colo. iij. Cum autem xp̄s apparuerit vita nr̄a. Chriſtus autem tribus modis in nobis exiſtit. Primo ꝑ iuſticie equitatem. Scḋo ꝑ doctrine veritatem. Tertio ꝑ vite ſanctitatem. ipſo atteſtante. Jo. xiiij. Ego ſum via iuſticie. veritas doctrine: ⁊ vita. Quando ḡ acceptio ꝑſone repugnat iuſticie equitati vt qñ papa teneretᷣ reddere iuſticiam vel iudicium alicui ⁊ non redderet: puto ꝙ eſſet peccatum mortale ſiue eſt pauper ſiue diues. vn̄ ſcribitur Exo. xxiij. pauperis non miſereberis in iudicio. Uel qñ acceptio ꝑſone repugnaret doctrine veritati. vt qñ papa doceret aliquid ꝯ bonos mores ⁊ ꝯ illa que in ſacra ſcriptura ꝯtinentᷣ amore alicuius ꝑſone peccatum mortale eſſet: ſimiliter qñ acceptio ꝑſone repugnaret vite ſanctitati: vt qñ papa p̄ferret vicioſum virtuoſo ex indebita cā: vt qꝛ ꝯſanguineus vel quia potens ⁊ diues. puto ꝙ eſſet peccatum mortale.

¶Ad ꝑmum ḡ eſt dicendum: ꝙ deus q̄re dat gratiam vni ⁊ non alteri nō eſt aliud niſi quia vult. voluntatiſ autē eius nō eſt querenda cā effectiua ſed bene pōt eſſe cā terminatiua. quia ipſe deus ſcit bn̄ iſtum vſurum gratia. illum autem non ſcit bn̄ vſurum ⁊ qꝛ ipſe p̄parat ſed ad gratiam. ille autem non. a quo autē ſit ipſa preparatio grē. Aug. expꝛeſſe dicit ꝙ ab homine ait enim in libro de correctione ⁊ grā. ꝙ deſiderare auxilium gratie initium grē eſt. de quo ait ꝓpheta. Et dixi nunc cepi hec mutatio dextere excelſi. ita ꝙ petere auxilium grē p̄paratio gratie ⁊ initium gratie eſt. ſm aug.

¶Ad formam argumenti eſt dicendum ꝙ deus nō eſt acceptor ꝑſonarum cum ꝯfert gratiā vni ⁊ non alteri qꝛ ipſe nulli tenetur. ꝙ. n. iſtum ſaluet eſt liberalitas: ꝙ autem illum non ſaluet non facit ſibi iniuriam. quia omnes in prima maſſa ꝑditi ſunt

¶Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ q̄tuor mōis ꝯtingit honorem homini exhibere ꝓpter aliqḋ quod circa ipm̄ eſt. vt ꝓpter diuicias ⁊ potentiam.

¶Primo in collatione ſpūalis bn̄ficij.

¶Secundo in ſubuentione temporalis ſubſidij.

¶Tertio in executōe ſecularis iudicij.

¶Quarto in exhibitione exterioris reuerētie:

Primis tribus modis eſt acceptio ꝑſone ex cā indebita. ſed quarto mō non

¶Ad tertium eſt dicendum. ꝙ cum acceptio ꝑſone fit qñ ꝯcurrit ibi debita cā: qñ ꝟo fit male ꝯcurrit ibi cā indebita. vnde non ſemꝑ eſt peccatum mortale ſed quandoqꝫ veniale: quandoqꝫ mortale: qñqꝫ vtrumqꝫ: qñꝫ neutrum.

Ad ſeptimum ſic ꝓcedit. videtᷣ. n. ꝙ papa ſine peccato poſſit conferre p̄laturam eccleſiaſticam petenti ⁊ ꝓcuranti ipſam qꝛ quod iuſte appetitur iuſte ꝓcuratᷣ ⁊ iuſte ꝯceditur. Sed apl̄us dicit. i. Thimo. iij. Qui ep̄atum deſiderat bonum opus deſiderat. ſi ḡ iuſte deſideratᷣ: iuſte ꝓcuratur ⁊ iuſte conceditᷣ.

¶P̄. ſtatus p̄lature eſt ꝑiculoſus. qꝛ ſm auguſtinum quanto q̄s in ſtatu ſuꝑiori: tāto in periculo maiori verſatᷣ. Sed quod periculis bō ſe exponat ꝑfectionis eſt ⁊ laudabile abſqꝫ peccato. ḡ eccleſiaſtica p̄latura ꝓcuranti ipſam poteſt conferri.

¶P̄. ſine peccato ꝯfertᷣ homini illud ꝑ qḋ ad beatitudinem tendit. Sed ſm aug. in epiſtola ad Ualerium. Nihil eſt in hac vita ⁊ maxime hoc tempore difficilius laborioſius periculoſius ep̄i aut preſbyteri aut dyaconi officio. ſed apud deum nihil beatius.

¶In ꝯ̄rium eſt quod dicit Aug. xix. de ci. dei vbi ait ꝙ locus ſuperior ſine quo populus regi non pōt ⁊ ſi adminiſtretur vt decet: nō tamē decenter appetitur: multo ḡ magis non decentᷣ ꝓcuratur. ac per hoc ſine peccato ꝓcuranti nō confertur.

¶R. Dicendum ꝙ ſm aliquos p̄latura eccleſiaſtica: vel eſt ſine animarum cura: vel cū cura. Si ḡ ſit ſine cura dicunt ꝙ licitum eſt talem p̄laturam ꝑ ſe vel per alios petere ⁊ ꝓcurare. dū modo homo ſit dignus ⁊ ſufficiens in tali officio ſeu bn̄ficio adminiſtrare. Si autem ſit cum cura non eſt licitum ꝟ ꝙ homo dignum ſe reputet adminiſtrare in aliquo beneficio eccleſiaſtico quantumcunqꝫ ꝓ uo ſuꝑbie ⁊ p̄ſumptionis eſſe videtᷣ. Dicit. n. aug. in ep̄la ſup̄dicta ad Ualerium. putas me idoneum cum ego meli9 me nouerim: qui tamen nec ipſe me noſcem niſi experiendo didiciſſem.

¶Sed dicit fortaſſe ſanctitas tua: vellem ſcire quid deſit inſtructioni tue. ¶Ad quod rn̄deo ꝙ tam multa ſunt vt facilius poſſim enumerare q̄ habeam ꝙ̄ que non habere ꝯſidero. Et ideo puto eſſe dicendum ꝙ ꝓcurās ꝑ ſe vel ꝑ alium p̄laturam eccleſiaſticam vel ē iniuſtus vel ſuꝑbus. Iniuſtus q̇dem: qꝛ iniuſticia eſt ꝙ aliquis ſibi plus velit de honore accipe: aut ď ꝑtāte vel de alijs bonis cum nō ſciat vtꝝ minoribus dignus ſit. Suꝑbus ꝟo: qꝛ ſine ſuꝑbia nō eſt ꝙ aliq̄s exiſtimet ſe magis dignū p̄latōne omnibus illis ſuꝑ quos p̄lationē recipit. Si aūt ḡ ſine peccato ſuꝑbie vel iniuſticie p̄latura non ꝓcuratur. ſic puto ꝙ ſine peccato ꝓcuranti non confertur

¶Ad primum ḡ eſt dicendum: ꝙ multa in homine ex̄ūs includuntᷣ. quorum aliq̄ ſunt bona ⁊ appetenda. aliq̄ vero reſpuēda: ꝯ̄tra cū ꝓcuranda. Sed ſi vocatᷣ a deo tanq̄ Aaron: humiliter ꝓ ſalute alioꝝ ſuſcipiēda ſuſcipiet.

¶Ad ſecundum eſt dicendum: ꝙ laudabile ē ꝙ aliquis periculis corꝑalibus ſe exponat ꝓpter bona ſpūalia ꝯſequenda. Sed ꝙ q̄s periculis ſpūalibus ſe exponat ꝓpter bona tp̄alia ſicut videtur ſe exponere ille. qui eccleſiaſtica bn̄ficia ꝓcurarat vituperoſum eſt.

Ad tertium eſt dicendū: ꝙ Aug. vult nihil officio ep̄i aut p̄ſbyteri apud deum eſſe beatius ſi eo mō militetur quo noſter imꝑator iubet ꝙ ſequentis manifeſtam. ait. n. nihil eſſe in hac vita ⁊ maxime hoc tempe facilius ⁊ letius ⁊ hominibus acceptabilius ep̄i: aut p̄ſbyteri: aut dyaconi officio. Et ſubdit. ſed ſi ꝑfunctorie atqꝫ adulatorie res agatᷣ nihil ad deum miſerius ⁊ triſtius ⁊ damnabilius.

Ad octauum ſic ꝓcedit. videtᷣ. n. ꝙ papa ſine peccato poſſit ꝯferre magiſterium petenti licentiam magiſtrandi. qꝛ apl̄s. i. Thimo. ij. dicit ſe poſitum eſſe in euangelio chriſti magiſtrum ⁊ doctorem. ⁊. ij. Corinth. ij. commēdat ſe de ſciencia dicens. Et ſi imperitus lingua non tamen doctrina.

¶P̄. quod iuſte ꝯcupiſcitur iuſte ꝓcuratur et confertur. Sed ſcribitᷣ ſapientie. vj. Concupiſcentia ſcīe deducit ad regnum ꝑpetuum.

¶P̄. in magiſterio accipitur oportunitas ſeu ꝑtās communicandi ſcientiam. Sed ꝟ licitum eſt ꝓcurare ⁊ alijs conferre. Scribitᷣ. n. ſapiētie viij. Quam ſine fictione didici ſine inuidia cōmunico. ⁊ honeſtatē illius nō abſcondo.

¶In contrarium eſt quod ſcribitᷣ Math. xxiij. vbi ſaluator ꝓhibuit vt nullus vocaretᷣ magiſter. qꝛ vnus ē magr̄ q̇ eſt in celis xp̄s.

¶R. Dicendum. quod aliqui dicunt licitum eſſe magiſterium ꝓcurare ſed non prelaturam eccleſiaſticam. ꝓpter tria.

¶Primo. quia ille qui recipit cathedram magiſtralem nō accipit aliquam eminentiam ſuꝑ alios quam prius non habuerat. ſed qui recipit cathedram ep̄alem recipit eminentiam ſuꝑ alios quam prius nō habebat.

¶Secundo. quia eminentia ſcientie que req̄ritur in magiſtrali cathedra eſt perfectio hominis ſecundum ſe. Eminentia vero poteſtatis que ꝑtinet ad cathedram pontificalem non eſt ꝑfectio ſecundum ſe: ſed requirit perfectionem reſpectu aliorum.

¶Tertio. quia quis poteſt ſcire ſe habere ſciētiam quam requirit cathedra magiſtralis. caritatem vero excellentie quam requirit cathedra pontificalis nullus poteſt ſe ſcire habere. Sed iſte rationes ꝓpoſitum non concludunt. quamuis. n. in cathedra magiſtrali non recipiatur eminentia poteſtatiſ recipitᷣ tamen eminentia honoris. Non. n. dicit apoſtolus. Nemo aſſumat ſibi poteſtatem ſed ait nullus ſibi aſſumat honorem. ſed qui vocatur a deo tanquā Aaron. Dicit enim auguſtinus in epiſtola ad Florentinam. Quoniam neceſſe eſt vt doctor habeat ſuperiorem locum. Sollicitiſſime cauendum eſt in docente ſuperbie vitium. Unde videns ſanctus propheta in audiendo facilime ſeruari humilitatem que difficilis eſt i docendo ſtatim cū dixit. auditui meo dabis gaudium ⁊ leticiam: continuo ſubiecit. exultabunt oſſa humiliata. ¶Nec eſt verum quod ſciētia non ſit perfectio reſpectu aliorum. Quamuis enim doctor non perficiat alios per modū cooꝑationis vel punitionis. perficit tamen alios per modum doctrine communicationis. Et ꝙ̄uis homo poſſit ſe ſcire habere ſcientiam pertinentem ad ſalutem ſuam ⁊ alioꝝ. Qualiter tamen ad ſalutem aliorum poſſit adminiſtrare nullus poteſt perfecte ſcire. Dicit enim Auguſtinus in epiſtola ad Ualerium. Audeo enim vere dicere ſcire me ⁊ plena fide retinere quid ꝑtineat ad ſalutem noſtram. Sed hoc ipm̄ quo modo adminiſtrem ad ſalutem aliorum non q̄rens ꝙ nihil vtile eſt. Sed quod multi ſalui fiant ignoro. Puto ergo eſſe dicendum ꝙ ſicut p̄latura eccleſiaſtica indecenter ꝓcuratur ſic: ⁊ magiſterium ꝓpter illa que vtriqꝫ annectuntᷣ.

¶Ad p̄mum ergo eſt dicendum: ꝙ apoſtolus non recipit magiſterium ab homine ſed ꝑ reuelationē ih̄u xp̄i. Sicut. n. ipſe dicit ad Gal. i.

¶Ad ſecundum eſt dicēdum: ꝙ ſcientia iuſte ꝯcupiſcitur. ꝟ cum ꝑiculo docetur. Dicit enim auguſtinus ſuper epiſtola Jacobi. ꝙ doctrina quelibet tucius auditur ꝙ̄ docetur. ⁊ ideo ꝓpter periculum quod in ea incurritur ſeu recipitur. ⁊ ꝓpter honorem qui ſibi annectitur. ⁊ ꝓpter gloriam que in ipſa quandoqꝫ appetitᷣ magiſterium indecenter ꝓcuratᷣ.

¶Ad tertium eſt dicēdum: ꝙ quamuis facultas cōmunicandi ſcientiam que in magiſterio ꝯfertur ſit res licita tamen qꝛ vt dicit aug. qualiter conuincetᷣ ad ſalutem alioꝝ vt ſalui fiant ignoratur. nec homo ad ꝟ ydoneum ſe dꝫ reputare. aliter incurreret notam ſuꝑbie. Ideo ꝑ ſe non dꝫ petere nec ꝓcurare.

# Queſtio· xlviii· de diſpenſatione primi precepti.

Poſt hec ꝯſiderandum eſt de poteſtate eccleſiaſtica reſpectu actus diſpenſationis.
¶ Et primo de diſpenſatione ꝑceptorum.
¶ Secūdo de diſpenſatiōe ſacramentorum.
¶ Tertio de diſpenſatione articulorum.
¶ Quarto de diſpenſatione legum ⁊ canonū ſanctorum.

¶ Circa primum decem ſunt ꝯſideranda ſcḋm ꝙ decem ſunt precepta.

¶ Quantum ergo ad diſpenſationem primi ꝑcepti queruntur quattuor.

¶ Primo. vtrum papa poſſit diſpēſare cū demonum ꝯſultoribus q̄ plures deos colunt.

¶ Secundo. vtrum papa poſſit diſpenſare cum aſtrologis ⁊ planetarijs q̄ plures deos colūt.

¶ Tertio. vtrum papa poſſit diſpenſare cum ſortilegis ⁊ maleficis. qui vnum deum nō adorant.

¶ Quarto. vtrum papa poſſit diſpēſare cū ydolatrijs qui vnū deum non colunt.

Ad primum ergo ſic ꝓceditur. videtur. n. ꝙ papa poſſit diſpenſare cū demonum ꝯſultoribus: quia papa diſpenſare pōt in illis que ſancti ꝓphete fecerunt. ſed ſcribitur. j. Reg. xxviij. c. Samuel ꝓpheta ad inuocationem phitoniſſe ꝯſulentis cū apparuit ſauli dicens. Cras tu ⁊ filij tui mecum eritis.

¶ Preterea. ſcribitur in legenda ſancti Jacobi: ꝙ ad preces apli demones ligauerunt hermogenem ⁊ ligatum poſuerūt eum ante ipm. ſi ergo licitum fuit apoſtolis vti auxilio demonum pōt papa in hoc diſpenſare.

¶ Preterea. in his que acta ſunt ꝑ xp̄m papa nō poteſt ſolum diſpenſare immo tenetur ipſe imitari: ſed Math. v. ſcribitur ꝙ xp̄s interrogauit a demone. Quod tibi nomen? Qui ridit: Multa enim ſumus. Si ergo licitum eſt de aliquo occulto demonem interrogare ⁊ ꝯſulere pōt papa in hoc diſpenſare.

¶ In ꝯtrarium eſt. quia papa nō pōt diſpenſare ꝯ ꝑceptum legis. Sed ſcribitur deutro. xviij. Nō inueniatur in te qui ꝯſulat phitones ⁊ diuinos ⁊ qui querat a mortuis veritatem.

¶ Reſponſio. Dicendum ꝙ demonū inuocatores ⁊ cōſultores faciunt ꝯ primum ꝑceptum. Non habebis deos alienos ꝓpter duo.

¶ Primo. quia quilibet fidelis in baptiſmo fidelitatem ꝓmittit deo renunciando dyabolo ⁊ omnibus pompis eius. Si ergo poſt ꝓmiſſum iuramentum fidelitatis demonem in ſuū auxilium ⁊ fauorem inuocat. ipſo facto inuenitur ꝓditor ⁊ fidei ꝓmiſſe fractor.

¶ Secundo. quia ꝯſilium eſt ꝑ ꝓuidentie. Ut dicit phs. iij. ethy. cum ergo idem ſit rei ꝓductor ⁊ ꝓuiſor. vt dicit Dama. ij. li. Eo ipſo ꝙ quis demones ꝯſulit faciendo eos ſui ⁊ ſuorum actuū ꝓuiſores. quodam pacto tacito vel expreſſo. manifeſte ꝓfitetur eos eſſe ſui: ⁊ ſuorum actuum ꝓductores ⁊ creatores. Et ꝑ hunc modum determinat iſtam queſtionem augu. in li. de. x. cordis. vbi ſic ait. Dicit tibi diuina lex vnus eſt deus: vnum deum cole. ⁊ tu vis dimiſſo vno deo tanquam legitimo anime viro fornicari ꝑ multa demonia. ⁊ quod grauius eſt non quaſi aperte deſerens ſicut apoſtate faciunt ſed tanquam manens in domo viri tui admittis adulteros cum ꝯſulis mathematicos aut aruſpices: aut augures: aut maleficos.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum. ꝙ ſicut dicit augu. in queſtionibus ad ſimplicianum. facilitur ſoluitur argumentum ſi credamus nō ſpiritum Samuelis fuiſſe a ſua requie fuiſſe excitatum: ſed aliquod fantaſma per ymaginariam dyaboli illuſionem ſauli ⁊ phitoniſſe fuiſſe preſentatū. nominatus eſt tamen ſamuel quia ymagines rerum nominibus rerum conſueuimus appellare.

¶ Aliam tamen ſolutionem dat ibi augu. dicens nullum eſſe inconueniens ſi dicamus realiter ſanctum ꝓphetam ad inuocationem phitoniſſe apparuiſſe ſauli cum diuina ſententia paſſurum: quia filius dei ꝑmiſit ſe a dyabolo temptari ⁊ abſq̧ diminutione poteſtatis ſue. a iudeis tanquam a membris dyaboli illudi capi: crucifigi: ⁊ interfici.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum. ꝙ ꝯſulere dyabolum ſuper aliquo occulto. dupliciter poteſt intelligi.

¶ Primo ꝑ diuine ptātis coactionem: ⁊ ſic xp̄s ⁊ alij ſancti viri virtute eius poſſunt a demone imꝑando aliqua ꝑquirere ⁊ rebelles fidei ꝑ eos tanquam ꝑ inimicos reipublice corrigere. ſecundum quem modum xp̄s demonē interrogauit: ⁊ apoſtolus hermogenem phm ad fidem reuocauit

¶ Scḋo ꝑ ipſorum demonū magica arte inuocationem. ⁊ ꝑ eorum pactionē ⁊ ꝯfederationē ſcḋm quem modum non pōt cadere diſpenſatio ſuper demonum ꝯſultoribus ⁊ inuocatoribus: ſicut non poteſt cadere diſpenſatio ꝙ homo colet plures deos.

Ad ſecundum ſic ꝓceditur. videtur. n. ꝙ papa poſſit diſpenſare cum aſtrologis ⁊ planetarijs qui plures deos adorant. quia quod deſeruit vtilitati humane diſpenſabile eſt: ſed aſtrologia maxime deſeruit humane vtilitati. vnde ſuper illo verbo Gen. j. Fiant luminaria in firmamento celi: ⁊ ſint in ſigna ⁊ tempora ⁊ dies ⁊ annos. dicit gloſa ꝙ ꝑ luminaria celi aſtrorum iudicio diſcernuntur dies artificiales ⁊ naturales ⁊ anni ſolares ⁊ lunares.

¶ Preterea. papa pōt diſpenſare in eo quod eſt vtile ad intelligendam ſacram ſcripturam. ſed vt dicit Aug. ij. de doctrina xp̄iana. omnes mathematice ſcientie vtiles ſunt ad intelligendum ſacram ſcripturam: inter quas aſtrologia numeratur.

¶ Preterea. aſtrologia ponitur inter artes liberales: ſed tales abſq̧ peccato poſſunt ſciri. ergo in eis papa poteſt diſpenſare.

¶ In ꝯtrarium eſt. quia quod eſt damnatum ꝑ eccleſiam non eſt diſpenſabile. Sed Aug. dicit iiij. libro ꝯfeſſio. illos planetarios quos mathematicos vocant plane ꝯſulere non deſiſtebam. quod tamen chriſtiana ⁊ vera pietas cōſequenter repellit ⁊ damnat.

¶ Reſponſio. Dicendum ꝙ aſtrologi ⁊ omnes diuinatores tripliciter faciunt ꝯ iſtud ꝑceptum. Non habebis deos alienos coram me.

¶ Primo. quia ipſi aliud q̄ verum deum rectorem animarum noſtrarum ꝯſtituunt. Si. n. corpora celeſtia vt dicunt habent neceſſariam influentiā in anime noſtre operatione oportet quod habeant neceſſariam influentiam in eius ꝓductione. cum operatio ſequatur ſubſtantiā ⁊ naturam rei: ⁊ ſic ipſis ſtellis ⁊ corꝑibus ſuꝑceleſtibus honorem diuinū tenemur exhibere. quod fuit error antiquorum gentilium qui ſolem ⁊ lunā ⁊ alias ſtellas ꝓ dijs adorabant. Unde moyſes ꝓhibuit iudeis ne oculos eorum in celum leuarent. ne ſolem ⁊ lunam ⁊ alia corꝑa celeſtia inducerentur ad adorandum.

¶ Secundo. quia noſtra oꝑatio a grato dei ſeruitio ⁊ magnificentia ſubtrahūt. Si namq̧ orti ⁊ nati ſub diuerſis ꝯſtellationibus coguntur neceſſario talia oꝑa exercere vt dicunt. noſtra oꝑa tanq̄ coacta ⁊ violenta deo grata ⁊ accepta non eſſent: nec digna laude nec vituꝑio. ſicut nec oꝑa animalium brutorum. Unde dicit augu. ij. de doctrina xp̄iana: ꝙ tm̄ malum incurrit qui aſtrologos ſuꝑ ſuis agendis ꝯſulit. quia ad ipſos ingreditur liber ⁊ data pecunia ab eis reuertitur ſeruus: cum eum ponunt ſeruum eſſe. veneris martiſ ſeu alterius ſtelli ſub cuius influentia ⁊ dominio ponunt eum natum. quod tamen falſū ꝯuincitur. quia Jacob ⁊ Eſau gemini in vtero matris ſub vna ꝯſtellatione orti ſunt. ⁊ tamen vni proſpera ⁊ alteri aduerſa euenerunt. fornicatores etiam animarum hominum ꝯſtituuntur. quia oꝑa eorum a dei reuerētia ⁊ magnificētia ſubtrahunt.

¶ Tertio. quia quod dei ꝓprium eſt creaturis tribuunt. Nam ſcire futura ⁊ futurorum euentus ꝑſentialiter cognoſcere: ꝓprium eſt ei cui omnia nuda ſunt ⁊ aperta. Unde ſcribitur yſa. xli. Nunciate que futura ſunt nobis in futurum. ⁊ ſciemus quia dij eſtis vos ꝓnunciare ergo quid futurum eueniet homini ſcḋm illa que ſubiacēt libero arbitrio ex aliquorum corporum impreſſione. eſt ſubripere quod dei ꝓprium eſt ⁊ creature tribuere. ſicut ergo nō cadit diſpenſatio ꝙ alius deus colatur niſi vnus. qui eſt creator ⁊ gubernator animarum hominum ita non cadit diſpenſatio cum aſtrologis ⁊ planetarijs.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum. ꝙ aſtrologia deſeruiens humane vtilitati non eſt ꝓhibita ⁊ verum eſt ꝙ glo. illa dicit ꝑ luminaria celi cognoſci ſigna tempora ⁊ annos.

¶ Ponūt. n. aſtrologi ꝙ circulus ille quem ſol deſcribit ꝓprio motu pōt diuidi tripliciter.

Primo in. xij. partes. ſecundo in. iiij. partes. tertio vt ꝯſideratur ſcḋm ſe totus. Primo mō ſol facit. xij menſes. ⁊ ꝑagit. xij. ſigna zodiaci. quia in marcio dicitur eſſe ſol in ſigno arietis. in aprili in ſigno thauri: ⁊ ſic de alijs. Secundo mō ſol facit. iiij. tempora. vt ver quod eſt calidum ⁊ humidum. eſtatem que eſt calida ⁊ ſicca: ⁊ autumpnum qui eſt frigidus ⁊ ſiccus. ⁊ hyemem que eſt frigida ⁊ humida. Sed tertio mō vt circulatio conſideratur ſecundum ſe tota facit annū ⁊ tot annos facit quot circulationes complet.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ verum eſt ſcientias mathematicas facere ad intellectionem ſacre ſcripture ꝓ tanto ꝙ homines circa effectus corporales vtuntur motu celeſtium corporum. ſicut agricole ſeminant ⁊ metunt ordinato tempore ⁊ naute nauigationem vitant in plenilunio vel in lune defectu. medici ſimiliter circa egritudines certos dies obſeruant qui ſecundum curſum ſolis ⁊ lune determinantur vt ipſi dicunt. aſtrologiam ergo ſecundum predictas obſeruantias ſacra ſcriptura nō damnat. Sed quod illa que ex voluntate hominis dependent: qualia ſunt omnia humana oꝑa ex neceſſitate aſtris ſubdantur: ſacra ſcriptura ꝯdemnat ⁊ ꝓhibet.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ aſtrologia inter artes liberales computatur: eo ꝙ filij gentilium

liberoꝝ ⁊ nobilium talibus ſcientijs imbue
bantur eo ꝙ gentiles nimis erant curioſi in a/
ſpectu celi. vt nunq̄ inciperent aliqua opa ni/
ſi conſiderato ⁊ numerato gradu ſyderum. ſed
exempla gentilium non ſunt conuertenda ad
religionem chriſtianoꝝ.

Ad tertium ſic ꝓceditur. videtur. n.
ꝙ papa poſſit diſpenſare cum ſa/
crilegis ⁊ maleficis qui vnū deum
non colunt. q2 quod conceſſum eſt
apoſtolis vel papa pōt in eo diſpenſare. Sed
apoſtoli vſi ſunt ſortibus. ſicut pȝ Actuum. j.
⁊ Danielis. xij. ſcribit ꝙ ipſe interfecit draconeȝ
ponendo in os eius eſcas confectas ex adipe ⁊
pice ⁊ pilis. ⁊ ſic maleficio fuit vſus. vt videtur
ad interfectionem draconis

¶ Preterea. in eo quod eſt vtile ſcire ⁊ bonuȝ
papa poteſt diſpenſare. Sed vtile eſt ſcire oc/
cultam veritatem quocunqꝫ modo. ergo papa
cum talibus pōt diſpenſare

¶ Preterea. ꝑ eadem vnumquodqꝫ generat
⁊ corrumpitur. Sed ꝑ ſortiarios ⁊ maleficos
multa mala fiunt. ergo papa pōt diſpenſare:
vt ꝑ illa maleficia remoueantur.

¶ In ꝯtrium eſt: quod ſcribitur. xxvj. q. v. Ubi
Leo papa ſcribens epīs britanie ita dicit. ſor
tes quibus cuncta vos veſtris diſcriminatis ꝓ
uincijs. quas pres damnauerunt. nihil aliud
q̄ diuinationes ⁊ maleficia eſſe decernimus:

¶ R. Dicendum quod augu. ij. li. de doctrina
xpiana hanc dubitationem diligenter ꝑtractat
oſtendens ſacrilegos faſcinatores ⁊ vniuerſa/
liter maleficos directe facere ꝯ pmum ꝑceptuȝ
Unum deum adorabis ⁊ nō habebis plures
deos coram me. quod idem eſt. quia in nega/
tione intelligitur affirmatio ꝓpter duo.

¶ Primo quidem: quia omnes tales honorē
latrie debitum deo creature impendunt. omia
enim ſortilegia ⁊ maleficia q̄ fiunt ꝑ quaſdaȝ
oblationes ⁊ ꝑ ſacrificia quedam. Un̄ aliqui
ſuꝑ pdicta faciunt dici miſſas. aliqui vo euan
gelium vel pater noſter aut aliquod tale. ⁊ pla
num eſt ꝙ oblationes ⁊ ſacrificia non debent
offerri niſi ſoli deo. Quamuis. n. ſm Augu. de
diuinis honoribus multa ſubtracta ſint: ſacri/
ficium tn̄ nunq̄ aliquis cenſuit eſſe offerendū
niſi ſoli deo. ꝙ ergo talibus ſupſtitionibus hu
¶ P. ex ordine charitatis plus homo tenet̄ ꝓcurare ſalutem ſuam q̄ alioꝝ. magꝭ ḡ tenet̄ hō ꝑ votum peregrinationis ⁊ ſuorum bonorum erogationis ꝓcurare ſalutem ſuam q̄ parentibus ſubuenire.

¶ P. bona corꝑalia ⁊ temꝑalia magꝭ homo recipit a deo ꝙ a parentibus. Si ḡ quis obligat voto bona ſua a deo non tenetur ip̄e amplius parentibus impendere.

¶ In ɔ̄rium eſt Augꝰ. ſuper illo v̄bo Math. xv. Irritum feciſtis mandatum dei ꝓpter traditionem veſtram.

¶ R. Dicendum ꝙ augꝰ. in li. de queſtionibus euangelioꝝ determinat hanc queſtionem dicens. ſuꝑſtitionem phariſeoꝝ fuiſſe vtq̄n filij iudeoꝝ ad talem etatem ꝑuenie bant: vt voto poſſent ſe aſtringere ad offerendum aliq̄d deo: vel ad peregrinationem ⁊ ad alia opa pietatis extunc abſoluti erant a ſubuentione parētum ⁊ amplius parentibus ſubuenire non tenebantur. Sed hec ſuꝑſticio vt dicit damnanda eſt: qꝛ in etate ꝑfecta plus tenet̄ homo diuina mādata obſeruare q̄ in nō ꝑfecta. Si q̄s ḡ noueret deo offerre illa ꝑ q̄ tenet̄ parētibus in neceſſarijs ſubuenire: nō teneret̄ tale votū implere. qꝛ deus nō vult ſibi ꝓmitti ⁊ multo minꝰ obſeruari illud ꝑ qđ ſubtrahit̄ vita mr̄is parētibꝰ: quoꝝ vitā mādauit ꝑ filios eſſe ſeruādaꝫ. veꝝ qꝛ de ſubuentione parētum eſt p̄ceptū affirmatiuum qđ nō obligat ad ſꝑ: ideo ſi aliquo tp̄e quis pōt laborare ad ſubuētionem parētum ⁊ alio tp̄e votū peregrinationis implere nō abſoluit̄. tūc a voto ꝓpter ſubuētionem parētum Sed ſi parentibꝰ nō poſſet ſubuenire implendo peregrinationis votū ꝓpter longam viam aut aliquod tale. puto ꝙ ad votum peregrinationis implendum non tenet̄.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum: ꝙ votuꝫ eſt

maius vinculum ꝙ̄ ſubuentio parentum cum reducat ad mandatum ꝑme tabule: dūmō illud ponat ſub voto quod non contrariat diuinis ꝑceptis: tunc.n. licet votū eſſet implendum ratione qua votū. ratione tñ qua tranſgreditur diuinū mandatum nō ligat. Scribit.n. j. regl. xv. Qꝛ deus nō vult holocauſta vel victimas. ſed magis vt obediatur voci eius. ⁊ vt ſeruet mandatum eius.

¶ Ad ſcḋm eſt dicēdum. ꝙ quū ꝑ votum ꝑegrinationis aut elemoſine vel cuiuſcūqꝫ alterius operis pietatis ſubtrahit illud: ꝑ quod ſubtrahit ſubuentio parentū: nō eſt tunc ſcḋm ordinē caritatis ꝓfectus ſalutis: ſꝫ detrimentum.

¶ Ad tertium dicē ꝙ hō recipit bona corꝑalia ⁊ tp̄alia a deo cum obſeruatione ꝑceptoꝝ ei⁹. Unde quū oblatio vel ꝑegrinatio voto ꝓmiſſa non pōt ſtare cum obſeruatione diuini ꝑcepti. tunc votum non eſt implendū. Planū ē.n. ꝙ ſi quis voueret iugulare patrem non teneret obſeruare ꝓmiſſum. Sic cum vita parentum auferat ꝑ ſubtractionem reꝝ tp̄alium ꝑ debilitationem virtū corꝑalium non tenetur hō illa deo offerre ꝑ que vita parentū ꝯſeruat. Dī.n. xxij. q. iiij. ꝙ tollerabilius eſt vota ſtulte ꝓmiſſionis reijcere ꝙ̄ crimen committere.

AD quartum ſic ꝓcedit. videt.n. ꝙ papa poſſit diſpenſare ꝙ hō ꝑter honorem nullam aliam ſubuentionē parētibus teneat impendere. Nā ſcribit. ij. ad cho. xij. ꝙ filij non debent parētibus theſauriçare ſed parentes filijs. ḡ ꝑter honorem aliam ſubuentionem nō debent filij parētibus impēdere: ſed potius recipere ab eis.

¶ P. ꝓpter eſſe nutritionis ⁊ generationis: filij tenent honorare parētes ḡ non tenent aliā ſubuentionem eis exhibere.

¶ P. ſuper illo verbo. ad Ephe. vj. Honora patrē tuum ⁊ matrē tuam dicit glo. Sicut deus ꝑncipaliter ē ꝑncipium hominis: ſic pater ē ſecundarium ꝑncipium. ſed deo non debet homo niſi honorem: ergo nec patri.

¶ In ꝯtrium eſt glo. ſuꝑ illo ꝟbo. Exo. xx. Honora patrem tuum ⁊ matrē tuam. que dicit: ꝙ omnis ſubuentio in honore parentum intelligitur.

¶ R. Dicendum ꝙ filij tria recipiunt a parētibus. Primo. eſſe ⁊ generationem. Scḋo doctrinam ⁊ exhortationem. Tertio. ſuſtētationē ⁊ nutritionem q̄ nudi naſcunt nihil nutrimēti portantes: vel veſtimenti. Propter iſta tria ḡ tenent eis filij tria rependere. q̄ in honore parētum includunt ſcḋm Augl. Primo namqꝫ ꝓ eſſe ⁊ gn̄atione debent parentibus honoris reuerentiam maiorem ꝙ̄ dominis terrenis a quibus recipiunt forte bona tp̄alia. Scḋo ꝓ doctrina ⁊ exhortatione. debent eis ſubiectionis obedientiam: ꝑter illa q̄ eſſent ꝯ deum. In omnibus alijs ꝯſilijs tenent filij parētibus obedire Tertio ꝓ ſuſtentamento ⁊ nutritione quā recipiunt in iuuentute. debent eis in ſenectute: neceſſarioꝝ in victu ⁊ veſtitu ſufficientiam. Hec autem iſta tria claudent in hoc ꝑcepto. Honora patrē tuum ⁊ matrem tuā. pꝫ ꝑ illud qḋ ſcribitur Eccl. iij. vbi dī. Honora prēm ⁊ matrem tuā vt veniat tibi bn̄dictio. ⁊ ſtatim ſubdit. in quibus ꝯſiſtat iſte honor. quū in oꝑe ⁊ ſermone ⁊ omni potentia. ꝙ aūt filij in his tribus nō tenentur ſubuenire parentibus: papa diſpenſare non pōt nec ꝯtriū mandare.

¶ Ad ꝑmum ḡ eſt dicēdum: ꝙ ſicut parētes tenent filijs theſauriçare ⁊ diuitias ꝯgregare in iuuentute. ſic in ſenectute tenent filij parentes ſuſtentare etiam de ꝓprijs laboribus. vñ ſcribitur Eccl. iij. Fili ſuſcipe ſenectutem patris tui. ⁊ ne ꝯtriſtes eum in vita ſua: ⁊ ſi defecerit ſenſu. veniam da illi. ⁊ ne ſpnas eū in tua ꝟtute.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ natura ad hoc inclinat: vt bona q̄ hō alteri facit fieri ſibi velit vñ ſicut filij recipiunt a parētibus eſſe nutritionis in iuuētute. ita ratio naturalis dictat vt in ſenectute debeant eis rependere. dicit.n. Baſilius ꝙ ciconie naturali inſtinctu cū videāt parētes ꝯfectos ſenectute in volatu ſubportāt. plumis calefaciūt ⁊ alimētꝰ eis ꝓcurant.

¶ Ad tertium ē dicendum: ꝙ non omnib⁹ eq̄ pollenter ſcḋm pħm tenet homo ad beneficioꝝ recompenſationem. deus.n. cum non ꝑcipiet in animali vita nobiſcum ſufficit recompēſatiō honoris ⁊ reuerentie. ac etiam ſuꝑioribus hominis tp̄alibus qui ipoꝝ inferioꝝ ſubuentiōe nō indigent. ſꝫ parētibus in vita animali nobiſcum ꝑticipantibus cum neceſſe fuerit tenemur eis neceſſaria miniſtrare.

AD quintum ſic ꝓcedit. videt.n. ꝙ papa diſpenſare poſſit vt hō vigore ꝑcepti nullum alium teneat honorare ꝑter carnales parentes. qꝛ in honore parētum eoꝝ ſubuentio intelligit. ſed hanc homo nō tenetur omnibus impendere. Dicit.n. augl. j. de doctrina xp̄iana. cū omnibus ꝓdeſſe nō poſſis his potiſſime ꝯſulendum ē qui ꝓ locoꝝ ⁊ tpoꝝ: vel quarūlibet rerum oportunitatibus cōſtrictius tibi q̄ſi q̄dam forte iungunt.

¶ P. parētes debem⁹ honorare ꝓpter eē gn̄ationis ⁊ nutritōis qḋ ab eis recipimus. ſꝫ non niſi ab eis tale eſſe habem⁹. ḡ vigore ꝑcepti ſolum eos tenemur honorare.

¶ Preterea. honorantibus parentes ꝓmittitur longitudo dieꝝ. Exo. xx. ſed tale premium non ꝓmittit honorantibus alios. ergo vigore precepti honorem parentum nō tenemur alijs impendere.

¶ In contrarium eſt qḋ dī ad Hebre. xij. Si patres quidem carnis noſtre habuimus eruditores ⁊ reuerebamur eos nonnē multo magl obtemꝑabimus patri ſpirituū ⁊ viuemus.

¶ R. Dicendum: ꝙ ſecundū̄ ꝑcepta ſacre ſcripture quinqꝫ generibus ꝑſonaꝝ honorem paternum tenemur exhibere

¶ Primo. apl̄is ⁊ doctoribus quoꝝ doctrina illuminamur. Dicit.n. apl̄s. j. ad Cho. iiij. Si decem milia pedagogoꝝ habeatis in xp̄o tñ non multos patres. In christo.n. ihesu ꝑ euangelium ego vos genui.

¶ Secundo ꝑlatis ⁊ paſtoribus quoꝝ regimine in moribus regulamur ⁊ vita ſpūali regeneramur. Ideo eis ꝑnum honorem debem⁹ impendere: magnum.n. bonum eſt ſubditis habere tales patres bonos non minus ꝙ̄ hr̄e patres bonos carnales. Scribit.n. Prouer. xvij. ꝙ gloria filioꝝ ſunt parentes eoꝝ.

¶ Tertio. regibus ⁊ rectoribus quoꝝ potentia ꝓ regimen ⁊ de rabie tyrānoꝝ liberamur. Unñ ſerui. Naaman ꝑncipis regl ſyrie dixerūt ei pater. ⁊ ſi rem grandem dixiſſet tibi ꝓpheta certe facere debuiſſes.

¶ Quarto. noſtris ꝓmotoribus ⁊ bn̄factoribus quoꝝ bn̄ficio viuimus ⁊ ſuſtētamur. hos enim vt prēs honorare debem⁹. vt dī Eccl. iiij In iudicando eſto populis miſericors: vt pr̄i ⁊ ꝓ viro matri illorum.

¶ Quinto ſenibus ⁊ nr̄is antiquioribus quoꝝ narrationes ⁊ geſtis informamur. Interroga inq̄t Moyſes prēs tuos ⁊ annūciabunt tibi. Unñ ꝑceptum fuit Leui. xix. Corā cano capite ꝯſurge ⁊ honora ꝑſonā ſenis. Omnibus iſtis modis ex vigore ꝑcepti honor paternus eſt exhibendus.

¶ Ad ꝑmum ḡ ⁊ ſcḋm eſt dicendum. ꝙ augl. intelligit de ſubuentione tp̄alis ſubſtātie que non ē omnibus exhibenda niſi in neceſſitatis articulo. ſꝫ ſubuentio honoris reuerētie ſubiectionis ⁊ obedientie debetur ꝑſonis ſupradictis ſicut parentibus carnalibus.

¶ Ad tertium ē dicendum ꝙ ꝓ longitudiē dierum oꝫ accipe non vitam longā annoꝝ vl dierum multiplicationem ſꝫ ꝟtuoſam oꝑationem. Tunc.n. vita hominis eſt longa quū eſt plena ꝟtute: ⁊ ꝟtuoſa oꝑatione. Si quis.n. viuit. xx annis ꝟtuoſe ⁊ bn̄ oꝑando plus viuit ꝙ̄ viuet lx. ſine oꝑatione ꝟtuoſa. Unñ ſcribit Sap. iiij. Conſummatus in breui compleuit tempa multa. talis aūt longitudo dierum debet honorātibus ꝑſonas ſuꝑdictas ſicut carnales parentes.

# Queſtio. lij. de diſpenſatione quinti precepti.

DEinde ꝯſiderandū eſt de diſpēſatione quinti ꝑcepti. Circa quod queruntur quinqꝫ.

¶ Primo. vtꝝ papa poſſit diſpenſare ꝙ homo occidat abſqꝫ tranſgreſſione diuini precepti.

¶ Secundo. vtꝝ ꝑter papam aliquis poſſit in homicidio diſpenſare

¶ Tertio. vtꝝ papa poſſit diſpenſare: ꝙ homo occidens alium. ne occidatur ab eo excuſetur ab homicidio.

¶ Quarto. vtrum papa poſſit diſpenſare: ꝙ homo interficiens ſeipm̄. non incurrat culpam homicidie.

¶ Quinto. vtrum papa poſſit diſpenſare: ꝙ homo interficiens filiam in adulterio deꝑhenſam non incurrat culpā paricidij.

AD primum ḡ ſic ꝓcedit. videt.n. ꝙ papa nō poſſit diſpenſare ꝙ hō occidat abſqꝫ tranſgreſſione diuini ꝑcepti. qꝛ ꝑceptum negatiuū obligat ſꝑ ratione q̄ ꝑceptū affirmatiū. ⁊ ꝓ ſemꝑ rōne q̄ negatiū. Sed non occides eſt ꝑceptum negatiū. ergo in nullo caſu cadit diſpēſatio. vt homo occidat.

¶ P. ſicut mandatum ē. Ne occides ita mandatū ē non furaberis. ſꝫ in nūo caſu cadit diſpēſatio in furto ꝑ puꝝ hominem. ḡ eodem mō nō cadit diſpenſatio ꝙ homo occidat.

¶ P. triplex eſt vnio. anime cū deo. vxoris cū viro. ⁊ anime cū corꝑe ꝓprio. Sed non pōt diſpenſari ꝑ hominem ꝙ anima ſeparet a deo nec ꝙ vxor ſeparet a viro. Scribit. n. Mathei xix. Quod deus ꝯiunxit hō non ſeparet. ḡ eodem modo papa non poteſt diſpenſare ꝙ anima ſeparet a ꝓprio corpore.

¶ In ꝯtrium eſt: quod dictum eſt Moyſi gerenti vicem pape ꝓ illo ſtatu. Exo. xxij. Maleficos non patieris viuere. Cadit ergo diſpenſatio vt homo maleficus occidat abſqꝫ tranſgreſſione diuini ꝑcepti.

¶ R. Dicendum. ꝙ ſcḋm augl. Manichei putauerunt illud ꝑceptum. non occides. intelligendum eſſe de omni re habente animam. Unñ dicebant homines plantas incidentes ⁊ animalia irrationabilia occidentes: homicidij crimen

incurreret:in quoꝝ errorem etiam ipſe Augꝰ.qñ
ꝙ lapſus eſt:quia ficum plorare dicebat quã/
do folium euellebatur:ſicut ipſe recitat in li.cõ/
feſſio. Sed vt idem Augꝰ.ait.Error eſt h̃ crede
re.quia iuſtiſſima ordinationis creatoris vita
⁊ mors omnium animalium irrationabilium
vſibus hominum ſubditur.ideo reſtat vt ſolũ
de homine intelligatur preceptum cum dr̃. Non
occides:ita vt ſubaudiatᷣ nec te nec alium.
¶ Excipiuntᷣ tamen quatuor caſus: in q̃bus
cadit diſpenſatio vt homo iuſte occidatᷣ abſq̃
tranſgreſſione illius precepti ſecundum eũdem
Augꝰ.⁊ poniᷣ.xxiij.q.v.
¶ Primo ſi illi qui deo auctore bella iuſta ge
runt hoſtes interficiunt.non tranſgrediuntᷣ di/
uinum preceptum .
¶ Secundo.ſi expꝛeſſo iuſſu dei ⁊ precepto h̃ fi/
at. Unde Abraham excuſatᷣ qui filium innocẽ
tem voluit occidere. Non.n.fecit contra prec/
tum illud. Non occides:quia ex dei precepto il/
lud facere voluit
¶ Tertio. ſi iudices qui publica poteſtate fun
guntur malefactores puniunt homicidij crimẽ
non incurrunt.
¶ Quarto ſi illud fiat priuato conſilio.⁊ occul
ta inſpiratione ſpiritus ſancti. Sic excuſatur
Sampſon qui ſeipm̃ cum hoſtibus occidit.ſi
militer Jepte qui filiam ſuam vnigenitam de
victoria reuertenti occurrentem occidit.vt ha/
betur Judicum.xj. Ipſi enim priuato conſilio
hoc fecerunt.
¶ Ad primum ergo eſt dicendum:ꝙ lex ꝓhi/
bet hominem occidi paſe.niſi enim cauſa ad/
datur quare ſit occidendus.puta maleficiũ vel
iuſſio dei homo occidendus nõ eſt.nam homi
nem maleficum lex non ꝓhibet occidi .immo
in alio loco lex precipit vt occidatur.homo.n.
nominat naturam.maleficium vero nominat
culpam.Et quia mors eſt pena debita nõ na/
ture vt ſic ſed culpe.Ideo quamuis nõ liceat
occidere hominem:occidere tamen hominem
maleficum licet.
¶ Ad ſecundum eſt dicẽdum ꝙ non eſt ſimile
quia furari eſt malum de ſe in ſuo genere:⁊ ſm
ſe includens circumſtantiam malam quia im/
portat fraudem.Ideo in nullo caſu põt cade/
re diſpenſatio ꝑ hominem vt bene fiat. Sed
occidere hominem quamuis ſit malũ in ſe. nõ
tamen ſecundum ſe quia adueniente ſibi debi
ta circumſtantia non erit malum ſed bonum.
Bonum namq̃ eſt hominem maleficum occi
dere.
¶ Ad tertium eſt dicendum:ꝙ anima non ſe/
paratur a deo niſi ꝑ peccatum.⁊ vxor nõ ſepa
tur a viro niſi ꝓpter fornicationem.Sed ani/
ma poteſt ſeparari a corpe non per peccatum.
ſed ꝑ penam peccati puta ſi occidatur. Unde
ibi non cadit diſpenſatio:ſicut non cadit diſ/
penſatio vt peccatum committatur. Sed h̃ ſic

Ad ſecundum ſic ꝓcediᷣ.videᷣ.n.ꝙ p̃/
ter papam aliquis nõ poſſit in homi/
cidio diſpenſare.quia ſi aliq̃s alius h̃
poſſet ille eſſet epiſcopus.ſed inter caſus quo
rum diſpenſatio interdicitur epõ: poniᷣ homi
cidium:ergo preter papam nullus poteſt in ho/
micidio diſpenſare.
¶ Pr̃.ꝑ homicidium ſeparatur homo a tota ec
cleſia militante.ergo ſolus ille qui preſt toti ec/
cleſie diſpenſare põt ſup homicidio.
¶ Pr̃.ſcribitur.l.di.c. Miror:ꝙ poſt quantã/
cunq̃ penitentiam:non eſt diſpenſandum cuꝫ
homicida cum hoc ſit canonice diſcipline con
trarium.
¶ In ꝯrium eſt.quia cui conceditur diſpenſa
tio maiorum conceditur diſpenſatio minorum
Sed epõs poteſt diſpenſare in ꝑiurio qđ gra/
uius peccatum eſt q̃ homicidium.
¶ R̃.Dicendum. Ꝙ differentia eſt inter iudi
cium iuris ⁊ iudicium iudicis. Nam iudicium
iuris eſt inuariabile:cum ſit de vniuerſalibus
caſibꝰ.vniuerſalia vero inuariabilia ſunt. Ju
dicium vero iudicis cum ſit circa ꝯditiones ꝑ
ticulares oportet variari ſecundum variatio/
nem circumſtantiarum occurrentium.⁊ ſicut di
ctum eſt de iudicio ita dicendum eſt de diſpen/
ſatione:quia ſuper his que ꝯceduntur in iure
vel ꝓhibentur:non cadit diſpenſatio niſi ꝑ il/
lum qui eſt conditor iuris. In omnibus ergo
caſibus quoꝝ diſpenſatio epõ non interdicitᷣ:
vel non ꝓhibetur in iure canonico epõs diſpen
ſare poteſt. Sed qñ illa que non ꝓhibentᷣ ſm
aliquas circumſtantias variantᷣ epõs tanquam
iudex ordinarius põt in eis diſpenſare. ⁊ non
diſpenſare ſm variationem circumſtantiarum
occurrentium. Unñ in ſimplici homicidio con/
ſueuit epõs diſpenſare. Conſuetum eſt ſimiliᷣ
vt homicide ad ſedem apl̃icam mittantur aut
ꝓpter enormitatem delicti:aut ꝓpter terrorem
alioꝝ:aut ꝓpter maiorẽ penam ipſoꝝ.
¶ Ad primum ergo eſt dicẽduꝫ:ꝙ homicidiũ
poniᷣ inter caſus quoꝝ diſpenſatio interdicitᷣ
epõ non vniuerſaliter: ſed homicidium enor/
me vel homicidium clericorum ꝯ diſpenſatio
pape relinquiᷣ ꝓpter cauſam dictam.
¶ Ad ſecundum eſt dicendum:ꝙ quamuis ꝑ
quodlibet homicidium homo ſepeᷣ a tota ec/
cleſia militanti iſta tamen ſeꝑatio põt fieri:vel
ex cauſa aggrauante peccatum vel alleuiante.

Unde qñ occurrit circumſtantia aggrauãs diſ
penſatio relinquiᷣ pape.quando vero non po
teſt epõs diſpenſare.
¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ illud decre.intel
ligitur de homicidio clericoꝝ. Cum.n.ſacerdo
tes ⁊ vniuerſaliter in ſacris ꝯſtituti homicidiũ
cõmittũt:qꝛ ipſo facto irregularitatem incurrũt
cum talibus non ſolum epõs:veꝝ etiam ipſe pa
pa ꝯſueuit cum difficultate diſpenſare. Et qꝛ
diſpenſatio talis in iure ꝓhibetur:ſoli pape q̃
eſt iuris ꝯditor talis diſpenſatio relinquiᷣ.

Ad tertium ſic ꝓcediᷣ.videᷣ.n.ꝙ papa
non poſſit diſpenſare vt hõ occidens
alium ne occidatᷣ ab eo excuſetᷣ ab ho/
micidio.qꝛ ius naturale nunquã põt eſſe iniu
ſtum. Sed de iure naturali eſt vim ꝑ vim repel
lere.vt dicit yſido.⁊ poniᷣ.i.di.c.ius natura/
le.
¶ Pr̃.quicquid homo iuſte põt ꝓ vita ſua cõ/
ſeruanda iuſte põt facere.⁊ iuſte facit ſi facit.
Sed augꝰ.j.de li.arbi.dicit ꝙ iuſta eſt lex que
dat poteſtatem viatori vt latronem occidat:ne
ab eo occidatᷣ. Si ergo in tali caſu latro iuſte
occidatur nõ committiᷣ homicidium
¶ Pr̃.prius homo teneᷣ diligere ſe ex charitate
q̃ ꝓximum.ſuppoſito ergo ꝙ quis non poſſit
ſaluare vitam ꝓximi cum ſua vita.potius dꝫ
ꝑimere vitam ꝓximi q̃ ſuam.
¶ In ꝯrium eſt apl̃s ad Ro.xij. dicẽs. Nulli
malum ꝓ malo reddentes.⁊ petrus dicit in ca
nonica ſua ꝙ meliꝰ eſt ſi velit volũtas dei nos
pati bñfaciendo q̃ malefaciendo.
¶ R̃.Dicẽdum ꝙ homo aliq̃ñ occidiᷣ nocen/
di vel vlciſcendi cupiditate.⁊ talis occiſio vni
uerſaliter ꝓhibeᷣ. Exo.xx.cum dr̃.non occides
Aliq̃ñ vero iuſtitie equitate.⁊ talis occiſio pci/
pitur vniuerſaliter. Exo.xxij. Maleficos ne pa
tiaris viuere. Aliq̃ñ autem ineuitabili neceſſi/
tate.⁊ iſta ꝑmittiᷣ. Exo.xxij. Ubi latronem no
cturnum lex ꝑmittit interfici ⁊ non diurnuꝫ.qꝛ
ſecundum augꝰ.ibidem de nocturno ꝓbabiliᷣ
neſcitᷣ an venerit ad capiendum ſolum vel ad
occidẽdum. Cum ḡ ꝑmiſſio fiat de minori ma/
lo ꝓpter euitationẽ maioris mali.vt dicit Au
guſti.j.de li.ar. Ideo puto ꝙ culpa ſit hominẽ
occidere ne ipſe occidatᷣ.q̃cunq̃ ineuitabili ne/
ceſſitate h̃ fiat.qꝛ animam ꝓximi plus teneor
diligere q̃ corpus ꝓpriũ quod me inuito poſ/
ſum ꝑdere. Planum ẽ autem ꝙ aĩa ꝓximi ꝑ/
ditur.ex quo in actu iniuſte me occidẽs ꝑ me
occidiᷣ. Ad hoc eſt auctoritas Augꝰ.in pluribꝰ
locꝭ. Primo de li.ar.dicenᷣ. Lege inculpata il
li homines qui alios occidũt ne ipſi occidantur
quõ inculpati eſſe queant nõ video.⁊ aſſignat
rationem p̃dictam dicens.quicquid ereptur9
erat ille qui occidiᷣ.totum in poteſtate noſtra nõ ẽ.
quia vita anime nullo pacto auferᷣ.dum h̃ cor
pus interimiᷣ.quapropter legem q̃dem nõ rep
hendo q̃ tales ꝑmittit interfici. ſed quo pacto
illos defendam qui interficiunt non inuenio.
Idem augꝰ.ad publicolam in q̃dam epl̃a. Et
poniᷣ.xxiij.q.v.vbi dicit ſic de occidendis ho/
minibus ne ab eis quiſq̃ occidatᷣ. Non mihi
plꝫ ꝯſilium nec valet dictum quorundã dicen
tium.ꝙ augꝰ.loquiᷣ in caſu quo quis interficit
volentem eum interficere ex euadendi euitabi
li neceſſitate ⁊ ex vite pñtis inordinato amore
occiſurus eũ.etiam ſi non crederet licere.qꝛ Au
guſti. vniuerſaliter dicit q̃ qualiter inculpati eẽ
queant occidentes alios ne ipſi occidantᷣ nõ vi/
deo ⁊ qualiter excuſari poſſint a culpa non in/
uenio.
¶ Ad p̃mum ḡ eſt dicendum. Ꝙ glo.ad Ro.
xij.exponit illud v̾bum ꝙ liceat vim ꝑ vim re/
pellere.qꝛ inferenda eſt vis motui nr̃o.cũ mo/
uetur ad illatas iniurias repellendas. Hoc.n.
eſt de iure naturali talem vim inferre aĩo nr̃o.
vt non moueatᷣ ꝯ ordinem charitatis illatas i/
iurias repellere.non ſm naturam ſenſitiuam.
in q̃ communicamus in brutis.ſecundum.n.il
lam verum eſt ꝙ inclinamur ꝑ vim repellere vĩ
ſed ſm naturam intellectiuam diuina iuſticia ⁊
charitate formatam ſm quam inclinamur plꝰ
diligere animam ꝓximi q̃ corpus ꝓprium qđ
inuite poſſumus ꝑdere.
¶ Ad ſecundum eſt dicendum:ꝙ quicquid hõ
iuſte põt iuſticia ſuadente ⁊ ꝯpiente. dꝫ face
re ꝓ vita ſua ꝯſeruanda ſed non quicq̃d põt iu
ſticia ꝑmittente.latronem v̾o a viatore occidi
lex ꝑmittit non aũt iubet.vnde dicit Augꝰ in li
bro ſupradicto legem q̃dem ſatis video eſſe in
imicam ꝯ hmõi accuſationẽ. q̃ in eo ꝓplo quẽ
regit in moribus malefactis ne maiora cõmit
terentᷣ dedit licentiam:multo.n.minus malũ ẽ
occidi eum qui aliene vite inſidiatur quã eum
qui ſuam tuetur vitam.
¶ Ad tertium eſt dicẽdum:q̃ licꝫ prius hõ tene
atur diligere animam ſuam q̃ ꝓximi.plus aũt
teneᷣ diligere aĩam ꝓximi q̃ ꝓpriuꝫ corpus.
Planum ẽ autem ꝙ occiſio volenᷣ me iniuſte
occidere:non ẽ ſine ꝑiculo damnationis anime
ꝓximi ideo non ſolum ꝑfecto iure veꝝ etiã cui/
libet priuate ꝑſone magꝭ expedit ꝑmittere ſe oc
cidi q̃ occidere.

Ad quartum ſic ꝓcediᷣ.videᷣ.n.ꝙ pa/
pa poſſit diſpenſare:vt hõ interficiens
ſeipm̃ non incurrit culpam homicidie
Dicit.n.apl̃s.j. Cho.ix. Melius ẽ mihi mori

q̄ vt gloriam meam quis euacuet. Melius ergo eſt vt homo ſeipſm occidat q̄ q̄ pdat gl'iam ſue innocentie.

¶ P. Dicit Jero. ⁊ ponit̄. xxiij. q. v. Non ē noſtrum arripe mortem ſ oblatam libenter ſuſcipe vnde in pſecutionibus non lz ppria perire manu abſq̄ eo vbi caſtitas pidicatur. Ante igitur homo deberet ſeipſum interficere quam caſtitatem perdere.

¶ P. nullus homicida inter ſanctos numerat̄ ſed multi qui ſeipſos interfecerunt numerantur inter ſanctos: lz ergo q̄ homo ſeipſm interficiat abſq̄ eo q̄ homicidium incurrat.

¶ In contrarium eſt glo. ſup illo verbo. Exo. xx. Non occides te nec alium

¶ R. Dicendum q̄ iſtam queſtionē mouet auguſti. j. de ciui. dei: vbi ait aliquos ſenſiſſe non licere hominem occidere ſed ſeipſm licebat: qđ pbabant p multa exempla.

¶ Primo. qꝛ Sampſon ſeipſm interfecit. Quedam ſimiliter femine volentes fugere eos qui volebant earꝫ pudiciciam violare in rapturum ⁊ necaturꝫ fluuium ſe pieceruṅt. Narrat etiam ibi de Lucretia romana que cum violent' eſſet oppſſa a filio regi hoc eius viro ⁊ cuidam ꝯſobrino ſuo viris fortiſſimis pmo indicauit ⁊ cō ſtrinxit iuramento vt vindictam facerent. poſtmodum tanq̄ federis pmiſſi tranſgreſſa ſeipſam occidit. Similiter Catho ſeipſm occidit. Et omnes iſte pſone in venerabili habent̄ honore ab eccleſia.

¶ Ad quod rn̄det augi. q̄ Sampſon ⁊ Jeptenon aliter excuſant̄ niſi qꝛ iuſſu ſpūſſancti h fecerunt. ⁊ ſi pſone alie ſup nominate talī iuſſu ſpūſſancti ſe occiderūt in memoria debēt celebrari aliter non. Vn̄ ꝯcludit ibi augi. q̄ nec pp̄ter maloꝝ ⁊ pſecutoꝝ vitationem ſicut Sampſon. nec pp̄ter alioꝝ peccatoꝝ vitationem. ſicut ꝟgines timentes deflorari. nec pp̄ter peccatorum pteritoꝝ deſperationem ſicut Judas nec pp̄ter melioris vite acq̄ſitionem. ſicut multi heretici faciunt. Omnibus. n. iſtis modis n̄ pōt diſpēſari p hominem vt homo ſeipſm occidens culpā homicidij nō incurrat. Nam homo tenet̄ ſemp ſeruare ſalutem anime ne auferatur ſiue ab alio ſiue a ſe. Salutem ꝟo corporis tenet̄ homo ſeruare ne auferat̄ a ſe ſed nō tenetur ſeruare eam ne auferat̄ ab alio dummodo expediat p ſalute anime. ſalutē corpis morti exponere.

¶ Ad pmum ergo ē dicēdum q̄ melius eſt homini mori q̄ gloriam ſue innocentie pdere. nō tamen ideo dꝫ ſe occidere ſed pmittere ſe prius occidi ab alio

¶ Ad ſecundum eſt dicendum q̄ dictū Jero. ſic exponit glo. cā ⁊ queſtione ſupdicta dicens q̄ ly abſq̄ eo intelligit̄ incluſiue. ac ſi diceret: nec in illis in q̄bus mag' videt̄ puta in pditione caſtitatis vel ꝟginitatis lꝫ alicui ſe occidere ſm quem modum exponit̄ Canti. iiij. Pulcre ſunt gene tue abſq̄ eo quod intrinſecus latet.

¶ Ad tertium patet ſolutio p ea que dicta ſūt in corpe queſtionis

Ad quartum ſic pcedit̄. videt̄. n. q̄ papa diſpenſare poſſit: q̄ pater occidēs filiam in adulterio dep̄henſam: non incurrat culpam parricidij. qꝛ quod iuſta lege ꝯceditur fieri poteſt abſq̄ culpa ſed lex ꝯcedēs patri vt filiam in adulterio dep̄henſam poſſit occidere iuſta eſt. aliter. n. lex dicenda non eſſet niſi iuſta eſſet. vt dicit Auguſtinus pmo de libe. arbi.

¶ P. lex diuina lex ſancta eſt. ⁊ mandatū ſanctum. ad Ro. vij. ſed deutro. xxj. p inobedientia ⁊ adulterio parentes poterant plem ſuam morti tradere ergo diſpenſabile eſt. q̄ pater filiam occidat in adulterio dep̄henſam abſq̄ culpa parricidij.

¶ P. iuriſconſultus dicit: quod ideo patri nō marito mulierem vel virum adulterum pmiſſū eſt occidere. qꝛ plerunq̄ pietas paterni nominis ꝯſilium p liberis capit. Mariti ꝟo calor ⁊ impetus facile adulterant̄ refrenādus fuit. indultum eſt ḡ patri non marito q̄ mulier in adulterio dep̄henſa interficiat̄.

¶ In ꝯ̄rium eſt. qꝛ quicūq̄ nō dimittit minus malum pp̄ter euitationem maioris mali non excuſat̄ a culpa nec a pena debita illi culpe. ſm enim Grego. ⁊ ponit̄. xiij. di. c. nerui teſticuloꝝ ſemp minus malum dimittendū eſt p euitationem maioris mali. ſed mag' malum ē homicidium q̄ adulterium quod pꝫ: qꝛ p vitandum homicidium deus pmiſit vxoricidium. non ergo pater interficiens filiam in adulterio excuſatur a pena parricidij.

¶ R. Dicēdum: q̄ ſicut dicit augi. i. de libe. arbi. lex in malefactis minoribus ne maiora committerent̄ dedit licentiam. Planum eſt aūt q̄ minus malū eſt adulterium q̄ q̄ mulier in adulterio dep̄henſa ſic p patrem interficiat̄. Nam melius eſt q̄ tale quid impunitum dimittat̄ q̄ p' interfectionem p̄r eius interficiens pena parricidij puniat̄. p̄ſertim cum pīna pietas q̄ ſemp' cōſilium capit p liberis liberādis potius q̄ interficiendis nō ſine inconſulto dolore: ⁊ magno incitatiuo ad interfectionē adultere filie moueat̄ quāuis tn̄ lex penā nō apponat a culpa tota parricidij excuſari non pōt pp̄ter duo.

¶ Primo quia lex diuina que principaliter p̄cipit non occides. humanis legibus aſtricta n̄ eſt. ideo talis tanq̄ā tranſgreſſor legi diuine: pene eccleſiaſtice eſt ſubijciendus tanquā parricida: lꝫ eius culpa poſſet excuſari ſeu alleuiari ⁊ aggrauari ſecundum ꝯditionem circūſtantie occurrentis.

¶ Secundo. quia ſm pmiſſionem legi: mag' ꝯ̄ditur q̄ pater interficiens filiam adulteram ex dolore ⁊ ira vindicte ⁊ iniurie in eam irrogate q̄ ex ꝣelo iuſticie fecerit ſm quem modū non ſolum p̄uata pſona verꝫ etiam miniſter legi interficiens maleficum a culpa homicidij non excuſat̄. non. n. lex pmittit patri filiam adulterā occidere: niſi q̄tuor ꝯditionibus appoſitꝭ.

¶ Primo q̄ in ipo actu ⁊ opatione adulterij eam occidat.

¶ Secundo. q̄ ſimul interficiat adulterum cū adultera.

¶ Tertio: q̄ non vbiq̄. ſed ſolū in domo quā inhabitat vel in domo mariti ipam occidat. Maiorem. n. iniuriam putauit legiſlator q̄ in domo patris aut mariti auſa fuit filia adulterium committere.

¶ Quarto: q̄ in ꝯtinenti inconſulto dolore dum eſt in actu acerbi doloris filiam adulterā occidat. Planum eſt autem q̄ omnes iſte ꝯditiones ſm quas pmittit̄ patri adulterā filiam occidere. oſtendunt q̄ talis occiſio non ſit ꝣelo iuſticie ſed mag' dolore illate iniurie. ac p ꝯſequens culpa parricidij carere non pōt.

¶ Ad pmum ergo eſt dicendum: q̄ ſicut dicit augi. lex humana iuſta eſt. multa tamen pmittit ⁊ multa impunita relinquit que p diuinam legem puniuntur.

¶ Ad ſecundū ḡ eſt dicēdum q̄ ſicut dr̄. x. eth. pater non hꝫ p̄tatem coactiuam ſup liberos: ſ monitiuam tm̄. Vn̄ lꝫ lex mandauerit filiū p[illegible] teruum p rebellione patris eſſe lapidādum. ⁊ filiam ſimiliter fornicantē in domo p̄ris. nō tn̄ illud debebat fieri iudicio paterno. ſ debebāt ipi parentes app̄hendere filiam vel filiū ⁊ ducere ad ſeniores ciuitatis ⁊ ad portā iudicij vt p iudices qui illo tempe erant tale iudicium fieret non dolore illate iniurie ſ ꝣelo iuſticie. Nec ꝯ̄ illud lex humana pōt aliquid ſtatuere accipiendo. ſed ſolum permittendo non taxando penam.

¶ Ad tertium dr̄ q̄ pīna pietas ꝯſilium capit p liberis ex̄ paſſionem ceſſante dolore. ſed inconſulto dolore dum in actu adulterij filiā cū adultero occidit ſm quem modum ſibi a lege pmittitur ꝯſilium cape non pōt. Vn̄ licet pp̄t magnum incitatiuum pena a lege taxatur. In foro tamen eccleſiaſtici iudicij puniendus eſt. Viro vero pmittitur adulterum vxoris occidere non tamen omnem ſicut patri. ſed talem qui ſit ſeruilis ⁊ humilis conditionis. quia morūum videt̄ maleſicio contemptus. vel talem q̄ p legem Julianī impune poſſit occidi. vt iuriſconſultus dicit.

## Queſtio. liii. de diſpēſatione ſexti precepti.

[illegible] Terius conſiderandum eſt de diſpenſatione ſexti precepti. ¶ Circa quod queruntur quinq̄.

¶ Primo. vtꝝ papa poſſit diſpenſare q̄ vnus homo habeat plures vxores.

¶ Secundo. vtꝝ fuerit aliq̄n humana auctoritate diſpenſatum plures vxores hr̄e.

¶ Tertio. vtꝝ papa poſſit diſpenſare q̄ vna mulier poſſit eſſe vxor plurium viroꝝ.

¶ Quarto. vtrum papa poſſit diſpenſare: q̄ ſimplex fornicatio non ſit peccatum mortale.

¶ Quinto. vtrum papa poſſit diſpenſare in omni gradu conſanguinitatis.

Ad primum ergo ſic pceditur. Videt̄ enim q̄ papa poſſit diſpenſare q̄ vn' homo habeat plures vxores. in eo. n. quod non eſt ꝯ̄ ius naturale papa pōt diſpenſare. ſed yſidorus dicit ius naturale eſſe quod eſt cōe omni nationi. cum ḡ homines multarū nationum vxoꝝ pluralitate vtant̄ non erit contra ius naturale vxorum pluralitatem habere.

¶ P. papa pōt diſpenſare q̄ vnus homo vtatur pluribus cibis. ergo pōt diſpenſare q̄ vn' homo copulet̄ pluribus vxoribus. Quod. n. facit cibus ad ſalutem hominis conſeruatiue: facit concubitus ad ſalutem generis multiplicatiue.

¶ P. papa pōt diſpenſare in eo qđ pōt aſſuefieri ⁊ conſuetum fieri. nam quod eſt ꝯ̄ naturā nunq̄ aſſuefieri pōt. ſi. n. pijcit̄ lapis ſurſum: nunq̄ aſſuefiet ſurſum aſcendere. vt dicit ph's: viij. phiſicoꝝ. ſed habere plures vxores poteſt aſſuefieri: ⁊ aliquando fuit conſuetum. cadit ḡ in eo diſpenſatio.

¶ In contrarium eſt. quia aplēs dicit ad ephe. vj. vt viri diligant vxores ſuas: ſicut corpora ſua ppria. Sed contra naturam eſt q̄ vnus homo habeat duo corpora. ergo etiam q̄ habeat duas vxores.

¶ R. Dicendum ꝙ papa non poteſt diſpenſare in his que ſunt ꝯ diuinam inſtitutionem. ꝯ nature ordinationem. ⁊ ꝯ diuini ꝑcepti obligationem. Habere autem plures vxores ſimul ē contra omnia iſta.

¶ Primo quidem ꝯ diuinam inſtitutionē. Sic enim inſtitutū ē matrimoniū vt vir ⁊ vxor debeant eſſe vna caro. iuxta illud Geñ. ij. Adherebit homo vxori ſue ⁊ erunt duo in carne vna. Qui enim plures vxores hꝫ cū pluribus diuidit carnem ſuam. ⁊ facit directe ꝯ matrimoniū a deo ꝑncipaliter inſtitutum.

¶ Scđo eſt ꝯ nature ordinationē. Ordo nāqꝫ nature non includit impoſſibilitatē. cū igitur natura matrimonij talis ſit vt vnus ꝯiugū alteri poteſtatem ſui corꝑis tradat. ſicut impoſſibile eſt vnū hominem vna hora pluribꝰ vxoribus debitū petentibus reddere. ſic impoſſibile eſt vnum hominem ſecundum nature ordinem plures vxores habere.

¶ Tertio eſt ꝯ diuini ꝑcepti obligationē. Nā ꝑceptum legis nature datū homini. Math. vij ſic ligat: vt nemo faciat alteri qđ ſibi nollet fieri. Planum eſt aūt ꝙ homo diuidēs carnē ſuam cum pluribus vxoribus facit vxori qđ ſibi nollet fieri. nullus. n. vellet ꝙ ſua vxor cū pluribꝰ carnem ſuam diuideret. vñ plures vxores hēre eſt directe ꝯ dictamen rōis naturalis.

¶ Ad ꝑmum ḡ eſt dicēdum ꝙ ius naturale eē ꝯmune omnium natōnum pōt intelligi dupliciter. loquendo ciā de iure naturali non ꝯmuniter ſumpto ſm quē modum dicimꝰ ꝙ ius naturale eſt quod natura oīa aīalia docuit. Sed de iure ſpecialiter accepto ⁊ ſingulariter. naturaliter omni homini inditꝰ. ſm quē modū dicit yſidorus. Quod ius naturale eſt quod in lege ⁊ euangelio continet.

¶ Primo. quantum ad obligatiōnē. ⁊ ſic tale ius commune eſt omnium nationum habētiū rationalem animam.

¶ Scđo. quantū ad obſeruationē. Habere ḡ plures vxores eſt ꝯ ius naturale vt eſt cōe omni nationi. q꜖ omnes natōnes ligat nō tñ ſic ē cōe ꝙ ab omnibus obſeruet.

¶ Ad ſm eſt dicēdum: ꝙ nō eſt ſile q꜖ ꝑ vſum ſecundi abi nullum fit ꝑiudiciū ꝑmo. ſꝫ ꝑ vſū ſcđe vxoris fit ꝑiudiciū ꝑme. hominis namqꝫ ad aīā quē ꝯſumit nulla ꝯbit obligatio. ſꝫ hominis ad vxorem ꝑpetua obligatio ꝯbitur.

¶ Ad tertium eſt dicendum. ꝙ eſſe aliqđ naturale pōt intelligi dupliciter. Uel a natura ſola ſine actu aīe: vt motus lapidis. ⁊ tale nō pōt aſſueſieri in ꝯrium. vel a natura cū actu aīe. ⁊ tale pōt aſſueſieri in ꝯrium. Uñ aues docent homines voces articulatas formare.

Ad ſecundum ſic ꝓcedit. videt. n. ꝙ aliquando auctoritate humana fuit diſpenſatū plures vxores hēre: q꜖ in illis que non ſunt ꝯ naturā nec ꝯ mores nec ꝯ dei ꝑcepta auctoritate humana diſpenſare pōt. ſed dicit glo. augu. Geñ. xix. ꝙ pluralitas vxoꝝ Jacob non fuit ꝯ naturam nec ꝯ mores nec ꝯ dei ꝑcepta. ergo in hoc auctoritate humana diſpēſatum fuit

¶ P. ambro. dicit ꝙ Abraham quando plures vxores habuit non commiſit aliqđ ꝯ legē: ſed ꝑuenit legem. In omni autem eo: qđ non eſt ꝯ legem diuinam diſpenſari poteſt auctoritate humana.

¶ P. diſpenſatio cadit ſuper eo quod non eſt ꝯ legem nature. ſed ꝯſeruatio ſpeciei humane: quā natura omnium animalium dictat in ſuo genere ſecurius ⁊ certius poteſt fieri ꝑ pluralitatem vxorum ꝙ aliter. ſolum ḡ auctoritate humana in hoc cadit diſpenſatio.

¶ In ꝯrium eſt. q꜖ humana auctoritas non ſe extendit diſpenſare in eo quod eſt ꝯ naturā: ⁊ ꝯ mores. Sed glo. Geñ. iiij. dicit ꝙ ꝑmus ꝯ naturam ⁊ mores committēs adulterium fuit Lamech qui accepit duas vxores.

¶ R. Dicendum ꝙ ſm augu. duo ꝑcipue oſtēdunt ſoli deo auctoritate diſpenſatum eſſe in pluralitate vxorum

¶ Primū eſt diuini cultus ampliatio.

¶ Secundum eſt ſanctoꝝ patꝝ deuotio. In ſucceſſione namqꝫ ſanguinis ſicut dicit Augu. erat ſucceſſio religionis i qua cōlebat deus. vñ q꜖ gentis fidelium diſtincte ab infidelibus ꝑmus pater fuit Abraham: ideo in eo primo factum eſt ꝑuilegium ſancte diſpenſationis de pluribus habendis vxoribus. Et ſic ſucceſſiue omnibus poſteris eius in quibus fuit eadem cā ꝓpagationis fidelis populi

¶ Secundo hoc oſtendit ſanctoꝝ patꝝ deuotio. Contrahebant. n. ſm augu. ſancti patres cū pluribus vxoribus non ducti libidine: ſed ducti pietate q̄ vtebantꝯiugibus pluribus caſtiꝰ vna ꝙ nūc quilibet iſtoꝝ in quibus videmus qđ ſm veritatem ꝯcedit apls qui atteſtat coꝝ merita. ait. n. ꝙ ſicut nō fuit impar meritū patientie in petro q̄ paſſus eſt ⁊ in iohanne q̄ paſſus non eſt ſic nō fuit impar meritū ꝯtinentie i Johe qui nullas expꝰs ē nuptias. ⁊ in abraham q̄ filios gñauit. nā illiꝰ celibatus ⁊ iſtius ꝯnubiū ꝓ tpoꝝ diſtributōe xpo militauerūt. ꝙ uis. n. caſtitas celibū melior ſit ꝙ caſtitas nuptiarum: abraham tñ ambas habuit in habitu ⁊ vnam ſolam in vſu.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ plures vxores habere non fuit ꝯ naturam in antiquis patribus. quia non fuit ꝓpter affectum libidinis ſed officioſum. vñ non erat ꝯ legem nature ex quo ſciebant interna inſpiratione ⁊ angelica reuelatione ipſm deum hoc velle. quamuis enī ratio naturalis abſolute dictet non eſſe accipiēdam rem alienam domino rei inuito. conditionaliter tamen pōt dictare contrarium puta domino volente. Ex quo ergo ſancti patres ſciebant deum velle non erat contra dictamen legis nature ſic conditionaliter ſumptum. nec ꝯ morem: quia illo tempore ſic fiebat. nec ꝯ preceptum. quia nulla lege ſcripta adhuc iſtud erat ꝓhibitum. Et ꝑ hoc patet rñſio ad ſcđm quia abraham ꝑuenit legem moſaycam ſcriptam. non autem ꝑuenit legem nature que licet abſolute dictaret pluribus vxoribus non eſſe commiſcendum. volente tamen deo ⁊ inſpirante dictabat contrarium.

¶ Ad tertium eſt dicendum: ꝙ ratio naturalis in homine dictat ꝯſeruationem ſpeciei ſecundum rationem poſſibilem: pluralitas aūt vxorum talem poſſibilitatē rationabilem excludit vnde non recipit diſpenſationem niſi in caſu: ⁊ diuina auctoritate ⁊c.

Ad tertium ſic ꝓcedit. videt. n. ꝙ papa poſſit diſpenſare ꝙ vna mulier poſſit eſſe vxor plurium viroꝝ. Dicit. n. Auguſtinus in li. de. x. cordis. ꝙ plus peccat homo ꝙ mulier adulterans. magis ergo eſt diſpēſabile ꝙ vna mulier habeat plures viros ꝙ ꝙ vnus hō habeat plures vxores.

¶ P. aliqñ de facto diſpenſatum eſt ꝙ homo plures vxores habeat. ergo de facto diſpēſabile ē: ꝙ vna mulier habeat plures viros.

¶ Preterea. phs dicit. j. Phiſicoꝝ. ꝙ ſic femina appetit maſculū ſicut materia formam. ſꝫ materia pōt pluribus formis informari. ḡ mulier pōt pluribus viris copulari.

¶ In ꝯrium eſt. quia illud nō eſt diſpenſabile qđ in nulla lege legit eſſe factū vel diſpenſatū: ſed nuſquam legit lege diuina fuiſſe diſpenſatum. nec in aliq̄ natione quantūcunqꝫ barbara legit eſſe ꝯſuetū ꝙ vna mulier hēat plures viros. non eſt ḡ hoc diſpenſabile.

¶ R. Dicendum ꝙ in copulatione viri ⁊ vxoris quatuor includuntur.

¶ Primo naturalis ſubiectio. Sic. n. dictū eſt vxori. Geñ. ij. Sub viri poteſtate eris: ⁊ ipſe dominabitur tui.

¶ Secundo ꝑfecte amicicie copulatio. Eſt. n. naturalis amicicia ꝑfecta ⁊ primaria inter virum ⁊ vxorem.

¶ Tertio. ꝓlis generande affectio. quia propter hoc facta eſt in adiutorium viri. Ut dicit Auguſtinus.

¶ Quarto eius nutritio ⁊ educatio. Iſta. n. quatuor deſtruerent ſi mulier eſſet vxor plurium viroꝝ. Remoueret. n. naturalis ſubiectio: quia ꝯ ordinem nature eſt vt aliqua ꝑſona eq̄ ꝑ ſe pluribus ſubijciatur. ¶ Secundo remoueret amicicie copulatio. Perfecta. n. amicicia non niſi ad vnum eſſe pōt. ⁊ cum hoc induceretur doloris afflictio que eſt ꝑncipium diſcordie. quia quilibet triſtat cum impeditur ꝑ alterum in vſu ſue rei delectabilis. ¶ Tertio. remoueret ꝓlis affectio. Quamuis enim vnus vir poſſit fecundare multas feminas. vna tamen mulier communiter pluribus viris fecundari non pōt. Uñ meretrices que pluribus viris ſe ſupponunt communiter ſteriles ſunt.

Quarto. remoueret nutritio ⁊ educatio. quia certitudo ꝓlis eſt cauſa ſollicitudinis habende circa eius nutritionem ⁊ educationem: que nulla eſt quando vna mulier pluribus viris copulatur. Indiſpenſabile ergo eſt ꝙ vna mulier ſit vxor plurium virorum.

¶ Ad primum ergo ⁊ ſecundum eſt dicendū: ꝙ intentio auguſtini eſt in libro ꝑallegato: maius peccatum ē adulterium vxoris ꝙ viri: ꝓ tanto. quia ad adulterium vxoris ꝯcurrit.

¶ Primo furtum in eo ꝙ hereditas debita filijs mariti datur extraneis.

¶ Secundo ꝯcurrit frequenter homicidium ꝓpter quod vitandum Moyſes ꝑmiſit adulteria ꝑmittendo libellum repudij. Expreſſe. n. dicit glo. Deutro. xx. Uide inquit quantum malum eſt homicidium. ꝓ quo vitando multa adulteria tollerantur.

¶ Tertio ꝯcurrit ibi ſacrilegium. quia omnis mulier adulterans ſm omne tempus ē vniuerſaliter preuaricatrix legis diuine. non autē ſic homo cum aliquando fuerit diſpenſatū ꝙ vnꝰ homo poſſit pluribus vxoribus commiſceri. plus tamen peccat hō adulterans ꝙ mulier. q꜖ deo eſt ꝓpinquior. Eſt. n. caput eius. Eſt in cōplexione fortior: ⁊ in ratōne ꝯſtantior. Iſta. n. duo ſic ſtant: ꝙ mulier adulterās maius pctm̄ ꝯmittat ꝙ vir ⁊ tñ vir plus peccat ꝙ vxor. quia maiꝰ peccatū refert ad opationem ⁊ actū peccati. ſed plus peccare refertur ad ꝯditionem ⁊ ſtatum peccantis.

¶ Ad. iij. eſt dđ. ꝙ ſicut ꝯ nāꝫ ē ꝙ mā ſit in eodē mō plibꝰ formis iformet. ſic ꝯ nāꝫ ē ꝙ vna mulier ſit m̄ſionalit plibꝰ viris copulet. ſucceſſiue ꝰo mortuo viro pōt alti nubere. ſicut i mā ex corruptōe vniꝰ fit generatio alterius.

Ad quartum ſic ꝓcedit. videt. n. ꝙ papa poſſit diſpenſare ꝙ ſimplex fornicatio non ſit pctm̄ mortale. qꝛ ille qui facit quod eſt de iure nature nõ peccat. ſ yſidorus dicit de iure naturale eſſe maris ⁊ femine cõiunctionem. non eſt ergo peccatū mortale ſimplex fornicatio.

¶ P̄. Abraham cognouit ancillã ſuã de ↄſenſu vxoris ⁊ cũ ibi fuerit fornicatio ſimplex ñ tñ ei imponit ꝙ peccauerit mortaliter.

¶ P̄. vbi pñt aſſignari bõa mr̄imonij ſine peccato fieri põt. ſ in ↄcubitu fornicario pñt aſſignari ꝑpetuitas fidei: generatio ꝓlis ⁊ ſacramentum. g̃ ſine peccato mortali fieri põt.

¶ In ↄ̄rium eſt. qꝛ nullus excludit a regno celeſti niſi ꝑ pctõ mortali. ſed apls dicit ad ephe. v. Ꝙ omnis fornicator aut immũdus non hꝫ hereditatem in regno xp̄i ⁊ dei.

¶ R̄. Dicendum ꝙ q̄buſdam viſum eſt fornicationem ſimplicẽ non eſſe peccatũ mortale. qꝛ Geñ. j. indifferenter omnib⁹ dr̄. Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terram. Similiter lex ciuilis dicit. qđ in nullius bonis eſt ↄcedit occupãti: ſ mulier ſoluta carens in nullius bonis eſt. occupanti g̃ licite ↄcedit vti etiam re ad vſum ad quem facta eſt: nullũ videt eſſe pctm̄. ⁊ maxime vti re ſua. g̃ ꝙ quis vtat ancilla ſua ad actũ gñationis cũ ad h̃ mulier facta ſit nõ videt eẽ peccatũ mortale. Ad hoc g̃ r̄ndet augu. in li. de x. cordis. dicẽs ſimplicẽ fornicationẽ eſſe ↄ̄ ius naturale. qꝛ eſt ↄ̄ iſtđ p̄ceptũ legi nature. quod tibi nõ vis fieri alteri ne facias. qđ q̄dẽ p̄ceptum vt ait: extendit ſe ad dilectionem dei ⁊ dilectionem ꝓximi. non. n. homo dꝫ facere ꝓximo qđ ſibi nollet fieri. ⁊ multo magis nõ dꝫ facere deo: quod ſibi nollet fieri. aliter vt ait. Canon eſſet homini ꝓximus q̄ deus. Sed id ad alterum eſt pctm̄ mortale: qꝛ homo facit ꝓximo qđ ſibi nollet fieri. corrumpit. n. vxorẽ eius: et tñ ſuam nollet ab aliquo corrumpi. g̃ eodẽ mõ fornicatio ſimplex eſt pctm̄ mortale. qꝛ facit hõ deo quod nollet ſibi fieri. Nam corrumpit domum ⁊ templũ dei. ⁊ tñ domum ⁊ templũ ſuũ nollet ab aliquo corrũpi ⁊ deturpari. ꝙ ṽo dr̄. Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊c̄. dictũ eſt h̃ poſt fornicationem Eue ⁊ inſtitutionẽ matrimonij: ⁊ ſi añ dictũ ẽ fuit ꝓpter opeꝝ ſex dieꝝ ↄtinuationem: non ꝓpter p̄cepti executionẽ. ꝙ autem ſubdit. occupãt ↄcedit qđ nõ eſt in bonis alicuius. intelligit de illis quoꝝ dominiũ fuit datum hõini nõ de mulierib⁹ vel hominib⁹. ſiliter re ſua vti cuilibet lꝫ: non tñ abuti. Ancilla autem nõ eſt deputata homini ad vſum fornicationis: ſed ad alia obſequia.

¶ Ad primum g̃ eſt dicendũ q̄ vſus viri cũ femina q̄ꝗ naturalis dr̄ a natura gñali non aũt ſpeciali q̄ eſt cũ ratione ⁊ diſcretionis vſu. Vñ poſtq̄ yſido. dixit de iure naturali eſſe coniunctionem maris ⁊ femine: addidit quã nos matrimonium appellamus.

¶ Ad ſecũdum ẽ dicendum ꝙ Abrahã nõ fuit fornicatus cũ ancilla ſua. qꝛ vt ſcribit Geñ. xvj Ancilla fuit ſibi vxor ⁊ ꝑ vxore aſſignata. nõ enim diceret abrahã habuiſſe duas vxores: ſi ancilla nõ fuiſſet ſibi matrimonialit copulata.

¶ Ad tertium eſt dicendũ. ꝙ ꝑpetuitas fidei n̄ ſeruat in ↄcubitu fornicario. eo ꝙ de ↄſenſu alteri⁹ vel vtriuſꝗ ꝑpetuitas illa diuidi põt nec bonũ ꝓlis. cum nõ ſit ad ꝓlem affect⁹ matrimonialis. ⁊ multo minus nec eſt h̃ bonũ ſacramenti. ꝓpter qđ error ẽ dicere fornicationẽ ſimplicem nõ eſſe pctm̄ mortale.

Ad quintũ ſic ꝓcedit. videt. n. ꝙ papa nõ poſſit diſpẽſare in quolibet ↄſanguinitatis gdu: qꝛ ius poſitiũ c⁹ papa eſt ↄditor non põt tollere ea q̄ ſunt de iure nature. Sed vinculũ ↄſanguinitatꝭ qđ eſt aptũ natum impedire matrimoniũ ẽ vinculũ naturale g̃ nullo ſtatuto eccľie hoc põt tolli.

¶ P̄. manente cã ſemꝑ manet effect⁹. Sed cã q̄re ↄſanguinitas impedit matrimoniũ eſt bonum ꝓlis repſſio ↄcupiſcentie ⁊ multiplicatio amicitie. manẽte g̃ tali cã ſꝑ manebit effect⁹ vt ꝙ nõ diſpenſet in g̃dibus ↄſanguinitatꝭ.

¶ P̄. papa non põt facere ꝙ vna ⁊ eadẽ actio ſit in gñe peccati inceſtus ⁊ in gñe ſacramenti. Sed ſi aliq̄ ↄ̄herent in tertio g̃du ↄſanguinitatis abſꝗ pape auctoritate. talis ↄ̄ctio eẽt peccatum inceſtus. Si ṽo talis ↄ̄ctio approbat ꝑ papam eſſet veꝝ matrimoniũ. Et ſic vna ⁊ eadem actio eẽt pctm̄ ⁊ ſacramentum

¶ In contrarium eſt: quia non minoris auctoritatis eſt papa q̄ imperator: qui eſt conditor iuris ciuilis. Sed quandoꝗ ius ciuile determinabat gradus conſanguinitatis matrimonij impedientes ⁊ non impedientes ergo multo fortius in talibus põt diſpenſare papa.

¶ R̄. Dicendum ꝙ in matrimonio tria poſſumus conſiderare.

¶ Primo. equalem equipollentiam. Vire enim ⁊ vxor non ad imparia iudicantur. Sunt enim equales in actu matrimoniali.

¶ Secundo. carnalis copule in erubeſcentiam.

¶ Tertio ipius ꝓlis diligentiam. ꝓpter carẽtiam igitur eq̄lis equipollentie ſꝑ pater ⁊ mater fuerũt a matrimonio excluſi in omni lege. ſi. n. filia copularet pr̄i aſſumeret eam in ſociã. ⁊ nõ remaneret in ea filialis ſubiectio. ⁊ eodem mõ ſi filius copularet mr̄i. vñ ſtatim in p̄mordio ꝓductionis hominis pater ⁊ mr̄ a mr̄imonio fuerunt excluſi. iuxta illud Geñ. ij. ꝓpter h̃ relinquet homo patrem ⁊ mr̄em quoꝝ derelictio nõ põt intelligi quãtum ad habitationẽ vel neceſſarioꝝ ſubuentionem qꝛ tunc eſſet ↄ̄rium illi p̄cepto. Honora pr̄em tuum ⁊ matrẽ tuam. intelligit g̃ talis derelictio quantum ad mr̄imonialem ↄiunctionem. In h̃ igit nulla diſpenſatio cadit. qꝛ prima inſtitutio mr̄imonij ad has duas ꝑſonas excepit. In ceteris aũt nullã nulli ↄiugij ſacramentum federandũ ꝓhibuit. vt dicit Hugo. ij. li. de ſacramentꝭ. ꝓpter carẽtiaꝫ ṽo honeſtatis pudicicie excluſi fuerunt in lege moyſi a matrimonio ille ꝑſone qui in vna domo adinuicem ↄſueuerũt habitare. quoꝝ vnus alterius honeſtatem ⁊ pudiciciã ſeruare tenet. ſed ꝓpter carentiam ꝓlis diligentie quã parẽtes tenent materialiter habere. excluſi ſunt a ↄ̄ctioni mr̄imonij q̄nꝗ ꝑ eccleſiam vſꝗ ad. vj. ⁊ vij. g̃dum. nunc ṽo excludunt ſolum vſꝗ ad. iiij. ex vna pte. ⁊. v. in alia. in alijs ṽo inferioribus g̃dibus ſine diſpenſatione eccleſie: ↄ̄ctio matrimonialis fieri non põt. ſic. n. r̄ndet Grego. req̄ſitus ab augu. angloꝝ ep̄o querẽti i quota gñatione fideles debeant copulari. diſpenſatorie inquit quidã lex romana in rep. ꝑmittit vt ſiue frater ſiue ſoror ſeu duoꝝ fratꝝ germanorum: vel duaꝝ ſoroꝝ filius ⁊ filia miſceant: ſicut experimento didicim⁹ in tali ↄiugio ſobolem non poſſe ſuccreſcere. vnde neceſſe eſt vt iam in. iiij. vel. v. generatione fideles licenter ſibi iungantur.

¶ Ad p̄mum g̃ dicẽdum ꝙ lꝫ ↄſanguinitas ſit naturale vinculum: non tñ tollit mr̄imoniũ impediendo carnalem copulam: niſi ſm determinatũ g̃dum. quem determinare ſpectat ad eccleſiam: in quo g̃du copula talis carnalis ſit licita ⁊ in quo illicita.

¶ Ad ſm eſt dicẽdum: ꝙ non ſꝑ manet eadeꝫ cã. quod. n. in vno tp̄e ꝓhibet matrimoniũ in g̃dibus ↄſanguinitatꝭ ꝓpter cauſas ſuperius dictas. alio tempore ꝓpter alias cauſas occurrentes ſalubriter conceditur.

¶ Ad tertiũ eſt dicendũ: ꝙ ſi fieret ↄ̄ctio mr̄imonialis in g̃du ↄſanguinitatꝭ ꝓhibita ab eccleſia: ſm quẽ modũ eſſet in gñe peccati inceſt⁹ non fieret ſacramentalis illa actio rõne illi⁹ p̄me ↄ̄ctionis. ſed habita diſpẽſatione noua ↄ̄ctio eſſet ſacramentalis ⁊ matrimonialis

## ¶ Queſtio · LIIII · de diſpenſatiõe ſeptimi precepti ·

Nunc ↄſiderandũ ẽ de diſpẽſatione ſeptimi p̄cepti. Circa qđ querunt quattuor.

¶ Primo. vtꝝ papa poſſit diſpenſare in furto ꝙ non ſit peccatum mortale.

¶ Secundo. vtꝝ papa poſſit diſpẽſare in furto in caſu ꝓprie neceſſitatis.

¶ Tertio. vtꝝ papa poſſit diſpenſare in furto in caſu paupertatis aliene.

¶ Quarto. vtꝝ papa poſſit diſpenſare vt res furtiue ſublata non reſtituatur.

Ad primũ g̃ ſic ꝓcedit. Videt. n. ꝙ papa poſſit diſpẽſare in furto: ꝙ non ſit peccatũ mortale. qꝛ nullũ pctm̄ cadit ſub diuino p̄cepto. deus. n. nulli mãdat impie agere. vt ſcribit Eccle. xv. Sed deus inuenitur p̄cepiſſe furtum. Sicut. n. ſcribit Exo. xij. Fecerunt filij iſrahel ſicut p̄ceperat dominus moyſi ⁊ expoliauerũt egyptios.

¶ P̄. papa põt diſpẽſare in eo qđ nõ ẽ ius nature nec de iure diuino. Sed appropriatio reꝝ nõ eſt de iure nature. dicit. n. augu. ⁊ ponit. viij. di. c. quo iure. tolle iura imperatoris ⁊ q̄s audet dicere. h̃ villa eſt mea: ⁊ iſta dom⁹ ẽ mea. nullum g̃ furtũ committi põt ex quo nulla res magis eſt ꝓpria vni q̄ alteri

¶ P̄. papa ẽ vicarius dei ſ de⁹ eſt dñs omniũ reꝝ. iure nãꝗ diuino dñi eſt terra ⁊ plenitudo ei⁹. Põt g̃ papa diſpẽſare vt nulla res vł poſſeſſio attribuat vni magis q̄ alteri.

¶ In ↄ̄rium eſt: qꝛ papa nõ põt diſpenſare in diuinis p̄ceptis ſed nõ furari numerat inter diuina p̄cepta. Exo. xx.

¶ R̄. Dicẽdum: ꝙ ſicut gr̄a ẽ q̄dam lux. ita peccatũ mortale quod gr̄aꝫ tollit q̄dam tenebra ẽ ꝑ fructus aũt lucis ⁊ tenebre põt cognoſci pctm̄ qđ luce gr̄e opponit. iux illud Math. vij. a fructibus eoꝝ cognoſcetꝭ eos. Fructus aũt lucis eſt triplex. vt dicit apls ad Ephe. v. Prim⁹ ẽ charitatꝭ bonitas. Scđs iuſticie eq̄tas. Tertius ẽ manifeſtatõis ṽitas. Opponit aũt furtũ charitatꝭ bonitati ꝑ ſubtractã a ꝓximo indigentiaꝫ. Opponit iuſticie eq̄tati ꝑ violentiã retẽtã ei⁹ ſubſtantiã. ꝑ furtũ. n. nõ reddit vnicuiꝗ qđ ſuũ eſt. ſed violenter inuito dño ei⁹ ſubſtãtia retinetur ⁊ opponit manifeſtationi ṽitatꝭ ꝑ occultaꝫ fraudulentiam. vnde furtum ex his tribus habet ꝙ ſit peccatum mortale nec in eo auctoritas humana diſpenſari poteſt.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum. ꝙ ſicut di/cit aug. in li. lxxxiij. qõnum. q. lt. nullum deci/pere ſumme vtus ẽ. quemlibet vero decipe ſum/mum viciũ eſt. hoſtem aũt decipe ꝓpria volũ/tate nephas eſt. ſ; diuina auctoritate ẽ bonũ. Fi/lij ergo iſrahel non expoliauerũt egyptios ꝓpria voluntate: ſed diuina auctoritate nec deus ſed ꝑpi/piens fuit deceptor qd credere nephas eſt. ſed fuit meritorum et ꝑſonarum iuſtiſſimus diſtributor nec filij iſrahel furtum cõmiſerũt ſ; magis qd de/bitum erat eis acceperũt. Unde ſcribit Sap. x ꝙ iuſti tulerunt ſpolia impiorum.

¶ Ad ſcḋm dicendum. ꝙ ſicut dicit iuriſcõſul/tum aliqd iuri diuino vel naturali additur vt ſub trahit ius ciuile efficitur. Communitas ergo rerum ꝑ tanto attribuitur iuri naturali nõ ꝙ ius naturale dicat omia eſſe poſſidẽda cõiter. immo dicat ꝯtrium. vñ phs naturali rõe reprobat opinio/nem illorum qui dixerũt vxores et omia alia com/muniter eſſe hñda. ſed qz ſcḋm ius naturale nõ eſt facta diſtinctio vel appropriatio rerum: ſed magis factum eſt ſcḋm ius poſitiũ. iõ appropriatio rerum nõ dr̃ eſſe de iure naturali ſ; de iure ciuili qd nõ eſt iuri naturali ꝯtrium ſed ſuperadditum.

¶ Ad tertium eſt dicẽdum: ꝙ ſicut deus qui hʒ ꝑncipale omnium rerum dominiũ ſcḋm ſuã ꝓui/dentiam ordinauit tꝑales res ad corꝑalẽ ho/minum ſuſtentationẽ. cuiꝗ naturale omniũ rerum dñium ꝙtum ad ꝑtãtem vtendi ꝯceſſit. ſic pa/pa eius vicarius hunc ordinem diuine ꝓuidẽtie obſeruare tenetur. non immutare.

Ad ſecundum ſic ꝓcedit. videtur. n. ꝙ pa/pa nõ poſſit diſpẽſare in furto in caſu ꝓprie neceſſitatis: qz magis ꝯſonũ eſſe vi/detur nature fornicari ꝙ̃ furari. ſed nunꝗ ꝓ ſeruã/da ꝓpria vita papa põt diſpẽſare ꝙ liceret ho/mini fornicari. ergo multo minus poteſt diſpẽ/ſare ꝙ liceat homini furari.

¶ P. maius bonum ẽ ꝯſeruatio ſpẽi ꝙ̃ indiui/dui. et maius malũ eſt furari ꝙ̃ fornicari: ſed non lʒ committere minus malũ puta fornicari ꝓ ma/iori bono vt ꝓ ꝯſeruatione ſpẽi. ergo multo minus licet facere maius malum. ſ. furari ꝓ minori bo/no vt ꝓ ꝯſeruatione indiuidui.

¶ P. ſicut fit approbatio mulierum ꝑ matrimo/nium ita fit approbatio rerum ꝑ dñium. ſed nunꝗ lʒ rapere mulierem iam alteri appropriatam per matrimonium. ergo nunquam lʒ rapere rem iam alteri appropriatam ꝑ dominium

¶ In ꝯtrium ẽ. qz papa põt diſpenſare: ꝙ hõ abſoluatur a reſtitutione rei aliene in caſu neceſſi/tatis. ergo ſimiliter põt diſpẽſare in caſu neceſſi/tatis ꝙ rem alienã poſſit homo capere.

¶ R. Dicendũ. ꝙ ſicut dicit augꝰ. et ponitur. viij di. Aduerſum naturale ius nulli quicꝗ agere lʒ. Eſt. n. ius naturale idem et immobile apud oẽs.

¶ Ius vero poſitiuũ eſt multiplex et multiplicit mutabile. qz quãdiu ꝯſonat iuri naturali ſer/uandum eſt. qñ vero diſcordat ſeruandũ non eſt Planum eſt aũt ꝙ ꝯſeruatio vite ẽ de iure na/turali appropriatio vero et diſtinctio rerum vt dictũ eſt facta eſt ꝑ ius poſitiũ. qñ ergo appropriatio rerum ꝯſeruationi vite nõ obuiat ſeruãda eſt: vbi vero obuiat ceſſat ita ꝙ ſi neceſſitas vite ꝯſeruã/de eſt aliter releuabilis ꝙ̃ ꝑ acceptionẽ rei al/teri appropriate non ẽ diſpenſabile vt rem al/teri appropriatam ꝓ ꝯſeruãda vita ſua homo accipiat. qz ius poſitiũ in tali caſu nõ obuiat naturali. Si vero non eſt releuabilis diſpẽſabi/le eſt. vt homo rem alteri appropriatã ꝓ ꝯſer/uanda vita ſua accipiat. qz in tali caſu ius po/ſitiuum opponitur naturali. ceſſat. n. ex neceſſita/te rerum appropriatio et fiunt omnia ꝯmunia.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum rerum eſſe ꝙ a/ctus fornicationis magis eſt ꝯſonum nature ꝙ̃ furti. Materia tñ circa quam eſt furtum in ca/ſu neceſſitatis aliter ſe hʒ ꝙ̃ materia circa quã eſt fornicatio. qz in caſu neceſſitatis materia fur/ti fit ydonea ad accipiendum eam: eo ꝙ de ꝓ/pria fit communis. ſed materia circa quam eſt fornicatio nunꝗ fit ydonea ad coeundum cum ea. ſemper. n. manet fornicatio in ſua ratione: qua nunquam fit communis.

¶ Ad ſecundum eſt dicẽdum. ꝙ lʒ maius bo/num ſit ꝯſeruatio ſpeciei ꝙ̃ indiuidui. homo tñ magis tenetur ad ꝯſeruationem indiuidui ꝙ̃ ſpẽi. Et ideo illud ꝑ quod ꝯſeruatur indiuiduũ fit li/citum vt ꝓprium fiat rõne in caſu neceſſitatis ſed illud ꝑ quod ꝯſeruatur ſpecies nõ facit licitũ qz non facit mulierem communem

¶ Ad tertium eſt dicendum. Qz non eſt ſimile quia appropriatio mulierum perpetua eſt eiſ/dem perſonis manentibus. non autem ſic eſt appropriatio rerum: quia quod eſt proprium fit commune in caſu neceſſitatis. Sicut dictum eſt.

Ad tertium ſic ꝓcedit. videtur enim ꝙ papa non poſſit diſpenſare in furto in caſu aliene paupertatis. quia maius peccatum eſt furari ꝙ̃ mentiri. ſed papa nõ po/teſt diſpenſare. quod pro vita alterius conſer/uanda liceat alicui in aliquo caſu mentiri. ergo multo minus furari.

¶ Preterea. papa non poteſt diſpẽſare. quod pro ſalute anime alterius liceat alicui furari. er/go multo minus non poteſt diſpenſare ꝙ lice/at alicui furari ꝓ ſalute corporis.

¶ Preterea. apoſtolus dicit Ro. iij. ꝙ iuſta ẽ illorum damnatio qui dicunt: faciamus mala vt veniant bona. non eſt ergo diſpenſabile ſed dam/nabile ꝙ quis furetur vt ſubueniat paupi indi/genti in caſu neceſſitatis.

¶ In ꝯtrium ẽ: quia ſaluator excuſauit dauid qui panes ꝓpoſitionis dedit pueris ſuis i ca/ſu neceſſitatis: quos non licebat comedere niſi ſacerdotibus. Sicut habetur. Luce. vj. Super quo verbo dicit glo. ꝙ neceſſitas non licitum fa/cit licitum. ergo furari et indigenti ſubuenire in neceſſitatis articulo: ſi homo non hʒ ꝑ ſe ꝙ ſi/bi ſubueniat licitum eſt.

¶ R. Dicendum ꝙ aliqui dicunt ꝑſonam a q̃ furtiue aliquid accipitur aut publicam eſſe: et de ſtipendijs communitatis viuere vel ꝑuatam. et ſi eſt publica dupliciter. qz vel hʒ dominium tyrã/nicum: vel iuſto titulo acq̃ſitum. Utroꝗ modo dicunt ꝙ licitum eſt furari a ꝑſona publica in caſu neceſſitatis ꝓprie vel aliene quia non ẽ ꝯ le/gem nature tyrãnum ſpoliare quem honeſtum ẽ necare. vt dicit Tullius. in. de offi. Similiter licitum eſt furari de bonis publice ꝑſone hñtis dominium iuſto titulo acq̃ſitum. qz bona eius ſtipendia communitatis ſunt. Sed de bonis ꝑ/uate ꝑſone non licet furari. immo potius vt di/cunt dʒ ſe vel alterum ꝑmittere mori. ꝙ̃ ꝯ legem nature facere furtum. Furtum aũt lege nature ꝓ/hibetur vt dicit augꝰ. li. ij. ꝯfeſſ. Omnia autem iſta non videntur eſſe bñ dicta: quamuis. n. ho/ſtem vel tyrãnum ſpoliare licitum ſit auctorita/te ſuperioris: non eſt tñ licitum ꝓpria volũtate. vt dicit augꝰ. Bona vero publice ꝑſone habentis dominium iuſto titulo acq̃ſitum: lʒ ſint ſtipen/dia communia: ſunt tñ ſibi appropriata ꝓ cõi adminiſtratione quam ſibi exercet. Unde ea rõ/ne non eſt licitum furari de bonis eius: q̃ rõne non ẽ licitum furandi de bonis ꝑuate perſone Nec eſt ꝯ legem nature rem alteri appropriatã accipe in neceſſitatis articulo ad ſubueniendũ ſibi vel alteri. qz hoc non eſt ꝓprie furtum in le/ge nature ꝓhibitum quamuis videatur eſſe ſimi/le furto cum in caſu neceſſitatis illud quod ꝓ/prium eſt fiat commune. Puto ergo eſſe dicẽdum ſicut ſupdictum eſt ꝙ vel neceſſitas ꝓximi põt aliter releuari ꝙ̃ ꝑ acceptionem rei alteri appro/priate et tunc nõ licet rem alienã accipe. Vel nõ eſt aliter releuabilis et tunc lʒ. Nam ſcḋm Augꝰ. in li. de vera religione. Iſta eſt regula caritatis ꝓximo optare bona: que ſibi homo optat. Si cuiꝗ de iure naturali q̃libet tenetur conſeruare vitam ſuam: ita et vitam ꝓximi. In eo ergo caſu i quo diſpenſabile eſt vt homo rem alienam ac/cipiat ꝓ conſeruanda vita ſua.

¶ In ſimili caſu diſpenſabile eſt: vt homo ac/cipiat rẽ alienã pro ꝯſeruanda vita ꝓximi ſui.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ quãuis fura/ri maius peccatum ſit ꝙ̃ mentiri tñ mendacium importat inſepabiliter prauam intentionem a/gentis puta intentionem fallendi. ideo nunꝗ põt hõi fieri. Furtum aũt non ſic importat.

¶ Ad ſecundum eſt dicẽdum: ꝙ non ẽ ſimile: qz ſalus anime aliter põt ꝯſeruari ꝙ̃ ꝑ ſubuen/tionem rei tempalis ſalus autem corꝑis non: non. n. res temporalis ſic ordinatur ad ſalutem anime ſicut corporis.

¶ Ad tertium ẽ dicendum ꝙ rem ꝑus alienam accipe et paupi tanꝗ ſuam dare in neceſſitatis articulo non eſt malum neꝗ ꝓprie furtum. ꝙ̃/uis videatur furto ſimile. nam furtum ꝓprie di/ctum eſt cum accipitur res aliena manens aliena et inuito dño manente dño et intentione frau/dulenta puta animo celandi et retinendi alie/num. In tali vero caſu non manet res aliena eo ꝙ neceſſitas facit communem. neꝗ manet idẽ dñs rei qz accipiendo et vtendo in neceſſitate ſua efficitur communis nec accipitur fraudulenter ſed ſimpliciter. vnde non fit malum vt eueniat bonum ſicut ſupponebatur.

Ad quartum ſic ꝓcedit. videtur. n. ꝙ pa/pa poſſit diſpenſare vt res furtiue ſub/lata non reſtituatur. quia papa ẽ dñs omnium. ergo põt rem vnius alteri concedere abſꝗ eo ꝙ illi reſtituatur

¶ P. papa eſt vicarius dei ſed deus manda/uit vt filij iſrahel furarentur bona egyptiorum non redderent eis illa bona qui furati eis fuerant. vt dicit Augu. ergo ſimiliter hoc papa facere põt

¶ P. ſcribitur ex. de furtis. Si quis ꝑ neceſſitatẽ famis vel nuditatis furatus fuerit cibaria ve/ſtem vel pecuniã: peniteat ꝑ tres ebdomadas Indulget ergo papa ꝙ res furtiue ſublata nõ re/ſtituatur.

¶ P. mitior dʒ eſſe lex diuina ꝙ̃ lex hũana. ſed nõ capitur pena mortis ꝓ furto ſꝑ in lege hũana: ergo lex diuina nec penã dãni capere dʒ ex quo mi/tior eſt.

¶ In ꝯtrium eſt qz non furari cum ſit ꝑceptum diuinum indiſpenſabile eſt.

¶ R. Dicendũ ꝙ res põt auferri ab aliquo ꝗn/ꝗ modis ꝙtũ ad pñs. ¶ Primo ꝑ illud qđ eſt ignorantiã. et ſic ꝓprie nominatur furtũ a furuo vel a fuſco. eo ꝙ noctis tꝑe accipitur neſciẽte dño rei: vt dicit yſido. ¶ Scḋo ꝑ violentiã. et ſic ꝓꝑe vocatur rapina: ſicut tyrãni et mali ꝑncipes vio/lentiã inferẽtes rapiũt aliena. de quibus dicit ſcriptura. Omnes principes tui quaſi vrſi ra/pientes ꝑdam.

¶ Tertio per iniuſticiam. ⁊ ſic vocatur latrocinium. tales. n. ſunt rectores qui condunt iniuſtas leges ad extorquendum pecunias pauperum remota. n. iuſticia. regna ⁊ regimina nõ ſunt niſi quedam magna latrocinia. vt dicit auguſtinus. iiij. de ciui. dei.

¶ Quarto ꝓpter ſacre rei illatam irreuerentiam. ⁊ ſic vocatur ſacrilegium. Nam ſecundũ yſidorum ſacrilegus dicitur eo ꝙ legit vel furatur rem ſacram

¶ Quinto ꝑ neglectam maliciam. Et ſic eſt retentio mercedis operariorum. qui. n. non reddet mercedem ſuis mercenarijs planum ẽ ꝙ tenetur ad reſtitutionem. Omnia. n. iſta nomine furti ꝓhibentur. ⁊ ideo in omnibus iſtis nõ cadit diſpenſatio vt res his modis ſublata non reſtituatur niſi in caſu neceſſitatis ⁊ ꝓ rerũ adminiſtratione vel fidei defenſione ſeu ꝓ illoꝝ a quibus accipitur bonorum ↄfiſcatione ⁊ pro illorum qui accipiunt indigentie reuelatione. ⁊ impoſſibili redditione.

¶ Ad ꝑmum ergo eſt dicendum ꝙ papa ẽ dñs omnium ꝑ miſſionem ⁊ iuſticie obſeruationem. Vñ non puto ꝙ poſſit rem vnius ↄcedere alteri niſi forte caſibus ſupradictis. Sed nunquid ſi aliquid recipiat de bonis ↄfiſcatis ꝑ papam. tenet ad reſtitutionem puto ꝙ ſi iuſte confiſcata ſunt non tenent. tamen qꝛ vt dicit augꝰ. in li. lxxxiij. queſtionum. Solus deus nouit. vel certe longe excellentius ⁊ ſincerius atꝗ certius ꝙ homines noſcant qua quiſꝗ pena vel ꝑmio dignus ſit. puto quod tutius ſit talia bona quantumcunꝗ confiſcata reſtituere ꝙ tenere.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ papa eſt vicarius xp̄i ⁊ miniſter eius: non ꝙ mediante eo aliquis decipiat. ſed potius ꝙ a deceptione liberetur. Dicit enim augꝰ. in li. ſuꝑdicto ꝙ deus expoliauit egyptios ⁊ decepit. non quidem ꝑ ſeipſum. qꝛ ipſe ꝑ ſeipſum neminem decipit cum ſit pater ⁊ ſp̄us veritatis dignis tñ digna diſtribuens. Necꝑ angelum bonum cui non conueniebat ꝑſona fallacie. necꝑ talem hominem q̄ cuſtodire ⁊ obſeruare intendit illud quod ſcriptum eſt. Sic ſermo veſter eſt. non non. Sed ꝑ talem angelum qui ꝓ ſue voluntatꝭ ꝑuerſitate infimis nature gradibus ordinatus eſt ad vindictam malefactoꝝ ⁊ exercicium atꝗ purgationem iuſtorum aut ꝑ tales homines qui nondum huius mundi cupiditatibus ſe exuerunt. Iudei namꝗ ꝑ quos egyptij expoliati ſunt ⁊ decepti. non iam erant tales quibus diceretur Diligite inimicos veſtros. ſed tales q̄bus dici oportebat. Dilige ꝓximum tuum: ⁊ odio habebis inimicum tuum.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ illa decretalis intelligitur in caſu neceſſitatis ꝓprie vel aliene in qua rem alienam accipe non committitur ꝓprie furtum. lꝫ videatur ſimile furto vt dictum eſt. vel loquitur de furto paruarum rerum. que non accipiant animo inferendi magnum nocumentum ꝓximo. Talia. n. que minima ſunt intellectus accipit quaſi nihil. vt dicit philoſophus. ij. phiſicorum.

¶ Ad quartum eſt dicendum ꝙ pro quolibet furto non infert pena mortis niſi aggrauaretur ex aliqua circumſtantia. vel ex parte eius quod furtiue aufert vt ſi quis furabatur hominẽ mortis pena puniendus erat. Exo. xxj. vel ex parte modi furandi. vt ſi quis furat rem ſacram vel rem communem vel in loco communi: puta in balneo vel in foro vbi nulla eſt cuſtodia muri vel familie. In talibus enim ꝓ cuſtodia legiſlator dedit minas mortis

# Queſtio. lv. de diſpenſatiõe octaui precepti.

De inde conſiderandum ẽ: de diſpenſatione octaui precepti. Circa quod queruntur quatuor.

¶ Primo. vtrum papa poſſit diſpenſare ꝙ falſum teſtimonium non ſit peccatum mortale.

¶ Secundo. vtrum papa poſſit diſpẽſare: ꝙ mendacium non ſit peccatum.

¶ Tertio. vtrum papa poſſit diſpenſare. qꝛ liceat mentiri mendacio officioſo vel ioco ſo

¶ Quarto. vtrum papa poſſit diſpenſare: ꝙ inferendo teſtimonium: non interueniat iuramentum.

Ad primum ergo ſic ꝓceditur. videtur enim ꝙ papa poſſit diſpenſare ꝙ falſum teſtimonium non ſit peccatum mortale. quia mendacium quod vni nocet ⁊ alteri ꝓdeſt peccatum non eſſe videtur. ſed quandoꝗ aliquis falſum teſtimonium perhibet vt aliquem a morte liberet. ⁊ falſa ſententia intẽptata ſibi per falſos teſtes vel ꝑ iudicis ꝑuerſitatem. ergo tale teſtimonium falſum diſpenſabile eſt ꝙ non ſit peccatũ mortale.

¶ P̄. aliquis fert teſtimonium de aliquo hoīe ꝙ ſit caſtus ⁊ caſtum eum credit ⁊ tñ ẽ adulter falſum ꝰ teſtimonium ꝓfert ⁊ nihilominus nõ peccat mortaliter ſm̄ Augꝰ.

¶ Preterea. veritas que eſt virtus moralis requirit veritatem ſm̄ omnes circumſtantias. ſed difficile eſt ſm̄ omnes circumſtantias ↄſiderare factum. de quo fert teſtimonium. graue eſt ergo dicere ꝙ omne falſum teſtimonium ſit mortale peccatum.

¶ In ↄtrium eſt. quia tranſgreſſio diuini ꝑcepti peccatũ mortale eſt. ſed papa nõ pōt diſpenſare in diuinis ꝑceptis ergo non pōt diſpenſare vt falſum teſtimonium non ſit peccatũ mortale.

¶ R̄. dicendum ꝙ falſum teſtimonium ex ſe dz eſſe mortale peccatum. qꝛ eſt ↄ dei iuſticiam ⁊ ↄ iuſtum iudicium. Scribit. n. Ro. j. ꝙ cum iuſticiam dei cognouiſſent non intelligẽtes ipſam. ſed potius ↄ eam agentes digni ſunt morte. Illud autem ↄtingit tripliciter.

¶ Primo. qñ homo ꝓfert falſum teſtimoniũ in his que ſunt fidei ⁊ in his que ſpectant ad ſacram ſcripturã ſicut multi faciunt vt videant ſapientes. ↄ quos ſcribit. Iob. iij. Nunquid deus indiget noſtro mendacio. vt ꝓ illo loquamini dolos.

¶ Secundo. qñ quis ꝓfert falſuꝫ teſtimoniũ ↄ iuſticiam ꝓximi vt ex tali teſtimonio iuſticia ꝓximi ꝑdatur ⁊ occultetur. quod ꝓhibet ſpiritus ſanctus quando ait. Noli mentiri aduerſus ꝓximum tuum.

¶ Tertio. qñ quis ꝓfert teſtimonium ↄ iuſticiam ſuam met. Et hoc vel ex nimia humilitate: cum in ↄfeſſione dicit ſe feciſſe quod non fecit. de quo dicit augꝰ. ꝙ ſicut ſummo ope cauendũ eſt ne homo taceat qđ homo fecit ſic cauenduꝫ eſt ne dicat quod non fecit. vel ex aliq̄ vtilitate cum homo mentit alicui volendo aliquid ↄſequi ab ipſo. Omnibus iſtis modis falſum teſtimonium eſt peccatum mortale. nec in hoc cadit diſpenſatio.

¶ Ad primum ꝰ dicẽdum: ꝙ ſi alicui fieret iniuſticia ⁊ falſo modo iudicaret poſſet quis ſine peccato ad reuelandum iuſticiã eius falſum teſtimonium dicere qꝛ lꝫ diceret falſum non tñ falſe nec ↄ ꝓximum vt tolleret ꝓximo iuſticiaꝫ immo vt ſeruaret ei. Tamen qꝛ teſtis iuratus admittit vt dicat veritatem puto ꝙ in tali caſu mentiri non dꝫ quãuis. n. mortaliter nõ peccaret. qꝛ mendacium non diceret in nocumentum ꝓximi. peccaret tñ qꝛ ꝑiurium incurreret.

¶ Ad ſecundum eſt dicẽdum: ꝙ ſcd̄m augꝰ. in Enche. xv. c. q̄tuor modis contingit hominẽ falli.

¶ Primo namꝗ magno malo quis fallitur: cum non credit illud quod ad vitam ducit eternam.

¶ Secundo ꝑuo malo aliquis fallitur qui falſum ꝓ vero approbando aliquid patit ab ipſo: puta cum quis bonũ hominẽ putat q̄ malꝰ eſt ⁊ ab eo aliquid mali patit.

¶ Tertio. nullo malo quis fallit: qñ aliquis malum hominem ita bonum credit vt nil mali paciat ab eo. non. n. in tali cadit illa ꝓphetica deteſtatio. Ve vobis qui dicitꝭ malum bonum ⁊ bonũ malum. qꝛ de ipſis rebus q̄bus homines mali ſunt non de ipſis hominibus intelligendum eſt ſm̄ ꝙ ibi dicit Augꝰ.

¶ Sed quarto nõnullo etiam bono quis fallitur qñ ipſm hominem dicit bonũ quem putat eſſe caſtum nec ſcit ipſm adulteꝝ. Dato ꝙ ↄtriuꝫ ſit. non. n. fallit in doctrina rerum bonarum: ⁊ malarum. ſed in occultis humanoꝝ moꝝ.

¶ Ad tertium ꝰ eſt dicẽdum ꝙ non oꝫ falſum teſtimonium ferẽtes omnes circumſtãtias circumſpicere ſed illas dũtaxat que habent iudicem de veritate informare puta de loco ⁊ tp̄e. Dicit. n. Hugo ſuꝑ yſa. ꝙ in teſte deberet eſſe ſciencia iuris: memoria facti ⁊ intentio boni. ⁊ tunc ſm̄ augꝰ. in li. de ciui. dei. vbi par eſt numerus teſtium ꝓ rei abſolutiõe ⁊ damnatione: reꝰ abſoluendus ẽ ⁊ non ↄdemnandus.

Ad ſecundum ſic ꝓcedit. videt. n. ꝙ papa diſpenſare poſſit ꝙ mendaciũ non ſit peccatum mortale. Dicit. n. augꝰ. ꝙ peccatum eſt voluntarium ſed mendacium cõſiſtit in ratione non in voluntate. ergo non eſt peccatum.

¶ P̄. lex humana iniuſta nõ eſt ſed talis lex cõcedit vt ↄhentes ſe poſſint decipe citra medietatem iuſti precij. Si ergo licet fallere licet mentiri.

¶ P̄. Ambro. dicit ꝙ non ſolum in ꝟbis ſed etiam in factꝭ ſimulatis mendacium eſt. ſed non omne mendacium in factis ſimulatis eſt peccatum: quia aliqñ ſimulatio bona eſt. Simulauit. n. Dauid ſe eſſe furioſum. j. Reg. xxj. nõ ꝰ omne mendaciũ eſt pcc̄m mortale.

¶ In ↄtrium eſt. qꝛ omne qđ nõ eſt a deo pcc̄m eſt. Sed yſido. dicit in li. de ſynonimis: ꝙ omne mendacium ſummo ope cauenduꝫ eſt. quia omne pcc̄m non eſt a deo.

¶ R̄. dicendum. ꝙ ſm̄ augꝰ. xv. de trini. verbum exterius ſonans in auribus auditoꝝ ſignum quoddã medium eſt ꝟbi interius latentis ⁊ ipſius rei exterius exiſtꝭ. Habet ꝰ ꝟbum triplicem ↄparationem. vnam ad rem ſigtam. aliã ad ꝓferentẽ. ⁊ tertiam ad audientẽ. Nam ad rem ſigtam hanc ↄparationem hꝫ. vt reꝫ ſicut vere eſt ſic vere ſignificare valeamus. ad ꝓferentẽ ꝟo hꝫ hanc ↄparationem. ſ. vt affectum noſtꝝ vel

conceptum vere ſicut eſt alteri exprimamus. ad audientem ſic ↄparatur: vt eius mentem ꝑ ſigna ad veritatꝭ cognitionē excitemus. omnis autem͂ mentiens iſto triplici bono ⁊ iſta triplici vtilitate: verbum ſuum priuare intendit. nam intendit ſignificare rem aliter ꝙ̄ ſit ⁊ exprimere ↄtrium eius quod non ſentit ⁊ ad falſum excitare animum eius q̄ audit ſed non pōt verbum hoīs carere rei vera ſigtione. ⁊ loquentis vero expſſione. ⁊ audientis vera informatione abſq; pctō. cū apl's dicat. Loquimini veritatem vnuſq̄ſq; cū ꝓximo ſuo q̄m ſumus inuicem mēbra. Omē igit͛ mendacium iniuſtum eſt ⁊ peccatum. nec in h̄ cadit diſpenſatio.

¶ Ad primum ḡ ē dicēdum ꝙ mēdaciū ē falſa vocꝭ ſigtio cum intentione fallendi. Intētio vero non eſt rationis tm̄ nec voluntatꝭ tm̄: ſ; rōis eſt vt dirigentꝭ. voluntatꝭ vero vt exequentꝭ.

¶ Ad ſecundum ē dicendum ꝙ ſm̄ legē hūanam ↄhentibus ſe mutuo ꝑmittit͛ decipe. qꝛ ꝑ talem deceptionem ↄtractus nō reſcindit͛. q̄ facꝰ ↄ legem ſ; non ꝑmittit͛ ſm̄ legē diuinam͂ qꝛ peccatum ē. Multa. n. ꝑmittit lex humana q̄ ꝑ diuinam legem ꝓhibent͛. vt ſupradictum eſt per auguſtinum.

¶ Ad tertium eſt dicendum. ꝙ̄ omne mendacium in factis ⁊ verbis ſimulatꝭ eſt pctm̄ non tm̄ ↄuertit͛ ꝙ omnis ſimulatio ⁊c̄. Eſt. n. duplex ſimulatio. Una cautele ⁊ prudentie qua verum interdum prudenter celat͛. ⁊ iſta eſt licita ⁊ ſine mendacio. Alia deceptionis ⁊ fraudulentie: q̄ falſum intendit͛. ⁊ iſta ē illicita ⁊ cū mēdacio

Ad tertium ſic ꝓcedit͛. videt͛. n. ꝙ papa poſſit diſpenſare ꝙ liceat mentiri mendacio officioſo vel iocoſo. qꝛ non vituperat͛ Abraham qui vxorem ſuā ſaram ſororem͂ ſuā eſſe dixit. Gen̄. xx. ꝓpter euaſionem mortꝭ. Nec Iehu qui ꝓ cultore dei ampliatōe ſe velle colere Baal ſimulauit ⁊ oēs cultores eius interfecit. iiij. Reg. x. Nec obſtetrices q̄ officioſo mendacio paruulos hebreorum ſeruauerunt. Exodi. ij.

P̄. mendaciū eſt falſa vocꝭ ſignatio cū intentōe decipiendi. ſed iocoſe mentiēs non intēdit decipe. licet ḡ iocoſe mentiri.

¶ P̄. maius malum eſt homicidiū ꝙ̄ mendacium: ſed ꝓ aliqua vtilitate vel neceſſitate hominum homicidium licite pōt fieri. ergo multo magꝭ mendacium.

¶ In ↄtrium eſt quod ſcribit͛. Eccle. vij. Noli velle mentiri omne mendacium.

¶ R. dicendum ꝙ iſtā q̄ōnem ptractat augꝰ. in Enche. xviij. c. vbi dī aliquos ſenſiſſe ad hominis iuſti officiū ꝑtinere aliq̄n mentiri. maxime de rebus ꝑuis ⁊ de rebus ad dei culturā ꝑtinētibus. Mihi aūt vt ait videt͛ peccatū eſſe omē mendaciū. Sed multū intereſt vt dicit quo aīo ⁊ de q̄bus rebus quiſq; mentiat͛ qꝛ nō ſic peccat ille qui mentit͛ animo ↄſulendi. ſicut ille q̄ mentit͛ voluntate nocendi vt qui viatorē mentiendo in diuerſum͂ iter mittit. ſicut qui vite viā mendacio fallente deprauat. Nec vt ait mentiens iudicādus eſt qui dicit falſum qḋ putat eſſe verū. Talis. n. nō fallit ſed fallit͛.

¶ Sciendum eſt ḡ ſm̄ intentionem Augꝰ. ibidem ꝙ q̄dam ſunt mala opa ex gn̄e opis ꝓpt͛ indebitam materiā vt occidere hominē. Quedam vero ꝓpter indebitā circumſtantiā. vt celebrare miſſam ſumpto prādio. Quedā vero ꝓpter indebitum finem. vt dare elemoſinā ꝓpt͛ vanā gloriam. Primum genus maloꝝ pōt aliq̄n ſine peccato fieri: qꝛ materie indebite pōt addi debita circumſtātia vt homini pōt addi maleficus. Scdm̄ genus maloꝝ pōt fieri ſine peccato: qꝛ circumſtātia mala pōt remoueri. ſ; tertium genus maloꝝ q̄ importat actualem deordinationem ⁊ ꝑuā intentionē in finem. ſ; pōt ſine peccato fieri eo ꝙ actuali intentioni ⁊ deordinationi finis ↄtria ſit͛ ineſſe non pn̄t. Cū igit͛ mendaciū includat in ſua diffinitione intētionem fallendi nunquam pōt bn̄ fieri: ⁊ nūq̄ diſpenſandum eſt ꝙ fiat.

¶ Ad primum ḡ eſt dicēdum: ꝙ Abrahā non fuit mentitus ſm̄ intentionem ſuā large. n. loquēdo Sara ſoror eiꝰ erat. Erat. n. ſoror loth filij Aram fratrꝭ abrahe vt dicit glo. Gen̄. xx. Iehu vero ampliando cultū diuinū commēdatus ē de fine quem intēdebat: nō de mō ꝑueniendi ad finē. vn̄ commēdatus eſt de vero: nō de mendacio. nec obſtetrices remunerate ſunt ꝓ mēdacio. ſ; ꝓ bn̄ficio benignitatis.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum. ꝙ mēdacium ē pctm̄ ꝓpter intentionē fallendi vel falſum aſſerendi: iocoſe vero mentiens ꝙ̄uis nō habeat intētionem decipiendi: hꝫ tm̄ intentionem falſum aſſerendi.

¶ Ad tertium eſt dicendum. ꝙ ꝙ̄uis homicidium maius peccatum ſit in gn̄e ꝙ̄ mēdacium: non tm̄ importat ſꝑ intentionem malā opantꝭ: ſicut mendaciū. vn̄ quātitatiue maius ē: ſ; q̄litatiue non: nec ꝓ aliq̄ vtilitate mētiendum eſt. Dicit. n. Augꝰ. j. de doctrina xp̄iana. c. xiij. Ut nullus mentiēs in eo ꝙ mentitur ſeruat fidem. Nam hoc vult vt cui mentit͛ fidem ſibi adhibeat quam tamen mentiēdo ei non ſeruat. ſed omnis fidei violator iniquus eſt. Omnis. n. iniquitas eſt inutilis. ergo omne mendacium inutile eſt.

Ad quartum ſic ꝓcedit͛. videt͛. n. ꝙ papa poſſit diſpenſare ꝙ inferendo teſtimonium nō interueniat iuramentum͂. qꝛ quod eſt de ſe ↄfirmatū non indiget ↄfirmari ſed verū teſtimoniū dicere eſt pceptum dei ꝑ ſe confirmatum. non ḡ indiget alio ↄfirmari.

¶ P̄. papa non dꝫ inducere aliquē ad pctm̄. Sed dicit augꝰ. ꝙ ille qui ꝓuocat aliquem ad iuramentū: q̄uis ille qui iurat ſi bn̄ vtit͛ iuramento non peccet. a malo tm̄ eſt illius cuius infirmitate cogitur iurare.

¶ P̄. que ſunt idem vnū non ↄfirmat͛ ꝑ aliud ſed ſicut ꝑiuriū ⁊ falſum teſtimoniū idem eſſe videntur ſic teſtimoniū verum ⁊ iuramentū verum idem ſunt.

¶ In ↄtrium eſt: qꝛ Iacob Gen̄. xxxi. teſtimonium ⁊ ꝓmiſſionē Laban ſoceris ſui ꝑ iuramētum ↄfirmatū habere voluit.

¶ R. Dicendum ꝙ teſtimonium hominis vel inducit͛ in iudicio vel ex iudicium. Si ex iudicium ꝓfert͛ nō eſt iuramento ↄfirmādum. ſed ſimpliciter ꝓferendum. In ſimplici. n. teſtimonio vitandum eſt iuramentum ne incurrat͛ periurium. Sed ſi teſtimonium in iudicio inducit͛ conuenienter imponit͛ iuramentum. Inducit͛ namq; teſtimonium in iudicio ad tollendū cōtrouerſiam inter hominem ⁊ hominē. Sed ſecundum aplm̄ ad Hebre. vj. Homines ꝑ maiores ſuos iurāt ⁊ omnis ↄtrouerſie coꝝ ad cōfirmationem veritatꝭ finis ē iuramentū. In oī ḡ teſtimonio adducto in iudicio interuenire debet iuramentum vt teſtes non admittantur in iudicio niſi iurati.

¶ Ad p̄mum ḡ eſt dicēdum: ꝙ homines maxime timēt pctā incurrere que ſunt ↄ deū tanquā ꝑuiſſima. non aūt iſta abhorrent pctā q̄ ſunt ↄ ꝓximū. Ideo ad maiorem certitudinē teſtimonij requirit͛ teſtium iuramētum.

¶ Ad ſcd̄m eſt dicēdum: ꝙ ſi inducēs ad iuramentum ſit ꝑſona priuata ⁊ ſciat eū falſum iuraturum. peccat iuramentū reqrens tali pacto vt vincat homicidam vt dicit augꝰ. ⁊ ponit͛. xxij. q. v. Sed ſi eſt ꝑſona publica ſi ſciat teſtē iuraturum falſum. dicunt aliq̄ ꝙ nō peccat iuramētum requirens. qꝛ non eū ipſe cogit iurare ſ; lex qꝛ tm̄ ex falſo teſtimonio iniuſta ⁊ falſa ſentētia ſubſequit͛ ⁊ totū iudicium ꝑuertit͛ puto ꝙ potius debent ſuo officio cedere ꝙ̄ tale iuramētū reqrere: niſi forte ꝓpter ſcandalū vitādum.

¶ Ad tertium dī. ꝙ lꝫ materialit͛ poſſet eē idē ꝑiurium ⁊ falſum teſtimoniū. eo ꝙ oē ꝑiurium eſt falſum teſtimonium ⁊ mendacium. aliter iurās nō peccaret vel deieraret niſi mentiret͛ ⁊ falſum diceret. non tm̄ omne falſum͂ teſtimoniū eſt ꝑiuriū: qꝛ non omne falſum teſtimoniū vel mendaciū eſt iuramento firmatum.

# Queſtō. lvi. de diſpenſatione noni precepti.

Tertius conſiderādum ē de diſpenſatione noni p̄cepti. Circa qḋ querunt͛ quattuor.

¶ Primo. vtrum papa poſſit diſpenſare in ↄcupiſcētia rei aliene auctoritate legꝭ moſayce.

¶ Secundo. vtrum papa poſſit diſpenſare in concupiſcentia rei aliene auctoritate legis euāgelice.

¶ Tertio. vtꝝ papa poſſit diſpēſare in ↄcupiſcētia rei aliene auctoritate legꝭ humane.

¶ Quarto. vtrum papa poſſit diſpenſare: ꝙ concupiſcentia rei aliene non ſit peccatū mortale.

Ad primum ḡ ſic ꝓcedit͛. videt͛. n. ꝙ papa pōt diſpenſare auctoritate legꝭ moſayce in ↄcupiſcētia rei aliene. Nā interior ↄcupiſcētia non cohibet͛ niſi ꝑ auxiliū grē dei: ſ; lex moſayca nō ↄferebat grām͂. Scribit͛. n. ad Hebre. vij. ꝙ nihil ad ꝑfectū adduxit lex. auctoritate ergo illius legis rei aliene concupiſcētia non ꝓhibetur.

¶ P̄. lex noua ꝑfectior ē veteri lege. ſ; in h̄ ponit͛ ꝑfectior qꝛ cohibet animū ⁊ manū. illa autem ſolum manū ſ; nō animū. ↄcupiſcentia ḡ non ꝓhibet͛ auctoritate illius legꝭ.

¶ P̄. illa lex q̄ nō iudicat hominem niſi ꝑ auditum ⁊ facta exteriora nō cohibet interiorem cōcupiſcentiā. Sed lex moyſi ſolū iudicabat ſm̄ auditū ⁊ exteriora facta. Scribit͛. n. Ioh̄. viij. Nunquid lex vr̄a iudicat hominē niſi ꝑ͛us audiuerit ab ipo ⁊ cognouerit q̄d faciat

¶ In ↄtrium eſt apl's. Ro. vij. Ego ↄcupiſcentiam neſciebā niſi lex diceret: nō ↄcupiſces.

¶ R. Dicēdū: ꝙ legē moſaycā ꝓhibuiſſe ↄcupiſcentiā rei aliene dupl'r pōt intelligi

¶ Primo quātum ad legiſlatoris intentionē ⁊ expſſionem.

¶ Secundo quātum ad pene tranſgreſſorum taxationem ⁊ impoſitionem. Primo mō planum eſt ꝙ lex moſayca concupiſcentiam ꝓhibuit. quod multipliciter patet.

¶ Primo: qꝛ lex illa a deo data fuit. vt pꝫ exodi. xx. Sed deꝰ plus diligit mundiciā cordis ꝙ̄ opis. ḡ deus in lege non ſolū aliene rei actualem acceptionem. verū etiā inordinatā cogitationem accipiendi ⁊ ↄcupiſcēdi ꝓhibuit. vn̄

dicit Aug. in li. de .x. cordis. Tangas nonā cordā ⁊ interficiſ beſtia cupiditatis.

¶ Secundo. qꝛ omnia p̄cepta illius leg̃ tam affirmatiua ꝙ̄ negatiua inducebant hominem ad opa virtuoſa. ⁊ maxime ad dilectionē dei ⁊ ꝓximi q̄ eſt forma omniū virtutum. Sed opatio virtuoſa mag̃ ꝯſiſtit in interiori cogitatōe: ꝙ̄ in exteriori opatione. Non. n. dr̄ quis iuſtus ex hoc ꝙ opa iuſta opatur. ſed ſi iuſte ⁊ animo iuſto intendat.

¶ Tertio. qꝛ illud p̄ceptum. Non ꝯcupiſces domū nec rem ꝓximi tui: ita vt noīe domus intelligatur ꝓhibita ꝯcupiſcentia boni vtil ⁊ boni honorabilis inter alia p̄cepta illius leg̃ numeratur ⁊ vult Aug. in li. de .x. cordis. ꝙ non furari ⁊ non ꝯcupiſcere rem alienā ſint duo p̄cepta leg̃. Sed ſecundo mō verū eſt ꝙ lex Moyſi non ꝓhibuit ꝯcupiſcentiā nec cohibuit animū ſed manū. qꝛ ꝓ pctō interioris ꝯcupiſcētie penam non taxauit nec impoſuit. ſicut taxauit penam ꝓ pctō exterioris opis oculū ꝓ oculo. dentem ꝓ dente. quinq̄ boues ꝓ vno boue. quatuor oues ꝓ vna. ⁊ ſic intelligiſ ꝙ lex moyſi cohibebat manū ⁊ non animum.

¶ Ad p̄mum ergo eſt dicendū ꝙ argumentū non arguit legē moyſi ꝯcupiſcentiā interiorem non ꝓhibuiſſe. ſed bñ arguit grāꝫ ad ꝯcupiſcētiam vitandā non p̄ſtitiſſe duꝫ ex hac lege illa lex dicebaſ occaſionaliter occidere: qꝛ ꝯcupiſcētiam ꝓhibendo notificabat ⁊ gratiā adiutricē ad vitandum non ꝯferebat.

¶ Ad ſecundū eſt dicendum: ꝙ non dr̄ lex euangelica pfectior veteri ꝓpter ꝓhibitoꝝ pluralitatem. qꝛ ſic ꝓhibebaſ manus ⁊ animus ibi ſicut hic. ſed ꝓpter adiutricem caritatem que hic cōfertur ⁊ ibi non.

¶ Ad tertium eſt dicendū ꝙ illud verbū intelligiſ de iudicio exteriori quantū ad pene tp̄alis taxationem. ſecundū quē modū verū ē ꝙ lex illa non iudicabat aliquē p interiorē cogitationeꝫ ſed p exteriorem opationem.

Ad ſecundum ſic ꝓceditſ. videſ. n. ꝙ papa in ꝯcupiſcentia rei aliene poſſit diſpenſare auctoritate leg̃ euangelice. qꝛ ſcribiſ Math. vij. Nolite iudicare ⁊ nō iudicabimini. quod de interiori intentione vel cogitatione intelligitur eſſe ꝓhibitū. non eſt ḡ ꝓhibita ꝯcupiſcentia rei aliene in euangelio. ex quo nullus p eā eſt iudicādus.

¶ P. ſuper illo verbo. j. ad Chor. iiij. Nolite ante tp̄s iudicare dicit glo. ꝙ hic neſciſ quis ſit dignus laude vel vituperio. ſed in die iudicij laus erit bñ agenti vel cogitanti.

¶ P. dicit augꝰ. in li. de peni. ꝙ nos in quenq̄ ſententiā inferre nō poſſumus niſi ſponte ꝯuictum vel ꝯfeſſum. Pro ꝯcupiſcētia ḡ interiori non taxatur pena in lege euangelica ſicut in lege moſayca.

¶ In ꝯtrium eſt aug. ſup illo v̄bo. Math. v: Non veni ſoluere legē ſed adimplere. vbi ait ꝙ chriſtus legem pfecit ⁊ impleuit. qꝛ ſupra p̄ceptum legis exterius opus ꝓhibentiſ additionem fecit de ꝓhibitione actꝰ interioris peccati.

¶ R. Dicendum: ꝙ ꝯcupiſcentia ꝓhibita i lege euangelica in duobus differt a ꝓhibitione ꝯcupiſcentie in lege veteri.

¶ Primo. qꝛ hic ꝯfertur gratia iuuans ad vitandum ipam: ibi autem non.

¶ Secundo. qꝛ hic taxaſ pena ibi aūt nō taxabatur. quod pꝫ de homicidio ꝓ quo taxauit lex moyſi penam talionis vt occidens occideretur: Sed lex xp̄i. Math. v. ꝓ interiori ira ⁊ rancorem ꝓximi taxabat penā eternā dicēs. Omis qui iraſciſ fratri ſuo reus erit iudicio eterno. ſ: vt ſicut xp̄s gloriam eternā ꝓmittit in lege euāgelica obſeruantibꝰ ipam. ſic tranſgreſſoribus eius eternā penam taxat. Lex aūt moyſi bona ſolum tp̄alia ꝓmittebat obſeruatoribus eius vñ ſolum penā tp̄alem tranſgreſſoribus imponebat ac p h̄ cogitata ⁊ peccata interiora non poterat punire q̄ humana ⁊ tp̄ali pena puniri non pñt niſi cū in iudicio fuerint nota ſm allegata ⁊ ꝓbata. conuenienter aūt lex xp̄i eternam penā taxat ꝓ ꝯcupiſcentia inordinata rei aliene ꝓpter ſex mala que ex ipa cupiditate ⁊ ex inordinata ꝯcupiſcentia oriuntur.

¶ Primum ē appetitus ſatiabilitas.
Scōm ē appetentiſ penalitas.
Tertiū eſt rex appetitaꝝ inutilitas.
Quartū ē iuſticie peruerſitas.

¶ Quintū ē. qꝛ ex ipa ſuffocaſ charitas.
Sextum eſt omnis iniq̄tas qꝛ dicēte apl'o: eſt radix omnium maloꝝ.

¶ Ad p̄mum ḡ ē dicendum ꝙ ibi ꝓhibeſ iudicium temerarium ſm Aug. illa. n. facta q̄ dubium ē quo animo fiant non debemꝰ temerarie iudicare ſed ſemp in meliorē ptem interp̄tari. Sed de his que non pñt bono aīo fieri: ſicut ſunt ſtupra ⁊ blaſphemie nobis ꝓmittiſ iudicare ⁊ eternā penā eis indicere.

¶ Ad ſm ⁊ tertiū ē dd. ꝙ apl's ⁊ aug. loquūſ de peccatiſ occultiſ q̄ ſoli deo iudicāda relinquūſ q̄bus etſi eterna pena p legē euangelicā taxaſ. tp̄aliter tñ hūano iudicio puniri non pñt: niſi fuerint ſponte ꝯfeſſi vel ꝯuicti.

Ad tertium ſic ꝓceditſ. videſ. n. ꝙ papa non poſſit diſpēſare in ꝯcupiſcētia rei aliene auctoritate leg̃ humane qꝛ ſm philoſophum intentio legiſlatoris eſt inducere ad virtutē. Sed virtus p̄ncipaliter ꝯſiſtit in interiori animo ꝙ̄ in exteriori ope. Ergo principaliter magis lex humana cohibet animum ꝙ̄ manum.

¶ P. lex hūana iuſta ē. aliter ſm Aug. lex dicenda non eſſet. Sed iuſticia eſt in volūtate interiori. Dicit. n. iuriſconſultus ꝙ iuſticia ē conſtans volūtas ius ſuū vnicuiq̄ tribuēs. mag̃ ḡ lege hūana cohibeſ animus ꝙ̄ manus.

¶ P. iuriſconſultus ponit ꝙ lex ciuilis ex nālī ⁊ diuina lege ꝯpoſita eſt. Sed tam lex diuina ꝙ̄ naturalis cohibet animum ⁊ manum. vt ſupradictum eſt.

¶ In ꝯtrium eſt. qꝛ lator leg̃ humane ē homo Sed ſcribitur. i. Reg. xvi. Homo videt que foris parent. deus autem intueſ cor. non ergo ſpectat ad humanam legem cohibere animuꝫ ſed ſolum manum.

¶ R. Dicendum ꝙ lex humana in puniendo tranſgreſſores in tribus videtur differre a lege diuina.

¶ Primo. quantū ad punitionē: qꝛ lex diuina oīa mala vniuerſaliter punit ⁊ docet eē puniēda. ſed lex hūana multa mala permittit ⁊ multa impunita relinquit que p legē diuinam puniunſ. vt dicit Aug. i. de li. ar.

¶ Secundo quantū ad modi puniēdi explicationem. qꝛ lex humana ſolū punit dicta ⁊ facta non aūt cogitata. In cogitatōibus. n. hō ſubijcitur ſoli legi diuine. ſed in cogitationibꝰ: vt ꝓrumpunt in facta vel dicta hō ſubijciſ legi humane. vt ore duoꝝ vel trium teſtiū poſſit ꝯuinci ⁊ competēti ſeueritate coerceri.

¶ Tertio quantū ad pene impoſitionē. qꝛ lex humana imponit penā ſolum tp̄alem. Nō. n. plus pōt eſſe duratura pēa leg̃ ꝙ̄ ipa lex. Planum eſt aūt ꝙ humana lex eterna non eſt. h̄ ſolum in hac vita animali ⁊ ſenſibili ē duratura ſicut dicit Aug. Diuina v̄o lex imponit penā eternā ſicut ipa eterna eſt. Humana ḡ lex pro ꝯcupiſcentijs ⁊ interioribus peccatiſ trāſgreſſores non punit nec ꝓhibet. ⁊ in h̄ differt hūana lex a lege moyſi. qꝛ licet illa non taxet penā ꝓ interioribus ꝯcupiſcētijs ſaltē ꝓhibet q̄ñ dicit Nō ꝯcupiſces qd̄ non facit lex humana.

¶ Ad primum ḡ eſt dicendū ꝙ lex hūana bñ intendit ad v̄tutem inducere p cohibitionē penalem. nō tamen p penas cogit vel punit animum ſed ſolum manum.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum: ꝙ lꝫ iuſticia ſit in voluntate ſubiectiue: effectiue tamen p penas non cohibet interiorem cogitationem. ſed exteriorem opationem.

¶ Ad tertium eſt dicendum: ꝙ quamuis fundamentaliter lex hūana ex naturali lege ⁊ diuina ſit ꝯpoſita. eo ꝙ nulla lex iuſta pōt eſſe niſi ſupnaturali ⁊ diuino iure fundeſ. multa tñ addit ⁊ multa ſubtrahit vel relinquit q̄ per diuinam legem corriguntur.

Ad q̄rtum ſic ꝓceditſ. videſ. n. ꝙ papa non poſſit diſpēſare in ꝯcupiſcētia rei aliene ꝙ nō ſit peccatū mortale. qꝛ dicit Aug. ꝙ pctm̄ eſt appetere qd̄ iuſticia vetat: ſed iuſticia dei Exo. xx. vetat ꝯcupiſcere rē alienam. ergo ē peccatum mortale.

¶ P. in quocūq̄ non ē charitas: ibi ē peccatū mortale. cum ipa ſolū diuidat inſ filios regni eterni ⁊ filios pditionis eterne ſm Aug. Sed ſcribitur. j. Joh. ij. quicūq̄ diligit mundum ⁊ illud quod eſt in mundo quod ē ꝯcupiſcentia oculorum ⁊ ſuperbia vite. non ē charitas p̄ris in eo concupiſcentia ergo rei aliene ē peccatum mortale.

¶ P. Glo. ponit Exo. xx. Qꝛ p̄mum mandatū leg̃ ꝓhibet ſurreptionem. Secundum erroreꝫ Tertium ſeculi interficit amorē. Quartum impietatem. Quintū crudelitatem. Sextum fornicationem. Septimū rapacitatem. Octauū perimit falſitatem. Nonum mundi cupiditatem. Decimū adulterij cogitationem. Sed cupiditas eſt radix omnium maloꝝ. vt dicit apoſtolus. i. ad Thymo. vj. ꝯcupiſcentia ḡ rei aliene peccatum mortale ē.

¶ In ꝯtrium eſt. qꝛ ꝯcupiſcentia reꝝ viſibiliuꝫ q̄nq̄ inſurgit in nobis ex neceſſitate non ex voluntate. ſed non ē peccatum ſi voluntariū non eſt vt Aug. dicit.

¶ R. Dicendum: ꝙ ꝯcupiſcētiā rei aliene quātum ad p̄ñs q̄tuor modis pōt accipi.

¶ Primo: vt eſt nobis innata.
Scdō vt rationabiliter ordinata.
Tertio vt ē in nocumentū ꝓximi deliberata

¶ Et quarto vt eſt opere conſummata.

¶ Primo mō ꝯcupiſcentia non ē pctm̄ mortale ſed ſolū veniale. nobis nāq̄ nolētibus ꝯcupiſcit caro aduerſus ſpm̄. qꝛ. n. ſenſibilia ⁊ delectabilia audita vel viſa aut ymaginata ſemp ſe offerunt nobis ad cogitandū ⁊ ymaginādum de eis ⁊ caro ſubito inſurgit vt talia delectabilia cogitata ⁊ ymaginata audita ſeu viſa ꝯcupiſcat nec expectato rationis iudicio ⁊ deliberatione voluntatiſ. ideo talis ꝯcupiſcētia nō pōt eſſe pctm̄ mortale ex quo volūtaria non ē.

¶ Scdō ꝯcupiſcentia pōt eſſe rationabiliſ ordinata. vt ſiquis ꝯcupiſcat rem aliquā viſam: vtilem vel delectabilē ſeu honorabilē ſm dei mandatū. ⁊ ꝓpter bonū ⁊ v̄tuoſum finē ⁊ iuſto

ticulo non in nocumentum alterius: non ē tunc peccatū mortale ſed forte veniale. qꝛ eo ipo ꝙ animus implicat in cogitatione tēpalium retardat a feruore ſpūalium bonorum.

¶ Sed tertio ꝛ q̄rto mō ꝯcupiſcentia ſi ſit in 𝔡 tūm ētū ꝑmi deliberata. ꝛ ſi ſit ope ꝯ̄ dei mādatum: ꝛ ꝯ̄ caritatem ꝓximi ꝯſummata: pctīm mortale ē. Nā vt dicit Jaco. Peccatū cū ꝯſummatum fuerit gn̄at mortem. Conſummatū autem intelligit eſſe pctīm non ſolū ꝑ opis executionē. vez etiā ꝑ interioris ꝯſenſus deliberationem. Rationes autem in oppoſitum ſolute ſunt ꝑ diſtinctionem p̄dictam.

# ¶ Queſtio · lvii · de diſpenſatione decimi precepti ·

D Einde ꝯſiderandum ē de diſpenſatione decimi precepti. Circa quod queruntur quinq̄.

¶ Primo. vtrum papa poſſit diſpenſare auctoritate alicuius leg̃ ne carnalis ꝯcupiſcentia ſit peccatum mortale

¶ Secundo. vtrum vnquam cū aliquo ſanctorum fuerit diſpēſatum. vt eſſet ſine peccato carnalis ꝯcupiſcentie.

¶ Tertio. vtrum papa poſſit diſpenſare ꝙ cōſenſus in carnalem ꝯcupiſcentiam non ſit mortale peccatum.

¶ Quarto. vtrum papa poſſit diſpenſare: vt moroſa delectatio in carnali ꝯcupiſcentia nō ſit peccatum mortale.

¶ Quinto. vtrum papa poſſit diſpenſare: vt carnalis ꝯcupiſcentia aliquibus remedijs ex toto vitetur.

A D primum ſic ꝓcedit. videt. n. ꝙ papa poſſit diſpenſare auctoritate alicuꝰ leg̃: ne carnalis ꝯcupiſcentia ſit pctīm mortale. qꝛ quod nulla lege ꝓhibet diuina vel humana diſpenſabile ē. ſed ꝯcupiſcentia non ponit in gn̄e ꝓhibitoꝝ alicuꝰ leg̃. Nulla. n. lex p̄cipit impoſſibile. ꝯcupiſcentiam autem in nobis non inſurgere impoſſibile eſt. ergo hoc eſt diſpenſabile.

¶ P. illud cum quo naſcit homo ꝛ ꝯcipit: non ꝓhibetur aliq̄ lege ſed homo cum ꝯcupiſcentia carnali naſcit ꝛ ꝯcipit. iuxͣ illud Pſal. Ecce in ꝯcupiſcentia ꝯceptus ſum: ꝛ in peccatꝭ ꝯcepit me mr̄ mea. Diſpenſabile ḡ eſt q̄libet lege ne cōcupiſcentia ſit peccatum mortale.

¶ P. quod ſit ꝯ̄ ꝓhibitionem leg̃ peccatū eſt mortale. ſed primus motus carnalis ꝯcupiſcētie non ē pctīm. ḡ non ꝓhibet in lege diuina et ꝑ ꝯſequens ē diſpenſabile.

¶ In ꝯ̄rium eſt. qꝛ ſuper illo v̄bo. ad Ro. vij. Concupiſcentiā neſciebā niſi lex diceret. Non ꝯcupiſces. dicit glo. Bona eſt lex q̄ dum ꝯcupiſcentiam ꝓhibet omīa mala ꝓhibet.

¶ R. Dicendum: ꝙ ꝯcupiſcentia carnalis i nobis tripliciter pōt accipi.

¶ Primo: vt eſt inchoata.

¶ Secundo vt eſt per conſenſum rationis deliberata.

¶ Tertio: vt ē ꝑ corpus exteriꝰ ꝯſummata.

¶ Primo mō: vt ꝯcupiſcentia carnis ē in nobis inchoata: non ē in lege ꝓhibenda. qꝛ talis ꝯcupiſcentia inſurgit in nobis ex ſumptione ꝛ inchoat in nobis abſq̄ nr̄a voluntate. nec ē in noſtra ptāte ꝙ nō inſurgat. vn̄ non pōt lege tali q̄ ꝓhiberi. qꝛ lege ꝓhibet quod ꝑ nr̄am volūtatem poſſumus vitare. Eſt tn̄ talis ꝯcupiſcentia inchoata vel iniciata ꝓhibenda ne ꝓgreſſum faciat ꝛ ne tn̄ inſurgat ꝙ iudiciū rationis ꝑuertat. ¶ Secunda v̄o ꝯcupiſcentia q̄ eſt ꝑ ꝯſenſum rōis deliberata. hn̄ ē lege ꝓhibenda. qꝛ lex dat ſemꝑ habenti rōis vſum ꝛ liberū conſenſum. Vn̄ ex quo ꝑ rationis ꝯſenſum ꝯcupiſcentia q̄ inſurgit in nobis pōt approbari ꝛ nō approbari ꝛ ei ꝯſentire. Pōt ſimiliter talis cōcupiſcentia lege ꝓhiberi. ne ꝑ rōnem ſibi ꝯſentiatur ꝛ comprobet ſm̄ quez modū ꝓhibet qn̄ dr̄. Non ꝯcupiſces vxorem ꝓximi tui. Sed cōcupiſcentia ope exteriori ꝯſummata ē lege puniendia: qꝛ tunc pōt eſſe nota iudicio hūano: qn̄ ꝑ opus ꝯſūmata ē ꝛ ꝯpleta. ḡ ꝯcupiſcentia carnal̃ in nobis īchoata ē cohibēda. ꝑ ꝯſenſu3 v̄o deliberata ē lege ꝓhibēda. ſ ope ꝯſummata ē lege diuina ꝛ humana puniēda.

¶ Ad rationes ḡ oēs in oppoſitum ē. dr̄. ꝙ ſicut in nālibus q̄dam ſunt in gn̄e directe ꝛ complete. q̄dam v̄o indirecte ꝛ ꝑ reductionē. ſic in moralibus q̄dam ſunt in gn̄e ꝓhibitoꝝ ꝯplete ꝛ directe. ſm̄ quem modū ꝯcupiſcētia carnalis ꝑ ꝯſenſum deliberata ꝛ ope ꝯſummata intelligitur eſſe ꝓhibita qn̄ dr̄. Nō cōcupiſces. Que dam v̄o incōplete ꝛ q̄ſi inchoatiue: ſm̄ quē modum p̄mi motus concupiſcētie intelligunt eſſe ꝓhibiti cum dr̄. Non concupiſces. nō ꝙ tales motꝰ ꝓprie poſſint ꝓhiberi: ſ magĩ cohiberi: ꝓgreſſu3 faciāt. Magĩ. n. dr̄ dici refrenatio p̄moꝝ motuū cohibitio q̄ꝫ ꝓhibitio.

A D ſecundū ſic ꝓcedit. videt. n. ꝙ cum aliquo ſanctoꝝ diſpenſatū fuerit vt eſſet ſine peccato carnalis cōcupiſcētie. In quocunq̄. n. eſt ſpūſſanctus ibi peccatum concupiſcentie eſſe non poteſt. Sed de Johāne baptiſta ſcribit Lu. j. Et ſpiritu ſancto replebat adhuc in vtero matris exiſtente.

¶ P. dicit Augĩ. iij. de li. ar. Si laborioſum ē omnia commendare memorie hoc breuiſſimu3 tene quecunq̄ illa cauſa ē voluntatꝭ ſi non pōt ei reſiſti ſine peccato ei credit. Si autem poteſt non ei cedat ꝛ non peccabitur. ſi ḡ ꝑ aliquem ſanctoꝝ peccatum ꝯcupiſcentie vitari non potuit non fuit in eo peccatum.

¶ P. in quocunq̄ eſt peccatum ibi ē remorſus ꝯſcientie. Sed ſcribitur Job. xxvij. In ꝑſona eius iuſtificationem meam quam cepi tenere nō deſeram. Nec enim reprehendit me cor meum in omni vita mea.

¶ In contrarium eſt Augĩ. in libro de ꝑfectione iuſtitie.

¶ R. Dicēdum ꝙ hanc dubitationem mouet Augĩ. in li. de baptiſmo ꝑuuloꝝ. dicēs ꝙ aliud eſt querere an aliquis ſanctoꝝ poſt peccatum primorum parentū fuerit ſine peccato ꝯcupiſcentie. aliud an poſſit eſſe. ꝛ aliud an ſi poſſit eſſe cur non eſt. Nam ad primum articulum an fuerit. planum eſt ꝙ non p̄ter chriſtum ꝛ mr̄em eius. qꝛ vox ſanctorum eſt illa. Nō intres in iudicium cum ſeruo tuo. non. n. iuſtificabit in cōſpectu tuo omnis viuens. Vox ſimiliter ſanctorum eſt illa. Dixi confitebor aduerſum me: ꝛ tu remiſiſti impietatem peccati mei. quod p3: qꝛ ſtatim ſubdit. Pro hac puta in iuſticia vel remiſſione peccati orabit ad te omnis ſanctus i tempe oportuno. Vox etiam ſanctoꝝ eſt illa. Si dixerimus ꝙ peccatum nō habemus noſipſos ſeducimus. Vn̄ dicit ibi Augĩ. ꝙ illa centum q̄draginta quatuor milia ſanctoꝝ qui cu3 mulieribus non fuerūt coinq̄nati ꝛ q̄ ſine macula fuerunt an̄ thronū dei. ſcriptum ē de eis: ꝙ in ore ipoꝝ non fuit inuētum mendacium. q̄ tn̄ ſi ſe ipos dixiſſent fuiſſe ſine peccato mēdacium in ore eorum fuiſſet. ¶ Ad ſecundum v̄o articulum ſi non fuerit an poſſit eſſe. reſpondet ꝙ poſſet ꝑ grām dei coopante v̄o libero arbitrio. qꝛ nec mādatum eius ſine eius grā ſeruari pōt. Vnde cū ꝓpheta dixiſſet. Tu mandaſti mādata tua cuſtodire nimis. ſtatim adiunxit. vtinam dirigant vie mee ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas. ꝑ hoc dedit intelligere non eſſe in ptāte eius cuſtodire vel obſeruare mandata dei ſine directione grē diuine qꝛ nemo optat obtinere quod eſt in ſua ptāte facere. Sed ad tertium articulum ſi poſſet eſſe cur nō ē: nec fuit. Rn̄dit ꝙ 𝔥 deus ꝑmittit: ꝙ non ſit ꝓpter repſſionem hūane ſupbie ꝛ ꝓpter ꝯſeruatōem diuine grē. qꝛ dicente ap̃lo. v̄tus in infirmitate ꝑficitur. preter chriſtum ergo ꝛ matrem eius carnalem ꝯcupiſcētiam nullus ſanctoꝝ euadere potuit.

¶ Ad primum ḡ ē dicendum: ꝙ Augĩ. in li. de ꝑfectione iuſticie rn̄dens p̄mo articulo ſic ait. Quiſq̄s autem dicit poſt acceptā remiſſione3 peccatoꝝ. ita quemquā hominū iuſte vixiſſe in hac carne vel viuere: vt nullū omnino habeat peccatum. ꝯ̄dicit ap̃lo Johāni qui ait. Si dixerimus qꝛ peccatū non habemus: noſmetipos ſeducimus ꝛ veritas in nobis nō eſt. Non. n. ait habuimus ſ habemus. ꝙ ſi 𝔥 intelligit eē dictum de peccato originali ex p̄mis parentibus ꝯ̄ eoꝝ peccati deſiderijs p̄cipit ap̃ls. vt nō obediamus videat ſic dicens q̄d agat de dn̄ica oratione vbi dicimus. Di. mitte nobis debita nr̄a: quod niſi fallor non eſſet opus dicere. ſi nunq̄ vel in lapſu lingue vel oblectanda cogitatione eiuſdem peccati deſiderijs aliquātulum ꝯſentiremus ſed tn̄modo dicendum eſſet ne nos inferas intentationem. ſed libera nos a malo. Nec Jacobus ap̃ls diceret. In multis enim offendimus omnes. Quāuis ḡ beatus Johes in vtero matris fuerit repletus ſpūſancto. ꝑ cuiꝰ repletionem ꝯſecutus fuit peccati originalis remiſſionem. poſtmodum tn̄ ſine peccato actuali ipe ꝛ alij ſancti non vixerūt: ita vt ſibi ꝛ omnibus neceſſariū fuerit dicere. Dimitte nobis debita nr̄a. excepto. n. vno mediatore dei ꝛ hominum quiſq̄s vel fuiſſe vel eſſe i hac vita aliquem hominem vel aliquos homines putat quibus non fuerit vel ſit neceſſaria remiſſio peccatoꝝ actualium non ſolum originalis: contrarius eſt diuine ſcripture vt Auguſtinus expſſe ibi dicit.

¶ Ad ſecundum ē dicendū ꝙ Augĩ. ſoluit in ſupradicto libro argumentū factum. Querendū eſt inquid ꝑ quid efficit homo cū peccato carnalis ꝯcupiſcētie. ꝑ nature neceſſitatem. an ꝑ arbitrij libertatē. Si ꝑ nature neceſſitatē: culpa caret. Si v̄o ꝑ arbitrij libertatē q̄rendum eſt: a quo ipa3 libertatē arbitrij accepit. ꝛ planum ē ꝙ a deo a quo nullū pōt eſſe malū vel peccatū. Ad qḋ rn̄det ꝙ ꝑ arbitrij libertatē factum eſt vt eſſet hō cum pctō: qꝛ iuncta voluntate vicio in qḋ cecidit caruit libertate ita vt iā penalis vicioſitas ſubſecuta ex libertate fecit neceſſitatem vt hō neceſſario ꝯcupiſcat. nec ſibi imputat ꝙ ꝑ ſeipm̄ carnalem ꝯcupiſcentiā ac alia peccata vincere non pōt: ſ imputat ſibi ꝙ liberatorem de tali neceſſitate cū ꝓpheta nō inuocat dicēdo. De neceſſitatibꝰ meis educ me dn̄e. Nō. n. vt augĩ. dicit. iij. de li. ar. Imputat nobis ꝙ vulnerata membra geſtamus. ſed quod volentem

ſanare contemnimus.

¶ Ad tertium eſt dicendum: ꝙ Aug. in ſupradi
cto libro exponit illud verbum qualiter Iob nõ re
ꝑhendit cor ſuum in omni vita eius dicẽs. Et
quia iuſtus ex fide viuit: ideo fides beati Iob eius
vita erat. non ergo eũ reprehendit cor eius in tota vi
ta eius. puta in tota fide exquo per fidem ſemper
reprehendebat peccatum qđ habitabat in mem
bris eius ſed pugnãdo ſemper contra preceptum conuinci
tur ipſum habuiſſe peccatum. velle. n. bonũ age
re adiacebat ſibi per fidem ſed perficere nõ poterat:
ſine gratia chriſti. vt apoſtolus dicit ad Ro. vij

**A**D tertium ſic proceditur. Videtur. n. ꝙ pa
pa poſſit diſpenſare ꝙ conſenſus in car
nalem concupiſcentiam non ſit peccatũ
mortale. quia conſenſus in carnalẽ concupiſcentiã fini
tus eſt. ergo non põt aggrauare delectationẽ car
nalem in infinitum. cum ergo prius carnalis con
cupiſcentia eſſet venialis ante conſenſum. poſtmo
dum conſenſus non põt facere mortalem.

¶ Preterea. omne peccatum mortale eſt in lege diui
na prohibitum. ſed conſentire in delectationẽ car
nalem non inuenitur in lege diuina prohibitum.
non. n. prohibetur ſub illo precepto: Non mecha
beris. nec ſub illo. Non concupiſces. Ergo non
ẽ peccatum mortale.

¶ Preterea. conſenſus Eue in delectationem comeſtio
nis pomi ſine voluntate comedendi non fuiſſet
damnabilis: quia non propter hoc fuiſſet eiecta de
paradiſo. ergo nec conſenſus delectationis carna
lis in inferiori parte rationis eſt damnabilis.
nec mortalis.

¶ In contrarium eſt quod ſcribitur Math. v. Cui
viderit mulierem ad concupiſcẽdum eam: iam me
chatus ẽ in corde ſuo.

¶ R. Dicẽdum ꝙ hanc queſtionẽ determinat
Aug. in li. de ſermone dñi dicens ꝙ concupiſce
re põt tripliciter contingere.

¶ Primo ex ſuggeſtione. Statim. n. ex memo
ria vel ex viſu vel ex auditu aliquorum delectabi
lium ſecundum tactum vel guſtum ſuggeritur nobis ali
qua concupiſcentia.

¶ Secundo ex delectatione aliquantulũ conſen
tiendo: quia poſtmodũ in concupiſcẽtia illa ſugge
ſta per viſum vel per auditum ſtatim hõ incipit pe
cari et ſcintillari aliq̃ delectatione optãdo illam
hẽre quodã incompleto conſenſu nondũ delibe
ratione perhabita. vtrum ſint a deo prohibita:
vel non

¶ Tertio completo conſenſu vel completa delibera
tione. quia ſic conſentitur et deliberatur talis concupiſcen
tia ſiẽda. vt oportunitate data quãdocũque a deo
prohibita opere compleatur. Primis ergo duobus modis
ſecundum ꝙ dicit Aug. concupiſcentia non ẽ peccatum mor

tale quamuis ſit initium peccati. Sed tertio
mõ eſt peccatũ mortale. Vñ dicit Aug. nõ billi
ter chriſtum dixiſſe. Non omnis q̃ concupiſcit
mulierem ſed qui viderit mulierem ad concupiſcẽ
dum. puta hoc fine et hoc animo deliberato vt eam
concupiſcat qđ non ẽ iam ſcintillari delectatione
carnis. ſed deliberate conſentire libidini ytnõ re
frenetur illicitus appetitus ſed oportunitate data
ſaciet. Tunc. n. vt ait conſenſus concupiſcẽtie ẽ pec
catum mortale in corde etſi non in opere homi
nibus notũ. quia res concupita cui conſentitur accepta
tur ẽ contra deũ et contra prohibitionem eius.

¶ Ad primum ergo ẽ dicẽdum ꝙ conſenſus completus
quãuis in genere nature finitus ſit. in genere tñ mo
rum infinitus ẽ: quia mortalis. nec conſenſus talis
ẽ circũſtantia ſolũ aggrauans: ſed eſt cauſa delecta
tionem prohibitam complens. et directe ponit
eam in genere prohibitorum.

¶ Ad ſecundum ẽ dicẽdum: ꝙ in lege prohibetur
aliquid dupliciter. vel implicite vel explicite.
Sicut ergo per non occides prohibetur explicite homi
cidium operis. implicite vero homicidium volun
tatis. ſic explicite per non concupiſces prohibetur con
ſenſus operis. implicite vero conſenſus voluntatis.

¶ Ad tertium dicunt aliqui: ꝙ conſenſus eue cõ
pletus in delectatione comeſtionis pomi. non
ſolum comeſtio fuiſſet damnabilis quo ad pe
nam eternam: ſed etiã quo ad penã temporalem eie
ctionis de paradiſo qđ non puto eſſe verum:
Non. n. deus dixit. quãcumque hora volueritis co
medere ſed q̃cumque hora comederitis morte morie
mini. Comeſtio ergo illius pomi nõ erat mala ni
ſi quia prohibita. volitio tñ nõ fuit prohibita. ſed opa
tio. ideo volitio quãtumcunque completa puto ꝙ
nõ fuiſſet damnabilis. Dicendum eſt ergo ad ar
gumentum ꝙ non eſt ſimile de delectabilibus
ſenſus tactus et guſtus: quia delectabilia tactus
cũ pertineant ad luxuriam ideo ſunt prohibita quia
mala: ſed delectabilia guſtus non ſunt mala:
niſi ſint prohibita.

**A**D quartum ſic proceditur. Videtur. n. ꝙ pa
pa poſſit diſpẽſare: vt moroſa delecta
tio in carnali concupiſcentia nõ ſit mor
tale peccatum. Sicut. n. naturalia ſecundum philoſophum nõ
poſſunt mutare ſpeciem ſic nec moralia. ſed delecta
tio non moroſa põt fieri moroſa eadem nume
ro. cum ergo non moroſa ſit venialis: moroſa
non erit mortalis.

¶ Preterea. Delectatio. n. moroſa ẽ in rõne inferiori.
q̃ non põt a deo auerti vel in deum conuerti: cum
auerti vel conuerti in deum ſit ſolius rationis ſu
perioris. Sed peccatum mortale nunq̃ ẽ ſine
auerſione a deo. ergo moroſa delectatio nõ po
teſt eſſe mortale peccatum.

¶ Preterea. moroſa delectatio in bono per nos
operabili ſine conſenſu faciendi illud ſi adſit facul
tas: non ẽ meritoria vite eterne. ergo moroſa de
lectatio in malo ſine conſenſu faciendi non eſt
meritoria eterne pene.

¶ In contrarium eſt Aug. qui dicit ꝙ ſi diu peccatum
cogitationis delectatione teneatur. etiam ſi volũ
tas perficiendi deſit mortale ẽ: et pro eo totus ho
mo damnabitur

¶ R. Dicẽdum ꝙ moroſa concupiſcentia et com
placentia inſurgens in carne. vel põt dici mo
roſa temporis duratione vel conſenſus deliberatõ
ne. Primo mõ non cauſat mortale peccatum. quia ſi
duraret per vnã diem et homo ſemper diſſentiret: vel
complacentiã illam nõ acceptaret per rõis iudiciũ.
non eſſet tũc mortale peccatum. Iſto mõ Hiero. lo
quitur de mora inſurgentis carnalis concupiſcentie
in epiſtola ad Euſtachium loquẽs de ſeipſo dicit.
Memini me clamantẽ diem crebro cum nocte
iunxiſſe nec prius a pectoris ceſſaſſe verberibus
q̃ rediret in me increpante dño tranquillitas
Sed ſecundo mõ ꝙ concupiſcentia ſit moroſa conſen
ſus deliberatione. ita ꝙ tãdiu duret complacẽtia
illa donec ſibi conſentiatur plene et deliberate per
rationis iudicium et voluntatis imperium: tũc pu
to ꝙ mortale peccatum ſit quia plene completum eſt:
quãtum ad hominis deliberationem et quãtum
ad diuinam reputationẽ q̃ velle terminatum et
deliberatũ hominis pro facto reputatur.

¶ Ad primum ergo ẽ dicẽdum ꝙ delectatio moro
ſa et non moroſa quamuis materialiter eadem dici poſ
ſit. formaliter tñ non ẽ eadem. Verum ẽ. n. ꝙ mo
ra temporis in bono nõ mutat ſpẽm boni tñ mora
deliberãs mutat. quia deliberatum eſſe facit opus
meritorium quod ſine deliberatione factum nõ
eſſet meritorium

¶ Ad ſecundum ẽ dicẽdum: ꝙ rõ inferior quamuis nõ ha
beat deũ pro obiecto habet tñ deum pro fine vñ põt
hominem ab ipſo deo auertere. et in eum cõuer
tere tãquam in finem.

¶ Ad tertiũ ẽ dicẽdum ꝙ non ẽ ſimile de delecta
tione moroſa bõa. et de delectatiõe moroſa ma
la. quia cũ bonũ cõſiſtat ex integra cã ſecundum Dyoni.
plura requiruntur ad bonũ q̃ ad malum.

**A**D quintũ ſic proceditur. videtur. n. ꝙ papa
poſſit diſpẽſare vt carnalis cõcupiſcẽtia
aliq̃bus remedijs ex toto vincatur. Sicut
enim frenũ impoſitũ equo tollit impetũ eius: ſic
occupatio hoĩs circa diuinas laudes et eius orõ
nes ẽ quoddã frenũ hoĩs tollens malas cõcu
piſcẽtias ab eo. Sic. n. ſcribitur Yſa. xlviij. Laude
mea infrenabo te ne intereas. ergo dei laudatio ẽ
frenum retrahens hominem ab interitu carna
lis concupiſcentie.

¶ Preterea. dicit Hiero. in epiſtola ad Ruſticum mona
chum. Ama ſcripturarum ſtudia et carnis vicia nõ
amabis. Scripturarum ergo contẽplatio ẽ remediũ
contra concupiſcentias.

¶ Preterea. dicit Criſoſt. ſuper Matheum ꝙ abſciſſio
membri non ita cõprimit temptationes: nec ſic
tranquillitatem facit in aĩo ſicut cogitationũ bo
narum occupatio dicẽte apoſtolo. ad Philip. iiij.
Quecũque pudica: q̃cumque caſta: q̃cumque ſancta
q̃cumque amabilia: q̃cumque bone fame ſi q̃ virtus
ſi q̃ laus diſcipline hec cogitate. Bone ergo cogita
tionis occupatio eſt remedium auferens carna
lem concupiſcentiam.

¶ Preterea. Dicit Hiero. ad Ruſticũ monachũ. ſem
per aliq̃d boni operis facito vt te dyabolus inue
niat occupatũ quia multã maliciam docuit ocio
ſitas vt ſcribitur Eccl. xxxiij. Odium etiam ſuper
bia et ſaturitas panis fuit iniquitas ſodomo
rum. vt ſcribitur Ezechi. xvi. Ocij ergo remo
tio eſt remedium tollens carnalem cõcupiſcẽ
tiam.

¶ Preterea. ſuper illo verbo apoſtoli. i. ad Chor. vi. Fugi
te fornicationem dicit gloſa. ꝙ de alijs vicijs po
teſt expectari conflictus. ſed hanc fugite ne ap
propinquetis. quia aliter vinci non põt. Mu
lierum ergo remotio ẽ remedium vincens car
nalem concupiſcentiam.

¶ In contrarium ẽ Damaſ. li. iiij. c. xvij. vbi ait. ꝙ
impoſſibile eſt hominem aliquem neq̃quã car
naliter concupiſcere: quamuis. n. mitigari poſſit:
auferri tamen non põt. Et Sap. vij. ſcribitur ꝙ
aliter hõ nõ põt eſſe continẽs niſi deus det.

¶ R. Dicẽdum ꝙ carnalis concupiſcẽtia tan
quam hoſtis internus incluſus et familiaris in
imicus difficillime vitatur. Ideo ſancti multa re
media conati ſunt inuenire ad reprimendum ip
ſam: et preter remedia ſuperius adducta Hiero. in
epiſtola ad Euſtachium ponit quatuor reme
dia.

¶ Primum eſt particulariter in cogitationi
bus operationum carnalium animum non fi
gere. Quia cum particularia deſideria mul
tum moueant Statim caro inflammatur et ſen
ſualitas tota intenditur quia incenſa trahit ra
tionem et voluntatem ad conſenſum. ſicut ſpe
ra trahit ſperam.

¶ Secundum eſt ſtatim cum cogitatiõnes car
nalis concupiſcentie veniunt ad mentem: ip
ſas interficere. Unde ait. Ille laudatur et ille
predicatur beatus qui ſtatim cum inceperit cogi
tare interficit cogitatus et allidit eos ad petrã.
Petra autem erat chriſtus.

¶ Tertium eſt praua colloquia ꝯſortia ⁊ conuiuia mulierꝫ fugere. Unde dicit mulierꝫ colloquia officia ꝯſortia ſalutationes collocutiones tanꝙ q̄ſdam catheñas fugias voluptatū.

¶ Quartum ē diſcurſus ⁊ vagationes extoto ſpernere. vñ dicit. Caue ne domū exeas ⁊ velis videre filias regionis aliene. ſicut fecit Dyna filia Jacob qꝛ quāuis fratres habeas patriarchas ⁊ iſrahel patre letetis ſicut Dyna letabatur egreſſa tñ corrupta ē ⁊ violata. Et ſubdit nolo te q̄rere chriſtum ſponſum p plateas ⁊ angulos ciuitatꝫ ne forte inueniāt te vigiles ⁊ percutiant te ⁊ vulnerent ⁊ tollant palliū tuum. Iſta tñ remedia ⁊ alia ſuppoſita intelligenda ſunt eſſe iuuātia ⁊ ad mitigādum carnalē ꝯcupiſcentiā. non aūt ad omnia vitandū. qꝛ vitari non pōt ſine auxilio diuine grē. Et ſic pꝫ ſolutio rationum ſuppoſitarum.

# Queſtio. lviii. de diſpenſatiōe ſacramēti.

Unc ꝯſiderandū eſt de diſpēſatione ſacramentoꝝ. Circa quod q̄runt octo

¶ Primo. vtꝝ papa poſſit diſpenſare ꝙ aliqđ ſacramētum de nouo inſtituat.

¶ Secundo. vtꝝ papa poſſit diſpenſare ꝙ effectus ſacramēti alicui ꝯferatur ſine ſacramento.

¶ Tertio. vtrum papa poſſit diſpenſare in ſacramentorum forma.

¶ Quarto. vtrum papa poſſit diſpenſare ī ſacramentorum materia.

¶ Quinto. vtrum papa poſſit diſpēſare in ſacramentorum ritu.

¶ Sexto. vtrum papa poſſit diſpenſare in ſacramentorum numero

¶ Septimo. vtꝝ papa poſſit diſpēſare in ſacramentorum iteratione.

¶ Octauo. vtrum papa poſſit diſpēſare in ſacramentorum ordinatione.

Ad pmum ſic ꝓcedit. videt. n. ꝙ papa poſſit diſpēſare ꝙ aliqđ ſacm̄ de nouo inſtituat: qꝛ maiorꝭ ptāt ē papa ꝙ aliquis apłoꝝ pter Petruꝫ. ſ Jacobus apłs inſtituit ſacm̄ extreme vnctionis vt pꝫ Jaco. v igit multo fortius papa ſucceſſor Petri pōt ſacramentum aliqđ de nouo inſtituere.

¶ P. cū dꝫ p̄cedere effectū. ſ effecꝰ ſacri confirmatōis ē datio ſpūſſancti ad robur: ⁊ extreme vnctionis pticipatio future reſurrectōnis. añ ḡ datonē viſibilē ſpūſſancti ⁊ reſurrectionēꝫ xpi predicta ſacramēta non fuerūt inſtituta. ſ reliqua fuerunt apłis inſtituenda quorum caput fuit Petrus ꝯ ſucceſſor ē papa.

¶ P. Hugo li. ij. de ſacramentꝭ expſſe dicit ſacramentū extreme vnctōis ab apłis fuiſſe inſtitutū: ⁊ Beda dicit ſup illo v̄bo Math. vj. Eijciebāt apłi demonia: ⁊ vngebāt oleo multos egrotos ⁊ ſanabant. ⁊ hunc morē ſancte ecclie hñt traditū eſſe ab ipis apłis vt egroti vngāt oleo pontificali bñdictione ꝯſecrato.

¶ P. inſtitutio ſacramētorum facta a xpo exprimitur in euāgelio. ſed de inſtitutione aliquoꝝ ſacramentoꝝ nulla fit mentio in euāgelio. ḡ illorum inſtitutores fuerūt apłi. quoꝝ caput fuit Petrus p̄deceſſor pape.

¶ In ꝯtrium ē illud quod. j. ad Cho. j. Paulus ꝯfutat errorem illoꝝ q̄ inſtitutionem ſacramentorum petro ſibi ⁊ alijs apłis attribuebāt dicētes. Nunquid Petrus vel paulus crucifixus eſt ꝓ vobis aut in nomine petri aut pauli baptiçati eſtis.

¶ R. Dicēdum ꝙ ſacramēta noue legꝭ q̄tum ad pñs q̄tuor modis ꝯſiderare poſſumus.

¶ Primo q̄tum ad eoꝝ diffinitionem.

Secundo quātum ad ſacramenti veteris legis compationem.

Tertio q̄tum ad eoꝝ emanationem.

Et q̄rto q̄tum ad ſacerdotij tranſlationem.

Ex q̄bus omnibus patere pōt ꝙ ſacramētorum inſtitutio nō ꝯuenit pape nec alicui puro homini ſ ſoli xpo. Eſt. n. diffinitio ſacri vt dicit Hugo. j. li. p̄te. ix. corpale elementū ex ſilitudine repñtans ex inſtitutione ſignꝭ: ⁊ ex ſanctificatione ſpūalem grām ꝯtinēs. ita ꝙ ex ipa inſtitutione hꝫ grām cauſare. qꝛ efficit qđ ſigt. Et vt idem Hugo dicit. Repñtatio indita ē cuilibet ſacro p creatorē inſtitutio p̄o facta ē p xp̄m ſaluatorem. Sꝫ adminiſtratio fit p miniſtrū diſpēſatorem. ſicut ergo p ſolum chriſtum fit gratie collatio: quia veritas p Jeſum chriſtum facta eſt. ſic p ſolum chriſtum facta eſt ſacramētorum inſtitutio. ¶ Secundo hoc patet p comparationem eorum ad ſacramenta veteris legis. Non enim minoris efficacie ſunt ſacramēta noue legis quam veteris immo maioris. ſed de illis ſacramentis dicit Auguſtinus. vi. de ciui. dei. c. xi. Ut ſacramenta iudeorum cur vel quando inſtituta ſunt auctoritate diuina factum eſt. Et poſtmodum apoſtolo dei cui vite eterne miſterium reuelatum eſt tempore quo oportuit eadem auctoritate ſublata ſunt. ¶ Tertio iſtud declaratur per eorum emanationem. ¶ Nam illius eſt ſacramenta inſtituere: a quo virtus ⁊ efficacia ipſorum emanat.

Sed Augꝭ. exponens illud verbum Joh. xix. Unus militum lancea latus eius aperuit. dicit ꝙ vigilanti verbo euangeliſta vſus ē vt nō diceret. latus eius percuſſit aut vulnerauit ſ aperuit vt illic quodāmodo vite oſtium panderet vñ ſacra eccleſie emanarūt: ſine quibus ad vitam que vere eſt vita non intrat. Sicut ergo a ſolo chriſto virtus ⁊ efficacia ſacramentoꝝ emanauit. ſic ab ipo chriſto ſolum inſtitutio ſacramētorum facta eſt. Quarto iſtud pꝫ p ſacerdotij tranſlationem. Nam vt dicit apłs ad Hebre. viij. Omnis ſacerdos ⁊ omnis pontifex ad offerendas hoſtias ⁊ munera conſtituit. Illius ḡ eſt ſacramenta inſtituere ꝯ eſt ſacerdotiū trāſferre. qꝛ tranſlato ſacerdotio neceſſe eſt vt legis tranſlatio fiat. Sed ſolus xp̄s fuit tranſlator noui ſacerdotij ⁊ noui legꝭ. Ergo ſolus xp̄s noue legꝭ ſacramenta inſtituit.

¶ Ad primum ergo ē dicendum ꝙ nec Jacobus nec aliq̄s apłoꝝ aliqđ ſacm̄ inſtituit. ſed inſtitutū a xpo ꝓmulgauit.

¶ Ad ſecundum ē dicendum: ꝙ quāuis miſſio viſibilis ſpūſſancti non fuerit facta añ xp̄i aſcenſionem vel reſurrectionem. plena tñ miſſio ſpūſſancti ante fuit facta patribus veterꝭ teſtamenti. vt dicit Augꝭ. ij. de trinꝭ. Et planuꝫ ē ꝙ in ſacramento confirmationis quāuis ſpūſſanctus det ad robur: non tamen dat viſibiliter ſed inuiſibiliter.

¶ Ad tertium ē dicendum. ꝙ p apłos dr̄ facta eſſe ſacramentorum inſtitutio vel traditio: qꝛ p eos facta ē eorum ꝓmulgatio ⁊ adminiſtrationis executio. Quia. n. ſacramenta aliq̄ nō erāt de neceſſitate ſalutꝭ. ideo eoꝝ expſſionem ⁊ adminiſtrationis executionē non curauerunt enarrare euāgeliſte. ſicut fecerūt de alijs quāuis vt communiter ponit de ſacro confirmatōis fiat mētio. Math. xix. Ubi xp̄s puerꝭ manus impoſuit. ⁊ de ſacro extreme vnctōis. Math. vj. Et p hoc pꝫ rñſio ad q̄rtum.

Ad ſcḿ ſic ꝓcedit. videt. n. ꝙ papa poſſit diſpenſare ꝙ effecꝰ ſacramenti det alicui ſine ſacramēto: qꝛ effectus ſacramenti eſt remiſſio peccatorum. Sꝫ papa p communicationem indulgentie poteſt peccata remittere. ergo poteſt conferre effectum ſacramēti ſine ſacramento.

¶ P. xp̄s pōt effectum ſacramenti cōferre ſine ſacramento. qꝛ ptātem ſuam ſacramentꝭ nō alligauit. ſ vt dicit Cyrillus alexandrinus patriarcha tātam xp̄s ptātem contulit Petro quātam ipe habuit nihil ſibi retinendo. pōt ḡ papa conferre effectū ſacri ſine ſacro

¶ P. eandem ptātem hꝫ papa quam ⁊ apłi. ſ de apoſtolis ſcribitur Actꝭ. viij. ꝙ p impoſitiōeꝫ manuum dabant ſpiritumſanctum. eodem ergo modo poteſt papa conferre effectum ſacramenti ſine ſacramento.

¶ In ꝯtrium eſt. quia conferre effectum ſacramenti ſine ſacramento ptinet ad ptātem excellentie quam chriſtus ſolus ſibi retinuit ⁊ nulli alteri conceſſit.

¶ R. Dicēdum. ꝙ planum eſt xp̄m poſſe dare grām alicui ſine ſacramento. Dedit. n. gratiam Cornelio nondum baptiçato. Unñ dicit Augꝭ. in li. de baptiſmo. ⁊ ponit de cōſe. di. iiij. Mereto Centurio vel cornelius nondū baptiçatꝰ Symoni baptiçato anteponit. nam iſte ante baptiſmum ſpūſancto repletus fuit. Ille autē poſt baptiſmum inflatus eſt immundo ſpiritu Uerumtñ ſi iam ſpūſancto accepto Cornelius baptiçari noluiſſet contemptu tanti ſacramenti reus fieret. Hanc aūt ptātem xp̄s non conceſſit alicui homini puro ſ ſolum ſibi retinuit. vñ Augꝭ. in li. de conſenſu euāgeliſtoꝝ. ⁊ ſup Johannem ſoluēs illam cōtrouerſiam q̄liter Johānes baptiſta cognouit xp̄m ⁊ ignorauit. nā añꝙ ipm baptiçaret euꝫ cognouit eſſe dei filiū qñ dixit. Ego a te debeo baptiçari: ⁊ tu venis ad me. ⁊ qñ veniētibꝰ ad ſe dicebat. Poſt me venturus ē qui baptiçabit vos ſpūſcō ⁊ igne. Poſtmodum Joh. j. Sacerdotibus ⁊ leuitꝭ q̄rentibus teſtimonium de ipo dixit. Ego neſciebam eum ſ qui miſit me baptiçare. Ille mihi dixit. Hic eſt qui baptiçat in ſpiritu ſancto.

Hanc igitur controuerſiam ſoluens auguſtinus dixit. Ut Johānes añquam chriſtum baptiçaret cognouit ⁊ ignorauit. Nam cognouit ꝙ baptiçauit in ſpiritu ſancto ſed ignorauit poteſtatem ſacramentorum ſolum ſibi retenturuꝫ vt non concederetur alicui puro homini poteſtas ſacramenta inſtituendi ⁊ effectus ſacramēti ſine ipis ſacramentis conferendi ne ſeruus i ſeruum ⁊ homo in hominem poneret ſuā ſpem Potuit ergo hanc poteſtatem chriſtus vt videtur dicere auguſtinus conferre miniſtris eccleſie: ſed non congruit. Abſurdum enim videtur dici aliquid fieri non poſſe cuius deeſt exēplum. Nam vt ait in libro de ſpiritu ⁊ anima. Nunquam eſſe factum creditur vt p foramen acus camelus tranſierit ⁊ tamen ipe hoc dixit. deo eſſe poſſibile. Nec factum eſſe creditur. qđ aliquis nunquam fuerit ſine peccato excepto vno mediatore dei ⁊ hominis. non tamen debemus negare fieri poſſe vt homo ſine peccato eſſe potuerit. ſic non debemus negare chriſtum hanc poteſtatem conferre potuiſſe. Quamuis collata non ſit.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum: ꝙ remiſſio peccatoꝝ ꝑ communicationem indulgentie datur contritis ⁊ confeſſis. vnde non datur remiſſio culpe niſi mediante ſacramento. ſed remiſſionem pene debite illi culpe vel in toto vel in parte confert papa mediante officio.

¶ Ad ſecundum ē dicendū: ꝙ tantam poteſtatem chriſtus contulit Petro quātam potuit miniſterialem non principalem habere: vt quicquid abſolueret vel ligaret mediante ſacramento vel remitteret mediante officio vice eius putaretur eſſe ligatum vel ſolutum.

¶ Ad tertium eſt dicendum. ꝙ apli dabāt ſpm ſanctum vel mediante ſacramento confirmationis vel mediante oratione ⁊ ſacre ſcripture expoſitione ſm quem modum dicit apls Gal. iij. ſe dediſſe eis ſpm ſanctum ⁊ operatus fuiſſe in eis virtutes.

Ad tertium ſic ꝓceditur. videtur. n. ꝙ papa poſſit diſpenſare in ſacramentorum forma. quia greci nō vtuntur forma baptiſmi qua vtuntur latini. ergo cū tam illi ꝙ iſti credent verum baptiſma conferre videtur ꝙ auctoritate humana in forma ſacramenti poſſit fieri diſpenſatio.

¶ P. in extrema vnctione non inuenitur aliqua forma data ab ipo chriſto. ergo auctoritate pape talis forma eſt ordinata.

¶ P. in ſacramento penitētie forma eius ponitur eſſe abſoluo te. Sed talis forma nō inuenitur tradita a xpo. ergo auctoritate humana i tali forma diſpenſatum eſt.

¶ In contrarium eſt. qꝛ forma ē de eſſentia rei: ſed papa non pōt diſpenſare circa eſſentialia ſacramentorum. ergo nec in ſacramentorum forma.

¶ R. dicēdum: quorundā opinionem fuiſſe eccleſiam poſſe mutare formam ſacramentoꝝ ⁊ inſtituere: quod potiſſime de forma ſacramēti penitentie auſi ſunt aſſerere: dicentes hanc formam abſoluo te nō eſſe conuenientem. quia tali forma debet eccleſia vti in ſanatione infirmitatis ſpūalis. ſicut apli vtebantur in ſanatōe infirmitatis corporalis. Sed apli in ſanādo egrotos non dicebāt ſano te. ſed ſanet te deus ergo eodem mō miniſtri eccleſie non debēt dicere abſoluo te: ſed abſoluat te deus. Ulterius dicunt ꝙ temerarium eſt dicere abſoluo te. puta oſtēdo te abſolutum cum ipe ignoret. vtrum abſolutus ſit vel nō. ſicut ignorat dei voluntatem cuius gratia fit abſolutio ⁊ peccatoꝝ remiſſio. Addunt ſimiliter ꝙ nullus pōt dicere oſtēdo te abſolutum niſi forte eſſet ſibi reuelatum ſicut Johanni euāgeliſte ⁊ beate virgini. Sed hāc opinionem erroneam puto eſſe. Quia ſicut remiſſio peccatoꝝ non fit niſi chriſti auctoritate. iuxta illud apli. ij. Chor. ij. Ego quod donaui vobis ſiquid donaui ꝓpter vos in perſona chriſti. Sic formam inſtituere in quolibet ſacramēto ſolum ad chriſtum ptinet a quo ſacramēta inſtituta ſunt. Nec eſt ſimile de ſanatione corporali: ⁊ de remiſſione peccatoꝝ. Quia gratia ſanitatis inter dona gratis data computatur. vnde verbum dicentis. Sanet te deus non ſanabat ſed ſanationem impetrabat. ſed verba ſacramētalia efficiūt ꝙ ſignificant. Unde verbum dicentis abſoluo te: verā abſolutionem efficit principaliter virtute chriſti. ⁊ miniſterialiter virtute clauiū conceſſaꝝ miniſtris eccleſie. Nec eſt temerarium dicere. Abſoluo te: cum ignoret vel non ſit ſibi reuelatum ꝙ ſit abſolutus. Sicut. n. iudex abſqꝫ temeritate teſtibus auditis: poteſt ꝓnunciare aliquem eſſe innocentem. quamuis ſecundum veritatem ignoret an ſit innocens. ita non temerarie ſacerdos oſtendit aliquem eſſe abſolutum in foro penitentie in quo creditur penitenti ꝓ ſe ⁊ contra ſe Puto ergo quod in formis ſacramentoꝝ non cadit diſpenſatio ſed illis debet vti eccleſia. quibus ipe chriſtus immediate vſus eſt vel apli qui ab ipo acceperunt.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ multi dicunt perſonam baptiçantem non eſſe de eſſentia forme baptiſmi. ſed ſolum inuocationem trinitatis. ⁊ ideo greci ⁊ latini verum baptiſma conferunt.

¶ Ad ſecundū ē dicendum: ꝙ forma extreme vnctionis tradita eſt ex verbis beati Jacobi qui ſacramentum extreme vnctionis a chriſto inſtitutum ꝓmulgauit. Unde quia in tali ſacramēto expectatur aliquod corporale futurum. puta alleuiatio infirmitatis dicente beato Jacobo. Alleuiabit eum dominus. Ideo eccleſia vtitur ꝓ forma oratione deprecatiua quia Jacobus dixit. Oratio fidei ſaluabit infirmū. In alijs vero ſacramentis cum ſolus effectus ſpiritualis expectetur ſtatim efficitur quod ſignificatur auctoritate chriſti ⁊ virtute clauium. Unde vtitur ſemper verbo indicatiuo ꝓ forma: vt baptiço te. abſoluo te. ⁊ criſmo te.

¶ Ad tertium eſt dicendum. Quod forma penitentie habetur ex verbis chriſti. Mathei decimoſeptimo dicente. Quodcumqꝫ ſolueritis ſuper terram: erit ſolutum ⁊ in celis. Per quod datur intelligere quod perſona miniſtri exprimenda eſſet in abſolutione ſicut in ſacramento baptiſmi. quando dicit. Math. vlti. Euntes baptiçantes omnes gentes.

Ad quartum ſic ꝓceditur. videtur. n. ꝙ papa poſſit diſpenſare in ſacramentorū materia. qꝛ materia penitentie ē ſubditus. Sed papa pōt hunc ſubditum facere nō ſubditum. ergo pōt diſpenſare in materia ſacri.

¶ P. materia eucharistie eſt panis. Sed greci conficiunt in fermentato. nos vero in açimo. Cadit ergo diſpenſatio in mutatione materie ſacramenti.

¶ P. perſone legitime contrahentes ſunt materia ſacramenti matrimonij. Sed papa poteſt facere perſonas illegitimas ad contrahendum legitimas ⁊ econuerſo. ergo papa poteſt diſpenſare i materia ſacramenti.

¶ In contrarium eſt. qꝛ materia ponitur in diffinitione ſacramenti. ergo eſt de eſſentia eius: ⁊ ꝑ cōſequēs non cadit in ea diſpenſatio.

¶ R. dicendum: ꝙ ſicut videmus in rebus naturalibus ſic ſuo mō eſt in ſignis ſacramentalibus. In naturalibus autem ſic eſt ꝙ in his q differunt ſpecie materia eſt diuerſa ꝓpter diuerſitatem forme. Membra. n. leonis ⁊ cerui differunt. quia anime eorum differunt: vt dicit commentator pmo de anima. Sed in his q ſunt eiuſdem ſpeciei forma non eſt diuerſa: niſi ꝓpter diuerſitatem materie ita ꝙ manet vnitas forme ſpecifice cum diuerſitate materie diuerſificate ꝑ diuerſa accidentia. ſic in ſignis ſacramentalibus oleum ⁊ aq̄ ⁊ panis differūt ſacramentaliter ꝓpter diuerſitatem formaruꝫ ſacramentoꝝ. Sed vnum ⁊ idem ſacramentum pōt habere materiam diuerſificatam ꝑ diuerſa accidentia vt ꝙ ſit aqua dulcis ⁊ amara nō diuerſificat ſpeciem ſacramenti baptiſmi. ⁊ ꝙ ſit açimus panis vel fermentatus non diuerſificat materiam ſacramēti eucharistie. In materia ergo ordinata eſſentialiter ad formam ſacramenti nō cadit diſpenſatio ſed in diuerſificatione materie penes diuerſa accidētia nō mutantia ipius materie ſpeciem vel entitatē diſpēſari poteſt.

¶ Ad pmum ergo ē dicēdum: ꝙ hūs vſum liberi arbitrij penitēs ⁊ confeſſus ē materia ſacramenti penitētie nec eccleſia in hoc diſpēſare poſſet. Sed ꝙ ſit ſubditus iſtius vel illius accidētale eſt ſacramento. ⁊ in hoc recipit diſpenſationem.

¶ Ad ſecundum ē dicēdum: ꝙ açimum ⁊ fermentatum nō mutāt ſubſtantiam panis: ⁊ per conſequens non mutant eſſentialiter materiam ſacramenti.

Ad tertium ē dicendum ꝙ maſculus ⁊ femina ſunt materia ſacramenti matrimonij. ꝙ tū illegitime contrahant vel legitime pōt eccleſia ſtatuere diuerſos gradus. vnde ſi matrimonium ſit celebratum in aliquo gradu ꝓhibito ab eccleſia: ſi illa ꝓhibitio fuit latens legitimum fuit matrimonium ⁊ legitimi filij inde nati. quia legitime ſecūdum iudicium eccleſie fuerunt copulati. ſed poſtmodum ſi ꝓhibitio ad notitiā eccleſie veniat: tale matrimonium iudicat eſſe illegitimū ſine diſpenſatione legitime facta.

Ad quintum ſic ꝓceditur. videtur. n. ꝙ papa non poſſit diſpenſare in ſacramentorum ritu. quia magis eſt obſeruandus ritus in figurato ꝙ in figura. ¶ Sed Exo. xij. preceptum fuit ſpecialem ritum ſeruare in comeſtione agni paſchalis qui figurabat ſacramentum eucharistie. ergo multo fortius determinatus ritus ſeruandus ē in figurato.

¶ Preterea. papa non poteſt diſpenſare in ritu eoꝝ que faciunt ad ſatiſfactionem hominis que non niſi a deo habentur. Sed ſcribitur exo. xxix. ꝙ per aſperſionem ſanguinis ⁊ inunctionem olei conſecrabantur ſacerdotes ⁊ veſtes eorum. Et Leui. xvj. ſcribitur ꝙ ſacerdos ꝑ aſperſionem ſanguinis vituli expiabat ſanctuarium ab immunditijs filiorum iſrahel: ⁊ a peccatis eoꝝ quorum remotio cum magis ſit neceſſaria in adminiſtratione ſacramentorum noue legis videtur quod in tali ritu non cadat diſpenſatio.

¶ Preterea. papa non pōt diſpenſare in preceptis dei vt ſupdictum eſt. Sed tam ſacramēta veteris legis ꝙ ritus adminiſtrandi dei auctoritate inſtituta ſunt. vt dicit Augꝰ. ergo multo magis in noua lege.

¶ In contrarium eſt. quia vt ſcribitur de conſe. di. i. Jacobus frater domini. ⁊ Baſilius ceſarienſis epus addiderunt nobis miſſe celebrationē ⁊ augꝰ. i. ad Chorin. xj. dicit. Et licet chriſtus poſt cenaꝫ corpus ſuū dederit diſcipulis: quo tamen ritu vel ordine poſtmodū ſumeretur apliſ reliquit docēdum ⁊ ordinādum.

¶ Reſpon. dicendum. quod ſicut dicit Hugo. ij. libro de ſacramē. omnis eccleſiaſtica adminiſtratio in tribus conſtat. ſcilicet in ordinibus diuerſorum prelatorum. ¶ In adminiſtrationibus ſacramentorum ⁊ in diuerſis preceptis ſubditorum. ¶ In omnibus iſtis papa diſpenſare poteſt: ⁊ poteſt diuerſos gradus ⁊ diuerſos ordines prelatorum ordinare ⁊ ordinatos tollere pro rerum diuerſitate: ⁊ temporum: ſecundum quod videt eccleſie vtilitati conuenire ergo poteſt diuerſum ritum in adminiſtratione ſacramentorum inſtituere ſeruatis ſemper illis que ad eſſentiam vel ſubſtantiam ſacramentorum faciunt.

In ſubditis vero poteſt diuerſa precepta ponere ⁊ poſita auferre ſecundum ſtatum ⁊ conditionem ipſorum.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ ritus ille in ſumptione corporis chriſti non ē ſeruādus ſecundum litteram. ſed ſpūaliter ſolum: q2 dicit Augu. in li. lxxxiij. queſtionum. Sumentes corpus chriſti figuratum ꝑ agnum paſchalem debent eſſe accincti renibus ꝓpter caſtitatem. Baculum debent tenere in manibus ꝓpter ſpiritualem firmitatem. Fortis .n. eſt vt mors dilectio. ſicut ſcribit᷑ Cantico. viij. debent eſſe calciati pedes ꝓpter ſancti euangelij veritatem. iuxta illud ad Ephe. vj. Calciati pedes in preparatione euangelij pacis. debent eſſe ſtantes ꝓpter attentionis caritatem ⁊ feſtinant᷑ comedere ꝓpter celeſtis patrie gaudij auiditatem.

¶ Ad ſecundum dī. ꝙ ritus ille non faciebat remotionem peccatorum inficientium animā: vel ad remotionem culpe ſpiritualis que potiſſime requirit᷑ in ſumptione corporis chriſti. ſ3 ſolum ad remotionem immundicie corporalis. Vn̄ ipm ſanctuarium dicebat᷑ expiari. quod tn̄ ſubiectum culpe eſſe non pōt.

¶ Ad tertium dī: ꝙ ritus ille non poterat hominem ſeruientem vel adminiſtrantem illa ſacramentum perfectum facere ſecundum conſcientiam: qui ſolum erat in cibis ⁊ potibus ⁊ varijs baptiſmatibus ⁊ iuſticijs carnis. vt dicit apl's ad Hebre. ix. Sed ritus adminiſtratōis ⁊ ſumptionis ſacramentoꝝ noue legis requirit mundiciam ⁊ ꝑfectionem conſcientie. ⁊ ideo ſecundum augmentum eccleſie ⁊ deuotionem fidelium pōt ritus talis augmētari ⁊ ordinari.

AD ſextum ſic ꝓceditur. videt᷑ .n. ꝙ papa poſſit diſpenſare in ſacramentorū numero. quia omnia ſacramenta ordinant᷑ ad chriſtum. Sed totus chriſtus ꝯtinet᷑ in ſacramento eucharíſtie. pōt g̃ papa diſpēſare ꝙ ſit vnum tm̄ ſacramentum.

¶ P̄. papa pōt vnum ſacramentū multiplicare ꝑ plura: q2 in ſacramento ordinis pōt plures ordines inſtituere ſup̄ inſtitutos. Non .n. fuerunt in primitiua eccleſia niſi duo ordines poſtmodū eccleſia ſibi alios inſtituit. ergo pōt eodem mō plura ſacramenta ad vnū reducere.

¶ P̄. In ſacramentis dat᷑ remiſſio peccatoꝝ. ſed omnia pcc̄a remittunt᷑ in baptiſmo. ſufficit g̃ ſolum ſacramentum baptiſmi eſſe

¶ P̄. matrimonium eſt ſacramentum datum ꝯ̄ intemperantiam tactus. pōt ergo papa diſpenſare vt ordinet᷑ aliud ſacramentum ꝯ̄ intemperantiam guſtus.

¶ In ꝯ̄rium eſt. quia ſacramenta omnia inſtituta ſunt a chriſto. Non ergo auctoritate puri hominis pn̄t alia ſacramenta inſtitui.

¶ R̄. Dicendum ꝙ tria ſunt gn̄a ſacramentoꝝ. vt ponit Hugo. j. li. de ſacrament.

¶ Quedam .n. ſacramenta ſunt ꝓprie dicta: que ꝑ ſe faciūt ad hominis ſaluationem ⁊ ſine quibus ſalus hominis haberi non pōt.

¶ Quedam vero ſunt que faciunt ad hominis exercitationem. vt aq̄ aſperſionis ⁊ ſuſceptio cineris ⁊ ſimilia ſine quibus ſalus hominis ꝙuis haberi poſſit: occupata tamen in his humana mens aliquam ſanctificationem ⁊ gratiam ampliorē ꝑ ea acquirere pōt

¶ Aliqua vo faciunt ad eoꝝ que ſunt vera ſacramenta deuotam ꝓparationē ſicut omnia ſacramentalia. vt conſecratio veſtium: altarium ⁊ eccleſiarum ac miniſtroꝝ. In numero ergo primorum ſacramentoꝝ papa diſpenſare nō pōt quia ab illo inſtituta ſunt qui omnia poſuit in numero pondere ⁊ menſura. Sed in numero aliorum que non ſunt ꝓprie ſacramenta: ſed magis quedam ſacramentalia. papa pōt diſpenſare multiplicando vel diminuendo ſecundum quod videt eccleſie vtilitati ⁊ deuotioni fidelium expedire.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ ſacramentum chriſti corporis eſt cibus grandium. vt dicit Auguſtinus. ⁊ ideo requirit ſumentium ſanctificationē ⁊ mundificationem factam ꝑ alia ſacramenta.

¶ Ad ſecundum ē dicendum: ꝙ papa ſacramētum vnum non multiplicat in plura nec ſacramentū ordinis ē niſi vnum ſacramentum. non tamen ē vnum niſi vnitate ordinis quod ipm nomen importat. Unde paucitas vel pluralitas ordinum non facit in dicto ſacramēto diuerſitatem. ſed finis ad quem ordinatur vtilitatem.

¶ Ad tertium dī: ꝙ quāuis in baptiſmo peccata oīa remittant᷑: ꝓpter reiterationē tn̄ pctōꝝ actualiū cū ipe baptiſm᷒ nō reiteret᷑. oportuit alia ſacrā ordinari ad expiationē illoꝝ pctōꝝ. vn̄ pn̄ia dī ſcd̄a tabula poſt naufragiū.

¶ Ad q̄rtū eſt dd̄. ꝙ in ꝯ̄tinētia tact᷒ nō ſolū cauſat infectionē ꝑſone. imo etiā cauſat infectionem nature: q2 vtus gn̄atiua: ꝑ quā fit humane nature ꝓpagatio a bono ꝓlis deordinat᷑: niſi ꝑ ſacramentū matrimonij reguletur.

AD ſeptimum ſic ꝓcedit᷑. videt᷑ .n. ꝙ papa poſſit diſpenſare in ſacramentorum iteratione. q2 ꝑfectius ē ſacramentum eucharíſtie ꝙ̄ baptiſmi. ſed ſacramentū eucharíſtie reiterat᷑. ergo ſimiliter poteſt reiterari ſacramentum baptiſmi.

¶ P̄. iterato morbo iterat᷑ d3 medicina. ſ3 confirmatio datur ꝯ̄ infirmitatem ⁊ debilitatē ſpiritualem. reiterata ergo tali infirmitate: pōt reiterari confirmatio.

¶ P̄. ſacrm̄ in quo non imprimit᷑ caracter reiterari pōt. Sed in aliquibus ordinibus ſacramenti ordinis non imprimit᷑ caracter ⁊ ꝓbatio eſt: q2 conſtituti in minoribus pn̄t reuerti ad ſtatum laycalem. Sacramentum ergo ordinis reiterari poteſt.

¶ In ꝯ̄rium eſt apl's ad Hebreos. vj. vbi ait ꝙ impoſſibile eſt eos qui ſemel illuminati ſūt. ꝑ baptiſmum ⁊ iteꝝ ꝓlapſi ſunt in peccatum. rurſus reuocari ad penitentiam vt iteꝝ baptiçētur. q2 tales ſunt iterum crucifigentes ſibimet filium dei.

¶ R̄. Dicēdum ꝙ̄ in rebus nālibus ⁊ corporalibus triplicem videmus ptātem.

¶ Unam recipiendi: que a ph̄o appellat᷑ potencia materie ſm̄ quam ipa materia eſt in potentia recipiendi omnes formas ⁊ omnes ꝑfectiones naturales.

¶ Secunda eſt reſiſtendi ſicut ferrum ⁊ omnia dura habent potentiam reſiſtendi vt nō facilit᷑ recipiāt ꝑegrinas impꝛ̄ſſiones.

¶ Tertia eſt agendi: ſicut ignis h3 ptātem actiuā calefaciendi. Iſti aūt triplici potētie in corporalibus correſpōdet triplex potētia in ſacramentis ſpūalibus. q2 in baptiſmo imp̄mit᷑ potentia recipiendi. Baptiçatus .n. pōt omēs ꝑfectiones ſpūales ⁊ ſacramētales recipe. In ꝯfirmatione vo imprimit᷑ potētia reſiſtendi. vt non ibi facilit᷑ recipiat᷑ ꝑegrina impꝛ̄ſſio ꝯ̄ nomen xp̄i. Sed in ſacramēto ordinis imp̄mitur ptās agēdi ⁊ adminiſtrādi cetera alia ſacramēta. Cum g̃ caracter ⁊ ptās ſpūalis in iſtis tribus ſacris a xp̄o imprimat᷑ indelebiliter a quo ſacramēta ſunt inſtituta. ſicut papa nō pōt diſpenſare in caracteris: ⁊ dicte ptātis impꝛ̄ſſione vel expulſione q2 ex quo imprimit᷑ anime: nūꝙ̄ pōt auferre ꝑ ſuſpēſionem vel degradationem ꝙ̄nimo in anima ſepata remanet. dicit .n. augu. i. li. de ſymbolo. ꝙ ſi hereticus correctus incipiat nouiter xp̄o militare. nullus tn̄ audet circa caracterem baptiſmi mutare: ſic nō pōt diſpēſare in dictoꝝ ſacramētorum reiteratione.

¶ Ad p̄mum g̃ eſt dicendum: ꝙ l3 ſacramentū eucharíſtie ſit ꝑfectius in ꝯ̄tinentia. non tn̄ eſt ꝑfectius in receptionis potentia q2 non imprimitur in eo caracter. ſicut in baptiſmo ⁊ in ſacramentis ſupradictis.

¶ Ad ſcdm̄ eſt dicēdum ꝙ̄ ꝯfirmatio dat᷑ ꝯ̄ ſpūalem infirmitatē ꝯſecutam ex originali peccato. quod q̄dem vnū fuit formaliter. vn̄ ſicut ille non reiterat᷑ ſic nō d3 reiterari ꝯfirmatio

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ ſm̄ ꝯ̄muniorem opinionem in quolibet ordine imprimit᷑ caracter ⁊ quātumcūq3 in minoribus ordinibus ordinati transferant ſe ad laycatū. ſemꝑ tn̄ in ipſis remanet caracteris impꝛ̄ſſio. q2 ſi de laycatu ad clericatum reuertant᷑ non ſunt iterum in illis ordinibus ordinandi.

AD octauum ſic ꝓcedit᷑. videt᷑ .n. ꝙ papa poſſit diſpēſare in ſacroꝝ ordinatōne. ſicut .n. caracter vnius ordinis nō dependet ab alio q2 pōt quis fieri ſacerdos vt dyaconus ꝑ ſaltum. nō aſſumpto ordine ſubdyaconatus vel alijs inferioribus ordinibus ita vnū ſacramentū non videt᷑ depēdere ex alio cū q̄libet ſacramentū habeat ſuum effectum. Poteſt g̃ papa diſpenſare vt non baptiçatus recipiat alia ſacramenta.

¶ P̄. cā eſt prior ſuo effectu loco tp̄e ⁊ dignitate. vt dicit ph̄s. Sed cā omnis ſacramentalis gratie eſt ipe xp̄s realiter in ſacramento eucharíſtie ꝯtentus. ergo ſacramētum eucharíſtie tp̄e d3 p̄cedere ſacramentū baptiſmi.

¶ P̄. matrimonium eſt vnū ſacramentū. ſed hoc fuit in primo ſtatu ante pcc̄m. alia vero ſacramenta poſt pcc̄m inſtituta ſunt. d3 igit᷑ matrimonium p̄cedere oīa alia ſacramenta.

¶ In ꝯ̄rium eſt: q2 ſacramentū baptiſmi ponitur ianua ⁊ oſtium omniū ſacramentoꝝ.

¶ R̄. Dicendū. ꝙ ordo in ſacramentis quatuor modis conſiderari pōt.

¶ Primo quantū ad neceſſitatem.

¶ Secundo quantū ad dignitatē.

¶ Tertio quantū ad temporis diuturnitatem.

¶ Quarto quantū ad adminiſtrandi ptātem

¶ Primo mō ſacramentū baptiſmi d3 p̄cedere omīa alia. quāuis .n. deus poſſet ſine baptiſmo aliquē ſaluare: ſm̄ ordinem tn̄ a deo inſtitutū homo ſaluari nō pōt ſine baptiſmo. q2 niſi homo renaſcat᷑ ex aq̄ ⁊ ſpūſancto non pōt introire in regnū dei. vt dī Io. iij. ¶ Secūdo mō ſacramentū eucharíſtie p̄cedit oīa alia ſacramenta. q2 dignius eſt oī alio cū ibi contineat᷑ xp̄s non ſolū ꝑ gratie efficaciā ſicut in alijs ve᷑ etiam ꝑ ſuā realē pn̄tiam. ¶ Tertio mō matrimonium p̄cedit alia ſacramēta. q2 in p̄mo ſtatu ante pcc̄m ſm̄ Augu. fuiſſet honorabile ꝯnubiū ⁊ thorus immaculat᷒. Sed q̄rto mō ſacrm̄ ordinis p̄us ē alijs ſacramentis. Vn̄ Gracian᷒ p̄us determinauit de ſacro ordinis in poteſtate miniſtrorum in prima parte decretorum. ⁊ de cauſis ⁊ iudicijs ipſorum quod fecit in ſecunda pte ꝙ̄ determinaret de ipis ſacramētis quod fecit in pte tertia.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ non eſt ſimile: quia caracteres ordinum nõ ꝑſupponūt ſe ad inuicem de neceſſitate ſed de congruitate ſecundum ordinationem eccleſie. Unde mandatum eccleſie tranſgreditur: ſi aliquis faceret ſe ordinari ꝑ ſaltum. Sed tam ſacramentū ordinis ꝙ̄ alia de neceſſitate ꝑſupponunt caracterem baptiſmalem. Unde ſi non baptizatus ordinaretur eſſet iterum reordinandus. Nihil enim poteſt recipere qui caret potentia recipiendi.

¶ Ad ſecundum dī ꝙ chriſtus eſt cauſa efficacius omnis ſacramentalis gratie ⁊ quantū ad hoc verum eſt ꝙ ſacramentum eucharistie precedit omnia alia ſacramenta tempore ⁊ dignitate: ſed formaliter ipſa gratia baptiſmalis: ꝓcedit ꝑceptionem ſacramenti eucharistie quia nõ aliter homo efficitur dignus dictum ſacramentum ꝑcipere niſi fide informata charitate.

¶ Ad tertium dī. ꝙ quamuis inſtitutio ſacramenti matrimonij tempore ꝓceſſit inſtitutionem omnium aliorum ſacramentorum: tamē quia minus habet de ſpūalitate ꝙ̄ alia. ideo non primo loco. ſed vltimo inter ſacramenta eſt numerandum ⁊ ordinandum.

## ¶ Queſtio. lix. de diſpenſatiõe articulorū.

DEinde conſiderandum ē de diſpenſatione articulorum. Circa quod queruntur quatuor.

¶ Primo. vtrum papa poſſit diſpenſare in noui ſymboli editione.

¶ Secundo. vtrum papa poſſit diſpenſare in articulorum editione.

¶ Tertio. vtrum papa poſſit diſpenſare in articulorum diminutione.

¶ Quarto. vtrum papa poſſit diſpenſare in articulorum coarctione.

AD primum ergo ſic ꝓceditur. videtur enim ꝙ papa non poſſit diſpenſare in noui ſymboli editione. Dicit. n. aug. j. de ſymbolo. ꝙ ſymbolum ad hoc fit vt verba que ꝑ diuinam ſcripturam ſparſa ſunt ad vnū redacta tardorum hominum memoria non laboretur vt omnis homo poſſit diſcere ⁊ tenere quod credit. Sed ſi papa poſſet ſemper nouum ſymbolum condere. ex eorum multiplicatione memoria non iuuaretur. ſed potius confunderetur.

¶ Preterea. in ſymbolo explicantur illa que ſunt fidei: ſed quamdiu ſumus in iſta vita nõ poſſumus explicare que ad fidem pertinent. Unde dicit Aug. ij. li. de ſymbolo quod non debemus eſſe curioſi ad inueſtigandum quod apoſtoli minime exprimere ⁊ explicare potuerunt. Non eſt ergo nouum ſymbolum condendum.

¶ P. que ponunt̃ in ſymbolo non debent ratione ꝓbari. Sed augu. dicit libro ſupradicto: ꝙ ſancti ſymboli ſuſcepimus rationem exponendam. Ergo videt̃ ꝙ nouum ſymbolum ꝯdere ad papam non ſpectet.

¶ In contrarium eſt. quia ſymbolum eſt regula fidei. vt idem auguſtinus dicit. j. li. de ſymbolo. Sed quotiens fidei regula ventilat̃: ad petrum ⁊ ſui nominis honoris auctoritatē referendum eſt. vt dī. xxiiij. q. i.

¶ R. Dicendum: ꝙ hanc queſtionem determinat Aug. i. li. de ſymbolo. vbi vult ꝙ omis ſymboli ꝯdendi ⁊ ordinandi in ſancta dei eccleſia terminatur auctoritas. Habet enim fides chriſtiana tria ſecundum eundem Auguſtinum.

¶ Primo. vniuerſalitatem vnde dī catholica quia non docet̃ in angulis ſicut doctrina hereticorum ſed publice ⁊ vniuerſaliter diffuſa eſt ꝑ vniuerſum orbem.

¶ Secundo. vnitatem: qꝛ vna fuit fides antiquoꝝ ⁊ modernoꝝ. vt dicit apl's ad Ephe. iiij Unus dñs: vna fides: ⁊ vnū baptiſma.

¶ Tertio auctoritatem. Dicit. n. Aug. contra epiſtolam fundamenti. Ego non crederem euāgelio ſi non crederem eccleſie. Ex his aūt patere poteſt ꝙ nouum ſymbolum ꝯdere ſolū ad papam ſpectat. Nam in ſymbolo ponunt̃ illa que vniuerſaliter ꝑtinent ad chriſtianam fidē Illi ergo incumbit auctoritas huiuſmodi ſymbolum ꝯdere qui eſt caput fidei chriſtiane: ⁊ in quo tanquam in capite omnia membra eccleſie vniuntur ⁊ cuius auctoritate omnia que ad fidem ſpectant firmant̃ ⁊ roborant̃

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ ſemꝑ ſymbolum cum de nouo conderet̃ breuiter colligeret que eſſent de ſalute credendi. ⁊ ideo ſemper memoria iuuaret̃ ⁊ non ꝯfunderetur. nec oporteret omnes credentes omnia ſymbola: ⁊ que in predictis ſymbolis ꝯtinerent̃ actualit̃ in memoria retinere ſed illa dumtaxat que eſſent ad neceſſitatem ſalutis. Alia autem minores tenerentur credere in fide maiorum ad quos ꝑtinet fidem diſpenſare ⁊ in ſymbolis ipſam explicare contra inſurgentes errores. Aliud eſt. n. ſcire tantummodo quid homo credere debeat ꝓpter adipiſcendam vitam beatam que nõ niſi eterna eſt ⁊ aliud eſt ſcire quemadmodum hoc ipſum pijs opituletur ⁊ ꝯ impios defendatur. vt dicit auguſti. xiiij. de trini. c. ij.

¶ Ad ſecundum ē dicēdum ꝙ Aug. loquit̃ de explicatione apte viſionis q̄ erit in patria: vbi illa que nunc homo credit apte videbit: nõ aūt loquit̃ de explicatione euāgelice aliter enigmatice cognitionis vie in qua tñ niſi homo explicite credat q̄ ad ſalutem ꝑtinent ibi apte nõ videbit dicente ꝓpheta: niſi credideritis non intelligetis.

¶ Ad tertium dī ꝙ Aug. non loquit̃ de ratione demonſtratiua ſed de ratione expoſitiua. Eſt enim triplex gradus cognoſcendi illa: que ſunt fidei.

¶ Unus eſt per ſolius voluntatis firmam adheſionem.

¶ Secundus eſt ꝑ ſacre ſcripture expoſitionē. declarationem ⁊ ꝯtrarioꝝ ſolutionem vni⁹ termini ꝑ alium vel vnius articuli ꝑ alium.

¶ Tertius eſt philoſophie ⁊ ſcie humane ad fidei admixtione. Primus gradus fuit ⁊ ē in oībus fidelibus ſimpliciter credentibus. Secundus fuit in doctoribus eccle primitiue. Et tertius ē in doctoribus pñtis tēpis.

AD ſecundum ſic ꝓcedit̃. videt̃. n. ꝙ papa non poſſit diſpēſare in articuloꝝ additione. qꝛ articuli ab aliq̄bus ponunt̃. xij. ſm numerum. xij. apl'oꝝ. ſed papa nõ pōt numeꝝ apl'orum multiplicare: ergo nec numerum articulorum.

¶ P. fides eſt de his q̄ in ſacra ſcriptura ꝯtinent̃. ſed ſuꝑ illa non ē aliq̄d addendū vel diminuendum. vt ſcribit̃ Deutro. iiij. ⁊ Apoc. vlt.

¶ P. omnes articuli vel ſunt de xp̄i diuinitate vel de eius humanitate. qꝛ in hoc ꝯſiſtit tota hominis beatitudo. iux̃ illud Jo. xvij. Hec ē vita eterna vt cognoſcāt te ſolum deum verū ⁊ quē miſiſti Jeſum chriſtum. Sed articuli ꝑtinētes ad xp̄i diuinitatē nõ ponunt̃ niſi. vij.

¶ Primus ē de eſſentie vnitate. Credo i deū:
Secundus eſt de perſona patris. patrē omnipotentem.

¶ Tertius ē de ꝑſona filij. Et in Jeſum chriſtum filium eius

¶ Quartus eſt de ꝑſona ſpūſſancti. ⁊ in ſpm ſanctum dominum.

¶ Quintus ē de appropriato patris. factorē celi ⁊ terre.

¶ Sextus ē de appropriato filij. Carnis reſurrectionem.

¶ Septimus ē de appropriato ſpūſſancti. Et vnam ſanctam catholicam eccleſiam. Et ſeptē ponunt̃ de vera chriſti humanitate.

¶ Primus ē eius conceptio.
Secundus ē eius incarnatio.
Tertius eſt eius paſſio.

¶ Quartus ē eius ad inferos deſcenſio.
Quintus ē eius reſurrectio.
Sext⁹ ē eius in celum aſcenſio.

¶ Et ſeptimus ē eius aduentus ad iudicium ſuꝑ iſta ḡ non ē aliquid plus addēdum.

¶ In ꝯtrarium ē: qꝛ creſcente fide pōt creſcere articulorum fidei numerus. ſed Greg. dicit ꝙ ſecundum incrementa temporꝝ creuit fides ſanctorum patrum ⁊ quāto viciniores fuerunt aduentui ſaluatoris: tanto ſacramentū ſalut̃ plenius perceperunt.

¶ R. Dicendum ꝙ papā poſſe diſpēſare in articuloꝝ additione pōt tripliciter intelligi

¶ Primo: quantum ad ipſorum articulorum multiplicationem.

¶ Secundo quantū ad eorum que in articul̃ ponunt̃ explicationem.

¶ Tertio quantū ad eorum qui ad articulos pñt reduci augmentationem. Omnibus iſtis modis papa pōt diſpenſare in articuloꝝ additione. qꝛ ſicut pōt nouum ſymbolū ꝯdere: ita pōt nouos articulos ſupra alios multiplicare.

¶ Secundo pōt articulos in ſymbolis poſitos ꝑ plures articulos explicare. Tertio: qꝛ forte omnia credibilia ꝑ articulos in ſymbolis poſitos pñt reduci poſt articulos ꝑdictos ꝑ talem reductionem augmentare vt ſub quolibet articulo ponant̃ plura credibilia ꝙ̄ poſita ſint.

¶ Ad primū ḡ eſt dicēdum: ꝙ eiuſdem auctoritatis ē papa ⁊ alij epī ⁊ paſtores eccleſie cuiuſmodi fuerūt Petrus ⁊ alij apl'i. Unde ſicut ipſi ꝑ aliquos articulos neceſſaria ad ſalutem: in ſymbolo collegerunt ⁊ poſtmodum patres in nyceno ꝯcilio ꝓpter errores inſurgentes ſuꝑ illa in alio ſymbolo aliq̄ addiderunt: ſic nunc ꝓpter eādem cauſam eccleſia poſſet aliud ſymbolum ordinare vel ꝑ modum articuloꝝ additionis vel ꝑ modum explicationis ſeu reductionis ſicut dictum eſt.

¶ Ad ſecundū ē dicendū: ꝙ ad illa q̄ in ſacra ſcriptura ponunt̃ non dꝫ fieri aliq̄ additio erroris vel falſitat̃ vel diminutio veritat̃: ſꝫ addere veritatem quā ꝯtinet explicare ⁊ declarare ſemꝑ licuit eccleſie ⁊ ſemꝑ licet.

¶ Ad tertium ē dicendū. ꝙ quāuis in articul̃ numerat̃ ſubſtantialiter tota hominis ſalus cōſiſtat ⁊ fundamentū fidei xp̄iane in illis ſubſtantialiter ꝯtineat̃: multa tñ ad illa pñt reduci contra q̄ ſi aliqui errores inſurgerent poſſet eccl'ia

BIBLIOTECA

ſupradictis articulis ponere vel de eis nouos articulos condere.

Ad tertium ſic procedit. videtur enim q̄ papa poſſit diſpenſare in articulorum diminutione. quia eius eſt diminuere cuius eſt addere ſed papa pōt diſpenſare in articulorum additōne vt dictum eſt ergo et in eorum diminutione.

¶ P̄. vtile eſt q̄ papa diſpēſet in articulorum additione explicādo et declarādo vel nouiter condendo. quando propter inſurgētes hereſes. ergo eodē modo vtile eſt vt quando diſpenſet vt q̄ ſunt fidei occultent et non explicent ne ſimplices in errorem labant. Unde Paulus Gal. ij. ſeorſum dicit ſe contuliſſe de his que erāt fidei ne forte in uanum. alias inuacuum curreret vel cucurriſſet.

¶ P̄. xp̄s mandauit Math. xviij. ſcandalum puſillorum eſſe vitandum. ſed quandoque aliqui infirmi in fide ſcādaliçant de his q̄ ponunt in articulis. vtile eſt ergo diſpenſare quādoque: vt talis in ſymbolo non ponant.

¶ P̄. multi articuli ponunt in cācellaria pariſienſi in quibus planum eſt q̄ papa poſſet diſpēſare. ergo eodem mō in articulis fidei

¶ In contrarium eſt. quia in articulis continet ſubſtantialiter fundamentū fidei. Sed ſicut papa nō pōt dictum ſacramētum tollere: ita nō pōt ipm diminuere: quia fundamentum nemo pōt ponere preter illud quod poſitum eſt quod eſt chriſtus Jeſus.

¶ R̄. Dicendum: q̄ papam diminuere poſſe articulos fidei dupliciter pōt intelligi.

¶ Primo quantum ad ſubſtantiam credibilium

¶ Secundo quantū ad modū credēdi et explicandi illa. Primo mō nō pōt illa q̄ ſunt fidei diminuere nec deſtruere. Dicit enim apls. ij. Chorinth. x. Gloriamur de poteſtate nr̄a quam nobis dedit dn̄s in edificationē nō in deſtructionem nr̄am. Tota enim gloriatio eccleſiaſtice poteſtatis debet eſſe in edificatione et augmentatione fidei xp̄iane: nō in deſtructione vel diminutione: quia in hac nullū eſt poſſe. Non enim vt ait apls poſſumus aliquid aduerſus veritatē ſed pro veritate. Sed ſecundo mō ſi in explicatione articulorum nūc facta aliqui errores inſurgerent. poſſet ad extirpatōem illorum alium modum credendi explicare et ordinare.

¶ Ad primum ergo non eſt dicēdum q̄ non eſt ſile. Non enim precipit pape lucernam et fidem xp̄i ſub modio ponere et abſcondere. ſed hūi mandat ſibi ipſam ſup candelabrum exaltare. Extendit ergo eius poſſe ad fidei augmentationē et exaltationem nō ad diminutionē vel deſtructionem.

¶ Ad ſecundum di q̄ papa hū mādat et diſpēſat q̄ illa que ſunt fidei non proponant ſimplicibus diſputāda exponēda ſeu declaranda. ſed in hoc non conſiſtit fidei articulorum diminutio vel deſtructio ſed magis eorum integra obſeruatio.

¶ Ad tertium dī. q̄ fidei veritas et iuſticie integritas et vite ſanctitas propter ſcandalū puſillorum diminuēda nō ſunt. Unde et aplis dicētibus xp̄o. Scis: quia phariſei audito verbo tuo ſcādaliçati ſunt et dictum eſt. Math. xv. Sinite eos ceci ſunt et duces cecorum.

¶ Ad quartum dī. q̄ illi articuli ptinēt ad diuerſas opiniones magiſtrorum nec proponunt illa que in illis articulis ponunt omnibus fidelibus credēda vel tenenda. Unde papa ſecūdum pleniorem informationem veritatis poſſet illos approbare vel improbare ſicut ſibi placeret.

Ad quartum ſic procedit. videtur enim q̄ papa non poſſit diſpenſare in articulorum coactione. quia articuli ſunt principia doctrine fidei ſicut de quolibet eſſe vel non eſſe et cetera ſilia ſunt principia in ſciētia hūana. ſed aſſentire illis principijs inducti ſunt homines ab ipſa veritate coacti. vt dicit phs. ergo multo fortius cogunt homines aſſentire articulis fidei: cum iſta ſint veriora illis.

¶ P̄. articulus ſm ethymologiam nominis dī ab artando: quia artat ipſos credētes ad credendum. Non eſt ergo diſpenſabile q̄ articuli credētes non cogant.

¶ P̄. dicit Augl. in de vera religione q̄ quamuis homines cum inſtituūt legem poſſint de ipſa iudicare poſtquam tn̄ inſtituta eſt: neceſſariū eſt ſm ipſam viuere. Sic eodem mō antequam articuli explicentur in ſymbolo licet aliter ſentire. poſtmodum vero neceſſarium eſt ſic credere.

¶ In contrarium eſt Augl. qui ſic dicit. Cetera quis pōt nolens: credere autē nō niſi volens

¶ R̄. dicēdum q̄ articulū artare vel cogere aliquem tripliciter pōt intelligi.

¶ Primo neceſſitate finis conſecutionis.
Scdo neceſſitate coactionis
Tertio neceſſitate obſeruationis. Primo mō articuli omnes cogūt et omnes artāt tā credentes q̄ nō credētes. quia ſicut ſine fide impoſſibile eſt placere deo. vt dicit apls ad Hebre. xj: ſic impoſſibile eſt vt aliquis conſequat finem fidei puta deū ſine fide in articulis contenta. poſſet enim deus ſaluare aliquē ſine ſacramentis eccl'ie: ſed nō poſſet ipm ſaluare ſine fide vel per eccleſiam ſibi p̄dicata vel a deo imediate inſpirata. Nō enim poſſet ſaluare aliquē nō credentē ipm eē deū ſaluatorē eius. quia dicit apls. Accedentem ad deum oportet credere: quia eſt et ſperantibus in ſe remunerator ſit. Secundo vero mō nullus cogit: nec credentes nec nō credentes. quia nulli cogunt fidem recipere et fidei articulis aſſentire neceſſitate coactionis ſed ſola volūtate adheſionis. Credere enim ſm Augl. eſt cū aſſenſu volūtatis iudicare. Sed tertio mō cogit ſolū fidem recipientes. poſtquā enim homo in baptiſmo fidem chriſtianam recipit et ibi dyabolo et pompis eius vniuerſaliter renunciat: extūc cogēdus eſt per eccleſiam dictā promiſſionē obſeruare et fidem promiſſam nō violare. Si enim leges hūane vt dicit Augl. cogūt vt promiſſa hominū ad inuicem facta integraliter ſeruent multo magis cogendi ſunt homines vt promiſſionē factā deo nō corrūpant. neceſſitate ergo finis conſecutionis articuli cogūt omnes. neceſſitate vero coactionis cogunt nullos. ſed neceſſitate obſeruationis cogunt ſolum baptiçatos.

¶ Ad primum ergo eſt dicendū q̄ in aſſenſu principiorum ſciētie humanis invenit eſt coactio propter euidentiam ſpeculationis. quia in eis intellectus euidenter concluſionem intuet et ſpeculat. ſed in articulis non pōt eſſe coactio propter euidentiā ſpeculationis cū talia ſint ſup intellectum. Eſt autē ibi coactio voluntatis adheſionis. quia voluntas q̄ libere credit cogit et captiuat intellectum: ſm quē modum dicit apls. ij. Cho. x. Cogētes et captiuantes omnem intellectū in obſequium xp̄i. Unde quis iſta ſint illis veriora: non tn̄ ſunt hūane cognitioni euidentiora.

¶ Ad ſecundū eſt dicendū: q̄ articulus artat artitudine finis conſecutionis: quia aliter finis conſequi non pōt ſine fide in articulis explicata: vt dictū eſt: ſed non artat artitudine agentis coactionis cum ipſa voluntas libere adhereat his que ſunt fidei.

¶ Ad tertium eſt dicendū q̄ illa coactio intelligitur quantū ad obſeruationē articulorum reſpectu illorum qui iam fidē libere receperūt q̄ poſtmodum per eccl'iam cogunt fidem promiſſam integrā ſeruare.

## Queſtio. lx. de diſpēſatione legum et canonum ſanctorum.

Onſequenter videndū eſt de diſpēſatione legū et canonū ſcōrum. Circa quod querunt octo.

¶ Primo. vtrum papa poſſet diſpēſare in lege nature.

¶ Secundo. vtrum papa poſſit diſpenſare in lege moſayca.

¶ Tertio. vtrum papa poſſit diſpenſare in lege euangelica.

¶ Quarto. vtrum papa poſſit diſpenſare in omni lege humana.

¶ Quinto. vtrum papa poſſit diſpenſare in epl'is pauli.

¶ Sexto. vtrum papa poſſit diſpēſare in dictis doctorum q̄ approbati ſunt per eccleſiam

¶ Septimo. vtrum papa poſſit diſpenſare in canone predeceſſorum pontificum.

¶ Octauo. vtrum papa poſſit diſpēſare in canone conciliorum ſanctorum patrum.

Ad primū ergo ſic procedit. videt enim q̄ papa poſſit diſpēſare in lege nature. Dicit enim iuriſconſultus. Jus nāle eſt quod omnia aīalia docuit et quod eſt cōe oibus q̄ ſunt in mari et in terra vt omniū cōis poſſeſſio. maris et femine coniunctio quā nos matrimoniū appellamus. planū eſt autē q̄ in omnibus iſtis papa diſpēſat. cadit ergo diſpenſatio in lege nature.

¶ P̄. omne corruptibile et mutabile eſt diſpēſabile: ſed lex nature corruptibilis eſt et mutabilis. Corrupta enim erat lex nature in illis de quibus dicit apls ad Ro. j. femine eorum mutauerūt nālē vſum in eū vſum qui eſt contra naturam.

¶ P̄. oē corrigibile eſt diſpēſabile ſed lex nature eſt corrigibilis. Dicit enim glo. ſup illo verbo Eccl. xvij. Addidit eis diſciplinā et legē vite. quod legem vite appellat quam ad correctionem naturalis legis ſcribi voluit.

¶ In contrarium eſt quod ſcribit in principio decretorum. Jus nāle eſt quod in lege et in euāgelio continetur. ſed in hoc non cadit diſpenſatio. non ergo pōt papa diſpēſare in lege nature.

¶ R̄. Dicendū q̄ in anima nr̄a eſt duplex potētia. vna qua bonū cognoſcit. alia q̄ bonū appetit. In potentia ergo intellectiua q̄ bonū cognoſcitur impreſſa eſt quedam nālis inclinatio ad cognitionem veri. aliter non inclinaremur ad addiſcēdum cognitionem veritatis. vn̄ dicit Augl. x. de tri. c. i. q̄ niſi impreſſam haberemus omniū diſciplinarum rōnem ad nullā earum tāto diſcēdi ſtudio flagraremus. In potētia vero volitiua q̄ bonum appetit impreſſa eſt naturalis inclinatio ad affectionē boni: quia ſm eūdem augl. viij. de tri. Niſi haberemus impreſſam affectionem boni: nec ipm bonū proſequeremur et malū fugeremus: nec vnū bonū alteri preponeremus. Naturalis ergo inclinatio impreſſa intellectui practico: q̄ receptis ſpēbus principiorum agibilium naturaliter intellectus iudicat vnū eſſe proſequendū et alterum fugiendū. Lex nature proprie appellat que duo habet.

¶ Primo: quia eſt aptitudinalis non actualis.
Scdo: quia eſt vlis nō particularis. quia vero eſt apti

tudinalis non reducat ad actum niſi p noſtraꝫ opationem ⁊ extrinſecam impulſionē. Sed q2 eſt vlis non pōt ad actū reduci niſi p aliquorū additionem ⁊ aliquoꝝ ſubſtractionem. Uniuerſale.n. non agit niſi aliq̄ pticulariter addantur. nam pticularia indiuidua addunt ſup ſpeciem ↄditiones indiuiduales. Spēs vō addunt ſup genus ſpecificas differētias. Uñ dicit phs.j.metha. ꝙ non ſanat homo ꝫ iſte hō: nec calefacit caliditas ꝫ iſta caliditas. Ipoꝝ enim pticulariuꝫ ꝓpriū eſt agere vel pati. nec ſufficit aliquoꝝ additio niſi ſit aliquoꝝ ſubtractio. Cōtinent.n. ipa pticularia potētionalit in vniuerſali q̄ niſi actualiter ſubtrahant ⁊ explicentur ſm illud vle non ↄuenit agere nec pati. Querit.n. Porphirius. Unde hꝫ vle quod ē genus differētias? Et videt: ꝙ ptāte q̄dem hꝫ omnes: actu vō nullā. ❡In nullo ḡ gñe ↄtinet potentia ꝫ in materia forme potentialit induunt. Uñ ſicut materia non ē pncipium agēdi niſi ab ipa abſtrahat vel ſubtrahat forma: ſic vle nihil agit vel patit: niſi ab eo ſubtrahant pticulares differētie. ḡ q2 lex nature ē aptitudinalis ⁊ habitualis vt reducat ad actū indiget nr̄a opatione. ⁊ ad talem actū reduci non pōt: p nr̄am opationem niſi p aliquoꝝ pticularium additionem ⁊ p aliquoꝝ ſubtractionem ⁊ explicationem cū nr̄a opatio non niſi pticulariū ſit. Uñ puto ꝙ ſignanter iuriſcōſultus dixit ꝙ cum aliq̄d addimus vel ſubtrahim⁹ iuri diuino vel naturali ius ciuile ⁊ iura pticularia efficimus ſm q̄ in cauſis ſingulis agit ⁊ iudicat. Cum ḡ querit an papa poſſit diſpēſare ī lege nature. Puto eſſe dicēdū: ꝙ in lege nature ſm eius inclinationem vleꝫ papa diſpēſare nō poteſt: q2 illa vlis inclinatio quā legē nature appellamus a ſupiori agēte ē cuilibet nature impſſa: ꝫ in lege nature quantū ad eius additionem ⁊ quātum ad ei⁹ ſubtractionē papa diſpēſare pōt: q2 ſuum ē ſup̄ illam vleꝫ inclinationē aliq̄ pticularia addere ⁊ aliq̄ ſibi potentionalit ↄtenta ſubtrahere ⁊ explicare p quoꝝ ſubtractionem vel additionē ↄtingat ſm illam aptitudinalem vel habitualem inclinationem actualiter agere vel pati.

¶ Preterea ligamẽ impreſſum a deo magis ligat ꝙ ligamen impreſſum ab homine. Sed preceptum legis nature eſt ligamen impreſſũ a deo vt dicit Auguſtinus in de vera reli. preceptum vero pape eſt ligamen impreſſum ab homine. magis ergo ligat ligamen legis nature ꝙ preceptum pape.

¶ Preterea ligamen illud quo ligant precepta diuina ⁊ humana magis ligat ꝙ illud ligamen quo ligant precepta humana tantum. Sed ligamine legis nature precepta diuina ⁊ humana ligant. precepta vero pape ſolum ligant humane leges. magis ergo ligat ligamen legis nature ꝙ preceptum pape.

¶ In contrarium eſt. quia ligamen legis nature per peccatũ corrumpitur. ſicut dicit glo. Roma. i. preceptum vero pape nunꝙ tollitur Nauicula enim Petri licet fluctuet: nunꝙ tñ demergitur.

¶ R. dicendum ꝙ lex nature tripliciter poteſt conſiderari.

¶ Primo formaliter ⁊ quiditatiue. ⁊ ſic formaliter eſt quidam habitus determinãs ⁊ inclinans humanum intellectũ ne faciliter poſſit deuiare vel errare. Omne. n. indeterminatũ indiget aliquo determinante. potentia autẽ intellectiua indeterminata eſt. ideo indiget aliquo habitu inclinante ⁊ determinante ipſum ad actum eius.

¶ Secundo materialiter ⁊ ſubiectiue. ⁊ ſic talis habitus imprimitur intellectui practico ⁊ eſt in intellectu practico tanꝙ in ſubiecto. Eſt enim vnus intellectus practicus ⁊ ſpeculatiuus. ſed differũt ratione finis. quia finis intellectꝰ ſpeculatiui eſt veritas. practici vero opꝰ. vt dicit Philoſophꝰ. i. Metha. Unde ſicut intellectui ſpeculatiuo inſerta eſt notio principiorum ſpeculatiuorum. ſicut ꝙ omne totum eſt maius ſua parte. ſic intellectui practico inſerta eſt notio principiorum operatiuorum vt nemini faciendum eſſe illud quod homo nollet ſibi fieri ⁊ iſta notio ꝓprie lex nature appellatur.

¶ Tertio poteſt conſiderari finaliter ⁊ obiectiue. ⁊ ſic eſt reſpectu vniuerſalium principiorum agendorum non particularium. Unde ꝓprie lex nature eſt habitus cognitiuꝰ quantum ad ſuam rationem formalem ⁊ naturaliter intellectui practico impreſſus quantũ ad ſuam rationem materialem ⁊ eſt reſpectu principiorum agendorum vniuerſalium ⁊ nõ particularium quantum ad ſuam rationem obiectalem. quia ergo formaliter eſt habitus potẽtialium non actualium. quia vero materialiter eſt in intellectu practico: eſt operabiliũ nõ ſpeculabilium. ſed quia obiectũ eius eſt vniuerſale: non eſt reſpectu particularium ſed vniuerſalium. Solũ ergo magis ligat preceptũ pape ꝙ ligamen legis nature. quia preceptũ pape ligat potentialiter ⁊ actualiter. ligamen vero legis nature potentialiter ſolũ. Similiter preceptum pape ligat reſpectu agibilium ⁊ ſpeculabilium. ligamẽ vero legis nature reſpectu agibilium ſolum. Eodem modo preceptum pape ligat vniuerſaliter ⁊ particulariter. ligamẽ vero legis nature vniuerſaliter tm̃.

¶ Ad primum ergo eſt dicendũ ꝙ preceptũ pape perſonaliter ⁊ inſtrumentaliter mutabile eſt ⁊ fallibile. ſed auctoritatiue ⁊ principaliter immutabile eſt ⁊ infallibile. quia auctoritas diuina cui innititur immutabilis ⁊ infallibilis eſt.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ preceptum pape impreſſũ eſt ſimiliter a deo: puta a chriſto qui dixit petro. Quecunꝙ ligaueris ſuper terram ligatum erit ⁊ in celis. ⁊ tanto impreſſio iſta eſt infallibilior impreſſione legis nature. inquantum impreſſio legis nature que eſt habitualis per actualem exercitationem põt deprauari in malum ⁊ reformari in bonũ. ſed iſta impreſſio nuſꝙ. vniuerſaliter deprauari poteſt ſicut nunꝙ vniuerſaliter fides eccleſie poteſt deficere.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ per ligamẽ legis nature ligant precepta diuina ⁊ humana virtualiter habitualiter ⁊ vniuerſaliter. Sed particulariter ⁊ actualiter talis ligatio explicata fuit in lege Moyſi per diuerſa precepta ⁊ poſtmodum in lege noua per ſuperadditas perfectiões ⁊ particulares declaratiões. Planum eſt enim ꝙ vtriuſꝙ legis papa eſt interpres ⁊ declarator: tanꝙ vicarius chriſti.

Ad ſecundum ſic procedĩtur. Uidetur enim ꝙ preceptum pape magis liget ꝙ ligamen cõſcientie erronee. quia conſcientia erronea ligat ad malum. Tenetur enim homo ſequi cõſcientiam erroneã dictantem bonũ eſſe quod malum eſt. Dicit enim gloſa ſuper illo verbo Roma. xiiij. Omne quod non eſt ex fide peccatum eſt. ⁊ ſi bonum eſt quod fit: tamen ſi fit contra conſcientiam malum eſt. Tenetur autẽ quilibet vitare malum: ⁊ per conſequens quilibet tenetur ſequi conſcientiam erroneã. ſed preceptum pape non ligat ad malum. magis ergo ligat ligamen conſcientie erronee ꝙ preceptum pape.

¶ Preterea ſcribitur Gallath. v. Teſtificor omni homini circũcidenti ſe ꝙ debitor eſt vniuerſe legis implẽde. ſed impletio legaliũ poſt aduentum chriſti non ligabat ex precepto diuino. ligabat ergo ſolũ ex conſcientia ⁊ quia illud malum erat. quia ſeruare legalia poſt aduentum chriſti malũ erat. Ligat ergo conſcientia erronea ad malum ad quod non ligat preceptum pape.

¶ Preterea agens contra conſcientiam ſemꝑ peccat ſiue bonum ſiue malum faciat. ergo homo ſemper tenetur ſequi ligamen conſcientie. Sed preceptũ pape non tenetur homo ſemꝑ ſequi. ſi enim precipiat contra legem dei: non eſt ſibi obediendũ. magis ergo ligat conſcientia erronea ꝙ preceptũ pape.

¶ In contrarium eſt quia falſa ſententia iudicis non ligat. quod dupliciter contingit

¶ Primo ſi ſententia feratur a non proprio iudice ſed alieno.

¶ Secundo ſi manifeſtũ errorem contineat Utroꝙ enim modo non ligat. ſed cõſcientia erronea eſt falſus iudex ⁊ manifeſtum errorẽ continet: maxime ſi dictat faciendum eſſe contrarium legi nature vel diuine. Minus ergo ligat ꝙ preceptum pape.

¶ R. dicendum ꝙ conſcientia erronea eſt erroneum iudicium de agendis. Agibilia autem quantũ ad preſens in triplici genere ſunt. qr.

¶ Quedam ſunt ad quorum obſeruationẽ vel vitationem tenemur ex lege diuina vt que continentur in preceptis affirmatiuis vel negatiuis.

¶ Quedam vero ſunt ad quorum impletionem non tenemur ſed inducimur. vt que continentur in conſilijs ⁊ admonitionibus.

¶ Quedam vero ſunt ad quorum impletionem non tenemur nec inducimur. vt opera indifferentia ⁊ actiões naturales ſicut leuare feſtucam vel non leuare: comedere vel non comedere. De primis ergo eſt dubium an teneamur ſequi conſcientiam erroneam. quia de cõſilijs ⁊ operibus indifferentibus non videtur eſſe dubium. Planum eſt enim ꝙ ſi quis credat ſe ligari ⁊ teneri ad intrandum religionem peccat ſi non intrat. Si quis ſimiliter credat ſe teneri leuare feſtucam: niſi leuet: peccat. ſed de preceptis diuine legis eſt dubium. quia de eis eſt diuina obligatio in contrarium. vnde dicunt aliqui ꝙ ſi quis credat ſm conſcientiã ſe teneri ad fornicandum vel ad furtum committendum non tenetur tale ligamen cõſcientie ſequi. quia non tenetur homo facere illud vel ſequi conſcientiam in eo ꝙ eſt legi diuine contrarium. Unde dicunt ꝙ conſcientia erronea non ligat in malis ⁊ ad ſequendum illa q̃ ſunt diuina lege prohibita. Uerũ quia vt Auguſtinus videtur dicere. Facere cõtra conſcientiam ſiue bonum ſiue malum fiat: ſemper eſt peccatum. ¶ Ideo puto ꝙ conſcientia erronea in malum obligat ad ſequendum nõ ſimpliciter ⁊ per ſe: ſed ſm quid ⁊ per accidens. inquantũ creditur recta ꝙ diu manet erronea Concurrit enim ſuper eundem actum duplex vinculum contrarium.

¶ Unum legis nature quod eſt vinculum ligans ſimpliciter ⁊ per ſe. puta non eſſe furandum nec fornicandum.

¶ Aliud vinculum errantis conſcientie quo creditur licere fornicari ⁊ furari. quod quidem vinculũ ligat ſm quid ⁊ per accidens inquantum cõſcientia creditur recta. Unde quicquid facit homo durãte tali conſcientia erronea peccat. Nam ſi fornicatur facit contra ligamen diuini precepti. ſi vero non fornicatur: facit contra ligamen conſcientie. ſed quomodo peccat vtroꝙ modo: ex quo perplexus eſt ⁊ quaſi ad impoſſibile obligatus. Uniuerſaliter eñ ſm Auguſtinum illud cui reſiſti non poteſt peccatum non eſt. Talis autem nõ videtur poſſe reſiſtere qui alterum iſtorum incurrat. Ad quod dicitur ꝙ ſimpliciter nõ eſt perplexus quia poteſt ⁊ debet conſcientiam erroneam deponere ad preceptũ pape vel ſuperioris. ⁊ in hoc ſoluitur propoſita queſtio. quia magis ligat preceptum pape ꝙ ligamen conſcientie erronee. Uerum enim eſt ꝙ ſm quid ⁊ vt nunc magis ligat ligamen conſcientie erronee ꝙ preceptũ pape extenſiue. eo ꝙ conſcientia erronea durante: erronea ligat ad malum ⁊ ad bonum. Ad bonum quidem ex obligatione precepti diuini. Ad malũ vero ex obligatione erronee conſcientie que puta recta. preceptum vero pape nunꝙ ligat niſi ad bonum. quia ad malũ preceptum pape non eſſet tenendum. ymmo

omnino ſpernendum. ſed virtualiter ⁊ vniuerſaliter magis ligat preceptum pape. quia homo ſemper ⁊ vniuerſaliter in omnibus tenetur erroneam conſcientiam dimittere ad preceptum ſui ſuperioris ⁊ eius determinationi ſtare ac eius perplexitatem in ſua determinatiõe relinquere. Et per hoc patet reſponſio ad rationes in oppoſitum factas.

Ad quartum ſic proceditur. Videtur enim ꝙ preceptum pape magis liget q̃ ligamen recte conſcientie. quia ſemper ligat magis mandatũ ſuperioris q̃ inferioris. ſed papa eſt ſuper animas omnium hominum. Iuxta illud Roma. xiij. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. ergo papa eſt ſuper conſcientias omnium. preceptum ergo eius magis ligat q̃ preceptum conſcientie proprie.

¶ Preterea magis ligatur quis eo a quo ſe non poteſt abſoluere q̃ eo a quo poteſt ſe abſoluere. Sed a precepto pape homo non poteſt ſe abſoluere. poteſt autem ſe abſoluere a ligamine conſcientie. ergo magis ligat preceptum pape q̃ ligamen conſcientie.

¶ Preterea magis ligat quod certũ eſt eſſe bonum q̃ quod non eſt certum. ſed certum eſt ꝙ preceptum prelati eſt bonum. Scribitur enĩ Prouer. xvi. Diuinatio eſt in labijs regis: in iudicio non errabit os eius. Fortius ergo eſt ligamen precepti prelati q̃ ligamen conſcientie

¶ In contrariũ eſt. quia vinculum quod abſoluit a precepto dei tollit vinculum precepti pape. ſed dictamen conſcientie abſoluit a precepto dei. Si enĩ alicui mulieri dictat conſcientia iſtum eſſe virum ſuum qui tamen in rei veritate nõ eſt ſuus vir ⁊ cognoſcatur ab eo: nec peccat nec tranſgreditur preceptum dei. quod tamen tranſgreditur niſi eſſet dictamẽ conſciẽtie. multo magis ergo ligamen conſcientie abſoluit a precepto pape.

¶ Rñ. dicendum ꝙ ligari magis poteſt intelligi dupliciter. vel extenſiue: vel intenſiue. Si ĝ accipitur conſcientia recta que recta eſſe creditur extenſiue in plurib⁹ ligat ligamen conſcientie ſic recte q̃ preceptum pape. Cuius ratio eſt quia cum ſit duplex iudicium diuinum ⁊ humanum deus in ſuo iudicio magis pẽſat affectum q̃ effectuz cum ipſe intueatur cor. homo vero magis effectum q̃ affectum cum iudicat que foris parent. Ut ſcribitur. i. Regum. xvi. Unde ſi quis contra conſcientiam facit aliquod bonum quod non bono affectu facit. quãuis non faciat contra legem ſm humanum iudicium: facit tamen contra diuinum iudiciũ nec tali iudicio mereatur penam. Econtrario ſi quis faciat aliquod malum humana legẽ prohibitum quod ſm ſuam conſcientiam credatur bonum. quia facit bono affectu quãuis faciat cõtra legem ſm humanum iudicium: non tamẽ facit contra diuinum iudicium nec in tali iudicio meretur penam. Cõſcientia ergo recta que recta eſſe creditur in omnibus ligat. preceptũ vero pape non ligat in omnibus. quia in malis ⁊ in his que ſunt contra deum nõ ligat. intenſiue tamen fortius ligat preceptum pape q̃ ligamen conſcientie. quia ligat in foro exterioris iudicij: in quo non ligat ligamẽ conſciẽtie cum ſolius cogitationis ſm iudiciũ humanum nemo mereatur penam ⁊ ligat in foro interioris conſcientie eo ꝙ homo conſcientiam ſuam rectam ad preceptum pape debet cõformare. erroneam vero conſcientiam ad preceptum pape debet deponere

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ papa eſt ſuper hominis conſcientiam in foro exterioris iudicij. in foro vero interioris conſcientie homo ſubijcitur ſoli deo qui ſm intentiõem eius operi ſuo finem imponit. vnde in pluribus ligatur homo interiori conſcientia q̃ precepto pape eo ꝙ quicquid agit homo cõtra conſcientiam credens contra deum agere: eius iudicio punitur. Sed non quicquid homo agit contra papam vel tranſgreſſor mandati pape nõ in omnibus eſt puniendus

¶ Ad ſecundum eſt dicenduz ꝙ a vinculo cõſcientie non poteſt aliquis ſe abſoluere ſicut nec a precepto pape. Nam ſi ligamen conſciẽtie eſt rectum: tenet illud ſequi ⁊ ſic ab eo ſe nõ abſoluit. ſi vero eſt erroneum: tenetur illud deponere: nõ ſuo iudicio: ſed iudicio ſuperioris

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ argumentum arguit efficatius vinculum eſſe preceptum pape q̃ ligamen conſcientie ⁊ ꝙ in vinculo conſcientie tenetur ſtare precepto pape an ſit rectũ vel erroneum. Sed quamdiu creditur eſſe rectum: in pluribus ligat q̃ preceptum pape.

Ad quartum ſic proceditur. Videtur enim ꝙ preceptum pape liget vniuerſaliter in omnibus quia qui obligatur ad maius obligatur ad minus. Sed illa que ſunt de regula chriſtiane fidei in quibus homo obligatur pape obedire maiora ſũt q̃ illa que ſunt indifferentia. ergo in iſtis preceptum pape ligat.

¶ Preterea preceptum dei ligat in omnibus Sed preceptuz pape ligat virtute dei. Iuxta illud Luce decimo. Qui vos audit me audit ⁊ q̃ vos ſpernit me ſpernit. Ergo preceptũ pape ligat in omnibus ſimiliter.

¶ Preterea Bernardus dicit. Salutare credas quicquid prelatus iniunxerit. quodcũq; ergo mandatum vicarius chriſti tradiderit exequendum eſt. vbi contraria diuine legis non precipiat.

¶ In contrarium eſt. Dicit enim Bernardus Non plus exigas me niſi illa que promiſi. ſed homo in religione chriſtiana non promittit omnia indifferentia ſeruare. Non ergo in omnibus preceptum pape ligat.

¶ Rñ. Dicendum ꝙ in religione chriſtiana cuius papa monarchiam tenet aliqua precipiuntur que ſunt de ſalutis neceſſitate. ¶ Aliqua vero ſuadentur que ſunt de congruitate. ¶ Aliqua vero aguntur que ſunt indifferentia.

¶ In primis quantuz ad illa que ſunt explicita preceptum pape ligat virtute diuini precepti. quantum vero ad illa que ſunt implicita. ligat p̄ceptum pape ex virtute clauiũ. quia ſuum eſt determinare ⁊ declarare que ſunt illa que quilibet profitetur obſeruare in religione chriſtiana.

¶ In ſecundis vero ⁊ tertijs preceptum pape non ligat. Quia nec ligat preceptum dei niſi forte ratione contẽptus. Uel niſi illa que creduntur eſſe indifferẽtia papa mandaret intelligenda eſſe ſeruãda in profeſſione chriſtiane religionis. Dicit enim gloſa ſuper illo verbo Math. xxiij. Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribe ⁊ phariſei: quecunq; ergo dixerint vobis ſeruate ⁊ facite. ꝙ precepta prelatorum retinenda ſunt in his que pertinent ad cathedram vel in his que reducuntur ad cathedram.

¶ Ad primum dicitur. ꝙ illa que in chriſtiana religione continentur tanquam precepta maiora ſunt neceſſitate q̃ conſilia vel indifferentia: non tamen ſunt maiora congruitate. Unde preceptum pape in illis ligat ex neceſſitate. in iſtis autem non niſi quadaz congruitate.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ preceptum pape virtute precepti dei ligat. Et ideo illa q̃ a deo non precipiuntur ſed ſuadentur vel indifferentia habentur: preceptum pape ſimiliter ligare non debet.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ illud verbum Bernardi intelligendum eſt de humilitate et congruitate: non autem de neceſſitate.

## ¶ Queſtio ſexageſima quarta de predicatiõnis diſpenſatione.

Deinde videndum eſt de diſpenſatione predicationis: Circa quod queruntur ſex. ¶ Primo vtrum diſpenſatio predicationis in papa ſit poteſtas ordinis vel iuriſdictionis.
¶ Secundo vtrum ſine auctoritate pape conueniat epiſcopis predicare.
¶ Tertio vtrum papa poſſit religioſos ad officium predicationis aſſumere.
¶ Quarto vtrum papa religioſis petentib⁹ ⁊ procurantibus debeat officium predicationis conferre.
¶ Quinto vtrũ ſola auctoritate pape ſine requiſitione epiſcoporum ⁊ preſbyterorum religioſi poſſint predicare.
¶ Sexto vtrum magiſtris in theologia ex officio conueniat predicare ſicut epis.

Ad primum ergo ſic proceditur. Videtur enim ꝙ diſpenſatio predicationis in papa non ſit alicuius poteſtatis ordinis vel iuriſdictionis. quia in predicatione requiritur doctrina: Iuxta illud Eccle. v. Si eſt tibi intellectus reſponde proximo tuo. ſin autem: ſit manus tua ſuper os tuum. Sed multi laici ſunt litterati magis ꝙ clerici. Ergo nulla alia poteſtas requiritur ad predicandum niſi doctrine veritas.

¶ Preterea ad predicandum requiritur miſſio: Iuxta illud Roma. x. Quomodo predicabunt niſi mittantur. ſed aliqui interius diuinitus inſpirati a deo mittuntur ad predicandum ſicut beatus Gregorius refert in dyalogo de beato Benedicto qui homines montis Caſſini ſua predicatione ad fidem adduxit et de quodam equitio cui angelus in ſomnis apparuit ⁊ eum ad predicandum miſit. Ergo ſine poteſtate ordinis vel iuriſdictionis inſpirati a deo poſſunt predicare.

¶ Preterea ſcribitur Eccle. xvij. ꝙ deus vnicuique mandauit de proximo vt eripiat eum ab omni iniquo. Ex ſolo ergo precepto diuino: quilibet tenetur proximo ſuo predicare. ⁊ ipſum inſtruere abſque aliqua alia poteſtate recepta a papa ordinis vel iuriſdictionis.

¶ In contrarium eſt quod ſcribitur extra de hereti. c. cum ex iniuncto

¶ R. dicendum ꝙ a chriſto capite deriuata eſt in membra eius gratia affectum inflammans et peccata remittens ⁊ veritas intellectum illuſtrans ⁊ viam eterne vite oſtendens. de quibus duobus ſcribitur Iohannis. i. Gratia ⁊ veritas per Ieſum chriſtum facta eſt. Primum iſtorum communicatur in populo chriſtiano per ſacramentorum adminiſtrationem. Nam gratia ſacramentalis per ſacramenta noue legis confertur. vnde dicuntur eſſe vaſa gratie. ſicut dicit Hugo. i. libro de ſacramentis. Secundum vero per ſacre ſcripture predicationem. Gratie ergo ſacramentalis collatio que reſpicit corpus chriſti verum vel miſticum pertinet ad poteſtatem ordinis. quia ſacramentum eucariſtie continens corpus chriſti verum: ad quod omnia ſacramenta ordinantur non niſi ſacerdos ⁊ habens poteſtatem ordinis poteſt conferre. ſed ſacre ſcripture predicatio cum reſpiciat corpus chriſti miſticum pertinet ad poteſtatem iuriſdictionis. vnde predicatio in papa eſt poteſtatis iuriſdictionis: non ordinis. quia non ordinatus electus in papam poſſet predicare ⁊ officium predicationis diſpenſare: non tamen poſſet facere illa que ad poteſtatem ordinis ſpectarent niſi ordinaretur.

¶ Ad primum dicitur. ꝙ laicis quantumcunque polleant doctrina interdicitur predicare. Vnde ſcribitur extra de here. c. cum ex iniuncto. ꝙ cum ordo doctorum ſit precipuus in eccleſia non debet ſibi quiſque indifferenter predicationis officium vſurpare. Nam ſecundum apoſtolum. Quomodo predicabunt niſi mittantur. ⁊ veritas ipſa precipit apoſtolis. Rogate dominum meſſis: vt mittat operarios in meſſem ſuam. laicis ergo quantumcunque literatis quia officium predicationis eis non eſt commiſſum predicare non licet.

¶ Ad ſecundum reſpondetur extra de hereti. c. cum ex iniuncto. vbi dicitur ꝙ ſi quis argumentatiue reſpondeat ꝙ multi inuiſibiliter mittuntur a deo ⁊ ſi non viſibiliter mittantur ab homine cum inuiſibilis miſſio ſit dignior ꝙ viſibilis: ⁊ diuina longe melior ꝙ humana. ideo iſtis conuenit predicare: talibus rationabiliter poteſt reſponderi ꝙ cum interior illa miſſio ſit occulta non ſufficit alicui tantum aſſerere ꝙ ipſe ſit miſſus a deo cum hoc quilibet hereticus aſſeruerit. Nam Manicheus ſcripſit ſe apoſtolum ieſu chriſti miſſum a deo. ſed oportet ꝙ aſtruat illam inuiſibilem miſſionem per operationem miraculi vel ſacre ſcripture teſtimonium. ſicut Moyſe miſſo in egyptum ad filios Iſrael: datum eſt ſignum vt conuerteret virgam in colubrum. ⁊ Iohannes baptiſta ſue miſſionis ſpeciale teſtimonium ſumpſit de ſcriptura dicens: Ego vox clamantis in deſerto ſicut dixit Iſaias propheta.

¶ Ad tertium dicitur ꝙ monitione ⁊ correctione fraterna cuilibet mandatum eſt de proximo vt eripiat eum ab omni iniquo. ſed ſicut dicit Auguſtinus in libro de nouo cantico. Chriſtus per ſcripturas ſanctas predicatur: non in anguſtiis: non occulte: ſed palam ⁊ publice. In ſole enim poſuit tabernaculum ſuum. quia in manifeſto collocauit eccleſiam ſuam. ⁊ vt ſubditur: ſi veritate fulcitur predicatio tua: publica ſit doctrina tua. Vnde extra de hereti. ca. cum ex iniuncto. Scribitur ꝙ quidam laici merito ſunt arguendi qui occulta conuenticula celebrant. ⁊ officium predicationis ſibi vſurpant. Deus enim lux vera intantum odit opera tenebrarum vt apoſtolos per vniuerſum mundum predicaturos euangelium omni creature miſſurus eis precepit. Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine. ⁊ quod in aure auditis predicate ſuper tecta.

Ad ſecundum ſic proceditur. Videtur enim ꝙ ſine auctoritate pape epiſcopis conueniat predicare. quia non poteſt quis predicare niſi mittatur. dicente apoſtolo Roma. x. Quomodo predicabunt niſi mittantur. ſed omnes epiſcopi in perſona apoſtolorum miſſi ſunt a chriſto ad predicandum. Iuxta illud Math. vltimo Euntes in mundum vniuerſum predicate euangelium omni creature. non ergo indigent [illegible]cia papa.

¶ Preterea archidyaconis ⁊ preſbyteris conuenit ex officio ipſorum predicare. vt ſcribitur xv. di. c. perlectis. Multo ergo fortius ex officio conuenit predicare epiſcopis.

¶ Preterea ſuper illo verbo Mathei. xvi. c. Tibi dabo claues regni celorum. dicit gloſa ꝙ poteſtatem ſoluendi ⁊ ligandi ⁊ ſcientiam diſcernendi claues regni celorum chriſtus appellauit. Sed ambe iſte claues includuntur in officio epiſcopali. Ergo epiſcopis conuenit ex officio predicare abſque aliqua alia auctoritate.

¶ In contrarium eſt quia predicare eſt actus iuriſdictionis Sed poteſtas iuriſdictionis deriuata eſt in epiſcopis ab ipſo papa. ergo abſque pape auctoritate predicare non poſſunt.

¶ R. dicendum ꝙ predicare ex officio poteſt intelligi quantum ad preſens dupliciter.

¶ Primo quantum ad ipſius officij commiſſionem.

¶ Secundo quantum ad ipſius officij executionem.

¶ Primo modo predicare poſſe conuenit omnibus quibus animarum cura committitur. vnde eo ipſo ꝙ epiſcopi archidyaconi ⁊ preſbyteri ad curam animarum aſſumuntur ex officio conuenit eis predicare. quia in officio eis commiſſo auctoritas docendi ⁊ inſtruendi animas eis commiſſas includitur. ⁊ dico auctoritas docendi quia in poteſtate ordinis qua quis efficitur epiſcopus vel preſbyter recipitur poteſtas ligandi ⁊ ſoluendi que eſt vna clauis. Scientiam vero vt nominat habitum acquiſitum vel infuſum non recipit: niſi quantum ad auctoritatem. Poteſt enim ex tunc ſcientiam adminiſtrare. Non enim cum papa facit aliquem epiſcopum vel preſbyterum dat ſibi licentiam ligandi dando ei poteſtatem ligandi ⁊ ſoluendi. Sed dando ſibi primam poteſtatem qua poſſit ligare ⁊ ſoluere: dat ſibi poteſtatem ⁊ auctoritatem actum ſcientie exercendi. Ex officio ergo conuenit epiſcopis ⁊ preſbyteris predicare. epiſcopo in ſua dyoceſi. ⁊ preſbytero in ſua parrochia. Cum enim poteſtas ligandi ⁊ ſoluendi ⁊ poteſtas predicandi ſit quedam poteſtas ſpiritualis que ſemper datur cum aliqua conſecratione. Ideo epiſcopus in conſecratione apiſcopali ⁊ ſacerdos in conſecratione ſacerdotali vtramque poteſtatem recipit. Vnde quantum ad officij commiſſionem vel receptionem epiſcopis ⁊ preſbyteris conuenit predicare ex officio. Sed quantum ad officij executionem. quia hoc requirit iuriſdictionem ſuper determinatam dyoceſim ⁊ ſuper determinatam parrochiam. ſicut dyoceſes ⁊ parrochias determinare ſpectat immediate ad papam ſic executio predicationis ⁊ ſacramentorum adminiſtrationis ex officio recepto non conuenit epiſcopo vel preſbytero ſine auctoritate pape.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ ſicut apoſtoli miſſi ſunt ad predicandum non niſi preſuppoſita auctoritate Petri: cui iam dictum erat ſingulariter. Tibi dabo claues regni celorum. Sic epiſcopi admittuntur ⁊ aſſumuntur in partem ſollicitudinis non niſi preſuppoſita auctoritate pape qui ſicut dat eis auctoritatem exequendi officium receptum ſuper tanta vel tali materia ſi bene vtantur ita culpa exigente ſi commiſſo officio abutuntur. poteſt eos dicta executione priuare.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ archidyaconis ⁊ preſbyteris conuenit ex officio predicare. ⁊ multo fortius epiſcopis poſtquam cura animarum eis committitur. ſed ſicut per papam fit eis talis prouincie vel talis dyoceſis ſiue parrochie commiſſio: ita per eum poteſt fieri illarum ſubtractio. Vnde ex officio executionis non conuenit eis predicatio vel ſacramentorum adminiſtratio ſine auctoritate pape.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ epiſcopus vel preſbyter recipit vtramque clauem quantum ad auctoritatem exercendi actum. ſed quantum ad actus executionem cum hoc requirat debitam materiam ſubditorum non conuenit eis vti clauibus niſi auctoritate apoſtolica.

Ad tertium ſic proceditur. videtur enim ꝙ papa non poſſit religioſos ad officium predicationis aſſumere. quia

papa non poteſt contra ſtatuta patrum aliquid condere vel mutare. Ut ſcribitur .xv. q. i. Sed ſtatutum patrum eſt vt preter domini ſacerdotes nullus audeat predicare ſiue monachus ſiue laicus ille ſit. Ut dicitur .xvi. q. i. c. adducimus.

¶ Preterea ſcribitur extra .xv. q. i. c. ſunt quidam. Sed quod docuerunt apoſtoli ⁊ ꝓphete deſtruere quod abſit niteretur Romanus pontifex non ſententiam dare, ſed magis errare conuinceretur. ſed ordinatio eſt apoſtolica. Chorin. x. vt nullus glorietur in alienis laboribus ⁊ in alienis plebibus Si ergo papa hanc gloriam dat religioſis vt poſſint predicare in dyoceſi epiſcopi ⁊ in parrochia ſacerdotis. conuincitur errare.

¶ Preterea priuilegium indultum ſemper intelligitur ſine preiudicio alterius eſſe conceſſum ſed hoc non poteſt intelligi eſſe factū ſine preiudicio epiſcoporum ⁊ ſacerdotum ꝙ alij mittāt falcem in meſſem eorum. Ergo hoc papa facere non poteſt.

¶ In contrarium eſt: quia quod poteſt facere epiſcopꝰ in ſua dyoceſi poteſt facere papa in toto orbe. ſed epiſcopus poteſt ⁊ debet in ſua dyoceſi eligere perſonas idoneas ad predicationis officium. vt ſcribitur extra de offi. iu. ordi. ca. inter cetera. Ergo multo fortius hoc papa facere poteſt. vt preter ordinarios aliquos viros idoneos aſſumat ad predicationis officium qui vice ſua ſacram ſcripturam predicēt populo chriſtiano in vniuerſo orbe.

¶ R. dicendum ꝙ aliqui heretici poteſtatem eccleſiaſtici miniſterij in vite ſanctitate poſuerunt vt qui ſanctitate carerent ordinis quoqꝫ poteſtatem amitterent. ⁊ qui ſanctitate fulgerent: ordinis poteſtate potiebantur. quorum errorem profeſſio quorundam monachorum ſecuta intantum de eorum ſanctitate preſumebant vt miniſtrorum eccleſie officia ꝓprio arbitrio vſurparent. abſoluendo et predicando abſqꝫ pape vel epiſcopi vel alicuius ſuperioris auctoritate. contra quorum preſumptionē ſcribitur .xvi. q. i. c. peruenit ad nos Unde valde miramur ꝙ quidā monachi ⁊ abbates in parrochia veſtra contra ſanctorum patrum decreta epiſcopalia iura ⁊ officia ſibi vſurpantes vendicant abſqꝫ propria epiſcopi licentia vel apoſtolice ſedis auctoritate. Mādamꝰ itaqꝫ dilectioni tue vt eos conuenias ⁊ ne talia deinceps preſumāt omnino prohibeas. Aliqui vero nimis incaute ab iſto errore recedere volentes in contrarium errorem ꝓlapſi ſunt aſſerentes monachos ⁊ religioſos quantumcūqꝫ idoneos ⁊ p̄uilegio papali vel epiſcopali fulcitos nullo modo poſſe p̄dicare ⁊ alia officia eccleſiaſtici miniſterij exercere. quorum dogmata damnantur .xvi. q. i. vbi ſic dicitur. Sūt nōnulli malo dogmate fulti audaciſſime qui zelo magis amaritudinis inflāmati ꝙ dilectionis aſſerentes monachos quia mūdo mortui ſūt ⁊ deo viuunt ſacerdotalis officij potentia indignos. ſed omnino in errorem labūtur quia neqꝫ beatus Benedictus monachorum preceptor iſtius rei aliquo modo fecit interdictum. Unde precipimus vt ab huiuſmodi auſibus reprimantur in poſterum. quia quanto quis excelſior tanto in illis erit potentior. Sed mater eccleſia veritatis doctrix ⁊ v̄tutis magiſtra mediam viam determinat eſſe tenendā vt cū auctoritate ſedis apoſtolice religioſi ⁊ alij viri idonei ad officium predicationis poſſint aſſumi qui ſunt coadiutores epiſcoporum ⁊ preſbyterorum in predicationis ⁊ ſacramentorum adminiſtratione in populo chriſtiano. Unde ſcribitur .xvi. q. i. ex auctoritate huius decreti. ꝙ apoſtolico moderamine ⁊ pietatis officio a nobis cōſtitutum eſt ſacerdotibus monachis apoſtolorum figuram tenentibus liceat predicare baptizare cōmunionem dare penitentiā ponere atqꝫ peccata ſoluere.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ illud decretum intelligitur papam non poſſe mutare de iure diuino ſtatuta patrum quantum ad illa que decreuerunt de iure diuino. Sicut de articulis fidei de preceptis diuinis vel ſacramentis eccleſie. Sed quantum ad illa que determinauerunt de iure poſitiuo relicta ſūt ſub diſpenſatiōe pape vt poſſit ea mutare vel diſpenſare ſ̄m ꝙ oportunitates temporum vel negociorum occurrunt.

¶ Ad ſecundum eſt dicendū ꝙ papa aſſumēdo religioſos ad predicationis officium non facit contra apoſtolum vt ꝙ ipſi glorientur in alienis plebibus vel in alienis laboribus. quia quantum ad talem actum plebes ſunt eis appropriate ⁊ habent in eis iuriſdictionem in p̄dicationis officio ſicut preſbyteri vel epiſcopi non quidem ordinariam. ſed ex cōmiſſione et diſpenſatiōe apoſtolice ſedis. nec valet ꝙ nō poſſent ꝓcurationes ab eis recipere ſicut epiſcopi recipiunt. quia hoc non eſt eis conceſſū predicare autem eſt eis conceſſum. Si autem papa concederet. poſſet recipere vnum ſicut reliquum.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ nullum preiudicium ſit epiſcopis vel p̄ſbyteris: quia talis iuriſdictio p̄dicationis adminiſtrationis ſacramentorum non eſt eis conceſſa in fauorem ꝓprium: ſed in fauorem ipſorum ſubditorum. Ideo in vtilitatem eorum poteſt papa eis coadiutores dare ⁊ ab eis ſubtrahere ⁊ alijs imponere ſine iniuria ipſorum.

AD quartum ſic ꝓceditur. Uidetur enī ꝙ papa religioſis petentibus ⁊ ꝓcurantibus non debeat p̄dicationis officium conferre. Ordo namqꝫ p̄dicandi ⁊ docendi eſt precipue honoris ⁊ dignitatis in eccleſia. Sed ſcribitur ad Hebre. v. Nemo aſſumat ſibi honorem ſed qui vocatur a deo tanquam Aaron ꝓcuranti ergo officium p̄dicationis eſt denegandum non offerendum.

¶ Preterea. eccleſiaſticum officium ꝓcurare ē magne ambitionis. Sic enim ſcribitur. viij. q. i. c. Sciendum. Cum locus ſuperior impetratur ille qui ad p̄cipienda hec obedit obedientie ſibi virtutem euacuat ſi ad hec ex proprio anhelat.

¶ Preterea. Gregorius dicit in paſto. ⁊ ponitur. viij. q. i. c. in ſcripturis. Locus regiminis ſicut deſiderantibus eſt denegandus: ita fugientibus eſt offerendus. Sed p̄dicare ad locum regiminis pertinet. Eſt enim ars artium regimen ⁊ inſtructio animarum vt dicit Gregorius ergo petenti predicationis officium papa non debet conferre.

¶ In contrarium ē: quia yſaias ſponte ſe obtulit ad p̄dicationis officium dicēs yſa. vi. Ecce ego mitto me.

¶ R. Dicendum ꝙ p̄dicationis officium ꝓcurare vel recuſare poteſt ꝓcedere ex duplici radice bona ⁊ ex duplice radice mala. Si namqꝫ ꝓcuretur ex caritate ⁊ auditorum vtilitate meritorium eſt ⁊ laudabile. Si vero recuſetur ex humilitate ꝓprium imperfectum conſiderando ſimiliter eſt laudabile. Exemplum primi. yſa. vi. Ecce ego mitto me. Exemplum ſecundi. Iere. i. Ecce neſcio loqui quia puer ego ſū. Eodem modo ex duplici radice mala. Quia ſi ꝓcuratur ex ambicioſitate ⁊ turpis lucri gratia eſt vituperabile. Si vero recuſetur ex quietis ſuauitate ⁊ corporis pigritia ſimiliter eſt damnabile. ¶ De primis dicit Petrus p̄ma canonica ſua. Paſcite qui eſt in vobis gregem dei. non turpis lucri gratia neqꝫ vt dominantes in cleris. De ſecundis dicit yſa. vi. Canes ſunt non valentes ⁊ non volentes latrare. Ut dicit alia littera.

¶ Ad p̄mum ergo eſt dicendum ꝙ in predicatione non ſolum eſt honor ſed labor: vtrumqꝫ tamen poteſt appeti ſine peccato. vt labor appetatur ꝓpter ꝓximi vtilitatem ⁊ honor ꝓpter dei laudem. vt ipſe deus laudetur in creaturis ſuis.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ obedientia ē ſemper conſeruatiua virtutum dummodo ſibi annectatur humilitas ſi tamen quis obedit ex ꝓprij honoris ambicioſitate non conſiderata ꝓximi charitate ⁊ ſacre doctrine manifeſtationis veritate. priuatur virtute obedientie ratione ſuperbie que eſt annexa ambicioſitati: que omnes virtutes deuorat: ſicut vera humilitas omnes virtutes conſeruat ⁊ iſta eſt intētio gregorii in illo decreto.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ Greg. loquitur ibi de loco regiminis p̄lationis non p̄dicationis. que quidem p̄latio quamuis quandoqꝫ vtiliter ſuſcipiatur: ſemper tamen indecenter appetitur ⁊ ꝓcuratur.

AD quintum ſic ꝓceditur. Uidetur. n. ꝙ ſola auctoritate pape religioſi ſine requiſitione epiſcoporum ⁊ p̄ſbyterorum p̄dicare non poſſint quia epiſcopi maiorem auctoritatem habent p̄dicandi ꝙ religioſi. ſed ep̄i extra dyoceſim ſuam non poſſunt p̄dicare ſine requiſitione epiſcopi illius dyoceſis. ergo nec religioſi poſſunt p̄dicare ſine requiſitione ep̄orum vel p̄ſbyterorum.

¶ Preterea. nullus poteſt predicare niſi mittatur. Sed non legimus miſſos niſi duodecim apoſtolos quorum perſonas repreſentant epiſcopi. ⁊ .lxxij. diſcipulos quorum perſonas repreſentant p̄ſbyteri parrochiales. vt dicit glo. Lu. x. Ergo ſine requiſitione iſtorum nullus pōt p̄dicare

¶ Preterea. nullus habet auctoritatem edificare ſuper fundamento alterius niſi auctoritate illius cuius eſt fundamentum. Ita enim dicit apoſtolus. Roma. xv. ſic autem p̄dicaui hoc euangelium non vbi nominatus eſt chriſtus: ne ſuper alienum fundamentum edificarem. ergo ſine requiſitione epiſcoporum ⁊ p̄ſbyterorum religioſi non debent p̄dicare.

¶ In contrarium eſt quia p̄dicare eſt poteſtatis iuriſdictionis. ſed aliqui religioſi ſunt exempti a iuriſdictione ep̄orum vt ſupra determinatū ē ergo ſine requiſitione ipſorum p̄nt p̄dicare.

¶ R. dd. ꝙ nō minoris auctoritatis ē papa in tota eccl'ia ꝙ quilibet ep̄s in ſua ꝓpria dyoceſi immo maioris cū in ꝓpria dyoceſi ep̄s iuriſdictionem nō exerceat niſi auctoritate pape. ſ̄ quilibet ep̄s

in ꝓpria dyoceſi poteſt ⁊ debet religioſos ⁊ alios idoneos viros ad ſancte predicationis officium aſſumere: qui vice ipſorum plebes chriſti eis commiſſas edificent verbo ⁊ exemplo: abſq; omni requiſitione preſbyterorum in quorum parrochijs predicant quibus epiſcopi tenentur neceſſaria miniſtrare ſi indigent tanquã cooperatoribus ⁊ coadiutoribus ipſorum: ſicut ſcribitur extra de offi. iu. ordi. c. Inter cetera. Ergo ſimiliter papa poteſt ⁊ debet in tota eccleſia aliquos religioſos ⁊ idoneos viros ad ſancte predicationis officium ordinare. Cum pabulum verbi dei ꝑmaxime noſcatur eſſe neceſſarium in populo chriſtiano qui in qualibꝫ dyoceſi ⁊ in qualibet parrochia poſſint: ⁊ debeant verbum dei predicare ⁊ in eorum loci in quibus habitant abſq; omni requiſitione epiſcoporum vel preſbyterorum poſſint predicare ⁊ alia ſpiritualia ꝑ ſedem apl'icam eis commiſſa adminiſtrare.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum: ꝙ epiſcopi habent maiorem poteſtatem predicandi quã religioſi: quia ipſi predicant poteſtate ordinaria. Religioſi vero auctoritate apoſtolica eis commiſſa ⁊ quantum ad hoc bene poſſunt extenſiue in pluribus locis predicare quam epiſcopi: quia auctoritas pape ex qua religioſi ꝑdicant ad plura loca ſe extendit ꝙ auctoritas epiſcoporum.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ miſſi poſſũt alios mittere ſicut Paulus miſit Thymotheũ ⁊ Thytum ⁊ Petrus miſit Proſdocymum ⁊ Marcum. Sic epiſcopi miſſi poſſunt alios mittere ad parrochias ad predicandum preter ſp̃os preſbyteros ⁊ ſine requiſitione ipſorum: cum ipſi preſbyteri in ꝓprijs parrochijs nihil poſſint agere non baptiçare nec miſſas celebrare ſine ꝓprij epiſcopi licentia. vt ſcribitur. xv. q. j. c. cunctis fidelibus. Eodem modo papa poteſt aliquos mittere in tota eccleſia ad predicandum ꝑter ep̃os ⁊ ſacerdotes ⁊ ſine eorũ requiſitione.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ Paulus potuiſſet predicare vbi chriſtus nominatus erat: ſi fuiſſet neceſſarium ⁊ ſic edificaſſet ſuper alienũ fundamentum: quia predicaſſet conuerſis per alium: non tamen hoc erat expediens: quia vt glo. dicit. Paulus ſciebat pſeudo apoſtolos ſub nomine chriſti falſa docere. quod poſtea corrigere maximi erat laboris ideo ſolicitus erat preuenire ⁊ veritatem integre tradere: vbi nondum nunciatus erat xp̃s.

Ad ſextum ſic ꝓceditur. Videtur enim ꝙ magiſtris in theologya ex officio non conueniat predicare ſicut epiſcopis: quia epiſcopis conuenit ex officio predicare: ex eo quod cura animarum eſt eis commiſſa. ſed magiſtris in theologya non eſt commiſſa cura animarum. ergo ex officio non conuenit eis predicare ſicut epiſcopis.

¶ Preterea. Poſterius non datur ſine priori: ſed poteſtas ſcientie ⁊ diſcernendi preſupponit poteſtatem ligandi ⁊ ſoluendi. Cum ergo magiſtri in theologya non poſſint ſoluere ⁊ ligare non poterunt ex officio predicare ſicut epiſcopi.

¶ Preterea. officium epiſcopale indecenter appetitur ſecundum Gregorium. Officium vero magiſtrale ſecundum aliquos decent appetitur ⁊ ꝓcuratur. Non ergo magiſtro ex officio ↄuenit ꝑdicare ſicut ep̃o.

¶ In contrarium eſt: quia magiſtri in theologya auctoritate pape poſſunt predicare vbiq;: epiſcopi vero ſolum in ꝓpria dyoceſi. Magis ergo ex officio conuenit ꝑdicare magiſtrꝭ i theologya ꝙ̃ epis

¶ Reſpondeo. Dicendum quod epiſcopis cõuenit predicare ex officio epiſcopali: Magiſtris vero ex officio magiſtrali. Sicut ergo differunt officium magiſtrale ⁊ epiſcopale. ſic differenter conuenit predicare ex officio epiſcopis ⁊ magiſtris. ¶ Planum eſt autem quod quicunq; recipit cathedram epiſcopalem recipit eminentiam potentie quã prius non habebat ⁊ per hanc potentiam recipit auctoritatem cõmunicandi ſcientiam quam prius habebat. ¶ Qui autem recipit cathedram magiſtralem non recipit eminentiam ſcientie: quam prius non habebat. Non enim qui licentiat aliquẽ ad magiſterium dat ſibi ſcientiam quam ꝑus non habebat. ſed recipit auctoritatem docendi ⁊ communicandi ſcientiam prius acquiſitam. Sicut enim poteſt eſſe iuriſperitus ⁊ tamen caret poteſtate ⁊ auctoritate iudicandi ⁊ econuerſo aliquis poteſt habere auctoritatem iudicandi, ⁊ tamen caret ſcientia iuris. ¶ Sic aliquis poteſt habere ſcientiam ſacre theologye: et tamen caret auctoritate docendi ⁊ communicandi ſcientiam. ⁊ aliquis poteſt habere auctoritatem communicandi ⁊ docendi. Et tamen caret ſcientia ſicut epiſcopos eo ipſo quod epiſcopus in ſua dyoceſi habet auctoritatem in ſua dyoceſi docendi ⁊ predicandi. ¶ Si tamen caret ſcientia non poteſt nec docere nec ꝑdicare. aliter ergo ex officio conuenit ꝑdicare epiſcopis ⁊ aliter magiſtris in theologia: quia epiſcopis cõuenit ꝑdicare ex officio ꝓpter poteſtatem receptam in cathedra epiſcopali: ſed magiſtris conuenit ex officio predicare ꝑ auctoritatem receptã in cathedra magiſtrali. Et ꝑ hoc patet reſponſio ad rationes in contrarium.

## ¶ Queſtio. lxv. de diſpenſatione confeſſionis.

Nunc videndum eſt de diſpẽſatione confeſſionis. Circa quod queruntur ſex:

¶ Primo. vtrum papa poſſit facere ꝙ quilibet chriſtianus non confiteatur ſemel i anno ꝓprio ſacerdoti.

¶ Secundo. vtrum auctoritate pape religioſi poſſint in qualibet parrochia ſicut ꝓprij ſacerdotes confeſſiones audire.

¶ Tertio. vtrum papa poſſit facere ꝙ peccata ſemel confeſſa homo teneatur iterum confiteri.

¶ Quarto. vtrum papa poſſit facere: ꝙ confeſſio eorundem peccatorum habeat efficaciã vltra ſemel.

¶ Quinto. vtrum papa poſſit facere ꝙ quis differat confeſſionem vſq; ad quadrageſimam ſine peccato.

¶ Sexto. vtrum ex precepto pape ſacerdos ꝑrochialis teneatur credere ſoli verbo ſuo ſubdito dicenti ſe eſſe conceſſum religioſo habẽti auctoritatem abſoluendi

Ad primũ ergo ſic ꝓceditur. Videtur .n. ꝙ papa non poſſit facere ꝙ quilibet xp̃ianus non ↄfiteatur ſemel in anno ꝓprio ſacerdoti. quia ſcribitur ex̃ de pe. ⁊ re. c. Omnis vtriuſq; ſexus ſaltem ſemel ↄfiteatur in anno fideliter ꝓprio ſacerdoti. ſtãte ergo illa decretali in ſuo vigore papa non poteſt facere ꝙ confeſſio peccatorum cuiuſlibet parrochiani non fiat ſemel in anno ꝓprio ſacerdoti.

¶ Preterea. papa non poteſt contra ius naturale quia nullus poteſt eſſe iuris diſpenſator: niſi illius ſit ordinator. Ius autem naturale ordinatum eſt a deo non a papa. Sed de iure naturali eſt ſubijci filium ſpiritualem patri ſpirituali ſicut filium carnalem patri carnali. vt dicit apoſtolus ad Hebre. xij. Unde ſicut papa non poteſt ſubtrahere filios iudeorum vt inuitis parentibus faciat baptiçari. ita non poteſt ſubtrahere filios ſpirituales ab ipſis ſacerdotibus.

¶ Preterea. ordo eccleſiaſtice ierarchie imitatur ordinem celeſtis ierarchie quem papa tollere non poteſt. Sed ſicut pape ſubijciuntur archiepiſcopi. ſic epiſcopi archiepiſcopis ⁊ ſacerdotes epiſcopis. ſed archiepiſcopi nõ poſſunt ſe intromittere de his que ſpectant ad epiſcopos. vt di. xj. q. iij. ergo nec papa de ep̃is ⁊ ep̃i de ſacerdotibus

¶ In contrarium eſt: quia epiſcopus poteſt in qualibet parrochia ordinare preter ꝓprios ſacerdotes aliquos ydoneos viros in confeſſionibus audiendis: ⁊ penitentijs iniungendis. vt dicitur extra de offi. iu. ordi. c. Inter cetera. ergo multo fortius hoc poteſt facere papa in tota eccleſia.

¶ R. Dicendum quod diſtinguendum eſt de primo proprio. ¶ Nam quandoq; proprium accipitur vt diuiditur contra alienum. Quandoq; vero accipitur vt diuiditur contra cõmune. Primo modo vt ꝓprium diuiditur contra alienum accipitur Ioh. x. Ubi dicitur ꝙ oues ꝓprium paſtorem ſequuntur. alienum autem fugiunt quia non nouerunt vocem alienorum. Secundo vero modo vt ꝓprium diuiditur cõtra commune vt accipitur ꝑmo topicorum vbi dicitur: Quod proprium eſt quod conuenit vni ſoli. ⁊ quod indicat quid eſt eſſe rei ⁊ conuertitur predicatur de re. ¶ Primo modo ergo accipiendo proprium vt diuiditur contra alienũ ſtãte illa decretali. Omnis vtriuſq; ſexus. Papa non poteſt facere ꝙ aliquis non confiteatur ſemel in anno proprio ſacerdoti ſine eius licentia. vbi dicitur ſiquis autem alieno ſacerdoti voluerit iuſta de cauſa ſua peccata confiteri licentiam prius poſtulet ⁊ obtineat a proprio ſacerdote cum alienus cum non poſſit ſoluere vel ligare. Sed ſecundo modo ſtante illa decreta. in ſuo vigore poteſt: quia ſicut epiſcopus eſt ſacerdos communis in tota dyoceſi ⁊ ſi quis cõfitetur ſibi: confitetur proprio ſacerdoti vt proprium diuiditur contra alienum non cõtra cõmune: ſic papa in toto orbe eſt ſacerdos communis. ⁊ cum quis confitetur pape vel alteri de ſuo mandato confitetur proprio ſacerdoti cum nec curatus ſit proprius ſacerdos niſi de mandato ſuo. ¶ Nullus enim ſacerdos nec ſecularis nec religioſus habet aliquam iuriſdictionẽ ſuper aliquos niſi de iure poſitiuo pape. quia poteſtas iuriſdictionis nõ fuit deriuata a chriſto in apoſtolos niſi mediante Petro.

Nec in epiſcopos ⁊ preſbyteros debet deriuari niſi mediante papa. ſecus autem eſt de poteſtate ordinis. vnde ſicut ridiculum eſſet dicere ꝙ Petrus non potuiſſet ſoluere nec ligare ſubditos cuiuſlibet apoſtoli vel alius de mandato ſuo ⁊ apoſtoli ſubditos illorum. lxxij. diſcipulorum: ſic ridiculum eſt dicere: ꝙ papa non poſſit vel alij de mandato ſuo ſoluere ⁊ ligare: ſubditos cuiuſlibet epiſcopi ⁊ cuiuſlibet preſbyteri ⁊ ſic abſoluti non tenentur ꝓprio epiſcopo vel ꝓprio ſacerdoti confiteri.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ illi qui confitentur habentibus auctoritatem pape confitentur ꝓprijs ſacerdotibus vt ꝓprium diuiditur contra alienum. Illa autem decretalis intelligitur ꝙ quis confiteatur ꝓprio ſacerdoti: vt ꝓprium diuiditur contra commune: ita ꝙ ſacerdos parrochialis eſt ꝓprius ſacerdos: ⁊ religioſus vel alius qui fungit auctoritate pape vel epi eſt ꝓprius ſacerdos. non tamen eodem modo. ſed ſacerdos parrochialis eſt ꝓprius ſacerdos vt ꝓprium diuiditur contra commune quia non poteſt audire confeſſionem niſi i parrochia ſua ſolum. Religioſus vero eſt ꝓprius ſacerdos vt ꝓprium diuiditur contra alienum quia eo ipſo ꝙ habet licentiam ſuperioris non eſt alienus ſed quia in qualibet parrochia poteſt audire confeſſionem eſt ſacerdos communis.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum. ꝙ papa nō ſubtrahit filios a patre ſpirituali. Sed ſicut epiſcopo qui eſt pater in tota dyoceſi dantur coadiutores preſbyteri particulariter in qualibet parrochia. Unde in ordinando eos dicit. Quanto fragiliores ſumus tanto his magis omnibus indigemus. Sic religioſi in tota dyoceſi dantur ſibi coadiutores ad gubernationem ⁊ inſtructionem filiorum eccleſie.

¶ Ad tertium eſt dicendum: ꝙ non eſt ſimile: quia poteſtas ſacerdotis naturaliter iure diuino ſubditur poteſtati epiſcopi cum ſit imperfecta reſpectu eius. Sed epiſcopus ſubditur archiepiſcopo ſolum ex ordinatione eccleſie. ideo in quibus eccleſia ſtatuit epiſcopum archiepiſcopo ſubijci in illis tantum eſt ſubiectus. Papa autem in omnes chriſtianos immediatam iuriſdictionem habet. ideo prebere poteſtatē ſacramenta adminiſtrandi paucis vel multis ſemel vel pluries ꝑtinet ſolum ad ꝑtātem iuriſdictionis pape vniuerſalit in tota eccl̄ia.

Ad ſecundum ſic ꝓceditur. videtur. n. ꝙ papa non poſſit facere: vt religioſi in qualibet parrochia audiant ꝯfeſſiones ſicut ꝓprij ſacerdotes. In eccleſia nāq; vitanda ſunt mala ⁊ occaſiones malorum. ſcḋm illud apoſtoli. ij. Chor. xj. Quod autem facio ⁊ faciam vt amputem occaſionem eorum q̄ volunt occaſionem. Sed ſi religioſi tanquam ꝓprij ſacerdotes audirent confeſſiones in qualibet parrochia poſſent multi dicere ſe eſſe confeſſi . ⁊ ſic inconfeſſi ad ſacramenta accedere: ex quo non poſſent artari ꝑ ꝓprium ſacerdotē. Nullo ergo modo eſt occaſio danda talis: vt ſub pretextu confeſſionis religioſis facte latenter inconfeſſi ad ſacramenta homines accedāt.

¶ Preterea. ſolum ſacerdotes parrochiales poſſunt ſacramentum eucharīſtie miniſtrare eorum parrochianis. Sed aliter ipſe non poſſunt ſcire dignos ⁊ indignos ꝑceptione dicti ſacramenti niſi ꝑ eorum confeſſionem. ergo neceſſarium eſt eos artari vt confiteant ꝓprijs ſacerdotibus ⁊ non alijs.

¶ Preterea. cum papa cōmittit aliquos ſub cura epi: ⁊ eps aliquos ſub cura ſacerdotis: et tunc exonerat ſe a cura illorum. vt extūc ſint ſub cuſtodia ipſorum ⁊ non ſub cuſtodia ſua quatinus ſacerdoti imputetur ſubditorum lapſus. Iuxta illud. iij. Reg. xx. Cuſtodi virum iſtum qui ſi lapſus fuerit erit anima tua ꝓ anima ei⁹ aliter papa ⁊ epiſcopus in magno ꝑiculo eēnt tollentes ſupra ſe onus importabile. poſtquā ergo cura parrochianorum commiſſa eſt ſacerdoti non habent amplius ſe epiſcopus vel papa intromittere de eis vt alij religioſi ꝑficiant eis in ſacerdotes

¶ In contrarium eſt: quia cui nō repugnat eē non repugnat poſſe fieri ⁊ poſſe eſſe. Sed hoc ponitur eſſe factum ꝑ papam ꝙ religioſi in qualibet parrochia tanquam ꝓprij ſacerdotes confeſſiones audiunt. ¶ Poteſt ergo iſtud papa facere.

¶ R. Dicendum quod religioſos in qualibet parrochia confeſſiones audire tanquam proprios ſacerdotes dupliciter pōt intelligi.

¶ Primo poteſtate ordinaria.
Secundo poteſtate diſpenſatoria

¶ Primo modo ſunt proprij ſacerdotes preſbyteri parrochiales ꝑ epos ordinati. Secundo modo ſunt ꝓprij ſacerdotes in qualibꝫ parrochia religioſi ꝑ papam priuilegiati. planum eſt enim ꝙ appollo erat pſbyter corinthiorum. iuxta illud apoſtoli. j. Chor. iiij. ego plātaui Appollo rigauit ⁊ tamen Paulus in eccleſia Chorinthiorum iuriſdictionē exercebat Iuxta illud quod ipſe dicit. j. Chor. iiij. In virga veniam ad vos aut in charitate: ⁊ illum publicum fornicarium ſathane ꝑ excommunicationem tradidit ⁊ frequenter Thymotheum ⁊ alios ad ipſorum Chorinthiorum inſtructionem deſtinauit. Eſt autem non ſolum poſſibile: ymmo multū neceſſarium religioſos ⁊ alios viros idoneos in qualibꝫ parrochia tanꝗ coadiutores epiſcoporum in predicationib⁹ faciendis ⁊ confeſſionibus audiendis preter ipſos preſbyteros parrochiales ordinare. ⁊ illa decretalis ponitur inter cetera ſpecialiter propter tria. ¶ Primo ꝓpter ipſorū ſacerdotum ruditatem. Qui. n. vult confiteri peccata vt inueniat gratiam ſicut dicit Auguſtin⁹. debet querere ſacerdotem qui ſciat ligare ⁊ ſoluere ne cū negligens circa ſe extiterit: negligat a deo qui miſericorditer monet vt cecus ceco ducatum non preſtet ne ambo in foueam cadant. Planum eſt aūt ꝙ magna iuſticia ⁊ magna ignorantia in ſacerdotibus dei toleratur. Ut dicit Uoluſianus in quadam epiſtola ad Augu. Multum ergo detraheretur ſacre ſcripture et ſaluti animarum ſi chriſti fideles ruditati ſacerdotum relinquerentur.

¶ Secundo ꝓpter confitentiū pluralitatem. Sicut eīn apoſtoli videntes ꝙ meſſis multa erat ⁊ operarij pauci rogauerunt dn̄m meſſis vt mitteret operarios in meſſem ſuā. Lu. x. ita nunc faciendū eſt ꝑ papam ⁊ epos de religioſis ⁊ alijs idoneis viris.

¶ Tertio ꝓpter ſacerdotū familiaritatē. Naꝫ familiaritas ſacerdotū circa aliquos quādoq; parit erubeſcentiā. quādoq; vero circa aliquos parit contemptū ⁊ paruipendentiā. quādoq; autē circa aliquos cum ipſi homines ſint parit rancoreꝫ ⁊ maliuolentiā ex quibus omnibus chriſti fideles retrahi poſſunt ne eis confiteantur. Un̄ ꝓuide ꝑ paſtorem eccleſie huic ꝑiculo ꝓuidet.

¶ Ad primū ergo eſt dicendum ꝙ nulla occaſio mali datur. quia ſi homo confiteretur ꝓprio ſacerdoti: poſſet eū decipere vt minora confiteretur ⁊ maiora taceret. Dato tn̄ ꝙ daretur aliqua occaſio mali: multa tn̄ bona ex hoc ſequunt vt dictum eſt ⁊ multis alijs maioribus periculis obuiatur.

¶ Ad. ij. eſt dicendum ꝙ ſacerdos pōt ſcire dignos ⁊ indignos ꝑceptione ſacramenti eucariſtie ꝑ ſententiaꝫ ſuꝑioris. Eo. n. ipſo ꝙ ipſe ſcit religioſos a quibus ſui parrochiani dicūt ſe eſſe confeſſos poſſe ſoluere ⁊ ligare auctoritate ſuperioris pape vel epiſcopi debet ſtare ſententie ipſorum. quia magis homo debet ſtare ſententie ſui ſuperioris ꝙ ſue.

¶ Ad. iij. eſt dicendum ꝙ falſum eſt ꝙ papa exoneret ſe a cura dyoceſis qñ cōmittit eā epo ⁊ eps curam parochie qñ cōmittit eam ſacerdoti. ymmo facta cōmiſſione adhuc maior cura eſt pape de dyoceſi ⁊ epo de parrochia ꝙ illis quibus cōmiſſio facta eſt. Poſtq̄ꝫ. n. apoſtol⁹ ꝑ eccleſiam ordinauerat epos ⁊ preſbyteros: adhuc dicebat. ſ. ad Chor. xi. Preter illa que extrinſecus ſunt inſtātia mea quotidiana ſollicitudo omnium eccleſiarum.

Ad tertiū ſic ꝓceditur. videtur. n. ꝙ papa poſſit facere vt peccata ſemel confeſſa homo teneatur iterū confiteri qꝛ papa non poteſt tollere ordinē inſtitutū a chriſto. ſed chriſtus inſtituit duos ordines ad confeſſionem peccatorū audiendā epos ⁊ preſbyteros. ſi ergo quis auctoritate pape confiteat religioſis. tenebitur illa eadē peccata epo vel preſbytero iterū confiteri.

¶ Preterea cū papa cōcedit chriſti fidelibus vt poſſint confiteri religioſis non eximit eos a cura ſuorū preſbyterorū cū ab eis eccleſie ſacramenta teneant recipe. ſed eorum preſbyteris tenent confiteri ſaltem ſemel in anno. ergo qui confitent religioſis illa eadem peccata tenentur iterū confiteri ꝓprijs ſacerdotibus.

¶ Preterea ſacramentū ſemꝑ conſequit ſuuꝫ effectū ſi fiat ſuꝑ debita materia ⁊ in forma eccleſie niſi fictio ſit ex parte recipientis. ſed cum quis confitet bis ſuū peccatū religioſo ⁊ proprio ſacerdoti: eſt ibi debita materia puta ipſe confitens: ⁊ vterq; abſoluit in forma eccleſie. ergo ſemꝑ confeſſio habet ſuum effectum.

¶ In contrariū eſt. quia ſacrm̄ penitentie ſicut cetera alia ſacramēta habꝫ efficatiā in cauſando ex virtute dei. non poteſt ergo ꝑ papam immutari.

¶ R. dicendū ꝙ papa nō poteſt facere vt peccata ſemel confeſſa quis teneat ex precepto iterum confiteri. quod dupliciter probatur.

¶ Primo ex parte ipſius ſacramenti. Nā cōfeſſio peccatorum eſt quid ſacramentale ſubiacens immediate diuino mandato nō humano. Unde ſicut papa non poſſet diſpenſare ꝙ homo peccator non teneret confiteri: ita non pōt diſpenſare ꝙ confeſſio eiuſdeꝫ peccati reiteret. Nam eiuſdē auctoritatis eſt aliquem actū relaxare ⁊ illum actū poſſe reiterare. Qua. n. ratione prima confeſſio non haberet ſuum effectum: pari ratione nec ſecunda confeſſio haberet. Nec valet inſtantia quorundā dicentium ꝙ prima confeſſio habet effectum primū ⁊ directum: puta abſolutionē peccatorum ⁊ remiſſionem pene eterne vel cōmutationē tempalē Secunda vero habet effectuꝫ ſecundariū ⁊ indirectū vt augmentationē gratie ⁊ reconciliationē eccleſie. Talis aūt inſtantia nulla eſt qꝛ non negatur quin ꝑ reiterationem confeſſiōis

vel ꝑ confeſſionem publicam non poſſet fieri
remiſſio venialium ⁊ augmẽtatio gratie in fer
uore caritatis. Sed ꝯfeſſio penitentialis vel
ſacramentalis complete facta ſemel habet ſuũ
effectum primarium ⁊ ſecundarium.
¶ Secundo hoc patet ex parte confitentium
Nullus nãq; poteſt compelli vel cogi ꝑ papã
ad illud quod eſt conſilij et ſupererogationis
vel ꝑfectionis. ſed ſolum ad illud quod eſt pre
cepti ſine quo homo non poteſt conſequi ſalu
tem. quia ſi ſupra illud caderet coactio vel ꝓ/
ceptum eſſet abſolute neceſſariũ. Sed cõfiteri
vltra ſemel idem peccatũ non eſt precepti: ſed
conſilij. Ergo papa non poteſt aliquẽ ad hoc
compellere. Nec valet inſtantia quorundã di
centium ꝙ licet conſilium non cadat ſub prece
pto cogẽte directe: indirecte tñ cadit vt ſi quis
voluntarie eligat ꝓmoueri ad ſacros ordines
tenetur ipſo facto ex precepto eccleſie ſeruare cõ
tinentiã. Sic aliquis eligat confiteri volunta
rie religioſis ipſo facto ex ſtatuto ⁊ precepto ec
cleſie tenetur iterũ confiteri ꝓprio ſacerdoti il
lo ſcʒ precepto. Omnis vtriuſq; ſexus Talis
inſtantia ſimiliter nulla eſt. quia ſumere ordi/
nes ⁊ ad continentiam ſe obligare totũ eſt li/
bere voluntatis. Quicũq;. n. aſſumit ordines
de eccleſia latinorũ voluntarie in ꝑſona occi/
dentalis eccleſie emittit votum caſtitatis. Nõ
enĩ quicunq; aſſumit ordines: ex ipſa ordinis
aſſumptione tenetur ad continentiã quia tunc
ſic teneretur eccleſia grecorũ ſicut latinorũ: qḋ
eſt contra decretũ. Unde papa non cogit aſſu
mentem ordinẽ ad vouendũ continentiã. ſed
poſtq̃ ſponte aſſumpſit ordinẽ quẽ libere aſſu
mendo libere emittit continentie votum: cogit
ipſum ad obſeruationẽ voti. quia vouere vo/
luntatis eſt. ſed obſeruare eſt neceſſitatis. Sic
voluntarie quilibet poteſt confiteri vel religio
ſo vel ꝓprio ſacerdoti. ⁊ ſicut cuilibet confitẽ/
do implet preceptũ eccleſie cũ vterq; ſit ꝓpri⁹
ſacerdos. ſic ꝑ papam non poteſt cogi ꝙ vltra
ſemel idem peccatum confiteatur.
¶ Ad primũ ergo eſt dicendum ꝙ illi duo or
dines a chriſto inſtituti audiunt confeſſiones
poteſtate ordinaria. Sed alij poſſunt inſtitui
vt confeſſionẽ audiant poteſtate diſpenſato/
ria de licentia pape vel epõrum ſeu preſbyte/
rorum poſſet ſimiliter papa qui poteſtatis ple
nitudinem in tota eccleſia habet tertiũ ordinẽ
confeſſorũ inſtituere qui auctoritate ordinaria
confeſſiones audirent. ſicut in eccleſia primiti
ua fuerunt duo ſoli ordines ſacri: puta pꝛ̃ſbyte
rorũ ⁊ dyaconorũ tñ poſtea eccleſia alios ſibi
ordines inſtituit vt magiſter ſententiarũ dicit.

¶ Ad ſecundũ eſt dicendũ ꝙ papa nõ eximit
fideles a cura preſbyterorum ꝓpriorũ. ſed ſi
confitentur religioſis: ſi nolunt ꝓprijs ſacer/
dotibus confiteri: tenent̃ eis alia ſacramenta
adminiſtrare cum ipſi iam impleuerint illud
preceptum. Omnis vtriuſq; ſexus teneat̃ pro
prio ſacerdoti confiteri eo ipſo ꝙ ꝑ papam re/
ligioſi ꝓprij ſacerdotes omnium fidelium ſũt
ordinati.
¶ Ad tertium eſt dicendum. ꝙ ſemꝑ cõfeſſio
poteſt habere ſuum effectũ. quia ſemꝑ homo
poteſt habere aliquod peccatũ mortale vel ve
niale quod nondum confeſſum eſt. Uel de iã
confeſſis ſemꝑ maiorẽ contritionem ⁊ ꝓpter
erubeſcentiã completiorem abſolutionem.

Ad quartũ ſic ꝓceditur. videt̃. n. ꝙ pa
pa poſſit facere vt confeſſio eorundẽ
peccatoꝝ habeat efficaciã vltra ſemel
quia plus poteſt papa mediante ſacramento
q̃ mediante officio. ſed mediãte officio poteſt
remittere tertiã vel quartã partem peccatorũ
alijs retentis: vt ꝑ cõmunicationẽ indulgentie
ergo ſic poteſt mediante ſacrõ.
¶ Preterea actus includens multas defor/
mitates poteſt tolli ab eo vna remanente alia
ſed peccatum includit triplicẽ deformitatem:
Unam a bono incõmutabili auerſionẽ. Aliã
conſcientie corroſionem. Et tertiã in bono cõ
mutabili inordinatam delectationẽ. Poterit
ergo ꝑ vnam confeſſionẽ tolli vna deformitas
⁊ per aliam alia?
¶ Preterea ſacramentum penitentie poteſt
reiterari cum ibi nõ imprimat̃ caracter ſed nõ
reiteratur reſpectu aliorum peccatorum. quia
ſic reiteratur baptiſmus reſpectu alterius ⁊ al
terius hominis. Reiterat̃ ergo reſpectu eiuſdẽ
peccati ⁊ ſic confeſſio eorundem peccatorũ ha
bebit efficaciam vltra ſemel.
¶ In contrarium eſt. quia quod eſt plene ſo/
lutum in terra ⁊ in celo non eſt amplius ſoluẽ
dum. ſed per cõfeſſionẽ ſacramentalẽ ſemel fa/
ctam ſoluitur homo in celo ⁊ in terra ex virtu/
te clauium. ſecunda ergo ſolutio nihil inuenit
ſoluendum.
¶ R. dicendum ꝙ de confeſſione tripliciter
poſſumus loqui.
¶ Primo de confeſſione completa ⁊ ſacrali.
¶ Secundo de confeſſione incompleta ⁊ cõ
ditionali
¶ Tertio de confeſſione meritoria ⁊ ſalutari
Confeſſio ergo eorundem peccatorum cõple
ta ⁊ ſacramentalis preceptorie eſt fienda ſolũ
ſemel. nec papa poteſt diſpenſare in plus nec
in minus. quia qui non poteſt relaxare actum

vel non poteſt ſuper actus relaxationem. non
poteſt ſuꝑ actus reiterationem vel multiplica
tionem. ſed papa non poteſt ſuꝑ actus confeſ
ſionis relaxationem. quia tunc poſſet effectũ
ſacrĩ conferre. ſine ſacramento ergo nõ poteſt
ſuꝑ actus ſacramentalis confeſſionis reitera/
tionem vel multiplicationem. confeſſio vero in
completa ⁊ conditionalis eorũdem peccatoꝝ
coactiue fienda eſt pluſq̃ ſemel. Poteſt enim
quantũ ad preſens in quinq; caſibus confeſ/
ſio eſſe incõpleta. Primo ſi quis dubitat pec
cata illa fuiſſe confeſſum. Secundo ſi pecca/
ta cõfeſſa diuiſit diuerſis ſacerdotibus. Ter/
tio ſi penitentiã iniunctam non fecit nec im/
pleuit. Quarto ſi non fuit confeſſus ꝓprio ſa
cerdoti ſed alieno. Quinto ſi talia peccata cõ
fiteri preſumat ſubtracta poteſtate ſuperioris
ſi. n. in omnibus iſtis inueniant̃ confeſſiones
fuiſſe incompletã cogendus eſt penitẽs ad re/
iterationem confeſſionis eorundem peccatoꝝ
Sed confeſſio meritoria ⁊ ſalutaris conſulto
rie hortanda eſt vt fiat quotiẽs fieri poteſt. q̃
quanto plus homo confitetur turpitudinẽ cri
minis tanto magis veniam peccatorum con/
ſequitur. vt ſcribitur in tractatu ḋ peni. iij. di.
ita ꝙ confeſſio cõpleta ſacramẽtalis eorundẽ
peccatoꝝ preceptorie fienda eſt ſolum ſemel.
Incompleta vero conditionalis preceptorie
fienda eſt vltra q̃ ſemel. Sed meritoria ſalu/
taris conſultorie fienda eſt quotiens fieri põt.
¶ Ad primũ ergo dicendum ꝙ non eſt verũ
Plus. n. poteſt papa mediante officio q̃ me
diante ſacrõ. quia mediante ſacrõ tantum po
teſt quantam poteſtatem deus contulit ſacra
mento. Unde tantum poteſt quantum vnus
alius ſacerdos. ſed mediante officio tantum
poteſt quantã poteſtatem deus contulit offi/
cio. Nec tñ eſt verum ꝙ ꝑ cõmunicationem in
dulgentie remittat tertiam partem peccatorũ
cum indulgentia non cõmunicetur niſi contri
tis ⁊ confeſſis. ſed remittitur tertia vel quarta
pars de iniuncta penitentia ꝓ peccatis quoꝝ
abſolutio iam facta eſt.
¶ Ad ſecundũ eſt dicendũ ꝙ peccatum impor
tat multas deformitates materialiter. ſed for/
maliter ſolum vnã importat. puta auerſionem
a bono incõmutabili qua remota ꝑ confeſſio
nem ⁊ contritionẽ. remouentur omnes alie in/
quantum habent rationem culpe
¶ Ad tertium dicitur. ꝙ penitentia reiteratur
quotiens contingit peccatum reiterari. Quia
quotiens homo peccat quocunq; peccato. po
teſt confiteri ⁊ ꝑ confeſſionem abſolutionẽ cõ
ſequi. ſic aũt non reiteratur baptiſmus q̃ vo/

luntarie peccantibus poſt acceptã notitiã ve/
ritatis in baptiſmo. iam non relinquitur pro
peccatis hoſtia. Ut dicit apo. ad Hebre. x.

Ad quintũ ſic ꝓceditur. Uidetur enim
ꝙ papa non poſſit facere vt quis dif
ferat confeſſionem vſq; ad quadrage
ſimã ſine peccato. quia eſt magis ſubuenien/
dum morbo ſpirituali q̃ morbo corporali. ſed
aliquis ſubiectus morbo corporali ꝑiculo ſe
cõmittit niſi ſtatim remedium medicine querat
⁊ non ſtatim querendo ex negligentia peccat.
multo ergo magis peccat qui differt remediũ
adhiberi contra ſpũalem morbum peccati
¶ Preterea contemnens ſacramentum peni
tentie non eſt vere penitens. ſed habens ſacer
dotem paratum ſi ſtatim non confitetur con/
temnit ſacramentũ penitentie. Differẽdo ergo
confeſſionem ſemper eſt in peccato.
¶ Preterea maius bonum eſt ſtatim confite/
ri q̃ differre. ſed negligere maius bonum ha/
bita oportunitate operandi illud eſt mortale
peccatum. Differre ergo confeſſionem ſine pec
cato non poteſt eſſe
¶ Preterea bona facta in mortali pctõ ſunt
mortua. ſi quis ergo cõmittit aliquod pecca/
tum mortale ſtatim poſt paſca differendo cõ/
feſſionem vſq; ad quadrageſimam omnia bo
na facta in medio tẽpore erunt mortua.
¶ In contrarium eſt. quia quicunq; ſeruat ꝓ
ceptum eccleſie non peccat. ſed eccleſia ſtatuit
ſemel in anno ꝓpria peccata eſſe confitenda.
ſicut patet extra Omnis vtriuſq; ſexus. Ergo
differendo confeſſionem vſq; ad temp⁹ ab ec/
cleſia inſtitutum non eſt peccatũ.
¶ R. dicendum ꝙ quoſdam dixiſſe ꝙ tenetur
homo confiteri q̃ cito oportunitas confiten/
di ſe offert ita ꝙ ſi amplius differat peccat. ſed
iſtud eſt contra rationem precepti affirmatiui
quod licet obliget ſemꝑ: non tñ ad ſemꝑ. ſed
ſm determinatum locum ⁊ tempus. Temp⁹
aũt implendi preceptum de confeſſione videt̃
eſſe qñ imminet aliquis caſus in quo neceſſe
eſt homini ꝙ ſit cõfeſſus. puta ſi imminet ſibi
mortis articulus vel neceſſitas accipiendi eu/
cariſtiam aut ſacrum ordinem ad que oportet
hominem ꝑ confeſſionem purgatũ preparari.
vnde ſi aliquid iſtorũ immineat ⁊ aliquis cõ
fiteri pretermittat. peccat dũmõ debita opor/
tunitas aſſit. ⁊ quia ex precepto omnes fide/
les tenentur ſemel in anno in feſto paſcatis ꝑ/
cipue ſacram cõmunionem accipere. ideo ec/
cleſia ordinauit vt ſemel in anno quando im/
minet tempus accipiendi eucariſtiam omnes
fideles confiteantur.

¶ Ad queſtiōem ergo puto dicendum ꝙ lau
dabile eſt ⁊ magis tutū vt peccator ꝙ citius
poteſt cōmode peccatū ſuū confiteat. quia in
ſacramento penitentie gratia cōfertur que ho
minem reddit magis firmum ad reſiſtendum
peccato: ⁊ in periculis ſuperuenientibus red
dit ipſum magis ſecurum. Differendo tamen
confeſſionem vſq ad tempus ab eccleſia inſti
tutum puto licitū eſſe nec peccat. per ſe loquen
do ſic differendo.

¶ Ad primū ergo eſt dicendū ꝙ non eſt ſimile
quia morbus corporalis niſi ꝑ remedium me
dicine extinguatur. ſemꝑ inualeſcit in peius.
niſi forte virtute nature fuerit extinctus. mor
bus aūt peccati extinguitur ꝑ contritionem et
confeſſionem habendo in voto ⁊ ꝓpoſito ob
ſeruandi tempus ab eccleſia inſtitutū.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ habens ſa
cerdotem paratum ſi non ſtatim confitetur nō
ex hoc contemnit ſacramentū penitentie. Tūc
eñ contemneret qñ nec confiteretur nec habe
ret ꝓpoſitum confitendi tempore ab eccleſia
ordinato. quia ſi ſic cōtemneret planum eſt ꝙ
peccaret.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ non ſemꝑ ne
gligens maius bonum peccat etiā oportuni
tate exiſtente implendi illud. niſi ſit maius bo
num tale quod teneatur implere ex precepto.
Maius. n. eſt bonū intrare religionem ꝙ ma
trimoniū contrahere ⁊ tñ nō peccat quis illud
obmittendo oportunitate etiam exiſtente.

¶ Ad quartum eſt dicendum ꝙ bona facta in
medio tempore non ſunt mortua. ex quo enī
homo de peccato mortali cōmiſſo contrit⁹ eſt
⁊ habet ꝓpoſitum confitendi tempore ab ec
cleſia ordinato nec amplius ꝓponit recidiua
re. iam abſolut⁹ eſt a peccato. Et ſi caſus mor
tis adueniret in quo ſacerdotis copiam habe
re non poſſet. puto ꝙ nō perderetur ex quo ex
contemptu non obmiſiſſet.

AD ſextum ſic ꝓceditur. Uidetur enim
ꝙ ex precepto pape ſacerdos ꝑrochia
lis non teneat credere ſolo verbo ſuo
ſubdito dicenti ſe eſſe religioſo confeſſum ha
benti auctoritatem abſoluendi. quia frequen
quenter in confeſſione aliqui contemnitur qui
prius contriti non fuerunt. Sed ſacerdos de
bet ſuum ſubditum quantū poteſt ad bonum
inducere. ergo omnino deb; ab eo expetere vt
ſibi confiteatur.

¶ Preterea rectori dicitur Prouer. xxvij. Di
ligenter cognoſce vultum pecoris tui. ſed nul
lo modo melius poteſt ꝙ ꝑ confeſſionem co
gnoſcere. Ergo omnino debent ab eis exige
re vt ſibi confiteantur.

¶ Preterea illud quod datur alicui. ampli⁹
non eſt in poteſtate dantis. poſtꝙ ergo parro
chia cōmiſſa eſt ſacerdoti non remanet ampli
us in poteſtate pape vel epi. ſemꝑ ergo poteſt
requirere ꝙ eius ſubditi ſibi confiteantur.

¶ In contrarium eſt quia ſi ſibi confiteretur
poſſet dicere quod vellet ⁊ teneretur ei credere
ergo dicenti ſibi eſſe confeſſum religioſo habē
ti auctoritatem credere tenetur

¶ R. dicēdum ꝙ in foro iudiciali creditur ho
mini contra ſe ſed non pro ſe. in foro autē pe
nitentie creditur homini ꝓ ſe ⁊ contra ſe. Si ḡ
aliquis petat a ſuo ſacerdote ſacm̄ eucariſtie
dicendo ſe eſſe confeſſu; religioſo vel habenti
auctoritatem ſi ſcit in eo eſſe impedimētu; ad
ꝑceptionem eucariſtie ꝑtinens ad forum iudi
ciale. puta ꝙ ſcit vel credit eum eſſe excōmuni
catum. non tenetur ſibi credere niſi de abſolu
tione ſibi conſtet. ſi vero ſcit in eo eſſe impedi
mentum pertinens ad forum penitentie puta
peccatu;. tenetur ſibi credere. ⁊ iniuſte agit ſe
cum ſi denegat ſibi eucariſtiam. ex quo perhi
bet ſe eſſe cōfeſſum ⁊ abſolutum ab eo qui ab
ſoluere potuit vel auctoritate apoſtolica vel
epiſcopi.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ illud bo
num quod homines in cōfeſſione conſequun
tur iam illud conſecutus eſt qui confeſſum ſe
dicit ſi verum dicit. ſi aūt falſum dicit. pari ra
tione poterat falſum dicere confitendo ſibi.
nec poteſt alicuius hominis auctoritate quis
compelli ad confitendum peccatu; quod alte
ri confeſſus eſt qui abſoluere potuit

¶ Ad ſecundum eſt dicendū ꝙ rector eccleſie
vultum ſui pecoris diligenter debet agnoſce
re conſiderando exterius vita; eius. ſed ꝑ mo
dum confeſſionis non poteſt aliter ſcrutari ni
ſi ꝙ credat illa que ab eo dicunt ſibi.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ parrochia nō
datur ſacerdoti in ſuum cōmodum. ſed in cō
modum ſubditorum. ⁊ ideo non in cōmodū
illoꝝ poſſunt alij ſacerdotes ordinari ad eoꝝ
inſtructionem ⁊ abſolutionem ꝑ ſuperiorem
paſtorem qui de omnibus curā habet.

## ¶ Queſtio lxvi de largitiōe priuilegiorū

DEinde conſiderandū eſt de lar
gitione priuilegiorum. Circa
quod queruntur quatuor.

¶ Primo vtrum priuilegium
a papa indultu; Iſydorus hñ
diffiniat.

¶ Secundo vtrum papa lege priuilegiorum
in eccleſia vti debeat.

¶ Tertio vtrum ſolus papa priuilegiu; con
cedere poſſit.

¶ Quarto vtrum pape priuilegium ꝑ eius
ſucceſſorem poſſit reuocari.

AD primū ſic proceditur. Uidetur. n.
ꝙ priuilegium Iſydorus male diffi
niat. Sic. n. diffinit priuilegiu; Iſy
dorus ⁊ ponit. ij. di. priuilegia ſunt leges pri
uatorum. quaſi priuate leges. na; priuilegiū
inde dictum eſt ꝙ in priuato feratur. In priui
legio. n. qñq non ponitur niſi ius commune.
Male ergo dicitur ꝙ priuilegia ſūt quaſi pri
uate leges.

¶ Preterea nihil diffinitur ꝑ ſuu; oppoſitū
ſed lex dicit aliquid poſitiuum. priuatio vero
importat negationem. Eſt. n. negatio in ſub
iecto vt phs dicit. male ergo ponitur ꝙ priui
legia ſunt quaſi leges priuatorum.

¶ Preterea doctrina eccleſiaſtica dicit catho
lica quia eſt vniuerſalis. eo ꝙ non in angulis
vel in priuato ſed vniuerſaliter eſt predicanda
⁊ docenda vt Auguſtinus dicit in li. de nouo
cantico. Cum igitur priuilegia vt in pluribus
dentur de his que pertinent ad eccleſiaſticam
diſciplinam. male dicitur ꝙ priuilegium inde
dictum eſt ꝙ in priuato feratur

¶ In cōtrariū eſt auctoritas eccleſie que hāc
diffinitionem approbat.

¶ R. dicendum ꝙ priuilegium poteſt tripli
citer cōſiderari.

¶ Primo ex parte eius cui conceditur.

¶ Secundo ex parte cōmunis iuris quod re
laxatur

¶ Tertio ex ꝑte ordinis iudiciarij qui in eius
conceſſione non obſeruatur. quātum ergo ad
illos quibus priuilegia conceduntur dicunt
priuate leges. quia ſemꝑ priuilegia concedun
tur aliquibus ſingulariter. Quis. n. diſtingua
tur priuilegiu; eſſe generale quod datur eccle
ſie vel collegio ſiue vni congregationi. ⁊ priui
legium ſingulare quod datur vni priuate per
ſone ſemꝑ tñ illa que priuilegiant dicūtur eſſe
quedam priuata ⁊ quedam ſingularia reſpe
ctu tot⁹ cōmunitatis. quia vt dicit Hierony.
Priuilegia ſinguloꝝ non poſſunt legē; face
re cōmunem. Quantum vero ad ius cōmune
quod ꝑ ipſum ꝑuilegiu; relaxatur priuilegia
dicuntur quaſi priuate leges. Non. n. eſt priui
legium niſi aliquid indulgeat ſpeciale. vnde
aliqui dicunt priuilegium eſſe priuatum ſiue
ſingulare ius contra cōmune indultum cui cō
ſonum eſt illud quod ſcribitur. xv. q. ij. cū pri
uilegia aliquibus conceduntur ſi preter gene
ralem legem nulli aliquid ſpeciale indulgeret
priuilegium nō dicerentur. Nā priuilegia ideo
dicuntur quaſi priuata legia. eo ꝙ priuatam
legem in ſingulis generent. quod auctoritate
Gregorij confirmat dicentis. Si hoc nec cō
ſuetudine vel lege generali neq ꝑuilegio ve
dicas. reſtat te vſurpare quod feciſti. S; quā
tum ad iuris ordinem qui in conceſſione pri
uilegiorum non ſeruatur dicitur priuilegium
inde dictum eſſe ꝙ in priuato feratur. Nō enī
priuilegia dantur niſi ab illis qui ſunt ſupra le
gem vniuerſaliter vel particulariter quos nō
oporteret in concedendo priuilegia ordinē iu
diciarium obſeruare. vt ſedentes ꝓ tribunali
vel in loco publico eorum ſententia robur ha
beat. ſicut contingit de iudicibus qui ſm legē
cōmunem tenentur iudicare ⁊ de illis que ſm
ordinem iudiciarium tranſeunt. Unde talis
diffinitio bona eſt. quia non continet ſuperfluū
neq diminutum.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ ſemper
in priuilegio aliquid ſpeciale indulgetur vel
in re vel in modo. Dato. n. ꝙ in priuilegio ni
hil exprimatur niſi ius cōmune. fauor tñ con
fertur ſpecialis ꝑ priuilegium. quia magis
conſueuit timeri quod ſpecialiter cōceditur ꝙ
quod generaliter indulgetur. per bullas naq
papales plus terrentur homines licet ius cō
mune contineant ꝙ per iura cōmunia. ⁊ mul
ti facilius poſſunt dicta priuilegia ſcire qui cō
munia iura ignorant.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ priuatū ibi
accipitur ꝓ ſingulari. Eſt. n. ſenſus ꝙ priuile
gia ſunt leges priuatorum. quia ſingularium
ſuppoſitorum reſpectu tot⁹ cōmunitatis vel
reſpectu iuris cōmunis quod non appropria
tur iſti magis ꝙ illi

¶ Ad tertium eſt dicendum. ꝙ priuilegiū nō
dicitur dari in priuato ex parte recipientis cū
poſtꝙ datum eſt mandet omnibus publican
dum ⁊ infallibiliter obſeruandum. ſed dicitur
fieri in priuato ex parte dantis qui non tenet
in dando priuilegium ordinem iudiciarium
ſeruare cum ſit ſupra legem

AD ſecundu; ſic proceditur. Uidetur
enī ꝙ papa in eccleſia lege ꝑuilegio
rum vti non debeat. quia papa non
debet vti in eccleſia quod edificat ciuitatē ba
byloniam. ſed magis quod edificat ciuitate;
hieroſolyma;. Iſti aūt duo amores priuatus
⁊ cōmunis edificant duas ciuitates vt dicit
Auguſtinus. Nam amor priuatus edificat ci

uitatem dyaboli babyloniam. Amor vero cō-
munis edificat ciuitatem dei hieruſalem ce-
ſtem. cum ergo priuilegiū ſit priuata lex vt di-
ctum eſt. videtur ꝙ papa tale lege priuata in
eccleſia vti non debeat.
¶ Preterea omne quod derogat iuſticie nō eſt
in eccleſia vtendum. ſed priuilegium derogat
iuſticie ſcȝ legi cōmuni que iuſta eſt. aliter non
eſſet dicenda lex vt dicit Aug. ¶ Non eſt ergo
in eccleſia priuilegium indulgendum.
¶ Preterea diſpenſatio includēs diſſipatio-
nem interdicitur pape. Sic. n. ſcribit Bern.
ad Eugenium: Si queris me prohibes me di-
ſpenſpenſare? non. ſed diſſipare. nam nō ſum
tam rudis vt ignorem poſitos nos eſſe diſpen-
ſatores: ſed in edificationem: non in deſtructio-
nē. iuxta illud apoſtoli. Hic queritur inter di-
ſpēſatores vt fidelis quis inueniatur. cū g in
priuilegio ſemper aliquid diſpenſetur contra
ius cōmune. videt̄ ꝙ talis diſpenſatio ſit diſ-
ſipatio.
¶ In contrarium eſt illud quod ſcribitur. xxv.
q. i. Valet ſcā romana eccleſia quoſlibet ſuis
pꝛiuilegijs munire. ꝛ extra ſpecialia decreta que-
dam ſpeciali beneficio indulgere.
R. dicendum ꝙ neceſſitas vtendi lege priuile-
giorum in eccleſia triplex quantum ad preſens
eſſe videtur.
¶ Prima eſt actuum humanorum variatio.
Secunda eſt cōmunis iuris rememoratio.
Tercia eſt cauſe innouatio. Contingit. n.
actus humanos multipliciter variari propter
quorum variationem in bonum vel in maluȝ
neceſſarium eſt quibuſdam priuilegia indul-
gere ꝛ a quibuſdam ſubtrahere propter caſus
contingentes qui per legem cōmunem deter-
minari non potuerūt. ſicut Auguſti. ponit exē-
plum. i. de li. ar. de populo qui ſi ſit modera-
tus ꝛ grauis cōmuniſqꝫ vtilitatis diligentiſſi-
mus cuſtos recte tali priuilegio inueſtitur vt
liceat ſibi magiſtratus creare. p quos reſp. ad-
miniſtretur. ſi vero poſtmodum palatim inci-
piat deprauari rem priuatam reipub. prefe-
rendo. recte tali priuilegio priuatur. ꝛ quāuis
vt ibi Auguſtinus dicit lex humana contraria
videatur continere vt vna aliquando honorē
tribuat aliquibus. aliquādo vero aliquibus
auferat: vtraqꝫ tñ iuſta eſt. Temporalis tamē
eſt cenſenda quia eo ipſo ꝙ temporalis eſt iu-
ſte per tempora mutari poteſt.
¶ Secunda cauſa eſt ex cōmunis iuris reme-
moratio. Si. n. lex naturalis in pmordio crea-
tionis homini a deo impreſſa ex praua opera-
tione in quibuſdam inueniatur ſic obtenebra-
ta ꝛ ſic obſcurata vt contra dictamen legis na-
ture multa operentur. multo fortius lex poſiti-
ua poteſt ex obliuione ſic aboleri in ſubditis:
vt tanꝙ ignorata non obſeruetur. ideo neceſ-
ſariuȝ eſt ſemp per priuilegia particulariter ex-
plicari ꝛ ad memoriam hominum etiam illa
que cōmunia ſunt particulariter reuocari.
¶ Tercia eſt ex cauſe innouatione. nam inno-
uata cauſa innouatur effectus. cauſa autē pre-
ſtandi priuilegium eſt qnqꝫ chriſtiane religio-
nis ampliatio. qnqꝫ vero inſolentium ꝛ malo-
rum vel volentiū nocere obuiatio. Quādoqꝫ
autem recepti beneficij recompenſatio. Unde
talibus cauſis innouatis neceſſarium eſt pri-
uilegia innouare. Unde ſcribit. xxv. q. i. ꝙ pri-
uilegia que ob religionis vel neceſſitatis vel
exhibiti obſequij gratia conceduntur neminē
releuando ita diuitem faciant ꝛ multorum de-
trimenta non circumſpiciendo in paupertatis
miſeriam. nonnullos deijciant.
¶ Ad primum ergo eſt dicendum. ꝙ amor il-
le priuatus damnatur qui eſt ſemp recuruus
ad ſeipſum vt ſi qua bona propter deū vel p-
pter proximum operatur ſemper intendat ſuū
proprium cōmodum ꝛ ppriam excellentiam:
talis amor priuatus merito edificat ciuitateȝ
dyaboli. quia dyabolus penitet ꝛ penitentiā
agit de malo. Iuxta illud Sap. i. ca. dicentes
intra ſe penitentiam agentes. non quidem p-
pter dei diſplicentiam. ſed propter ſuam pdi-
tam excellētiam. Amor ergo priuatus quo bo-
num proprium ſemper intenditur edificat ciui-
tatem babylonicam. Sed amor quo bonum
cuiuſcunqꝫ proximi ſingulariter appetitur: edi-
ficat ciuitatem dei. Nā precepto dei iubemur
habere priuatum amorem magis ad parētes
domeſticos ꝙ ad extraneos ſm ordinem cari-
tatis.
¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ ſicut ſcribi-
tur. xxv. q. i. Cum aliqua pꝛilegia ab apoſtoli-
co aliquibus conceduntur ꝛ ſi contra genera-
lem legem aliquid ſonare videantur non tamē
contra ipſam aliquid concedere intelliguntur
cum ipſius legis auctoritate priuilegia ſingu-
lorum penes matrem omnium eccleſiarum re-
ſeruentur.
¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ Bern. intelli-
git diſpenſationem eſſe diſſipationem quādo
fit non conſiderata rationis equitate ꝛ reipu.
vtilitate. Unde ſubdit ibi ſtatiȝ vbi neceſſitas
vrget excuſabilis diſpenſatio eſt. vbi vtilitas
prouocat: diſpēſatio laudabilis eſt. vtilitas di-
co cōmunis non ppria. Nam cum nihil hoꝝ
eſt non plane fidelis diſpenſatio. ſed crudelis
eſt diſſipatio.

A D tertium ſic pcedit̄. Uidetur enīȝ
ꝙ non ſolus papa poſſit priuilegia
cōcedere. quia eps poteſt priuilegiū
dare in ſua dyoceſi. ſicut patet. xvi. q. ij. ca. vi-
ſis. non ergo pertinet ſolum ad papam priui-
legium dare.
¶ Preterea dare priuilegium ſpectat ad illuȝ
qui eſt ſupra ius. ſed dicit iuriſconſult⁹ ꝙ im-
perator non eſt ſubiectus legi. poteſt ergo im-
perator priuilegium dare.
¶ Preterea papa nō poteſt aliquos eximere
ergo non poteſt priuilegia concedere. ꝙ autȝ
papa nō poſſit aliquos eximere patet p Bern.
ad Eugenium ſic dicentem. Nō eſt paruipen-
dendum quod ꝛ deum habet auctorem ꝛ de
celo ducit originem. quapropter ſi dicat eps:
nolo eſſe ſub archiepō. ꝛ abbas nolo obedire
epō. hoc de celo non eſt niſi tu forte angelorū
quempiam dicentem audiſti nolo ſub archan-
gelis eſſe aut ex alio quolibet inferiorum ordi-
nū aliquem non ferentē ſubeſſe cuiꝙ niſi deo.
¶ In contrarium eſt. quia ille poteſt priuile-
gia dare qui poteſt omnia iura confirmare cō-
dere ꝛ relaxare. talis autem eſt papa. ergo ꝛc.
¶ R. dicendum ꝙ poteſtas pape in conferen-
do priuilegia tripliciter differt quantum ad
preſens ſpectat a poteſtate aliorū.
¶ Primo in vniuerſalitate. qꝛ priuilegia ſua
omnes ligant vel ſoluunt. ſuum autem priui-
legium nullus poteſtatē puri hominis ſolui-
tur vel ligatur.
¶ Secundo in auctoritate. qꝛ ipſe poteſt ſua
ꝛ aliorum priuilegia cōfirmare ꝛ de cauſa cō-
ceſſionis vel ſubtractionis priuilegioruȝ om-
nium poteſt cognoſcere ꝛ diſcutere atqꝫ ſenten-
tiare. Eius autȝ priuilagia nullius ſententie
ſubiacent.
¶ Tertio in dignitate. quia ipſe poteſt conce-
dere priuilegia in ſpiritualibus ꝛ temporali-
bus clericis ꝛ laicis. aliorum autē priuilegia
ſaltem laicorum principum non conceduntur
niſi de temporalibus ꝛ laicalibus perſonis.
ſolus ergo papa poteſt concedere priuilegia
cum omni ligatione ꝛ cum omni cauſe diſcuſ-
ſione ꝛ cum omni ſpiritualium ꝛ temporaliū
ꝛ clericorum ꝛ laicorum incluſione.
¶ Ad primum ergo dicitur ꝙ eps poteſt da-
re priuilegium in ſua dyoceſi cuȝ conſenſu tñ
capituli. hoc ipſum tamen non habet niſi iure
ꝛ auctoritate pape.
¶ Ad ſecundum dicitur ꝙ imperator poteſt
concedere priuilegium in temporalibus pro-
pter adminiſtrationem temporalium ſibi con-
ceſſam. Quilibet etiam rex ſeu princeps vel
cōmunitas poteſt conſtitutionem aliquam fa-
cere quando ꝛ in quibus poteſt in illis indul-
gentiam ꝛ priuilegium dare. ymmo maioritas
vel dignitas ꝛ temporis prioritas priuilegiū
dant. Quandoqꝫ diuturna cōſuetudo priua-
tam legem inducit niſi probetur abuſus. ſed
hoc eſt loqui particulariter de priuilegio: non
vniuerſaliter vt ſupra dictum eſt.
¶ Ad tertium dicitur ꝙ verba iſta Bern. in-
telligenda ſunt veritatem habuiſſe ſuo tempe
quando epiſcopi attenti erant in rigida corre-
ctione ꝛ bonorum ſuorum ſubditorum conſer-
uatione. Unde malum erat tunc ab eorum vi-
ſitatione ſubditos ſubtrahere. quia ſubditi fie-
bant diſſoluti ꝛ bona cōmunia diſtrahebant.
Unde dicit ſupradicto li. non eſt bona arbor
faciens fructus tales inſolentias diſſolutiōes
dilapidationes ſimultates: ſcandala: odia. ꝛ
quod magis dolendum eſt intra eccleſias ini-
micicias graueſqꝫ diſcordias. nunc autem re-
gnante cupiditate ex viſitatione prelatorum il-
la omnia mala ſequūtur que Bern. narrat cō-
tigiſſe ſi tunc fuiſſent viſitatiōe priuati. Dicit
enī Greg. in paſto. illud verbuȝ apoſtoli qui
epiſcopatum deſiderat bonum opus deſide-
rat: illo tempore fuiſſe bonum quo quiſqꝫ ad
epatuȝ perueniens ſecurus erat palmam mar-
tyrij obtinere. Unde ſi verba apoſtoli ſuo tem-
pore intelligenda ſunt. multo fortius verba
Bernardi.

A D quartū ſic procedit̄. Uidetur. n.
ꝙ priuilegium pape per ſucceſſorem
non poſſit reuocari. ſcribitur. n. xxv. q.
ij. Priuilegia eccleſiarum ꝛ monaſteriorū ſan-
ctorum patruȝ auctoritate inſtituta: nulla poſ-
ſunt auctoritate conuelli.
¶ Preterea Greg. ſcribit Auguſtino anglo-
rum epō. Si ea deſtruerē que anteceſſores no-
ſtri ſtatuerunt. non conſtructor ſed euerſor eſſe
iuſticie comprobarer. ſed papa non debet cō-
probari deſtructor canonum ne notetur de he-
reſi. Non poteſt ergo reuocare priuilegia ſuoꝝ
predeceſſorum.
¶ Preterea idem Greg. ſcribens Dominico
Cartaſieſi epō de eccleſiaſticis priuilegijs ꝙ
veſtra fraternitas ſcribit hoc poſtpoſita dubi-
tatione teneat ꝙ ſicut noſtra defendimus. ita
ſingulis quibuſqꝫ eccleſijs ſua iura ſeruamus
¶ In contrarium eſt quod ſcribitur. xxv. q. ij.
Sancta romana eccleſia ſua auctoritate con-
gregata valet diſtinguere ꝛ diſiuncta congre-
gare rationis tamen equitate conſiderata. vtī
vel pietatiſ vel neceſſitatis intuitu ſemel a ſe cō-

ceſſa valet vel in totum vel in partē cōmutare.
¶R. dicendum ꝙ priuilegium vel eſt perſonale vel eſt generale. vtrunqꝫ aūt per papā indultum in toto vel in parte ꝑ ſucceſſorem pōt reuocari. Nam ſi ſit priuilegiuꝫ ſpeciale ſeu ꝑſonale poteſt reuocari ꝓpter abuſuꝫ. quia priuilegium omnino meretur amittere qui ꝑmiſſa ſibi abutitur poteſtate. vt ſcribitur. xi. q. iij. Secūdo ſi ſubreptitie ⁊ falſo modo vel falſis precibus fuit impetratum. Nam mendax precator impetratis carere debet. ⁊ quib⁹ ſcripta diriguntur ſunt puniendi ſi precum mēdacia venierint argui. vt ſcribitur. xxv. q. ij.
¶Tertio ſi reipub. vel principi nocumentuꝫ preſtet quia nec damnoſa fiſco nec iuri contraria poſtulari oportet. quia ſic ſcribitur. xxv. q. i. Si vero ſit priuilegiuꝫ generale reuocari pōt vel ꝓpter delinquentiuꝫ correctionem. vt ſi ciues occidant ſuum epm. priuilegio epalis dignitatis ꝑpetuo debent carere. Vel ꝓpter in melius cōmutationē. ſicut res eccleſiaſtice que alienari non poſſūt. ex ſpeciali priuilegio poſſunt cōmutari. Epiſcopales ſimiliter ſedes vl' hoſtilitatis vl' paupertatis neceſſitatē qñqꝫ mutantur ⁊ in vnum rediguntur. vel ꝓpter pietatis ⁊ neceſſitatis ſubuentionem vt que ex priuilegio religioſis vel domibus religioſorum conceduntur. Jam eorum neceſſitate releuata ſi poſtmodum cognoſcantur eſſe in detrimentum cathedralis vel parrochialis eccleſie poſſunt ſubtrahi cum bonum cōmune ſit ꝑferendum cuilibet bono priuato
¶Ad primum dicitur ꝙ priuilegia eccleſiaꝝ ⁊ monaſterioꝝ cunctis temporibus incōcuſſa debent ꝑmanere nc videlicet preter eius auctoritatem a quo data ſunt cōtra ipſam liceat ſre alicui. vnde cum ꝑ papam dentur per papam reuocari poſſunt.
¶Ad ſecundum dicitur ꝙ cum priuilegia cōceduntur. vel ꝓpter pauperum ſubuentionē: vel ꝓpter ſeruientium eccleſie remunerationē vel ꝓpter reſpub. ꝓmotionem nō euertitur iuſticia: ſed conſtruitur. quantūcunqꝫ videat talis conceſſio iuri cōmuni obuiare. cum legiſlatoris intētiōe auctoritas in talibus ſemper intelligat. Et per hoc patet reſponſio ad tertiū.

## ¶Queſtio. lxvii de interpretatione pape.

Lterius videnduꝫ eſt de interpretatiōe eccleſie. Circa quod queruntur quinqꝫ.
¶Primo vtrum ſolus papa poſſit priuilegium apoſtolicū interpretari
¶Secundo vtrum ſolus papa poſſit interpretari ſacram ſcripturam.
¶Tertio vtrum ad papam ſpectet interpretari ius ciuile.
¶Quarto vtrum papa poſſit interpretari ius nature
¶Quinto vtrum papa ſemper dubia in meliorem partem teneatur interpretari.

Ad primū ſic ꝓceditur. Videtur. n. ꝙ non ſolus papa poſſit priuilegiū interpretari. Scribitur. n. ij. Eſdre. viij ꝙ ſcribe leuite ⁊ ſacerdotes erant interpretantes legem in populo. ſed loco ſcribaꝝ nunc tenent doctores ⁊ magiſtri. ergo eoꝝ magis eſt interpretatio ꝙ pape.
¶Preterea qui poteſt maius poteſt minus. ſed magiſtri poſſunt ſacrā ſcripturā interpretari. ſicut patet. xx. di. c. decretales. Ergo multo magis poſſunt interpretari ꝑuilegia aplica
¶P. Grego. dicit. xiiij. mora. ꝙ praui dicta bonoꝝ conſueuerūt male interpretari. ſed cū papa ſit homo: poteſt depuari ſicut alij. Ergo non eſt credendū ſemper ſue interpretatationi
¶In contrariū eſt quod ſcribit. xxv. q. i. Jpſi namqꝫ ſoli canones valēt interpretari qui ius condendi eos habent
¶R. dicendū ꝙ ſicut notat Hugo. xxv. q. i. Magiſtri ⁊ doctores valent canones ⁊ apoſtolica priuilegia interpretari. ſed interpretationes eoꝝ non cogunt iudices obſeruare in foro iudiciario. ſecus aūt de interpretatione romani pontificis cuius interpretationē iudices compelluntur obſeruare ⁊ magiſtri coguntur ſcholis docere ⁊ predicare.
¶Ad primū ergo dicendū. ꝙ magiſtri poſſūt interpretari canones ꝑ modū diſputationis ꝑquirendo ſanū intellectū ipſoꝝ ſaluis verbis eoꝝ ſine additione vel diminutione. ſed interpretatio pape eſt ꝑ modū determinatiōis co ꝙ ſua determinatio ligat omnes ad tenendū ipſam. non aūt ligat interpretatio magiſtrorum Similiter interpretatio pape poteſt eſſe cū additione ⁊ diminutione ſenſus vel ſententie. interpretatio vero mgroꝝ ad hoc ſe nō extendit.
¶Ad. ij. eſt dō. ꝙ illa compatio intelligit ibi de magiſtris reſpectu prelatoꝝ. qꝛ in interpretationibus ⁊ expoſitiōibus ſcripturaꝝ magiſtri ⁊ doctores preferuntur eis: maxime illi quoꝝ dicta approbata ſunt ꝑ eccleſiā. ſed in queſtionibus diffiniendis ⁊ determinandis ipſi prelati ꝑferuntur doctoribus.
¶Ad tertium eſt dicendum ꝙ male interpretari poteſt eſſe dupliciter. Vno modo ex parte interpretantis vt ſi fiat ex liuore vel ex rancore in nocumentum alterius non conſiderata rōis equitate. ⁊ ſi ſic praue papa interpretatur priuilegia peccat quidē. ſed eius interpretatio ſeruanda eſt. quia ſententia paſtoris iuſta vel iniuſta ſemꝑ ligat ſaltem ſm̄ pñtem iuſticiaꝫ. Alio mō pōt dici praua ex parte eius ꝙ interpretatur. ⁊ tunc ſi illa interpretatio eſſet cōtra fidem vel contineret manifeſtā falſitatē nō eſſet tunc illi interpretationi credendū. non. n. pōt papa contra veritatem ſed ꝓ veritate. vt dicit apoſtolus. ij. Chorin. xiiij.

Ad ſecunduꝫ ſic ꝓcedit. Videtur. n. ꝙ nō ſoluꝫ papa poſſit ſacrā ſcripturā interpretari. Interpretatio nāqꝫ ſermonū eſt donū ſpūs ſancti. Juxta illud apoſtoli i. Choꝝ. xij. Vnicuiqꝫ dat manifeſtatio ſpūs ad vtilitatē. alij quidē ꝑ ſpūm datur ſermo ſapiētie. alij interpretatio ſermonū. ſed tale donū qñqꝫ alij magis ꝙ papa habere poſſunt. ḡ non ſpectat ſolum ad papam ſacram ſcripturam interpretari
¶P. in ſacra ſcriptura cōtinet doctrina ꝓphetica. ꝫ ſcribit. ij. Pe. ij. ꝙ ois ꝓphetia ſcripture ꝓpria interpretatiōe nō fit. Nō eſt ḡ voluntatis hūane ſacrā ſcripturā interpretari. Vñ dixit Joſeph Geñ. xl. Nunquid nō dei eſt iſta interpretatio. vñ Dani. ij. ſcribit. mihi nō in ſapiētia que eſt in me plus ꝙ in cūctis viuentib⁹ ſacramentū hoc reuelatū eſt. ſed vt interpretatio rei manifeſte fieret
¶Preterea cū fidei papa eſt equalis cōditionis cū alijs. qꝛ pōt ſi a fide deuiat cōuinci ⁊ iudicari ſicut alij. ſed ſacra ſcriptura eſt de his q̄ ſunt fidei. cuilibet ergo licitū eſt ſacram ſcripturam ſibi interpretari.
¶In contrariū eſt qd ſcribit. xxiiij. q. i. c. quotiens fidei rō ventilat arbitror nō niſi ad petrū puta ad ſui nominis vel honoris auctoritatē referre dēre vel vti nunc retulit veſtra dilectio.
¶R. dō. ꝙ eius eſt interpretari cui⁹ eſt ꝯcedere xp̄i aūt eſt ſacrā ſcripturā cōdere. qꝛ de ipſo eſt tota ſcriptura ſubiectiue ⁊ fundamētaliter. vñ dicit Augꝰ. xiiij. de trini. c. xix. ꝙ ſcientia noſtra xp̄s eſt. ſapientia ꝙ noſtra idē xp̄s eſt. qꝛ ipſe nobis fidē de reb⁹ tꝑalibus inſerit ipſe ꝺ ſempiternis exhibet veritatē. Ad eū ḡ ꝑtinet auctoritatiue ſacrā ſcripturā interpretari ꝓpter qd Lu. xxiiij. ſcribit ꝙ incipiens a moyſe ⁊ oībus ꝓphetiis interpretabat illis in oībus ſcripturis que de ipſo erāt. Planū ē eſt aūt ꝙ xp̄i vicari⁹ ī tota eccleſia eſt papa. vñ loco xp̄i ad eū principaliter ꝑtinet ſacrā ſcripturā exponere in cuius ſignū iā ei⁹ poſſiōe appropinquāte ꝓ petro cuius ſucceſſor eſt papa rogauit vt non deficeret fides ſua. ſicut ſcribitur Lu. xxij.
¶Ad primū dī. ꝙ planū eſt in eccla multos eſſe ⁊ fuiſſe dono ſpūs ſci repletos ſuꝑ expoſitiōe ⁊ interpretatiōe ſacre ſcripture. qꝛ tā angel⁹ ſathane pōt ſe tranſfigurare in angelū lucis idō quid tenendū ⁊ quid nō tenendū ſit de illis interpretatiōibus nō niſi auctoritate ſūmi pōtificis terminari pōt. vñ qualiter interpretatio ſententialiter ſit tenenda in ſacra ſcriptura ſolum ad papā ſpectat.
¶Ad. ij. dī ꝙ ibi interpretatio accipit ꝓ reuelatiōe ſacre ſcripture eo ꝙ ꝓphetica doctrīa ⁊ vniuerſaliter ſacra ſcriptura nō eſt hūana voluntate inuēta. ſed a deo inſpirata. vñ ſubdit ibi ꝙ non volūtate hūana oblata eſt ꝓphetia ſed ſpū ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti dei hoīes. Jſto ergo mō non ſpectat ad papā ſacrā ſcripturā interpretari. ſicut non ſpectat ad ipſum ſacrā ſcripturā inſpirare. ſolus. n. xp̄s eſt ſubiectū in ſacra ſcriptura vt ſpirator ⁊ reuelator ipſi⁹. Papa aūt ſicut vicarius ſcripturam ab eo inſpiratam ⁊ interpretatā tenetur pijs opitulare ⁊ cōtra impios defenſare ac de expoſitiōibus ⁊ interpretationibus aliorum ſentētialiter determinare quid tenendum ſit ⁊ quid non tenendum.
¶Ad. iij. dicit ꝙ in cauſa fidei papa eſt equalis conditionis cū alijs quantū ad illa que credenda ſunt. ſed vt dicit Augꝰ. xiiij. de trini. c. ij. aliud eſt ſcire tm̄modo quid homo credere debeat ꝓpter addipiſcendā vitā letaꝫ que non niſi eterna eſt. ⁊ aliud eſt ſcire quemadmoduꝫ hoc ipſum ⁊ pijs opituletur ⁊ contra impios defendatur. Jn hoc. n. qualiter ſacra ſcriptura pijs opituletur ⁊ contra impios defendatur. non eſt equalis conditiōis cum alijs. quia ad ipſum ſpectat ſacram ſcripturam interpretari. ⁊ aliorum interpretatiōem approbare vel improbare. Vnde extra de heret. interdicitur laicis in ſacra ſcriptura diſputare vel docere.

Ad tertium ſic ꝓceditur. Videtur. n. ꝙ ad papā non ſpectet interpretari ius ciuile. quia ius ciuile iudicat in foro exterioris iudicij ſm̄ faciem Papa auteꝫ cum ſit vicarius chriſti ⁊ omnis chriſti actio debeat eſſe eius inſtructio. debet iudicare ſm̄ interiorem conſcientiam. Vnde ſibi ⁊ alijs paſtorib⁹ eccleſie dicitur. Nolite iudicare ſm̄ faciem. ſed iuſtum iudicium iudicate.
¶Preterea ius ciuile precipit miniſtruꝫ obedire iudici ⁊ iudicem legi. ſed ſi talem interpretationem exequitur papa condemnat qñqꝫ innocentem ꝓ nocente cum ſm̄ legem iudicium poſſit interdum innocens ꝓ nocenti conuinc

quod eſt contra diuinam legez

¶ Preterea papa non debet facere alicui iniuriam. ſed iniuriam facit imperatori ſi interpretatur ius ab eo cõditum.

¶ In contrarium eſt. quia ad quem pertinet iudicare legiſlatorem ad eum pertinet interpretare legem latam ꝑ eum. Sed ad papam pertinet iudicare impatorem ſi deliquit. Ergo ad ipſum pertinet interpretari legem latam ꝑ ipſum.

¶ R. dicendũ ꝙ quadruplex interpretatio legis ciuilis pertinet ad papam.

¶ Prima eſt quantum ad eius correctionem multa. n. ꝑmittit ⁊ multa impunita relinquit lex ciuilis que per diuinam legem cuius papa miniſter eſt corrigũtur. vt dicit Augu.

¶ Secunda eſt quantum ad eius obligationem. ad papam nãꝙ ſpectat interꝑtari quas controuerſias ⁊ que eccleſiaſtica negocia vult ligari vel ſolui legibus imperatorũ ⁊ que nõ. Unde. x. q. ſcribitur ꝙ legibus imperatorum non in oĩbus eccleſiaſticis controuerſijs vtendum eſt.

¶ Tercia eſt quantum ad eius confirmationez. non. n. poteſt eſſe magis exempta lex ꝙ legiſlator. vnde ſi examinatio ⁊ confirmatio imperatoris ſpectat ad papam. oportet ꝙ imperialium legum confirmatio vel reprobatio ſimiliter ad ipſum ſpectet.

¶ Quarta quantum ad eius declarationem ⁊ ſuppletionez. ſicut. n. omnis ſcientia humanitus inuẽta eſt imperfecta ⁊ quedam vmbra reſpectu diuine ſcientie. ſic papa qui eſt armarium ſacre ſcripture debet impiales leges declarare ⁊ ſupplere per noticiam ⁊ ſufficiẽtiã diuine ſcientie cuius miniſter eſt.

¶ Ad primuz dicitur ꝙ chriſti actio debet eſſe pape ⁊ cuiuſlibet chriſtiani inſtructio ad cogitandum ꝙ ipſe ſit deus iudex iuſtiſſim⁹. quia actio qua chriſtus iudicat ex iudicio interiori noſtra inſtructio eſt ad cognoſcendum ꝙ ipſe nec falli poteſt nec fallere. non tamen talis ei⁹ actio debet eſſe noſtra inſtructio ad agendum vt ſimiliter nos debeam⁹ iudicare ſcḋm interiorem conſcientiam cũ poſſimus falli ⁊ fallere.

¶ Ad ſecundum dicitur. ꝙ miniſter tenet obedire iudici ⁊ iudex legi. ſcḋm veritatem diſtinguitur tamen duplex veritas. vna eſt rei facte. ⁊ altera eſt rei faciende. Contra primum tenet obedire ſubditus prelato precipienti ⁊ iudex legi ſed non contra ſecundam. Unde in caſu quo precipitur ꝙ innocens occidatur ꝓbatus nocens dicitur ꝙ ꝗuis in hoc obediatur cõtra veritatem rei facte non tamen obeditur cõtra veritatem rei faciende. eo ꝙ in foro iudicij vbi inquiſita eſt veritas ſic inuentum eſt

¶ Ad tercium dicitur ꝙ nulli facit iniuriã qui vtitur iure ꝓprio. eo ipſo ergo ꝙ papa eſt ſupra imperatorem ⁊ ipſe eſt miniſter eius: oportet ꝙ lex eius ſit miniſtra legis eius. Unde ſi vtatur iure ſuo in hac parte non facit iniuriã ſibi.

Ad quartum ſic ꝓceditur. Uidetur. n. ꝙ papa nõ poſſit interpretari ius nature. quia nullus debet eſſe interpres legis quam ipſe non ponit. ſed papa non poſuit legẽ nature. ergo non debet eã interꝑtari.

¶ Preterea illud quod eſt omnibus notum non indiget interpretatione. ſed lex nature eſt omnibus nota. ſicut dicit Glo. ſuper illo verbo Roma. i. Cum cognouiſſent deum non ſicut deum glorificauerunt. Ergo non indiget interpretatione.

¶ Preterea quod eſt omnibus comune non datur auctoritas ſuper eum magis vni ꝙ alteri. Sed ius naturale eſt cõmune omni nationi. vt dicit Iſydorus. ergo non datur auctoritas interpretandi ipſum magis pape ꝙ alteri

¶ In contrarium eſt quia ius naturale eſt qḋ in lege ⁊ euangelio cõtinetur. vt ponitur. i. di. c. humanum genus. Sed ad papam pertinet interpretari legem ⁊ euangelia. vt ſupra dictũ eſt. ergo ad ipſum pertinet naturale ius interpretari.

¶ R. dicendum ꝙ illud conuenit interpretari quod contingit variari. Eſt aũt actio humane nature poſt peccatum quadrupliciter variata. vt dicit Augu. in li. lxxxiij. queſtionũ. Nam in prima actione ante legem ſcriptam lex nature in homine vt dicit fuit ſine pugna quia ſine cognitione diſtincta peccatorum. Concupiſcẽtiam inquit apo. Roma. vij. neſciebaz niſi lex diceret. non concupiſces. ¶ In ſecunda vero actione ſub lege ſcripta lex nature fuit cum pugna tamen ſine victoria. quia occaſione accepta peccatum per mandatum legis operatuz eſt omnem concupiſcentiam. Notificabat. n. lex peccata quibus lex nature impugnabatur: non conferendo tamen gratiam adiutricẽ. vñ dicebatur eſſe pugna ſine victoria. In tercia aũt actione ſub lege gratie lex nature eſt in pugna tamen cum victoria eo ꝙ per ſacramenta que ſunt vaſa gratie confertur victoria per graciam adiutricem. Sed in quarta actione vt in patria lex nature non habit pugnam ſed pacẽ ſempiternam. Sicut ergo lex nature eſt multipliciter variata. ſic per eccleſiaſticam diſciplinam cuius papa eſt miniſter eſt multipliciter interpretata.

¶ Ad primum ergo eſt dicendũ. ꝙ ſicut in regimine exteriori eſt duplex lex neceſſaria. vna naturalis certificans de agendis in vniuerſali. Alia poſitiua deſcendens ad cauſas ſpeciales: ſic in regimine interiori anime ponitur duplex lex. Una naturalis que certificat de regulis operandorum vniuerſalibus. Alia que certificat de caſibus operãdorum particularib⁹ que appellatur conſcientia. Utriuſꝙ autez legis papa interpres eſt. ⁊ vtraꝙ ſubijcitur iudicio ſuo quia legem nature ꝗuis non ponat in vniuerſali. pertinet tamen ad ipſum ponere in ꝑticulari ꝑticulares caſus ex ipſa eliciẽdo ⁊ ſpecialiter explicando. Similiter conſcientia ꝗuis ipſe nõ ponat eam ſimpliciter: ponit eã tamen ſcḋm quid. quia iudicio ſuo quis debet ſtare ſi ſit recta vel non recta

¶ Ad ſecundum eſt dicenduz ꝙ lex nature eſt omnibus nota vniuerſaliter; ſed talis noticia modicum vtilis eſt. quia cum actio ſit ſuppoſitorum ꝑticulariuz: ſermones vniuerſales in materia morali modicum proficiunt ad agendum. vt dicit phs. i. Ethicor.

¶ Ad tercium eſt dicendum ꝙ ius naturale q̃nꝙ accipitur ſine cognitione ſine electione: ⁊ ſine ꝑticulari actione vel expreſſione. Q̃nꝙ vero cum cognitione ſine electione. Q̃nꝙ autem cũ electione ſine tñ particulari expreſſione Primo modo conuenit omnibus rebus. Secundo omnibus animalibus. Tercio omnibus hominibus. Quarto hominibus ſic viuentibus ⁊ ſic agentibus ſcḋm talis vel talia ꝑcepta. ⁊ iſto modo ſic pape cõuenit ſupra ius naturale auctoritatẽ interpretandi habere qḋ non cõuenit alijs.

Ad tercium ſic proceditur. Uidetur. n. ꝙ papa non teneatur dubia ſemꝑ in meliorem partem interpretari. quia magis eſt ſequendum iudicium interioris cõſcientie ꝙ exterioris iudicij. cum illud liget ex lege nature. ¶ Iſtud autem ex lege poſitiua ſi ergo conſcientia dictat alicui dubia interpretanda eſſe in malam partem eſt tale iudicium ſequendum.

¶ Preterea ſuꝑ illo verbo apoſtoli. i. ad Corinth. x. Tẽptatio vos non apprehendat niſi humana. dicit Auguſtinus ꝙ temptationem accipit apoſtolus ꝓ dubitatiõe. vt ſit ſenſus ꝙ dubitatio de homine debet nos apprehendere: ſed non de deo. q2 ſicut dubitare de deo perniicioſum eſt: ſic dubitare de homine ſaluberrimum eſt

¶ Preterea dubitare de fide periculoſum eſt ſi quis ergo eſt ſuſpectus aliquem eſſe dubiũ in fide: tutius eſt tale dubium in peiorez partem interpretari.

¶ In contrarium eſt quod dicit glo. Ro. xiiij Qui non manducat: manducantem non iudicet. Ambigua inquit debemus ſemꝑ in meliorem partem vertere.

¶ R. dicendum ꝙ in interpretatione dubiorum fertur iudicium. Eſt ergo maius tutũ iudicium dubiorum vertere in meliorem partẽ ſemper: ꝓpter quatuor.

¶ Primo propter ipſum iudicatum. q2 ſine ſufficienti cauſa nulli eſt facienda iniuria. vbi ergo non apparent manifeſta iudicia de malicia alicuius: iniuria fit ſibi ſi malum eſſe iudicet ex quo ſine legitima cauſa illud quod dubium eſt in malum interpretatur.

¶ Secundo ꝓpter ipſum iudicantem. quia habens bonam opinionẽ de aliquo malo homine licet fallatur. non tñ mentitur quia contingentia particularia ſcire non tenetur. nec inficitur in affectu. quia de quolibet preſumendum eſt bonum. niſi euidenter appareat contrarium.

¶ Tercio ꝓpter ipſum iudicium. Nam aliud eſt iudicare de re: aliud eſt iudicare de homine quia male iudicare de re eſt malum iudicãtis Sed malũ iudicare de homine eſt malũ ipſi⁹ iudicati cum ex hoc condemnatur ſine cauſa.

¶ Quarto ꝓpter remedium vt a iudicio diſtinguitur. Differt. n. remedium a iudicio quia in remedium apponendo in dubijs ſemꝑ eſt ſupponendum ⁊ interpretandum quod eſt deterius. Sed in iudicando dubia eſt ſemꝑ interpretandum ⁊ ſupponẽdum quod eſt melius.

¶ Ad primum ergo eſt dicenduz ꝙ in foro interioris conſcientie agitur cauſa inter deum ⁊ hominẽ: ideo ſemꝑ tale iudicium eſt ſequendum ſiue ſit rectum ſiue non rectum dũmodõ rectum eſſe credatur. quia deus magis reſpicit illud quod interius in homĩe geritur ꝙ qḋ exterius agitur. Sed in foro exterioris iudicij agitur cauſa inter hominem ⁊ hominem. ideo iniuria fit proximo ſi illud quod dubium eſt ſine legitima cauſa in malum interpretatur

¶ Ad ſecundum eſt dicenduz ꝙ Auguſtinus ibi loquitur de dubitatiõe finalis termini. De homine nanꝙ ſemper eſt dubitãdum vt ſpes finalis in eo non ponatur. E cõtrario diffidentia finalis eſt de deo pernicioſa ſi ipſe de⁹ nõ prefigatur finis ꝓpter quem omnia alia intẽdantur. Uult ergo dicere Augu. ꝙ tẽptatio humana vt ait apoſtolus nos debet apprehendere. Ut dubitatio de homine. ne in eo ſpes noſtra ponatur tanꝙ in fine ſempe

nos apprehendat. ſed non diuina. Gloſa tñ cõmunis aliter exponit ꝙ humana temptatio eſt aliter ſapere ꝙ̃ res ſe habeat vt cum ex aliquibus indicijs homo de bonitate alicuius incipit dubitare. Tunc autem non eſſet humana quando iam exillis leuibus ſignis temerarie certum iudicium daret. Si.n. non eſt in nobis perfectio angeli. non tamen debet in nobis eſſe preſumptio dyaboli.

¶ Ad tertium eſt dicendum. ꝙ ſicut dicit Jacob⁹ in canonica ſua. Tu fidem habes ⁊ ego opera. oſtẽde mihi fidem ſine operibus ⁊ ego oſtendam tibi ex operibus fidez meã. Ex quo dicto clare oſtẽditur ꝙ per opera oſtenditur fides ⁊ infidelitas alicuius. Unde ſi manifeſta iudicia apparent ꝙ quis ſit dubius in fide eſt ſtatim manifeſtandus vt corrigatur. nõ vt cõfundatur. ¶ Juxta illud Jacobi vltimo capitulo. Si quis autem ex vobis errauerit a veritate ⁊ conuerterit quis eũ. ſcire debet quoniã qui conuerti fecerit peccatorẽ ab errore vie ſue ſaluabit animam eius a morte. ⁊ operit multitudinem peccatorum.

# Queſtio. lxviii. de beneficiorum collatione

Deinde conſiderandũ eſt de beneficiorum collatione. Circa quod queruntur quatuor.

¶ Primo vtrum ſolus papa in pluralitate beneficiorũ poſſit diſpenſare.

¶ Secundo vtrum ſine auctoritate pape epiſcopus poſſit plura beneficia vni conferre.

¶ Tertio vtrum mortuo papa collegium cardinalium poſſit eccleſiaſtica beneficia diſpenſare

¶ Quarto vtrum cum diſpenſatione pape licitum ſit plura beneficia retinere.

Ad primum ſic proceditur. videtur enĩ ꝙ papa non poſſit diſpenſare in pluralitate beneficiorum. Papa.n. non poteſt diſpenſare in eo quod eſt ſimpliciter malum ⁊ iniuſtũ. Eſt aũt ſimpliciter malum quo tollitur finis ad quem res ordinata eſt. Finis autem ad quem ordinatur gratia beneficiorum eſt vt diuerſi miniſtri in diuerſis officijs ſeruiant eccleſie. Qui tollitur ſi plura beneficia vni conferantur.

¶ Preterea papa non poteſt diſpenſare contra ius naturale. Sed pluralitas beneficiorũ eſt contra ius naturale. quia eſt contra iuſticiã diſtributiuam que in proportione ariſmetica conſiſtit. vt patet p ph̄z. v. Ethi. Ut vnicuiqꝫ detur non ſm̄ equalem quantitatem ſed ſm̄ proportionem. vt pro maiori ſeruitio maius beneficium. ⁊ pro minori minus conferatur. Talis autez iuſticia tollitur ſi plura beneficia conferantur vni.

¶ Preterea miniſter non poteſt contra volũtatem domini rem ſuam diſpenſare. ſed papa eſt miniſter rerum eccleſiaſticarum. alias apoſtolicarum. Juxta illud quod ſcribitur. x. q. ij. c. precarie. Sic tractare res eccleſie ſe arbitret vt alienarum rerum diſpenſatorem non propriarum largitorem. Sed hoc eſt contra volũtatem domini ꝙ plura beneficia vni conferantur. Dicitur.n. diſpenſatio quaſi diuerſorum penſatio.

¶ Preterea ſi quis habet plura beneficia cogitur ſubeſſe pluribus dominis ⁊ eadem hora pluribus obedire prelatis ⁊ a pluribus iudicari ⁊ ab vno ordinari altero inuito. hoc autem habet annexã impoſſibilitatem. quia impoſſibile eſt duobus dominis ſeruire. Ut ſcribitur Math. vij.

¶ In contrarium eſt quod ſcribitur extra de conceſ. prebẽ. in ca. propoſuit. Dicit.n. papa ſm̄ plenitudinẽ poteſtatis de iure poſſumus ⁊ ſupra poſſumus diſpenſare.

¶ R. dicendum. ꝙ in collatione beneficiorũ aliquid eſt d̄ iure diuino ⁊ naturali ⁊ aliquid eſt de iure poſitiuo. De iure nãqꝫ naturali ⁊ diuino eſt vt beneficiuz detur ꝓpter adminiſtrationem officij. Sic.n. mandatum eſt Nume. xviij. Filijs aũt Leui dedi decimas Iſrael in poſſeſſionem ꝓ miniſterio quo ſeruiunt mihi i tabernaculo federis. vt nihil aliud poſſideãt decimarum oblatione cõtenti. ⁊ apoſtolus. i. Corin. ix. dicit. Sic chriſtus ordinauit vt qui euangelium annunciãt de euangelio viuant. Juxta illud. Lu. x. Dignus eſt operarius mercede ſua. De iure vero poſitiuo ẽ paucitas vel pluralitas beneficiorum. Non.n. poſſunt talia cadere ſub vna regula. qꝛ conſiderata qñqꝫ eccleſie neceſſitate vel perſone dignitate plura beneficia conferenda ſũt vni ꝙ̃ alteri. Cũ igit̃ papa non ſolum poſſit illa que ſunt iuris poſitiui. verũ etiã ſupra ipſum ius poteſt diſpẽſare vt ſupra allegatum eſt. ideo dicendum eſt ꝙ ſicut de iure poſitiuo cõmuni cui⁹ papa eſt conditor facta eſt talis reſtrictio vt nulli liceat plura bñficia habere. ſꝫ quicunqꝫ recipit aliq̄d beneficium curam habens animarum annexã ſi prius tale beneficium habebat eſt eo ipſo iure priuat⁹. ſicut ſcribitur extra de prebẽ. ⁊ dig. c. de multa. Sic papa qui eſt ſupra ius poteſt talem reſtitutionem relaxare in pluralitate beneficiorum vniuerſaliter diſpenſare. conſiderata tñ eccleſie vtilitate ⁊ iuſticie equitate. Aliter vt dicit Bern. magis dicenda eſt diſſipatio ꝙ̃ diſpenſatio.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ non eſt ibi priuatio finis. poteſt.n. beneficiatus adminiſtrare officiũ vel p ſe vel per alium auctoritate ſuperioris. Non.n. paulus adminiſtrabat officium pſonaliter in eccleſia Philippenſiũ ſed p ſuos miniſtros ⁊ tñ reſidens ipſe preſentialiter apud eccleſiam Theſſalonycã beneficium procurationis a Philippenſibus recepit: Ut ipſe teſtatur Philip. iiij.

¶ Ad ſecundũ eſt dicendũ ꝙ papa nõ poteſt diſpenſare ſupra ius naturale cõmuniter ſumptum. ſed bene poteſt diſpenſare in iure naturali quãtũ ad illa que ex iure naturali eliciunt̃ ⁊ explicantur. nec tollitur iuſticia diſtributiua in collatione beneficiorũ dũmodo iuſta cauſa fiat. quia ſi vnum beneficium detur vni ⁊ plura dentur alteri ꝓ eodem ſeruitio poſſunt alia negotia occurrere in quibus conſiderata eccleſie vtilitate vel perſone dignitate vnus meret̃ plura recipere ꝙ̃ alius.

¶ Ad tertium dicitur verum eſſe ꝙ papa eſt rerum eccleſiaſticarum diſpenſator. In diſpẽſatione tñ non ſolum requiritur fidelitas. ſed etiam prudentia. que cum ſit recta ratio agibilium. fideliter diſpenſat papa eccleſiaſtica beneficia conferendo plura vni ꝙ̃ alteri conſiderata ꝓ loco ⁊ tempore eccleſie vtilitate vel perſonarum dignitatem

¶ Ad quartum eſt dicẽdum. ꝙ Huguitio ſic ſoluit argumentũ iſtud. xxi. q. i. dicens. ꝙ clericus poteſt habere plura beneficia in pluribus eccleſijs tanꝙ̃ laicus. non ſicut clericus. Nam eccleſiaſticum beneficium laico poteſt in ſtipẽdiuz aſſignari vel ad tempus vel vſqꝫ ad mortem. ſed clericus eſſe non poteſt niſi vnius eccleſie in qua poteſt habere vocem ⁊ a prelato illius poteſt ordinari ⁊ iudicari. Dicenduz eſt tamen ꝙ ille cum quo diſpenſatum eſt de pluribus beneficijs p papam nõ eſt pplexus vel ad impoſſibile conſtrictus. quia talem pplexitatem ſuperior tollit vt ipſe eligat cui voluerit obedire ⁊ a quo voluerit ordinari. Unde ſicut papa in pluribus eccleſijs iuriſdictionem ſibi confert. ita ⁊ plurium prelatorum eũ ſubditum facit.

Ad ſecundum ſic proceditur. Videtur enĩ ꝙ ſine auctoritate pape ep̄s poſſit plura beneficia vni conferre. ſcribitur enĩ. lxx. di. c. ſanctorũ. ꝙ cum diſpenſatiõe ep̄i vn⁹ diuerſis poteſt preeſſe eccleſijs.

¶ Preterea ep̄s in ſua dyoceſi habet iuriſdictionem. ſed conferre beneficia poteſtatis iuriſdictiõis eſt. ergo collata ep̄o poteſtate iuriſdictionis. intelligitur eſſe collata poteſtas conferendi beneficia.

¶ Preterea cauſa diſpenſationis in pluralitate beneficiorum videtur eſſe perſonarum dignitas vt quanto aliqui ſunt in ſanctitate et ſcientia digniores tanto ſunt pluribus beneficijs promouendi ⁊ honorandi. ſed tales ipſone poſſunt eſſe in qualibet dyoceſi. ergo cum talibus poteſt ep̄s diſpenſare.

¶ In contrarium eſt quod ſcribitur extra de preben. ⁊ dig. c. de multa ꝓuidentia

¶ R. dicendum ꝙ aliqui dicũt ep̄m poſſe diſpenſare cuꝫ aliquo in pluralitate beneficiorũ in eodem ep̄atu. ſed non in diuerſis. quia nõ poteſt eum facere ſubditum in dyoceſi in qua iuriſdictionem non habet. Unde talis eſſet pplexus. quia ex quo diſpenſaret cum eo vt plura beneficia poſſet recipere in diuerſis ep̄atibus cum omnibus illis teneretur obedire. obligaret eum ad impoſſibile quam impoſſibilitatem vel pplexitatem ſolus papa tollere põt. Sꝫ h̄ nulla ratione fulcit̃. quia vniuerſaliter interdicitur extra. c. ſupra dicto de multa. vt nullus plura beneficia tenere valeat abſqꝫ diſpẽſatione ſedis apoſtolice. vnde exceptis caſib⁹ qui in iure exprimuntur puto ꝙ ep̄s in pluralitatẽ beneficiorũ non poteſt diſpenſare.

¶ Ponuntur aũt quinqꝫ caſus in iure. vt ptꝫ xxi. q. i. ⁊ extra de elec. c. dudum. in quibus ꝑmittitur diſpenſatio in pluribus beneficijs

¶ Primus eſt ꝓpter eccleſiarum tenuitatẽ vt quando neutra p ſe ſufficit ad ſuſtentandum miniſtrum poteſt ambabus preficí.

¶ Secundus eſt ſi vna pẽdet ex altera.

Tertius eſt ꝓpter raritatem clericorum

Quartus eſt ſi eccleſia annexa eſt prebẽde vel dignitati. Tunc.n. in maiori eccleſia põt reſidere ⁊ in parrochia idoneũ miniſtrũ tenere

¶ Quintus eſt ſi vnam habet intitulatam ⁊ aliam cõmendatam.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ illud decretum loquitur de beneficijs ſimplicibus nõ habentibus curam animarum in quibus conceditur ep̄o diſpenſare. Uel loquitur de pluribus beneficijs in quorum vno ſit prebendat⁹ ⁊ in alio intitulatus.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ collatio beneficiorum eſt poteſtatis iuriſdictionis deriuata a papa in ipſos epos ⁊ ideo quanta iuriſdictio in iure a papa exprimitur. tanta eis conuenit ⁊ non plus.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ extra de p̄ben. ⁊ dig. c. de multa. ſoluitur iſtud argumentum: vbi ſic dicitur. Nullus plures dignitates vel ꝑſonas habere preſumat. circa ſublimes tm̄ et litteratas perſonas que maioribus ſunt beneficijs honorande cum ratio poſtulauerit ꝑ ſedem apoſtolicam poterit diſpenſari.

Ad tertium ſic proceditur. Videtur. n. ꝙ mortuo papa collegium cardinalium poſſit eccleſiaſtica beneficia diſpenſare. quia maioris poteſtatis eſt collegium cardinalium ꝙ capitulum eccleſie cathedralis. ſed capitulum poteſt mortuo epō diſpēſare eccleſiaſtica beneficia. ergo multo fortius poterit collegium cardinalium mortuo papa.

¶ Preterea beneficium conferre eſt poteſtatis iuriſdictionis. ſed collegium mortuo papa poteſt quicquid iuriſdictionis eſt. quia poteſt excōmunicare ⁊ cōpeſcere rebelles eccleſie. ergo poteſt ſimiliter eccleſiaſtica bñficia diſpēſare.

¶ Preterea capitulum metropolitane eccleſie poteſt mortuo archiepō electos ſuffraganeos confirmare ⁊ eorum confirmationem cōmittere. ergo multo magis poteſt collegium cardinalium de prelatis quorū confirmatio ad ſedem apoſtolicam ſpectat.

¶ In contrarium eſt qđ ſcribitur extra de elec. c. vbi maius. li. vi. Scribitur. n. ibi ꝙ cardinales mortuo papa ꝓuiſioni ſucceſſori ſic attentius vacēt quatinus ſeneq̄ꝙ de alio negotio intromittant.

¶ R. dicendum ꝙ ſcribitur extra ne ſe. va. ali. Inno. Collatio beneficiorum vel ſimul pertinet ad capitulum ⁊ epm̄. vel ad epiſcopū ſolū cū conſilio vel aſſenſu capituli. vel ad aliquem de eccleſia puta archidyaconū vel alium cum requiſitiōe epi. Si primo modo cōmuniter ſpectat ad capitulum ⁊ epm̄. tunc mortuo epiſcopo vel a beneficiorū collatione ꝑ papā ſuſpenſo poteſt capitulum vacantes prebendas conferre. dato ꝙ epiſcopus in collatione illarum aliquid intereſſe habeat vt prelatus ſicut ibi dicitur. Si vero ſecundo modo collatio beneficiorum ſolum ad epm̄ ſpectat cum conſilio vel aſſenſu ſui capituli. tunc mortuo epiſcopo vel ſuſpenſo capitulum non poteſt de collatione talium prebēdarum ſe intromittere. Sed ſi tertio modo collatio prebēdarū pertinet ad aliquem de eccleſia cū conſilio epiſcopi. tunc ſublato epō de medio ꝑ mortem vel ꝑ remotā diſtantiā non eſt ꝓpter hoc collatio beneficij vacantis differenda. quia in petēdo vel expectando eius conſilium poſſet vacanti beneficio ꝑiculum imminere. quia ergo iure permittitur collatio beneficiorum capitulo cathedralis eccleſie modo quo dictum eſt. Collegio vero cardinalium interdicitur ſicut patet extra de elec. vbi maius ꝑiculum. Ergo concludendū eſt ꝙ collegium cardinaliū mortuo papa non poteſt eccleſiaſtica beneficia diſpenſare

¶ Ad primū ergo eſt dicendum ꝙ non ſemꝑ quod poteſt maius poteſt minus niſi vnum ꝑ ſe ordinetur ad aliud. Poteſt. n. homo generare hominem ⁊ non canē. Collegium nanq̄ cardinalium non habet ꝑ ſe ordinem ad alia collegia eccleſiarum cathedralium: quia alia collegia tenent regulari iure ſcripto ⁊ poſito ꝑ papam. Sed illud collegium eſt aſſiſtēs illi qui eſt iuris lator ⁊ poſitor. Unde habet alia collegia regulare ⁊ non ab eis regulari.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ iuriſdictionis poteſtas tanꝙ in fonte reſidet in papa et ab eo tribuitur ⁊ reſtringitur in alijs. collegio ergo quando immineret periculum defendendi terras eccleſie concedit poteſtas excōmunicandi ⁊ cōpeſcendi rebelles ſed poteſtas eccleſiaſtica beneficia diſpenſandi interdicitur

¶ Ad tertiū dicitur ꝙ eccleſia tanꝙ mater omnium fideliū ꝑ ſua ſtatuta ſemꝑ nititur animarum periculus obuiare. quia ergo ꝑ metropolitanorum mortē poſſunt ſuffraganei eccleſie detrimentū ſuſtinere vt chriſti greges diu carerent paſtoribus. ideo ꝓuide ſtatutum eſt vt metropolitana capitula poſſint canonice electos confirmare. ⁊ eorum conſecrationem cōmittere. vt aūt cardinales ſede apoſtolica vacante electioni apoſtolici attentius inſiſtant omnia alia negotia eis interdicuntur.

Ad quartū ſic proceditur. Videtur. n. ꝙ cum diſpenſatione pape non ſit licitum plura beneficia retinere. quia qđ eſt turpis lucri non poteſt licite teneri. ſed tenere plura beneficia eſt turpis lucri. vt dicitur xxi. q. i. Ergo licite non tenentur

¶ Preterea bigamia habet annexam irregularitatem. ſed habens plura beneficia eſt bigamus. quia habet plures ſponſas. ergo nō poteſt ſine peccato ipſa retinere.

¶ Preterea beneficium iuſte non retinetur niſi per officium. ſed homo non poteſt in pluribus eccleſijs officium exercere. ergo nō poteſt plura beneficia iuſte retinere.

¶ In contrariū eſt. quia vbi eſſet periculum animarum: eccleſia non diſpenſaret. Diſpenſat aūt in pluralitate beneficiorum abſq̄ periculo ergo anime poſſunt reſtitui.

¶ R. dicendum ꝙ aliqua ſunt ſimpliciter bona. Aliqua vero ſimpliciter mala. aliqua vero media. Pluralitas. n. beneficiorum nō poteſt contineri cum ſimpliciter malis vel cū ſimpliciter bonis. Nam ſi eſſet de ſimpliciter bonis nulla poſſet fieri de ipſa prohibitio. non em̄ poteſt ꝓhiberi ꝙ quis non habeat fidem ſpem ⁊ caritatem. que ſunt ſimpliciter bona. Prohibetur aūt pluralitas beneficiorum habentium curam. ſicut patet extra de preben. c. de multa. Non poteſt ergo contineri inter ſimpliciter bona: nec poteſt contineri inter ſimpliciter mala. quia tunc nulla poſſet fieri in ea diſpenſatio vel relaxatio. Non. n. ſunt diſpenſabilia furtum adulterium ⁊ ſacrilegium ⁊ talia que ſunt ſimpliciter mala. Continetur ergo cū bonis medijs que in caſu aliquo poſſunt eſſe bona vel mala ſm̄ diuerſas circumſtantias occurrentes. Puto ergo ꝙ tenere plura beneficia cum pape diſpenſatione licitum eſt dūmodo ex parte diſpenſantis ⁊ diſpenſationem recipientis ſit vrgens neceſſitas vel cōmunis eccleſie vtilitas. Si vero ex parte dantis ſit praua carnalitas ⁊ ex parte recipientis auaritie cupiditas: illicitū eſt tenere, quia tūc vt Bern. dicit magis dicenda eſt crudelis diſſipatio ꝙ diſpenſatio. Uerum quia ſm̄ apoſtolum. i. Corin. vi. multa licent que non expediūt. iō ꝗuis in caſu licitum eſſe poſſit plura beneficia retinere cum diſpenſatiōe. non tm̄ expedit. Cōtrahitur. n. in eccleſiaſtico beneficio ſpirituale vinculū reſpectu eccleſie cui homo tenetur qñ indiget ꝓuidere ⁊ reſpectu prelati cui in mandatis tenetur obedire. In pluralitate aūt beneficiorum tale vinculū ſpirituale quodamō diſſoluit quantum ad ad eccleſie indulgentiā quia non poteſt vtriq̄ eccleſie deſeruire ſimul indigenti. ſicut ſi ſimul inſtet electio fienda in vtraq̄ ⁊ quantum ad prelati obedientiam. q2 non poteſt ſimul vtriq̄ diuerſa mandāti obedire. Aliud vinculum incurritur in eccleſiaſtico beneficio quantum ad beneficium temporale quod recipitur quod quidem datur ad miniſtrorum ſuſtentationē ⁊ pauperum ſubuentionem. Planum eſt aūt ꝙ ex pluralitate beneficiorum fit miniſtrorum diminutio. quia de beneficio duorum ⁊ qñq̄ decē vnus ſolus ſuſtentatur. Fit ſimiliter pauperum defraudatio quia in eccleſia in qua prebendatus non facit reſidentiam non ſubuenitur pauperibus. Uñ ꝓpter multa pericula que pluralitas beneficiorum habet annexa ⁊ ꝓpter ſcādalum quod in eccleſia ex hoc ſeminatur. puto ꝙ quantūcūq̄ in aliquo caſu ſit licitum nullo tamē modo eſt expediens.

¶ Ad primū ergo eſt dicendum ꝙ tunc eſt turpis lucri pluralitas beneficiorum qñ ex cupiditate ſuſcipitur ⁊ praua carnalitate impenditur. In caſibus tm̄ illis in quibus licet plures eccleſias habere. puto ꝙ licet habere plures prebendas ſimplices vel plura beneficia in pluribus eccleſijs abſq̄ nota turpis lucri. q2 in omnibus illis caſibus rationabiliter exprimitur cauſa quare pluralitas beneficiorum eſt permiſſa.

¶ Ad. ij. eſt dicendū ꝙ non eſt ſponſus prebendatus niſi vnius eccleſie tm̄ de iure cōmuni. Si vero in alia eccleſia habeat beneficium datur ſibi magis in ſtipendium ſicut daretur laico. Unde Urbanus papa dicit. lxx. di: c. ſanctorum ꝙ licet epō diſponere vt vnus diuerſis eccleſijs preeſſe poſſit. canonicus tm̄ prebendarius eſſe non poſſit niſi vnius in qua cōſcriptus eſt. Ex diſpenſatione tamen pape poteſt conſcribi in pluribus ⁊ ſubditus plurium prelatorū fieri. per quem tollitur bigamia ⁊ irregularitas.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ illud quod per miniſtros facimus ꝑ nos ipſos facere dicimur Unde ex quo in aliquo caſu ꝑ papam diſpenſatur cum aliquo de pluralitate beneficiorum intelligitur eſſe diſpenſatum. vt vbi per ſe non poteſt exercere officium exerceat per idoneum ſuum miniſtrum per hoc differt ſpirituale coniugium a corporali. quia in ſpirituali ꝑ alium debitum homo poteſt reddere quod non poteſt coniugio corporali.

# Queſtio. lxix. de officij adminiſtratione.

Inſuper conſiderandū eſt de officij adminiſtratione. Circa quod queruntur ſeptem

¶ Primo vtrum ex precepto pape quilibet beneficiatus teneatur dicere horas canonicas.

¶ Scđo vtrum ex precepto pape beneficiatus totiens horas omnes teneatur dicere quot beneficia habet.

¶ Tertio vtrum ex precepto pape beneficiatus teneatur dicere horas ſm̄ conſuetudinem vniuerſalis eccleſie vel illius eccleſie in qua beneficiatus eſt.

¶ Quarto vtrū ex precepto pape beneficiat⁹ exiſtēs in ſacris teneat̃ horas canonicas dicere.

¶ Quinto vtrū ex precepto pape exiſtēs in ſtudio ſit excuſatus a debito dicendi horas.

¶ Sexto vtrum ex precepto pape omnis religioſus teneatur dicere horas.

¶ Septimo vtrum ex precepto pape obmittenti horas iniungendum ſit ꝙ dicat eaſdem horas quas dimiſit.

AD primum ſic ꝓceditur. videtur.n. ꝙ ex precepto pape quilibet beneficiatus non teneatur dicere horas canonicas. quia eccleſia non debet diſſimulare illud quod vergit in periculum animarum. ſed eccleſia diſſimulat non corrigendo tranſgreſſores ⁊ non dicentes horas canonicas. Non eſt ergo dicendum ꝙ omnes beneficiati ex precepto pape teneantur dicere horas canonicas.

¶ Preterea conſuetudo tenet vim legis. ſed non eſt conſuetudo vt omnes beneficiati teneantur ad horas canonicas. quia multi laici ſūt beneficiati qui horas canonicas dicere non tenentur.

¶ Preterea parcendū eſt multitudini vt pōt colligi. ij. Reg. c. xviij. vbi dicitur ꝙ Joab retinuit populum ne ꝑſequeretur iſrael volens parcere multitudini. ſed multi bñficiati nunꝙ dicunt canonicas horas non ſolum minores ymmo prelati ⁊ maiores. vt patꝫ extra de cele. miſ. c. dolentes. Parcendum eſt ergo tāti multitudini.

¶ In contrariū eſt quod ſcribit̃ extra de cele. miſ. c. ſupradicto. vbi papa dicit in virtute ſancte obedientie diſtricte precipimus vt diuinū officium nocturnū pariterꝗ diurnum quantū deus eis dederit ſtudioſe pariter celebrent et deuote.

¶ R. dicendum ꝙ ſicut precipit apoſtolus. i. Chorin. vij. Vir vxori debitum tenetur reddere ⁊ vxor viro. Planum eſt aūt ꝙ inter clericuꝫ beneficiatum ⁊ inter eccleſiam in qua conſcriptus eſt ⁊ beneficiatus eſt quoddam ſpirituale matrimonium contractum. quia miniſter eſt chriſti ⁊ chriſti officium gerit qui deſpōſauit et copulauit ſibi eccleſiam non habentem maculam neꝗ rugaꝫ. vt dicit apoſtolus ad Ephe. vi. Unde ſicut ab eccleſia exigit debitum beneficium ſic eccleſie tenetur reddere debitum officium. Nam ſm Hierony. beneficia ꝓpter officia data ſunt. Si ergo ſine excuſatione rationabili clericus beneficiatus nō dicit debitū officium ſed ſcienter dicere negligit vel contemnit puto ꝙ peccat damnabiliter intantuꝫ ꝙ poſt admonitionem canonicam ꝓ tali culpa excōmunicari poteſt. Iuxta illud quod ponit canō xci. di. c. clericus. vbi dicit̃ ꝙ clericus qui ſine corporis inequalitate vigilijs deeſt: ſtipēdijs priuatus excōmunicetur. Planum eſt autem ꝙ ſine culpa mortali quis non meretur excōmunicari ⁊ infra ſubditur. Clerici qui ad op⁹ ſanctum adeſſe contempſerint ſm arbitriū epi eccleſiaſticam ſuſcipiant diſciplinam.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ eccleſia non debet ſuſtinere quod vergit in cōmune periculum animarum ſi illud in iudicium deducatur: alioquin eccleſia multa per patientiam tolerat que ſi deducta eſſent in iudicio exigente iuſticia non tolerarer. ſicut patet extra de preben. ⁊ digni. c. cum iam dudum.

¶ Ad ſecundum dicitur ꝙ conſuetudo nō rationabilis abuſio dicenda eſt. nec tamen eccleſia omnes abuſiones de eccleſia poteſt tollerare ꝓpter difficultatem correptionis. Unde extra de preben. c. cū nō ignores in antiqua cōpilatione ita ſolet contineri. Mirabile gerim⁹ ⁊ indignum ꝙ tu in eccleſiā tua vis introducere conſuetudinem eccleſie gallycane que cum vnum ad plura beneficia recipiat contra ſacrorum canonum inſtituta non approbatur a nobis: licet nō poſſit pre multitudine delinquentium emendare.

¶ Ad tertium dicitur ꝙ multitudini eſt parcēdum penitenti ſed non in delicto permanenti ymmo ſicut bonum quanto cōmunius tanto diuinius. ſic peccatum quanto cōmunius tanto eſt magis periculoſuꝫ ⁊ magis corrigendū.

AD ſecundum ſic ꝓceditur. videtur.n. ꝙ ex precepto pape beneficiatus totiens horas canonicas dicere teneat̃. quot beneficia habet. quia ſicut ſe habet vnū beneficium ad vnū officiū. ſic multa beneficia ad multa officia. Ergo ſicut ex vno beneficio tenetur dicere vnum officium: ſic ex multis beneficijs tenetur multiplicare officia.

¶ Preterea beneficiatus tenetur perſoluere officiuꝫ in illa eccleſia in qua recipit beneficiū ſed recipit in pluribus eccleſijs. ergo in pluribus tenetur horas canonicas perſoluere.

¶ Preterea ſm Gregorium. cum augent̃ dona rationes etiam creſcunt donorum. ex multiplicatione ergo beneficioruꝫ multiplicantur rationes diuinorum obſequioruꝫ.

¶ In contrarium eſt quia preceptum non eſt niſi de poſſibili. ſed ſi quis habens decem beneficia teneretur decies horas canonicas dicere: eſſet quedam obligatio impoſſibilis. Non poteſt ergo cadere preceptum ſuper hoc.

¶ R. dicendum ꝙ ſicut ſcribitur auctoritate Aug⁹. xi. di. Catholica eccleſia ꝑ orbem diffuſa trib⁹ modis ꝓbatur exiſtere. Nā quicquid in ea tenetur aut eſt ſcripturaꝝ auctoritas aut traditio vniuerſalis aut certe ꝓpria ⁊ ꝑticularis inſtructio. Scripturaꝝ ergo auctoritate tota eccleſia conſtringitur vniuerſaliter vero maioꝝ traditione ſimiliter tota obligatur. Sꝫ priuatis conſtitutionibus ⁊ ꝓprijs informationibus vna queꝗ eccleſiaꝝ ꝓ locorum varietate ꝓut cuiꝗ viſum eſt ſubſiſtit ⁊ regitur. ſic ꝙ eccleſia partim regitur traditionibus diuinis partim traditionibus generalibus ⁊ ꝑtim traditionibus ſpecialibus. Ad traditiones ergo diuinas ex precepto omnes ⁊ vbiꝗ tenentur. Similiter ad traditiōes generales. ſed ad traditiones ſpeciales non omnes nec vbiꝗ tenentur. ꝙ ergo beneficiatus dicat officium diuinum traditio eſt vniuerſalis eccleſie. Unde ex precepto omnis habens beneficiū tenetur dicere officiū. Sed ꝙ dicat officium illius eccleſie vel iſtius: eſt ex traditione particulari talis eccleſie. Sicut ergo ſe habet eius traditio ſic tenetur. Unde ſi traditio eccleſie habet ꝙ ꝑ ſe ſeruiat ꝑ ſe tenetur. Si vero ꝑ vicarium ꝑ vicarium tenetur. ideo puto ꝙ habens plura beneficia niſi conſuetudo vel ſtatutū eccleſiaſticum requirat vt ꝑ ſe deſeruiat non tenetur ꝑ ſe plura officia dicere

¶ Ad primū ergo eſt dicendum ꝙ ſimiliter ſe habent plura beneficia ad plura officia quantum ad ꝓportionē. ſed non quantū ad obligationem. quia officiū dicere obligatur quis ex traditione vniuerſali. plura vero ex traditione particulari. Unde ſm traditionem illius particularis eccleſie tenetur. ⁊ non aliter

¶ Ad ſecundum eſt dicenduꝫ ꝙ beneficiatus tenetur ꝑſoluere officium vbi recipit beneficiū ꝑ ſe vel per alium. Unde vbi tenetur deſeruire ꝑ ſe tenetur ꝑ ſe: vbi ꝑ alium tenet̃ ꝑ alium

¶ Ad tertium dicitur ꝙ cum augentur dona: rationes etiaꝫ creſcunt donoꝝ intenſiue. quia cum maiori promptitudine ⁊ maiori conatu tenent̃ diuina obſequia exercere. quod ſequēs dictum Greg⁹. manifeſtat cum ait: Tāto ergo humilior atꝗ ad ſeruiendum deo promptior quiſꝗ debet eſſe ex munere. quanto ſe obligatorē eſſe ꝓſpicit in reddenda ratione extenſiue non quidē in multiplicatione horarum. ſed in elemoſynis ⁊ in alijs operibus pietatis.

AD tertium ſic ꝓceditur. videtur.n. ꝙ ex ꝓcepto pape beneficiatus teneat̃ dicere horas ſm conſuetudinem vniuerſalis eccleſie. quia conſuetudo vniuerſalis eccleſie eſt conſuetudo eccleſie romane. ſed ſcribitur. xi. di. ꝙ a conſuetudīe romane eccleſie membris diſſentire non licet. Tali ergo cōſuetudine bñficiatus quilibet tenet̃ ſe cōformare.

¶ Preterea ſm Aug⁹. iij. confeſ. turpis eſt pars ſuo non congruens vniuerſo. Sed quelibꝫ eccleſia particularis eſt pars reſpectu romane eccleſie. quilibet ergo clericus in dicendis horis tenetur ſe romane eccleſie conformare.

¶ Preterea ſi ſm conſuetudinem eccleſie in qua clericus eſt prebēdatus tenetur horas canonicas dicere cum poſſibile ſit aliquem prebendari in multis eccleſijs tenetur dicere horas ſm conſuetudinē omniū illarum eccleſiaꝝ. quod ſupra negatum eſt

¶ In contrarium eſt quia canonicus tenetur obſeruare ſtatuta ⁊ conſuetudineꝫ ſue eccleſie ergo ſimiliter tenetur dicere horas ſm conſuetudineꝫ eccleſie ſue

¶ R. dicendum ꝙ ſicut ſcribitur auctoritate Greg⁹. xxix. di: regule ſanctorum patrum ꝓ tempore loco perſona ⁊ ꝓ negotio inſtāte eccleſie neceſſitate tradite ſunt. Planum eſt autem ꝙ dicere tales horas vel tale officiuꝫ eſt traditio iſtius ꝑticularis eccleſie non vniuerſalis. puto ergo ꝙ clerici beneficiati illus eccleſie in caſu illo in quo tenentur perſonaliter eccleſiā ſuaꝫ officiare: tenentur officium illi⁹ eccleſie dicere. Unde tenētur qui ſunt preſentes legitimo impedimento ceſſante: alias non tenentur. Sed poſſunt ſibi eligere dicere officium ſm conſuetudinem alicuius eccleſie in qua eſt prebendatus. Si vero queratur de electione officij cui⁹ eccleſie officium dicere eligere teneatur rationabiliter videtur ꝙ debeat eligere officiuꝫ illius eccleſie in qua maiorem gradum habet. puta ſi in vna ſit decanus ⁊ in alia ſimplex canonicus debet eligere dicere officiū eccleſie in qua eſt decanus. ꝙ ſi in vtraꝗ eccleſia fuerit ſimplex canonicus debet eligere dicere officiū dignioris eccleſie ꝗuis forte in minori eccleſia habeat pinguiorem prebendam. quia temporalia nullius momēti ſunt ſpūalibus comparata. Sed ſi ambe eccleſie ſint equalis dignitatis poteſt ſibi eligere officium quodcunꝗ voluerit. ſi fuerit ab vtraꝗ abſens. ſi autē fuerit in aliqua earum preſens debet ſe conformare illis cum quibus conuerſatur.

¶ Ad primum dicitur ꝙ in traditionibus generalibus a conſuetudine romane eccleſie mēbris diſſentire non licet. ſed in traditiōibus ꝑticularibus regula ſeruanda eſt ſm conſuetudinem loci ⁊ temporis.

¶ Ad ſecundum dicitur ꝙ pars debet ſe conformare ſuo vniuerſo. in his que ſunt vniuer-

ſalſa. ſed in his que ſunt ſpecialia illius eccle
ſie vel illius tenetur ſe conformare illi eccleſie
in qua reſidentiam facit. Sicut. n. cõſuetudo
vniuerſalis facit ius vniuerſale. ſic conſuetu/
do localis inducit ius in loco in quo conſue/
tudo ſeruatur.
¶ Ad tertiū patet ſolutio. quia non tenet ho
ras dicere ſm ꝯſuetudinē omniū eccleſiarū in
quibus eſt prebēdatus. ſed illius que eſt ma/
ioris dignitatis. vel illius in qua maiorē di/
gnitatem habet

Ad quartum ſic ꝓceditur. videtur. n.
ꝙ ex precepto pape beneficiatus exi/
ſtens in ſacris nō teneatur dicere ho
ras canonicas. q2 officiū non dicitur niſi pro/
pter receptum beneficiū. ſicut dicit Hierony.
ſed contingit quīqꝫ exiſtētes in ſacris non habe
re beneficia. Ergo non tenentur.
¶ P. preceptū de dicēdis horis extra de pre
ben. ſolum extenditur vt cõmuniter in eccleſiis
dicantur hore canonice. Si ergo exiſtentes in
ſacris non habent intitulatas eccleſias. nō te/
nentur tale preceptum ſeruare.
¶ Preterea qui non tenent dicere horas ſm
cõſuetudinem alicuius eccleſie. nullas horas
tenentur dicere. Sed conſtituti in ſacris ſi non
ſint intitulati in aliqua eccleſia non tenētur di
cere horas ſm conſuetudinam alicuius eccle
ergo nullas horas tenētur dicere.
¶ In contrarium eſt Innocen. extra de cele.
miſ.
¶ R. dicendū ꝙ duplex eſt beneficiū. ſpūale
⁊ temporale. Primū datur in ſacramentoꝝ
diſpenſatione. Secundū datur in vite preſen
tis ſuſtentationem. ⁊ ſatis maius eſt primum
ꝙ ſecundum ⁊ eſt primū cauſa ſecundi dicēte
apo. i. ad Choꝝ. ix. Si vobis ſpūalia ſemina
mus magnum eſt ſi veſtra carnalia metamus
ꝑ primū homo obligatur deo a quo ipſuꝫ be
neficium ſpūale ſuſcipitur. ꝑ ſecundum vero
obligatur eccleſie ꝓpter cuius obſequiū tem/
porale beneficium ſibi impenditur. Cõſtituti
ergo in ſacris quantūcūqꝫ non ſint cõſcripti
in aliqua particulari eccleſia non ſunt abſolu
ti a debito dicendi horas. quia ſemꝑ poſt re/
ceptum a deo ſpūale beneficiū ius eſt eis ac/
quiſitum ꝑcipiendi tpale beneficiuꝫ. vñ ſemꝑ
tenētur dicere diuinum officium. Abſoluūtur
aūt a debito dicendi horas in iſta vel in iſta ec
cleſia ex quo non ſunt in aliqua particulari ec
cleſia conſcripti vel beneficiati
¶ Ad primū ergo patet ſolutio. q2 tenetur di/
cere officiū ꝓpter receptū ſpūale beneficiū. ⁊ ſi
militer ꝓpter receptū beneficium temporale.

quia ſi epūs aliquem ſine certo titulo in preſby
terum vel dyaconum ordinat de quo neceſſa
ria vite percipere valeat tam diu tenetur ei ne
ceſſaria miniſtrare donec in alia eccleſia cõue/
nientia ſtipēdia militie clericalis aſſignet. ſicut
patet extra de preben. c. epūs.
¶ Ad ſecundū dicitur ꝙ in ſacris conſtitutus
non conſcriptus in aliqua eccleſia ſolutus eſt
a debito dicendi horas cõmuniter cum aliis
clericis iſtius eccleſie vel illius. ſed non eſt ab
ſolutus a debito dicendi diuinum officium.
ꝓpter receptum ſpūale beneficium.
¶ Ad tertiū dicitur ꝙ tenetur dicere horas ſm
ꝯſuetudinem eccleſie cathedralis de cuius epi/
ſcopi licentia eſt ordinatus qui neceſſaria tene
tur ſibi miniſtrare donec ſibi de conuenienti be
neficio ꝓuideat niſi ad tituluꝫ patrimonii ſui
fuiſſet ꝓmotus ⁊ ordinatus.

Ad quintum ſic ꝓceditur. Videtur. n.
ꝙ ex precepto pape beneficiatus exi/
ſtens in ſtudio ſit excuſatus a debito
dicendi horas. quia extra de preben. ⁊ digni.
c. licet. precipitur vt ſtudēti ꝑmanēti in ſtudio
eccleſiaſtici prouentus mbuantur. preter quo
tidianas diſtributiones que tantum reſiden
tibus conferūtur. ſicut ergo abſoluitur ſtudēs
a corporali reſidentia eccleſie. ita abſoluitur a
debito dicendi horas
¶ Preterea infirmi excuſantur ab horis ergo
ſimiliter ſtudentes
¶ Preterea minus bonum dimittendum eſt
ꝓpter maius bonum. ſed ſtudium eſt magis
bonum cum ſit magis vtile ꝙ dicere horas. ergo
illud eſt dimittendum ꝓpter iſtud.
¶ In contrariū eſt. quia dicere horas eſt pre
ceptum. ſtudere vero non eſt preceptum. ergo
ꝓpter ſtudium homo non abſoluitur a dicen
dis horis
¶ R. dicendum ꝙ beneficiatus in aliqua ec
cleſia ad duo obligatur.
¶ Primo ad diuine laudis ꝑſolutionē. quia
omnibus clericis diuino ſeruicio aſcriptis ec/
cleſia determinat. vii. horas ad dei laudē eſſe
perſoluendas. Iuxta illud pſal. Septies in
die laudem dixi tibi. que canonice dicūtur. q2
regulariter certis horis ſunt dicende ſicut ptꝫ
extra de cele. miſ. ⁊ ad eccleſie ſubuētionem. vt
eccleſia in qua beneficium recipit tpale. admi
niſtret ſpūale. Aliter non eſt ratiōabilis cauſa
recipiendi tempale niſi ſpūale adminiſtretur.
ſicut dicit glo. ſuꝑ illo verbo philip. iiii. Nū
ꝓfectus ſum ad Macedoniā nlla mihi eccle/
ſia cõmunicauit in ratione dati ⁊ accepti niſi
vos ſoli. Beneficiatus ergo exiſtens in ſtudio

quantūcūqꝫ diſpenſetur cū eo ad tempus ne
preſentialiter teneat in eccleſia reſidere. ad eiꝰ
ſubuentionē ꝓpter maius emolimentū quod
ex ipſo ſperat de fructu ſcientie quam acquirit.
nunqꝫ tū abſoluit a debito ꝑſoluēdi diuinas
laudes. ymmo magis tali debito aſtringitur.
ꝓ quanto cū eo magis gratioſe agitur vt tem
porale beneficiū recipiat ⁊ doctrine ſtudium
impendat.
¶ Ad primū ergo eſt dicendū ꝙ nō diſpenſat
cum ſtudente vt non teneat dicere horas in lo/
co vbi ſtudet. ſed ſolū vt non teneat ad tempꝰ
intereſſe cū aliis ad dicendum horas ſolenni
ter in eccleſia vbi prebendatus eſt.
¶ Ad. ii. dicit ꝙ dicere horas eſt preceptū af/
firmatiuum. vñ licet obliget ſemꝑ. non tū ad
ſemꝑ. ſed exiſtente oportunitate ⁊ debita vali
tudine. ꝓpter quod infirmi excuſantur a debi
to dicendi horas. ⁊ ꝑcipes ſunt horarū que
in eccleſia dicunt ex vinculo caritatis. que bo
na validoꝝ membroꝝ cõmunicat infirmis et
illis qui valitudine carent.
¶ Ad tertiū dicit ꝙ ſtudiū non eſt maius bo
num ꝙ dicere horas. niſi forte qñ imineret vel
nimia ꝓuiſio vel diſputatio contra hereticos
ne tū ſtudium impediat ꝓpter horas dicēdas
Inno. ponit ꝙ occupati in negotiis publicis
ſicut prelati ⁊ vacantes ſtudio excuſant ne ſin
gulis horis teneant ſingulas horas dicere. ſ
mane poſſunt dicere horas que currunt vſqꝫ
ad veſperas. ⁊ deinde veſperas cum cõpleto
rio ⁊ vltimo in ſero vel in aliqua hora noctis
matutinum.

Ad tertiū ſic ꝓceditur. videtur. n. ꝙ ex
precepto pape religioſi non teneant
dicere horas canonicas. quia religio
ſis nō eſt cõmiſſa de cõmuni iure cura anima/
rum nec eis ſunt collata eccleſiaſtica beneficia
Ergo officia non tenentur dicere.
¶ Preterea religioſi nō tenent niſi ad illa ad
que ſe ex voto obligauerunt. ſed dicere horas
nō continet ſub aliquo trium votoꝝ. ergo ad
dicendum horas nō tenent
¶ Preterea religioſi conſtituti ſunt ſub obe
dientia. ſi ergo hora qua tenent horas dicere
precipiat eis aliquid a plato eoꝝ excuſant a
debito dicendi horas.
¶ In contrariū eſt. quia dicere horas includi
tur in diuino cultu. ſed religioſi potiſſime ſūt
diuino cultui mancipati. ergo ipſi maxime te
nentur ad horas dicendas.
¶ R. dicendū ꝙ aliqui dicunt religioſos nō
obligari ad horas dicendas inquantū religio
ſi ſunt. quia puri laici poſſunt eſſe religioſi. ſed

ſi ſint clerici ⁊ ꝓmoti in ſacris ⁊ habent bona
eccleſiaſtica tenent horas dicere ſicut clerici be
neficiati. non ratione qua religioſi ſed ratione
beneficii quod ꝑcipiunt. ſed abſoluere religio
ſos a debito dicendi horas eſt detrahere ꝑfe/
ctioni ſtatus ipſoꝝ. Planuꝫ eſt. n. ꝙ ꝑ religio
nis ingreſſū religioſi ipſo facto mancipati ſūt
diuinis obſequiis. vñ totus ſtatus ipſoꝝ de/
bet eſſe occupatus in diuinis laudibus. tene
n tū ex precepto dicere diuinū officiū ꝓpter re
ceptum beneficiū pōt intelligi dupliciter.
¶ Primo ꝓpter receptum beneficium or/
dinaria poteſtate ⁊ ſic tenentur horas dicere
clerici beneficiati.
¶ Secundo ꝓpter receptū beneficiū ſpōtanea
voluntate. ⁊ ſic religioſi tenētur dicere officiuꝫ
quia viuunt in volūtaria paupertate de bonis
voluntarie collatis eis a populo chriſtiano.
Laici vero religioſi ſimiliter aliquid loco ho/
rarum tenentur dicere tot Pater noſter vel ali
quid tale. ſm conſtitutiones ipſoꝝ religioſoꝝ
que cum ſint per eccleſiam confirmate loquen
do de religionibus approbatis ex precepto te
nentur ipſi dicere ſicut alii.
¶ Ad primū dicit ꝙ multis religioſis cõmiſſa
eſt cura animaꝝ ex ſpeciali puilegio. ꝙuis nō
poteſtate ordinaria ex qua cõmiſſione cõmitti
tur eis poteſtas recipiendi a populo chriſtiāo
tpalia beneficia ꝓpter officia que eis tenētur
adminiſtrare in predicationibus vel cõfeſſio/
nibus in quoꝝ officioꝝ adminiſtratione inclu
ditur dicere horas ⁊ diuinum officiū. Mona
chis aūt ⁊ aliis religioſis quibus cura anima
rū non eſt cõmiſſa ex ſpeciali priuilegio cõue/
nit horas dicere ex regula ⁊ conſtitutionibus
ipſoꝝ que eo modo ꝙ ſunt ꝑ papā confirma
te ex precepto obligantur ad illa.
¶ Ad. ii. dicitur ꝙ dicere horas continet ſub
voto obedientie ⁊ in voto voluntarie paupta
tis quā ſicut ꝓfitentur obſeruare ſic ꝓfitētur
dicere diuinum officium pro receptis a deo ⁊
populo chriſtiano beneficiis.
¶ Ad. iii. eſt dicendū ꝙ religioſus ſubditus
non tenet parere prelato in his que ſunt con/
tra cultum dei ⁊ contra regulam. vñ ſi pōt ad
implere obedientiā cū perſolutione debiti di
cendi horas tenetur obedire alias parere non
tenetur

Ad ſeptimū ſic ꝓceditur. videtur. n. ꝙ
ex precepto pape omittēti horas nō
ſit iniungēdum ꝙ dicat eaſdem horas quas
dimiſit. quia penitentie ſunt arbitrarie. Ergo
ꝓ peccato omiſſionis horaꝝ quecūqꝫ pena
ſm arbitrarium ſacerdotis poteſt imponi.

¶ P. quicunq̧ tenet ſoluere aliquod debitū
preterẽunte tp̄e ſolutionis efficit̃ impotens ſol
uere illud. ſi ergo quiſ dimiſit dicere matutinū
vel primã: iã efficit̃ impotens ſoluere cū illud
tempus ſit preteritũ.
¶ P. in tp̄e determinato dicit̃ determinatum
officiū. ſi ergo quis ex precepto teneret̃ dicere
illud idē officiū quod dimiſit tūc in tp̄e paſca
li diceret officiū dn̄ice paſſionis quod videret̃
inconueniens.
¶ In contrariū eſt. q2 dicere officiū eſt quod
dā debitū. ſed hō nō abſoluit̃ a debito niſi re
ſtituatur debitū. Juxta illud Aug. non dimit
titur peccatum niſi reſtituat̃ ablatum.
¶ R. dō. aliquos doctores huic queſtiōi ſa/
tiſfacere. dicūt. n. q̄ in omni officio illud eſt cō
mune quod ptinet ad laudem dei ⁊ ad ſuffra
giū fideliū. ſed diſtinguit̃ vnū officiū ab alio
ſm diuerſitatē tp̄um ⁊ locoꝝ ⁊ hoc multū ra/
tionabiliter eſt inſtitutū vt diuerſimode deus
laudet̃ ſm cōgruentiã tp̄m ⁊ locoꝝ ⁊ pſonarū.
Unde ſicut in diuinis officijs exoluendis ob/
ſeruãda eſt cōmunitas loci. ita ſimiliter obſer
uanda eſt congruitas tp̄is. que quidē obſerua
ri non poſſet ſi oporteret iniungere obmittēti
q̄ diceret horas quas obmiſit. quia forte i cō
pletorio diceret. Jã lucis orto ſidere. ⁊ in tp̄e
paſcali diceret officiū dn̄ice paſſionis. quod
eſſet abſurdū. ideo dicunt nō eſſe iniungendū
ei qui dimiſit diuinū officiū q̄ repetat eaſdē
horas. ſed aliquid ad laudē diuinã ptinens.
puta q̄ dicat. vij. pſalmos vel vnū pſalteriū
vel aliquid amplius ſm quantitatem delicti.
Sed cū diſtinguat̃ duplex oratio. Una cōmu
nis que dicit̃ in pſona eccleſie ſm determina/
ta verba ab eccleſia vniuerſali vel particulari
inſtituta. Alia ſecreta que fit a puata perſona
quã cuilibet licitū eſt exprimere ſm illa verba
que vult. Planū eſt aūt q̄ pſolutio horaꝝ nō
continet̃ ſub oratione ſecreta. ſed ſub oratiōe
cōmuni que fit in pſona eccleſie ſm determina
ta v̄ba ab ipſa eccleſia vniuerſali vel pticula
ri inſtituta. ideo puto q̄ ſicut quilibet tenet̃ ex
precepto horas canonicas dicere: ſic tenet̃ ex
precepto illas horas dicere: ⁊ ſm illa verba ſi
cut eccleſia ordinauit. Unū ſi aliquis obmiſit
dicere horas ex negligentia vel ex occupatiōe
irrationabili: credo q̄ iniungendū eſt ei q̄ il/
las eaſdē repetat qū ei poſſibilitas adeſt.
¶ Ad primū dicit̃ q̄ penitentie ſunt arbitra/
rie in alioꝝ peccatoꝝ remiſſiōe. ſed non in de
bitoꝝ ſolutiōe. A debito. n. nunq̄ aliquis ab
ſoluitur niſi pſoluatur. Et ſi poſſibilitaſ adeſt
illud quod eſt ſubtractū eſt reſtituendū.

¶ Ad. ij. dicit̃ q̄ hore p̄terite repetunt̃ ꝓpter
illius tp̄is recupatione. ſed ꝓpter diuine offē/
ſe ſatiſfactionē ⁊ negligentie punitionē. Deus
eñ omni tp̄e adeſt cū apud eū non ſit tranſmu
tatio nec viciſſitudinis obumbratio. Unū ſi in
cōpletorio dicat̃ obmittenti horas: Jã lucis
orto ſidere. Quis non ſit ibi tp̄is conueniētia
ꝓ illo tp̄e quo dicitur: eſt tñ ibi conuenitia tem
poris in pſolutiōe debiti ꝓ illo tempore quo
dici debuit.
¶ Ad. iij. dicitur q̄ repetitio horaꝝ quas q̄s
dimiſit non dꝫ fieri in loco publico. ⁊ tp̄e quo
obmittens tenet̃ ſimul cū alijs diuino officio
intereſſe. ſic. n. eſſet bene inconueniens ⁊ ſcan
dalū tp̄e paſcali dicere officiū dn̄ice paſſiōis.
ſed talis repetitio fienda eſt in ſecreto ⁊ tem/
pore quo obmittens non eſt cū alijs in dicen/
dis horis occupatus. ſm quem modum nul/
lum eſt inconueniens officiū vnius diei repe/
tere in alio.

## Queſtio. lxx de tran ſlatione.

Deinde conſiderandū eſt de trāſ
latione. Circa quod queruntur
quinq̧
¶ Primo vtꝝ papa poſſit di
ſpenſare vt matrimoniū nōdū
carnaliter conſūmatū diſſoluatur p̄ tranſlatio
nem ad ſtatū religionis.
¶ Secundo vtꝝ papa poſſit diſpenſare vt re
ligioſus ab obſeruatiōe regule abſoluatur p̄
tranſlationē eius ad prelatiōis ſtatum
¶ Tertio vtꝝ papa poſſit diſpenſare vt a vo
to ep̄us ſolenniter emiſſo abſoluatur p̄ trāſla
tionē eius ad religionis ſtatum.
¶ Quarto vtꝝ papa poſſit diſpenſare vt re/
ligioſus abſoluatur p̄ tranſlationem eius ad
ſecularem eccleſiam.
¶ Quinto vtrum papa poſſit diſpenſare vt
religioſus ꝓfeſſus in artiori regula abſoluat̃
a voto p̄ tranſlationē eius ad regulā latiorē.
Ad primum ergo ſic ꝓceditur. videtur
eñ q̄ papa non poſſit diſpenſare vt
matrimoniū diſſoluatur p̄ tranſlatio
nem ad ſtatū religionis. quia p̄ religionis in
greſſum matrimoniū non diſſoluit̃ niſi ꝓpter
cōtinentie votū. Sed votū continentie fuit in
ter Mariã ⁊ Joſeph ⁊ tñ inter eos fuit verū
matrimoniū nunq̄ diſſolutū vt dicit Aug. nō
pōt ergo matrimoniū diſſolui per introitū re/
ligionis.
¶ Preterea in religione emittit̃ votū ſolēne

continētie. ſed in manu ep̄i vel publice pſone
ſponſus vel ſponſa poſt contractū matrimo/
niū pōt ſolenniter vouere cōtinentiã. ⁊ tñ ma
trimoniū nō diſſoluit̃.
¶ P. ſi ſponſa poſt cōtractū matrimoniū emit
tit continentie votū in manu ep̄i: non tenet̃ in
trare religionē ſi vult in ſeculō cōtinentiam ſer
uare: nec tenet̃ matrimoniū cōſūmare: ex quō
emiſit cōtinentie votū ⁊ tñ verū matrimoniū eſt.
¶ In contrariū eſt. q2 ſponſa maneret in ſclō
ſponſo religionē ingreſſo pmitteretur ſibi nube
re ſi vult: quod tñ non pmitteretur niſi ſolutū
eſſet matrimonium.
¶ R. dō. q̄ ex diuina inſtitutiōe ⁊ ex iuridica
ratione eccleſia tenet matrimoniū nondū con
ſūmatū p̄ copulā carnalē poſſe diſſolui p̄ in/
troitū religionis. Initiū nanq̧ ſignoꝝ quod
fecit xp̄s in nuptijs mutans aquā in vinū Jō
hannē euangeliſtã volentē nubere poſt cōtra/
ctū matrimonium p̄ verba de p̄nti vocauit ad
apoſtolatū vt veterib⁹ immutatis noua omnia
que a chriſto inſtituūtur apparerent. Ut dicit
Hierony. in ꝓlogo ſup̄ euangelium beati Jo
hannis. Inducit̃ ſimiliter eccleſia ad hoc tenē
dū iuridica ratiōe. Nã verū eſt q̄ in ſponſali/
bus fit quedã ꝓmiſſio ⁊ in voto p̄ introitū re
ligionis quedā ꝓmiſſio fit. ſed eſt quedã pro
miſſio nuda ⁊ ſimplex ſine rei traditione vt ꝓ
miſſio qua tibi ꝓmitto dare equū que nō mu
tat ſtatū rei q2 nō transfert dominiū. Impedit
eñ ne detur alteri: ſ3 non ipedit donationē ſi
data fuerit. Quedā vero eſt ꝓmiſſio inueſtita
rei traditiōe. vt quā ꝓmitto tibi dare equū et
ſtatim do. que mutat ſtatū rei eo q̄ transfert do
miniū. q2 ſm leges traditiōibus ⁊ vſurpatio/
nibus reꝝ dn̄ia transferuntur. Talis aūt pro/
miſſio impedit ne res ꝓmiſſa detur alteri ⁊ di
rimit donationē ſi data fuerit. Quia ergo ille
qui cōtrahit p̄ verba de p̄nti dat ſe mulieri nu
da ꝓmiſſione. ſed non ponit eā in poſſeſſionē
ſui ante copulā carnalē. Ponit aūt in poſſeſ/
ſionē ſui p̄ ingreſſum religiōis ⁊ p̄ ꝓfeſſionē
ipſam religionē: p̄ quā ꝓfeſſionē transfert̃ per
ſona in p̄tatem p̄lati: ideo cōuenienter diſpen
ſatū eſt p̄ eccleſiā vt p̄ ſolū religionis ingreſſū
matrimoniū non cōſummatū p̄ copulam car
nalem diſſoluatur
¶ Ad primū ergo eſt dicendum q̄ Maria ⁊
Joſeph pari conſenſu continentiā vouerunt.
ideo ſemp̄ inter eos fuit verū matrimoniū. Di/
cit. n. Aug. in li. de conſenſu euangelioꝝ. Exē
plo Marie ⁊ Joſeph magnifice inſinuatur fi
delibus coniugatis etiā ſeruata pari cōſenſu:
continentiā poſſe p̄manere vocariq̧ verū ma/

trimoniū non permixto corporis ſexu ſed cu/
ſtodito mentis affectu.
¶ Ad. ij. dicit̃ q̄ votū cōtinētie factū in manu
ep̄i vel alterius publice pſone: puto q̄ non ſit
ſolenne nec dirimit matrimoniū etiā ſi tale vo
tū precedat matrimoniū non dirimit ſi contra
ctū fuerit: ⁊ multo minus non dirimit ipſū ſi
matrimoniū ſequitur. Duobus nanq̧ modis
puto votū poſſe ſolenizari. Primo p̄ religio/
nis ꝓfeſſionē tacitā vel expreſſam qua trāſfer
tur pſona vouentis in p̄tatem p̄lati vel mini/
ſtri eccleſie pticularis. ⁊ obligatur in cultū p̄pe
tuū religionis. Scđo p̄ ſacram ordinationē
qua transfertur pſona ordinata in p̄tatem pre
lati vel miniſtri eccleſie vniuerſalis ⁊ obliga/
tur ad p̄petuū miniſteriū altaris.
¶ Ad. iij. eſt dō. q̄ ſponſā teneri poſt votum
ad religionis ingreſſū poteſt intelligi dupliciter.
Primo tentiōe abſoluta ⁊ ſic puto q̄ non te/
netur. q2 ſi ſponſus ſuus conſentit in cōtinen
tiā: pōt in ſeculō continere. Scđo tentiōe con
ditionali. ⁊ ſic puto q̄ tenet̃ q2 ſi ſponſus vult
omniſſo matrimoniū conſūmare p̄ copulā car
nalē cū ipſa nō poſſit conſūmare ſine peccato
mortali ex quo votū fecit. cogetur aūt conſum
mare p̄ eccleſiam niſi religionē intrauerit.
Ad ſecundū ſic ꝓcedit̃. Uidetur. n. q̄
papa poſſit diſpenſare vt religioſus
ab obſeruatiōe regule abſoluatur p̄
trāſlationē eius ad ſtatū prelatiōis. q2 mona
chi poſſūt p̄ſici plebani ⁊ presbyteri ⁊ in alijs
eccleſiaſticis beneficijs. ſicut ſcribit̃. xvi. q. i. c.
ſi monachus. Sed tales tenent̃ ad obſeruan
tias regulares vt pꝫ extra de ſta. mo. c. q̄ dei
timorem.
¶ Preterea. xvi. q. i. ſcribit̃ de monachiſ qui
diu morantes in monaſterijs ſi poſtea ad cle
ricatus ordinē peruenerint ſtatuimus nō debe/
re eos a priori ꝓpoſito diſcedere. tenent̃ ergo
ad obſeruantiā regularem.
¶ Preterea illa que ptinent ad obſeruantiā
regularem ſunt pfectiōis cū ſint ſupererogatio
nis ⁊ conſilij. ergo religioſi cū ad ſtatum pre/
lationis ⁊ p̄ conſequens pfectiōis aſſumunt̃:
non debēt illa deſerere ſed fortius ipſa tenere
¶ In contrariū eſt quod ſcribit̃. xviij. q. i. ſta/
tutū eſt ⁊ a ſinodo confirmatū vt monachus
quē canonica electio a iugo regule monaſtice
ꝓfeſſiōis abſoluit ⁊ ſacra ordinatio de mona
cho ep̄m facit velut legitimus heres paternā
ſibi hereditatē iure vendicādi p̄tatem habeat
¶ R. dō. q̄ de iure ſcripto papa cum religio
ſis ad ſtatū p̄latiōis tranſlatis nō diſpenſat
in omnibus que ad obſeruantiam regularem

pertinent: ſed in aliquibus.

¶ Ad cuius euidentiã eſt ſciendũ ꝙ in obſeruantia regulari. aliqua ſunt cõmunia ⁊ eſſentialia. aliqua ſunt annexa ⁊ ſpecialia. ⁊ aliqua ſunt iudicia pſonalia. Cõmunia nanqȝ ſunt ⁊ eſſentialia tria vota. qꝛ votũ continẽtie ⁊ paupertatis cõmunia ſunt religioſis ⁊ epĩs. Votum vero obediẽtie eſt ſimiliter aliquo modo cõmune. qꝛ licet religioſus factus epẽ abſoluatur ab obedientia prelatoꝝ ſue religiõis quibus ipſe factus eſt ſupior. nõ tñ ſoluit ab obedientia ſimpliciter. Tenet. n. obedire pape ⁊ ſuo metropolitano. Que vero in obſeruãtia regulari ſunt annexa ⁊ ſpecialia ſicut vigilie ieiunia ⁊ ſilentiũ ⁊ huiuſmõi religioſi aſſumpti ad prelationẽ non tenent obſeruare niſi quãtum valitudo ipſoꝝ pmittit. Ipſi. n. ſemp debent eſſe pati ad ſatiſfactionẽ omni poſcẽti rationẽ d̃ ea que eſt in nobis fide. vt ſcribitur. i. Pe. iij. Vñ debent ſe preſeruare in illa valitudine mentis ⁊ corpis p quã poſſint prelationis officiũ eis iniunctũ ad alioꝝ vtilitatẽ diligenter adminiſtrare. Scribit. n. de conſe. di. v. c. nõ mediocriter. ꝙ rationabiliter homo dignitatẽ amittit qui vel ieiuniũ caritati aut vigilias prefert ſenſus integritati vt ppter indiſcretã pſalmoꝝ vel officioꝝ decantationem amentie aut triſtitie notam incurrit. quia de rapina deo holocauſtũ offert qui ciboꝝ nimia egeſtate vel ſomni aut manducandi penuria inmoderate corpus ſuũ affligit. Sed illa que ſunt iudicia vel ſigna perſonalia: vt pote que monſtrant religioſos in prelaturã aſſumptos fuiſſe talis vel talis religionis tenent ſecũ ferre. Vñ religioſi omnes in prelaturã aſſumpti habitũ ſue religionis tenet portare. Iuxta illud quod ſcribit extra de vi. ⁊ ho. cle. c. clerici. Põtifices in publico ⁊ in eccleſia ſemp indumentis lineis omnes vtant niſi monachi fuerint quos oportet habere habitũ mõachalē.

¶ Ad primũ ergo eſt dicendũ ꝙ ſecus eſt d̃ religioſis qui p̃ficiunt eccleſie ſeculari. quia tales ſubijciunt epõ ſi eccleſia ad iuriſdictionem epi pertinet. ⁊ tenent ſi plures ſunt ad obſeruantiã regularẽ ſic prius in monaſterio tenebantur. vt pȝ extra de ſtatu mo. c. ꝙ dei timorem. Si vero ſociũ non habet: tenetur ſe cum quibus viuit conformare. qꝛ epus cui ſubijcit factus eſt eius abbas. Sȝ ſi eccleſia ptinet ad iuriſdictionẽ monaſterij abbatis: tenet omnia monachꝰ ſeruare que prius in monaſterio ſeruabat.

¶ Ad. ij. eſt dñ. ꝙ illud decretũ loquit de his que ſunt cõmunia ⁊ eſſentialia religioſis ⁊ p̃latis a quibus non debent diſcedere religioſi cum ad prelationis ſtatum aſſumũtur. ymmo fortius in illis ſe firmare. Vel loquitur de illis qui tranſferuntur ad eccleſias ſeculares vt ibi miniſtrent ſacramenta populo chriſtiano: quod eſt officium clericoꝝ. tales aũt ſi cõmode poſſunt ⁊ ſine ſcandalo tenentur regulares obſeruantias tenere vel omnes vel magis eſſentiales. Et p hoc patet reſponſio ad tertiũ.

Ad tertium ſic pcedit̃. videtur. n. ꝙ papa non poſſit diſpenſare ꝙ epus abſoluatur a voto ſolenniter emiſſo: ppter eius tranſlationem ad religionis ſtatũ. Quia in epali conſecratione emittitur votũ ſolenne: de cura habenda ipſorum ſubditoꝝ. Perpetuo ergo tenetur tale votum ſeruare

¶ Preterea in epiſcopatu imprimit caracter vel perfectio caracteris. ſed talis perfectio eſt indelebilis. ergo nunq̃ poteſt epatũ deſerere

¶ P̃. ſi poſſet diſpenſari cum epo vt ad religionem tranſeat eſſet hoc ppter defectũ corporis ⁊ ſenectutis. Sed hoc non fit. Scribit eñ Alexander papa cuidam epo defectum ſenectutis allegãti extra de renun. ca. litteras. Monemus te vt ſuper hoc diebus iſtis nulla te facias inoportunitate moleſtum. quia indecens omnino probatur prius ſoluere militie cingulum q̃ cadat aduerſitas plioꝝ.

¶ In contrarium eſt quod ſcribitur extra de renun. c. niſi cum pridem. p graui quoqȝ ſcandalo euitando cum aliter ſedari nõ poteſt licȝ epo petere ceſſionem ne plus temporalẽ honorem q̃ eternam videat affectare ſalutem

¶ Rñ. dicendum ꝙ epus in ſua cõſecratione ſuſcipit curam ipſorum ſubditorum vt ex tunc teneatur ex voto puidere eorum ſaluti.

¶ Quantũ ad eoꝝ in fide chriſtiana inſtructionem.

¶ Quantum ad temporalis ſubſidij ſi neceſſe eſt puiſionem

¶ Quantum ad morum informationem:

¶ Et quantum ad delinquentium correctionem. que quidem quatuor p ordinem enumerat Glo. Io. xxi. ſuper illo verbo. paſce oues meas. dicens: ꝙ paſcere oues eſt credentes in chriſto ne a fide deficiant confortare: terrena ſubſidia ſi neceſſe eſt ſubditis puidere. exempla virtutis cum verbo predicationis impendere: aduerſarijs reſiſtere ⁊ errantes ſubditos corrigere. niſi ergo occurrant caſus quibꝰ epus ad hec exercenda impotens efficiatur: nõ licet ſibi retroſpicere

¶ Ponuntur aũt ſex caſus quibus ceſſio licite eſt petenda ⁊ eius renũciatio eſt admittẽda

¶ Primus eſt conſcientia criminis per quã executio officij impeditur. puta ſi eſſet homicida vel ſymoniacus.

¶ Secundus eſt debilitas corporis ex ſenectute vel infirmitate pueniẽs.

¶ Tertius eſt defectus ſcientie.

¶ Quartus eſt malicia plebis.

¶ Quintus eſt graue ſcandalum quod ſedari non poſſit.

¶ Sextus eſt irregularitas perſone. Nam ppter nullum impedimentum debet homo pretermittere ſtudium ſue ſalutis.

¶ Ad primũ ergo dicitur ꝙ in voto ſolẽni nõ diſpenſatur niſi p papã. vñ nec epũ ad religionem ſe tranſferre poteſt ſine pape licentia propter caſus ſuperius nominatos. Iuxta illud quod ſcribitur extra de renun. c. monemus De licentia noſtra cedas alioquin cedẽdi licentiã auctoritate apoſtolica tibi ſcias eſſe penitꝰ interdictam. qm̃ ſi pennas habeas quibus ſatagas in ſolitudinem aduolare. ita eã arcte ſue nexibus preceptorum: vt non liberum habeas abſqȝ noſtra permiſſione volatum.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ perfectio caracteris ſemper manet in epo nec illa põt vnq̃ priuari. ſed executio poteſt impediri ppter aliqua impedimenta ſuperuenientia quibꝰ ceſſantibus poteſt iterato ad epatum pmoueri: ſine noua conſecratione. dũmodo p culpã ppriã non ſit ab epatu depoſitus ⁊ in monaſterium detruſus. Talis. n. nunq̃ poteſt ad pontificatum reſurgere. ſicut ſcribitur. vij. q. ij. c. precepit ſancta ſynodus.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ nõ p quacũqȝ infirmitate ceſſio eſt petenda ⁊ licentia prebẽda. ⁊ maxime qñ cum infirmitate vel ſenectute permanet antiqua populi deuotio ⁊ ſue ſanctitatis feruor. Unde ſcribitur extra de renun. c. litteras. tutius eſt hoc tempore ſi cõmiſſa tibi eccleſia ſub vmbra tui nominis gubernet. q̃ ſi alteri noue incognitequȝ perſone cõmittat: maxime quia in te vigor deuotiõis ⁊ fidei corpore ſeneſcẽte non deficit. ſed vergente deorſum cõditione corporea feruor ſpiritus in ſublimiora conſcendit

Ad quartum ſic pceditur. videtur. n. ꝙ papa non poſſit diſpenſare ꝙ religioſus abſoluatur a voto per eiꝰ trãſlationem ad eccleſiam ſecularem. Scribitur. n. ij. ad Thi. ij. ꝙ nemo militans deo implicat ſe negotijs ſecularibus. Non poteſt ergo fieri vt religioſus in militia chriſtiana aſcriptus: transferat ſe ad ſecularem eccleſiam.

¶ Preterea in voto ſolemni non poteſt quis diſpenſare niſi papa. Sed religioſus per pfeſſionem ſolenne votum emittit. ergo de iure ſcripto non intelligitur poſſe diſpenſari cũ eo niſi de ſpeciali priuilegio.

¶ Preterea ſi religioſus tranſit ad ſecularem eccleſiam: oportet eum tenere conſuetudinem illius eccleſie. iuxta illud quod ſcribitur auctoritate Augu. xij. di. ca. illa. Ad quãcunqȝ forte eccleſiam veneris eius morẽ ſerua ſi cuiq̃ nõ vis eſſe ſcandalum. ſed hoc eſſet contra ſtatuta regule.

¶ In contrarium eſt quod ſcribitur. xvi. q. i. c. auctoritate Hierony. Sic viue in monaſterio vt clericus eſſe merearis

¶ Rñ. dicendum ꝙ de hoc fuerũt multi modi dicendi.

¶ Quidam. n. dixerunt ꝙ olim poterat fieri: vt monachus in ſeculari eccleſia preficeretur ex diſpenſatione. ſed poſtmodum exigẽte vtilitate eccleſie conceſſum fuit vt ſine diſpenſatiõe fieri poſſit.

¶ Aliqui vero dixerunt ꝙ nunq̃ potuit fieri: nec põt ſine diſpenſatiõe niſi eccleſia eſſet ſub iuriſdictiõe monaſterij in qua poſſunt plures monachi cõmorari ad hoc ꝙ poſſint regularem obſeruantiam tenere. Sed cõmuniter prima opinio nunc tenetur.

¶ Ad cuius intellectum eſt ſciendum ꝙ ſecularis eccleſia vel eſt abſolute ſub epo vel abſolute ſub abbate ⁊ iuriſdictione monaſterij: vel ſimul ſub vtroqȝ. Si ergo vniuerſaliter eſt ſub epo: poteſt per epm̃ preficĩ monachus conſentiente abbate. ⁊ extunc epus efficitur abbas eiꝰ. Si vero ſit abſolute ſub abbate pleno iure: ſufficit ſola auctoritas abbatis vt preficiatur illi eccleſie. Si vo ſimul ſit ſub vtroqȝ ſicut ab vtroqȝ preficiatur: ita vtriqȝ tenetur reſpondere in iure ſuo. vt in ſpiritualibus epo ⁊ temporalibus abbati

¶ Ad primũ dicitur ꝙ implicatio ſecularis eccleſie non eſt implicatio negotioꝝ ſecularium: cum ibi teneatur predicare ⁊ ſacramẽta adminiſtrare: qui ſunt pprie actꝰ militie chriſtiane.

¶ Ad ſecundũ dicitur ꝙ ſicut dicit Huguitio Alia ſunt ad que monachus tenetur ex voto: alia ad que tenetur ppter votum. Nam ex voto tenetur non habere pprium: retinere habitum: conſeruare continentiam: obedire abbati. ſed ppter votum ⁊ ex cõſequenti tenetur ad ſilentium: ad vigilias: ieiunia ⁊ orationes. ⁊ ad alia que in regula continentur. in quibus poteſt fieri diſpẽſatio p vtilitate populi chriſtiani.

¶ Ad tertium dicitur ꝙ conſuetudinẽ eccleſie

tenetur ſeruare quantum ad officium. quia te/
netur officiare eccleſiam ſm cõſuetudinẽ eius
maxime ſi eccleſia ſubijcitur de iure catbedra/
li eccleſie. Alias vero obſeruantias vite mona
ſtice tenetur ſeruare quas cõmode ſeruare po
teſt ſine ſcandalo. Eſus tamen carniũ om/
nino ſibi interdicitur per canonem ſicut patet
de conſe. di. v. ca. carnem. niſi in caſu infirmi/
tatis.

Ad quintum ſic proceditur. Vide/
tur enim ꝙ papa non poſſit diſpẽ
ſare vt religioſus abſoluat a regu
la per tranſlationem eius ad latio
rem regulam. Scribitur enim Luce. ix. Nemo
mittens manum ad aratrum ⁊ reſpiciẽs retro
aptus eſt regno dei. Sed talis retroſpicit trãſ
ferendo ſe ad latiorem regulam. Non diſpen/
ſatur ergo conuenienter cum tali.

¶ Preterea ſcribitur extra de regula. ⁊ trãſe.
ad religionem. c. licet. Nulli denegetur licen/
tia qui eã cũ humilitate ac puritate duxerit po
ſtulãdaꝫ vt nõ ficte ſed ad frugẽ vere melioriſ
vite valeat tranſmigrare non obſtante proter
ua ⁊ indiſcreta contradictione prelati. diſpen
ſatur ergo in tranſitu ad artiorem regulaꝫ ſed
non econuerſo.

¶ Preterea ſcribit Bernhardus in quadam
epiſtola quibuſdam monachis conquerenti/
bus ꝙ ipſorum monachũ receperat. Si quis
de noſtris ad vos maioris perfectionis gra/
tia artioris vite deſiderio conuolauerit nõ ſo/
lum nõ cauſamur alias curamus ſi ei in tali ſtu
dio cõſulitis. ſed multum precamur vt hoc fa
ciatis nec offenſus nos cõquerimur ſed valde
in hoc eſſe adiutos fatebimur.

¶ In contrarium eſt. quia ad impoſſibile ne
mo tenetur. Sed quandoqꝫ abiecti ⁊ fugitiui
monachi non poſſunt impetrare reconciliatio
nem ſm formam decre. extra de regula. c. vlti.
Nec poſſunt artiorem inuenire regulã. Licet
ergo eis ad latiorem tranſire.

¶ R. dicendum ꝙ cum quis vult tranſire de
regulari obſeruantia ad regularem trib⁹ mo/
dis poteſt intelligi.

¶ Primo vt tranſeat ad artiorẽ.
Secundo ad parem.
Et tertio ad latioreꝫ. In primo caſu de cõ
muni iure licitum eſt petita licentia non obſtã
te contradictione proterua prelati niſi eſſet ab
bas vel prelatus alicuius religionis qui imme/
diate ſubijceretur domino pape ſine cui⁹ ſpe
ciali licentia petita ⁊ obtenta etiam ad artio/
rẽ regulã ſibi transferre nõ licet. In ſecũdo ve
ro caſu cum licentia petita ⁊ obtenta licet. Sꝫ
in tertio abſqꝫ diſpenſatione non licet niſi in
duobus caſib⁹.

¶ Primus eſt quando tranſiens ad artioreꝫ
regulam proteſtatur ꝙ velit eſſe in probatiõe
an regulam illam poſſit ſeruare.

¶ Scd's eſt ꝓpter defectũ obſeruationis illi⁹
artioris regule. Tunc. n. non ſolũ ad latioreꝫ
regulam liceret ſibi tranſire. verum ſi nulli reli
gioſi inuenirentur cum ſecularibus poſſet cõ/
morari honeſte ⁊ regulariter cum eis conuer/
ſando cum per talem defectum monaſterium
poſſet conuerti in eccleſiam ſecularem. ſicut pꝫ
extra de reli. domi.

¶ Ad primuꝫ ergo dicitur ꝙ retro non ſpicit
qui ſue ſalutis procurande curam habet. Vñ
ſi quis ſue ſalutis impedimentuꝫ in artiori re
gula inueniret: poſſet ſe ad latiorem regulam
transferre: illo tamen impedimento ceſſante:
Puto monaſterio ad ordinem regularem re/
ducto tenetur illuc reuerti: niſi per papam cũ
eo fuerit diſpenſatum. Nam epiſcopus ſi im/
pedimentum aliene ſalutis procurande inter/
ueniat vel periculum anime exercendi officiuꝫ
ſuboriatur et aliqua cauſa poteſt epiſcop⁹ re
ſpicere ⁊ ad religionem tranſire latiorem. ceſ/
ſante tamen illo impedimento iterato poteſt
ad epiſcopatum aſſumi.

¶ Ad ſecundum vero ⁊ tertium eſt dicendum
ꝙ ille auctoritates loquuntur de cõmuni iure
quo papa non eſt aſtrictus quin poſſit cuꝫ ali
quo diſpenſare vt ad latiorem regulam tranſ
feratur caſu rationabili ſuperueniente.

## ¶ Queſtio ſeptuageſimaprima de ordinatione.

Lterius conſiderandum eſt de
ordinatione. Circa quod que/
runtur quattuor.

¶ Primo vtrum ſolum ad pa
pam ſpectet ordinatio ſtudio/
rum.

¶ Secundo vtrum ad papam ſpectet ordina
tio officiorum.

¶ Tertio vtrum ſolum ad papm ſpectet ordi
natio religionum.

¶ Quarto vtrum ſolum ad papã ſpectet or/
dinatio prelationum.

Ad primum ergo ſic proceditur. videt
enim ꝙ nõ ſolũ ſpectat ad papam or
dinatio ſtudiorum. Studium nanqꝫ
primo fuit ordinatum in egypto. Ibi nanqꝫ
gens ſacerdotum primo vacare viſa eſt ad in
uentionẽ ſcientiarum. vt Phs dicit. i. metha.
Non ergo ſolum ſpectat ad papam ſtudia or
dinare.

¶ Preterea ad papam non ſpectat ordinare
illud in quo committitur ſymonia. ſed non po
teſt ordinari ſtudium per papaꝫ niſi eccleſiaſti
cum beneficium promittatur legentibus. ergo
cõmittitur ibi ſymonia.

¶ Preterea illa que ꝓponũtur populo chri
ſtiano ſolum credibilia non debent tradi ſub
ſtudio ſcientie. ex quo ſciẽtia de eis acquiri nõ
poteſt: ſed que continentur in ſacra theologia
ꝓponuntur credibilia non ſcibilia. Ergo non
debent ordinari magiſtri theologi qui ipſam
doceant.

¶ In contrariũ eſt quod ſcribitur extra de mã
giſt. vbi mãdatur ꝙ in qualibet cathedrali ec/
cleſia magiſter vnus ordinetur theologus qui
ſacerdotes ⁊ alios in ſacra pagina doceat. et
in. c. ſuper ſpecialia. ſtricte precipitur vt a pre/
latis eccleſiarũ ⁊ capitulis aliqui dociles ad
theologie perfectionis ſtudium deſtinent.

¶ R. dicendum ꝙ fides chriſtiana cuius pa
pa eſt caput ⁊ directoꝛ multis modis iuuatur
⁊ promouetur per ordinationem ſtudiorum.

¶ Primo quidem in errorum vitatione. Nõ
enim poſſunt errores vitari ⁊ reprobari niſi co
gnoſcantur. Unde ex defectu ſcientie ꝓuenit
error colendi multos deos: vt non cognoſcen
tes quis eſſet omnium artifex: aut ignem aut
aerem aut gyrum ſtellarum aut aquam aut ſo
lem aut lunam rectores orbis terrarum deos
eſſe putauerunt. Ut ſcribitur Sap. xiij.

¶ Secundo in viciorum curatione. ſicut enĩ
vicia non curantur niſi per virtuoſos: ſic ſtulti
quorum eſt infinitus numerus non curantur
niſi per ſapientes. Unde ſcribitur Sap. vi. ꝙ
multitudo ſapientium ſanitas orbis terraruꝫ
eſt. ⁊ rex ſapiens populi ſtabilimentum eſt

¶ Tertio in iudiciorum terminatione. Non
enim aliter iuſte iudicia terminari poſſunt: ni
ſi per ſapientum diſcuſſionem. Unde Salo/
moni dictum eſt. iij. Regum. iij. Qui poſtula
ſti tibi ſapientiam ad diſcernendum iudiciuꝫ
ecce feci tibi ſm ſermones tuos ⁊ dedi tibi cor
ſapiens ⁊ intelligens

¶ Quarto in regnorum ⁊ populorum domi
natione. Non enim poſſunt qui preſunt iuſte
dominari ⁊ iperare ſubditis. niſi intellectu vi
geant ⁊ ſcientia. Unde ſcribitur Sapiẽ. viij.
Per ſapientiam habeo claritatem ad turbas
⁊ honorem apud ſeniores ⁊ iuuenes. Diſpo/
nã per ipſam populos ⁊ nationes mihi erunt
ſubiecte. Propter iſta ergo prouide de ordina
tione ſtudiorum decretalis facta eſt in cõſilio
lateranenſi ⁊ poſtmodum per Inno. iij. con/
firmata ꝗuis male ſeruetur. Modicum enim
eſt vtile bonos canones condere ⁊ eos per ne
gligentiam non ſeruare.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ illa or/
dinatio ſtudiorum in egypto fuit primo circa
mathematicas ſcientias. que vt dicit Aug. iij
de doc. chriſt. vtiles ſunt ad ſacram theologiã
intelligendam ⁊ ꝗuis illi ſacram ſcripturam
ignorarent. ipſam tamen figurabant propter
duo.

¶ Primo propter ſcientiarum illarum inuen
tores. qui ſacerdotes fuerũt ſtipendia a cõmu
nitate recipientes ⁊ liberi a cenſu iudiciali exi
ſtentes. Unde ſuper illo verbo Geneſ. xlvij.
Subiecitqꝫ pharaoni Ioſeph omnem terraꝫ
egypti preter terram ſacerdotũ que a rege tra/
dita fuerat eis. dicit glo. ꝙ hoc ſignificabat ter
ram eccleſie in qua ſunt ſacerdotes liberã eſſe
a cenſu iudiciali que verbo diuino indeſinent
paſcit nec dãnũ panis ſpiritualis ſuſtinebat
Ex quo habetur ꝙ poſſeſſiones eccleſie poſtꝗ̃
a regibus deo ſunt mancipate. diſtrahi nõ de
bent ⁊ in nullius bonis ſunt computande

¶ Secundo propter modum tradendi. quia
tradiderunt ſcientiam per quaſdam ſimilitu/
dines ⁊ figuras quod eſt ꝓprium theologie.
Unde phs. i. metha. dicit illos theologizaſſe
eo ꝙ metaphorice ⁊ figuratiue locuti ſunt.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum. ꝙ ſi alicui cõ/
mittitur ſpiritualis poteſtas: ex officio obliga
tur ad docendum. Si vero de redditibus ec/
cleſiaſticis ſua ſtipẽdia percipiat: ſimiliter nõ
debet aliquid de ſua doctrina recipere. vtroqꝫ
enim modo ſi ex pacto aliquid recipitur ꝓ vſu
ſpiritualis poteſtatis cum ex debito ſuſcepti
beneficij debeat doctrinam impendere non in
telligeretur tunc ſua opera locare. ſed potius
vſum ſpiritualis gratie vendere quod ſine no
ta ſymonie eſſe non poteſt. Ille vero qui ha/
bet ſcientiam ⁊ non ſuſcipit officium vel bene
ficium. ex quo obligetur ad docendum: licite
poteſt precium ſue doctrine recipere: nõ quaſi
ſcientiam vendens: ſed ſicut ſua opera locãs.
Unde dicit Aug. in epiſtola ad macedonium
ꝙ non ideo debet iudex vendere iuſtum iudi/
cium nec teſtis verum teſtimonium: quia vẽ
dit aduocatus iuſtum patrocinium ⁊ iuriſpe/
ritus iuſtum conſiliũ. quia illi ad vtranqꝫ par/
tem ad examen exhibentur. Iſti vero ex vna
parte cõſiſtunt.

¶ Ad tertium eſt dicendū q̄ que in ſacra ſcriptura continentur per humanam rationem inueſtigabilia non proponuntur inferioribus de eccleſia tanq̄ per humanam rationem inueſtigata. ſed potius incredibilia τ a deo reuelata. Per ſuperiores tamen per ſtudium τ exercitium ſciētie credibilia explicantur τ declarantur. Scibilia vero docentur τ probantur.

Ad ſecundum ſic proceditur videtur enim q̄ non ſolum ad papam ſpectet ordinatio officiorum. quia terrena poteſtas multa officia habet. ſed talia non ordinat papa. Ergo non ſolum ſpectat ad eum ordinatio officiorum.

¶ Preterea ordinare officia ſpectat ad quē pertinet conferre beneficia. Sed beneficia temporalia ſpectāt conferre ad Imperatorem vel regem. Ergo τ ad eos ſpectat ſimiliter ordinatio officiorum.

¶ Preterea ille non eſt ordinator officiorum contra cuius ordinationem diſtribuuntur officia. Sed .lxxxix. di. precipitur vt vni perſone duo officia non cōmittantur. cum tamen multa officia cōmittantur vni.

¶ In contrarium eſt quod ſcribitur .xxv. di. c. perlectis.

¶ Rn̄o. dicendum q̄ ſicut Hug. ij. libro de ſacramentis dicit q̄ eccleſia corpus chriſti eſt viuificata vno ſpiritu τ vna fide. Sicut ergo dicente apoſtolo in corpore humano ſingula queq̄ membra ꝓpria τ diſcreta officia habēt τ vnumquodq̄ non ſibi ſoli agit quod ſolum agit. Sic in corpore dona officiorum diſtributa ſunt. τ tamen vnuſquiſq̄ non ſibi ſoli habet illud quod ſolus habet. Iſtorum autem officiorum principalis diſtributor eſt ipſe chriſtus. dicente apoſtolo ad ephe. iiij. Unicuiq̄ noſtrum data eſt gratia ſm̄ menſuram donationis chriſti qui dedit quoſdam quidem apoſtolos: quoſdam autem ꝓphetas: alios vero euangeliſtas. alios autem paſtores τ doctores in edificationē corporis chriſti. Executor autem ordinationum iſtoꝝ officiorum eſt ipſe papa qui vice chriſti aliquos ordinat loco apoſtolorum per quos chriſti doctrina ſit teſtificanda. aliquos loco ꝓphetarum per quos ſit exponenda. aliquos loco euāgeliſtarum ꝑ quos ſit ſcribenda τ declaranda. aliquos loco doctorum per quos ſit predicanda. τ aliquos loco paſtorum per quos ſit executioni mandanda. Hunc ordinem officiorum eccleſie regina Sabba venit a finibus terre videre. De qua dicitur .iij. Regum. x. q̄ videns domum: quam ſtruxerat eccleſiam quomodo Salomon chriſtum figurans edificauerat vt cibos menſe eius τ habitacula ſeruorum τ ordinem miniſtrantium veſteſq̄ eorum τ pincernas τ holocauſta que offerebant in domo domini non habebat vltra ſpiritū. ſed dixit: Beati viri tui τ beati ſerui tui qui ſtant coram te ſemper τ audiunt ſapientiam tuam.

¶ Ad primum eſt dicendū q̄ quecunq̄ officia ordinat terrena poteſtas: poteſt ordinare ſpiritualis poteſtas. ſed non econuerſo. Similiter ſpiritualis poteſtas pōt officia terrene poteſtatis corrigere τ remouere. officia vero ſpiritualis poteſtatis per terrenam nec corrigi nec amouere poſſunt.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum q̄ ſicut dicit Hug. ſecundo libro de ſacramentis. Omnia beneficia que confert terrena poteſtas: poteſt conferre ſpiritualis. Habet enim terrena poteſtas ſub ſe duces τ comites prefectus τ magiſtratus qui omnes a prima poteſtate ſpirituali auctoritatem ſumunt a qua ipſa prima terrena poteſtas deriuatur.

¶ Ad tertium eſt dicēdum q̄ regulariter duo officia non debent committi vni niſi de communi iure. Papa tamen qui eſt iuris conditor huic legi nō tenetur. quia poteſt plura vni cōmittere vel propter perſone cui cōmittitur idoneitatem. vel propter officialium paucitatem ſeu propter eccleſie neceſſitatem.

Ad tertium ſic proceditur. Uidetur enim q̄ non ſolum ad papam ſpectat ordinatio religionum. Incepit enim papatus poſt Petrum Sed ante Petrum fuerunt multi religioſi. Scribitur enim Actuum. ij. q̄ erant in Hieruſalem iudei viri religioſi ex omni natione que ſub celo eſt. Non ergo ſpectat ſolum ad papā religiones ordinare.

¶ Preterea religio ponitur eſſe quedam virtus moralis. Sed ordinare virtutes morales ſpectāt ad politicum τ ad phyloſophū moralem. Non ergo ſpectat ad papam.

¶ Preterea religio nominatur ab ordinatione illius a quo religio nominatur. Sicut religio beati Benedicti. Religio beati Auguſtini Sancti Franciſci. Sancti Dominici. Nō nominatur aūt aliqua religio a papa. Ergo non ſolum ad ipſum ſpectat religionum ordinatio.

¶ In contrarium eſt. quod ſcribitur extra de religio. domi. capitulo. ne nimia religionum diuerſitas.

¶ Rn̄. dicendum q̄ in religione tria cōſiderant̄ Primo ex parte eccleſie ꝓmotio. nā quelibet religio ordinari debꝫ principaliter ad cultum dei τ ad ꝓmotionem eccleſie.

¶ Secundo ex parte religionem intrantium: conſideratur caritatis perfectio. quia quelibet religio eſt quedam via tenendi in perfectionē caritatis.

¶ Tertio ex parte diuini cultus ad quem religio inſtituitur conſideratur debita ordinatio: Opponitur. n. religio ſuperſtitioni. quia ſuperſtitio non eſt aliud niſi religio ſupra modū ſeruata. quia cultum diuinū ſuperſtitioſus impēdit impendere cui non debet vel modo quo non debet. vt dicit Glo. ſuꝑ illo verbo Coloceñ. ij. Habent quidem rationem ſapientie in ſuperſtitione. Propter iſta ergo tria ſoliuſ pape eſt religiōes ordinare. ordinatas approbare. qr ſolus ipſe habet conſiderare vniuerſalem eccleſie ꝓmotionem. Semꝑ. n. artifex ſupremū finem conſiderās habet omnes inferiores ad illum finem dirigere τ ordinare. vt dicit phs i. Ethi. Et cum ipſe ſupremū ꝑfectionis gradum in eccleſia teneat ipſe ſolus habet alijs vias ad perfectionem tenendi oſtendere. ſimiliter ſolus ipſe habet illa que ad diuinum cultum ꝑtinent vniuerſaliter ordinare.

¶ Ad primū ergo eſt dicendum q̄ cōmuniter omnes qui deum colūt poſſūt religioſi appellari. Unde quia ſoli iudei ad cultū vnius dei dediti erant: religioſi nominati ſunt. ꝓprie tñ religioſi dicunt̄ qui totam vitam eoꝝ diuino cultui dedicant τ a mundanis negotijs ſe abſtrahentes ꝑ ꝓfeſſionem τ habitus ꝓteſtationem vel diuine contemplationi vel animarum inſtructioni vel alicui fructuoſo operi ad eoꝝ ꝑfectionis exercitationem τ eccleſie ꝓmotionem inſiſtunt.

¶ Ad ſcandū eſt dicendū q̄ ſicut dicit Aug. v. c. de vera reli. Quocunq̄ modo ſe habeat philoſophoꝝ iactantia loquentiū de virtutibus; illud tñ intelligere facile eſt religionē chriſtianam ab eis non eſſe querendam. quia ipſi eadem ſacra ſuſcipiunt cum populis nationū τ de ſuorum deorum natura hac ſūmo bono diuerſas contrariaſq̄ ſentētias in ſcolis ſuis teſte eadem multitudine perſonabāt. q̄ ſi hoc vnum tantū vicium chriſtiana religio in eis ſanatum videret: ineffabili laude predicandum eſſe eorum doctrinam neminē negare oportet

¶ Ad tertium eſt dicendū q̄ tota religio chriſtiana a papa nominatur. quia nominatur a chriſto cuius vicari⁹ ipſe exiſtit. religiōes alie particulares q̄uis ab eoꝝ fundatoribus ſpecialibus nominentur: religiones tñ dici nō debent niſi quatenus ſunt ꝑ ordinationem eccleſie approbate τ confirmate. ſm̄. n. Ambro. ſuperſtitio τ non religio eſt quando traditioi humane nomen religionis applicatur. Unī qui cultum deo exhibet contra modum diuina auctoritate ab eccleſia inſtitutum magis ſuperſtitioſus q̄ religioſus eſt dicendus.

Ad quartum ſic ꝓceditur. videtur enī q̄ non ſolum ad papam ſpectat ordinatio prelationum. quia anteq̄ eſſet papatus fuit prelatio. Semper. n. angeli angelis: demones demonibus: homines hominibus prefuerunt. τ preerunt vſq̄ ad finē mundi. vt dicit Glo. i. Coꝛ. xv.

¶ Preterea apud gentiles qui nō ſubijciuntur pape fuerunt prelationes. quia quos nos dicimus epōs τ archiepōs: ipſi dicunt flāmines τ archiflāmines. Non ergo ſolum ad papam ſpectat ordinatio prelatorum.

¶ Preterea prelati dicūtur qui preſunt. Sꝫ multi preſunt in dominio ſeculari. ergo nō ſolum ad papam ſpectat omnes prelationes ordinare

¶ Preterea prelatio nem quis cōſequit̄ per electionem. magis ergo prelationes debent ordinari ꝑ electores q̄ per papam.

¶ In contrarium eſt quod ſcribitur .xxi. di. c. cleros. vbi dicitur q̄ ſūmus pontifex ſacerdotes τ leuitas efficit. ipſe omnes ordines eccleſiaſticos diſponit. ipſe quid vnuſquiſq̄ facere debeat in eccleſia oſtendit precipit τ mādat

¶ Rn̄. dicendum q̄ ſicut dicit phs. xij. metha. Entia nolunt male diſponi. ideo ſicut in quolibet genere eſt dare vnum primū a quo alia regulantur Sic in toto vniuerſo oportet dare vnum principem in quem omnes principatus reducuntur. In toto aūt humano genere ſupremum gradum tenet ipſe chriſtus per humanitatem aſſumptam τ in toto vniuerſo ipſe deus. Unde ſicut omnis poteſtas ordinatur a deo. quia omnis prelatio a deo eſt. τ que a deo ſunt ordinata ſunt ſiue ſit in angelis ſiue ſit in demonibus. ſic in toto humano genere prelatio de iure ordinari non poteſt niſi a chriſto. Uicarius aūt chriſti in tota preſenti vita eſt ipſe papa ad quem de iure ſpectat omnes prelationes τ omnia dominia in toto humano genere ordinare vice chriſti quātū ad multos caſus

¶ Primo quantum ad eoꝝ tranſlationem.
Secundo quantū ad eoꝝ depoſitionem.
Tertio quantum ad ipſoꝝ renunciationē.
Quarto quantū ad eoꝝ confirmationem

¶ Quinto quantū ad exemptionem.
Sexto quantū ad depoſitoꝝ reſtitutionē.
Septimo quantū ad nouoꝝ conſtructionē
Poteſt.n.epatuꝫ ordinare vbi prius nō erat
ꝛ reuocare vbi prius erat.
¶ Octauo quantū ad duoꝝ in vnū vnionē.
qꝛ pōt plures in vnū vnire ꝛ vnū ꝑ plures di
uidere.
¶ Nono quantū ad dignitatum non vacan/
tium collationem.
¶ Decimo quātū ad impatoꝝ ꝛ regū omniū
ꝛ principū inſtitutionem ꝛ deſtitutionem.
¶ Ad primū ergo eſt dr̄.ꝙ quis prelationes
fuerint antequā eſſet papa in ſe.non tñ fuerunt
ante illū cuius auctoritate papa fungit̄.qui ſi
cut ex merito ſue paſſionis meruit ſup omnes
angelos exaltari:ſic meruit omnes angelos ꝛ
homines ſuo imperio ſubiugari.
¶ Ad.ij.eſt dr̄.ꝙ apud gentiles ſunt prelatio
nes quas licet nōn recognoſcāt a papa de fa/
cto:recognoſcere tñ tenent̄ de iure.illo ſcꝫ iure
quo omnes tenent̄ ſubijci chriſto.
¶ Ad.iij.eſt dr̄.ꝙ quis in ſeculari dominio
multi preſint.eoꝝ tñ inſtitutio ꝛ deſtitutio iu/
ſta cauſa ſuperueniēte nō niſi ad papā ſpectat.
¶ Ad quartū eſt dr̄.ꝙ ſicut electores ſm̄ ordi
nem a papa inſtitutum prelatos eligunt:ſic ꝑ
latos confirmare vel deponere nō niſi ad pa
pe ordinationem ſpectat.

## Q.lxxii.de prouiſiōe

Nunc videndū eſt de ꝓuiſione.
Circa quod querunt̄ quatuor.
¶ Primo vtꝝ papa peccet ꝓ
uidendo de beneficio eccleſia/
ſtico bono dimiſſo meliori.
¶ Secundo vtꝝ papa peccet ꝓuidēdo cōpa
triote ꝛ domeſtico magis ꝙ̄ extraneo
¶ Tertio vtꝝ papa peccet nō ꝓuidēdo theo
logis magiſtris religioſis vnde decenter poſ/
ſint viuere.
¶ Quarto vtꝝ ſi religioſo ꝑ papā ſufficien/
ter eſt ꝓuiſum elemoſynā receptā iuſte poſſit
retinere.

Ad primum ergo ſic ꝓceditur.videtur
enī ꝙ papa peccet ꝓuidendo bono
dimiſſo meliori. Scribit̄.n.extra de
ꝑben. Graue nimis ꝛ abſurdū eſt ꝙ quidam
eccleſiaꝝ ꝑlati cū poſſint viros idoneos ad ec
cleſiaſtica beneficia ꝓmouere.aſſumunt indi/
gnos quibus nec moꝝ honeſtas nec literatu
ſcientia ſuffragatur.
¶ Preterea preferre vnū bonū pluribus eſt
peccatū.ſed melior tenet duos gradus boni/
tatis:puta boni ꝛ melioris. bonū vero vnum
ſolum.peccatum eſt ergo prouidere bono di/
miſſo meliori.
¶ Preterea papa nō tenetur de eccleſiaſtico
beneficio ꝓuidere alicui niſi ratione ſcientie:
vel ſanctitatis:vel iuſticie equitatis. Si ergo
papa prefert bonum illi qui eſt melior aliquo
iſtorum trium vt videtur ſemꝑ eſt peccatum.
¶ In contrariū eſt qꝛ qui eſt ſufficiens vt eli/
gatur ad officiū:ſufficiens eſt vt ꝓuideat̄ ſibi
de beneficio. Sed ſufficit eligere bonū ad of/
ficiū ſicut patet extra de elec. dimiſſo meliori.
ſine peccato ergo ꝑ papā ꝓuidetur bono di
miſſo meliori.
¶ R. dr̄.ꝙ cum papa ꝓuidet de eccleſiaſtico
beneficio alicui:vel intendit ꝓuidere perſone
vel eccleſie. Si igit̄ in ꝓuiſiōe principalis cā
eſt ꝓuidere eccleſie ꝛ ꝓuiſio ꝑſone eſt cā anne
xa:puto ꝙ ſuppoſita equali facilitate peccatū
eſt ꝓuidere bono dimiſſo meliori cum.n.iura
dicunt ꝙ ſufficit ꝓuidere bono ꝛ idoneo ſub/
intelligitur nulla cōparatiōe facta ad meliorē
ſed cōparatione facta ꝛ equali facilitate ſuppo/
ſita et deliberatiōe ꝓuidere bono dimiſſo me
liori ſine corruptiōe appetitus eſſe non poteſt
Si vero in ꝓuiſione principalis intentio eſt
ꝓuidere ꝑſone ꝛ ꝓuiſio eccleſie eſt cauſa an/
nexa:puto ꝙ ſine peccato pōt ꝓuidere bono
meliori dimiſſo. Nā ſupererogationis ꝛ conſilij
eſt eccleſie ꝓuidere de meliori. ꝑcepti vero eſt
ꝓuidere de bono ꝛ idoneo. Si ḡ papa vult ꝓ
uidere ꝑſone principaliter. aut qꝛ ipſe vel ſue
eccleſie ſeruierūt aut ꝓpter ſupplendā eius in
digentiā ex quo non tranſgreditur preceptum
de ꝓuidendo eccleſie:licite vt puto fieri pōt.
¶ Ad primū ergo eſt dr̄.ꝙ in illa decre.nō fit
comparatio de bono ad meliorē nec de ꝓuiſiōe
ꝑſone ꝛ eccleſie.ſed de bono ad indignū reſpe
ctu eccleſie ſolū:quod pꝫ ꝑ illud quod ſequit̄
Volentes ergo huic morbo mederi ꝑcipimus
vt ꝑtermiſſis indignis:idoneos aſſumant qui
deo ꝛ eccleſie velint ꝛ valeant impendere fa/
mulatum
¶ Ad.ij.eſt dr̄.ꝙ ſicut dicit Augu.ad Mace/
doniū. Illū dicamus bonū cuius bona ꝑua/
lēt ꝛ illū optimū q̄ minimū peccat. Pōt autē
eſſe ꝙ aliquis pauciores gradus bonitatiſ ha
beat ꝙ̄ alius extenſiue:ex cauſa tñ rationabili
intenſiue vnus gradus bonitatis eius prefe/
rendus eſt pluribus alterius.
¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ cum eſt princi/
palis intentio ꝓuidere eccleſie non eſt ſine cor
ruptiōe appetitus ꝓuidere bono dimiſſo me
liori quantum ad illa tria ſuperius dicta cum
in eis principaliter conſiſtat ꝓmotio eccleſie.

Ad ſecundū ſic ꝓcedit̄.videt̄.n.ꝙ pa/
pa peccet ꝓuidendo cōpatriote ꝛ do
meſtico magis ꝙ̄ extraneo. qꝛ bona cō
munia ſunt cōmuniter diſpenſanda.ſed bona
eccleſie ſunt bona cōmunia.vt ſcribit̄ auctori/
tate Ambro.xxiij.q.viij.c.conuenior.
¶ Preterea in ꝓuiſione ſpūalis beneficij cā
ſpūalis debet conſiderari.ſed patria vel fami
liaritas eſt cauſa carnalis non ſpūalis.
¶ Preterea ſcandalum multoꝝ papa debet
maxime vitare. Sꝫ multi ſcandaliſantur cum
cōpatriotis ꝛ familiarib⁹ pape vel prelati ma
gis ꝓuidetur ꝙ̄ alijs. Eſt ergo hoc maxime vi
tandum.
¶ In contrariū eſt apo.i. Thi.v. Qui ſuoꝝ
ꝛ maxime domeſticoꝝ curam non habet fidem
negauit: ꝛ eſt infideli deterior. Et Augu. di/
cit.i.de doc.chriſtiana.c.xij.cum omnibus ho
minibus ꝓdeſſe non poſſis his potiſſimū cō/
ſulendum eſt qui ꝓ locorum ꝛ temporum vel
quarūlibet rerum oportunitatibus quaſi qua
dam ſorte tibi iunguntur
¶ R.dicendū ꝙ in ꝓuiſione eccleſiaſtici be/
neficij vel poteſt attendi beneficium quod cō
fertur vel intentio conferētis.vel locus in quo
confertur. Si vero conſideret̄ beneficiū quod
confert̄ cū ſit ſpūale non debet dari niſi ꝓ offi
cio.quāto ergo quis eſt ſufficiētior ꝛ dignior
in officij adminiſtratione. tanto citius meret̄
beneficij ꝓuiſionem.ita ꝙ ſecus eſt de prouiſ/
ſione beneficij tꝑalis ꝛ ſpūalis. quia tempo/
rale quāto familiarior ꝓximior ꝛ intimior tan
to citius ex ordine nature ꝛ caritatis eſt proui
dendum vt loquunt̄ auctoritates apo. ꝛ Augu.
ſuperius adducte. Spūale vero beneficiū nō
quanto ꝓximiori vel ꝓpinquiori.ſed quanto
ſufficientiori ꝛ digniori tanto citius eſt confe
rendū. Si vero conſideret̄ intentio ꝓuidentis
aut ꝓuidet compatriote ꝛ domeſtico ex aliqua
cauſa debita magiſ ꝙ̄ extraneo vt puta ꝓpter
eius maiorem paupertatē vel ꝓpter receptū
honeſtū obſequiū.puto ꝙ non peccat. Si ve/
ro faciat hoc ex cauſa illicita ꝛ indebita vt pre
ciſe ꝓpter patrie affectionem vel conſanguini
tatem.vel ꝓpter cumulandas eius diuitias.
peccato non caret talis ꝓuiſio. Conſideran/
dum eſt ſimiliter locus in quo ꝓuiſio fit.qꝛ in
tali loco poteſt ꝓuideri de beneficio alicui ex/
traneo vbi in adminiſtratione officij propter
ignorantiā lingue ꝛ inconſuetudinem patrie.
non eſſet idoneus deſeruire domeſticis. ꝛ ecō
uerſo in tali loco poſſet ꝓuideri propinquo ꝛ
cōpatriote in quo ꝓuidere extraneo infructuo
ſum ꝛ damnoſum eſſet eccleſie. Et per hoc pa
tet reſponſio ad rationes in oppoſitum

Ad tertium ſic ꝓceditur. videtur.n.ꝙ
papa non peccet magiſtris ꝛ religio/
ſis nō ꝓuidendo vnde decenter poſ
ſint viuere.quia papa non debet prebere ma
giſtris cām diſtrahendi animū a ſtudio ꝛ a cō
templatione veritatis ad quam principaliter
ſūt ordinati. Sed ꝓuiſio beneficiorum eſt cā
diſtractionis animoꝝ a ſtudio. Unde Plato
ꝑegrinat⁹ eſt extra Greciā ꝛ Socrates ꝛ mul/
ti philoſophi tꝑalia dimiſerūt vt quiet⁹ poſ/
ſent contemplationi vacare.
¶ Preterea religioſi ſunt aſtricti voto paupꝫ/
tatis a quo non abſoluunt̄ per magiſterium.
Non eſt ergo eis conferendum aliquod bene
ficium ex quo tale votum relaxetur.
¶ Preterea beneficium eccleſiaſticum non
poteſt dari niſi per officium. Sed magiſtri re
ligioſi non poſſunt officia adminiſtrare in ec/
cleſia vt ſint canonici vel archidyaconi. Non
poteſt ergo eis de beneficio ꝓuideri.
¶ In contrarium eſt.quia extra de magiſ.ſcri
bitur ꝙ ad inſtructionem ſacerdotum ꝛ alioꝝ
theologi magiſtri inſtitui debent qui nihil exi/
gant ꝓ doctrina.ſed eis de eccleſiaſticis pro/
uentibus prouideatur. Planum eſt autem ꝙ
magiſtri religioſi docēt ſacerdotes ꝛ alios vo
lentes doceri ſicut alij. Peccatuꝫ eſt ergo pro
uiſionem ꝑ canonem magiſtris taxatam eis
ſubtrahere.
¶ R.dicendum ꝙ ſicut ſcribitur. xxiij.q.i.c.
Sancta mater eccleſia a tramite apoſtolice tra
ditionis nunꝙ̄ receſſiſſe probatur.fuit autem
apoſtolica traditio vt ſcribit̄ Act.ij.vt de pro
uentibus cōmunibus a chriſti fidelibus ob/
latis prouideret̄ vnicuiqꝫ ſicut vnicuiqꝫ opus
erat.cuꝫ tali ergo moderamine eccleſiaſtica be
neficia ꝛ prouentus eccleſiaſtici ſunt diſpēſan
di vt neminem ita releuando diuitem faciant
ꝙ multorum detrimenta non circūſpiciendo
in paupertatis miſeriā nōnullos deijciat illud
apoſtoli.ij. Choꝝ.viij. Ad memoriam reuo/
cantes.non enim volumus vt alijs ſit remiſ/
ſio vobis autem tribulatio. ſed ex equalitate
in preſenti tempore noſtra abundantia illorū
inopiam ſuppleat. Unde puto ꝙ pie ꝛ ſancte
ageretur quando illa decretalis extra de ma/
giſt.cum omnibus qui ad magiſterium aſſu/
muntur theologie tam ſecularibus ꝙ̄ religio
ſis obſeruaret̄. Nec dubito ꝙ exinde magnuꝫ
profectū chriſti fideles conſequerentur ex quo
eis daretur cauſa vnde ſemper ſe ſtudio preoc
cuparent.

¶ Ad primū ergo eſt dicendū. ꝙ bona tpalia ſunt quedam inſtrumenta virtutis. Virtus aūt conſiſtit in medio. vnde tam abundantia tpalium ꝙ eorum inopia actum virtuoſum ſpeculationis ⁊ ſtudij impedit. ꝓpter quod ſicut religioſi qui ad magnas prelatiões aſſumunt diſtrahantur a ſtudio ſciencie ſicut experimentaliter videmus. ſic magiſtri religioſi quib⁹ nihil ꝓuidetur ex carentia neceſſarioꝝ coguntur ſe a ſtudio diſtrahere. quia non potentibus viuere medius eſt neceſſaria vite ꝓcurare ꝙ phyloſophari

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ ꝓpter prouiſionem aliquorum ꝓuentuum neceſſariorum ad vitam religioſi magiſtri nō abſoluerentur a voto paupertatis. maxime cum ipſi non ſolum eorum neceſſitati verum etiā aliorū vtilitati ꝑ eorum doctrinam tenentur intendere: cui intendere non poſſunt ſine ſcriptoribus ⁊ cartis ⁊ aliorum que faciunt ad traditionē ſciētie. Dicit.n. Voluſianus in epi. ad Augu. Parum eſt nobis ſic a te inſtrui vt tibi ſit liberādo ſatis ingenium quippe ⁊ eloquium tuum tam excellens tamen lucule̅tum ꝓdeſſe debeat etiā ceteris

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ non eſſet neceſſarium vt religioſus magiſter cui aſſignarentur aliqui ꝓuentus eccleſiaſtici efficeretur canonicus vel archidyaconus ſeu etiam epiſcopus ſed ſeruaretur forma illius decretalis extra de magiſ. vbi ſic dicit. Aſſignetur aūt cuilibz magiſtrorum a capitulo ꝓuentus vni⁹ prebēde ⁊ ꝓ theologo a metropolitano tantum debet non ꝙ ꝓpter hoc canonicus efficiatur. ſed tamdiu reddit⁹ ipſos percipiat ꝙ diu perſtiterit in docendo. ⁊ ſi vna eccleſia non poſſet ſic ꝓuidere poſſet tota dyoceſis in hoc grauari pro vtilitate fidei.

AD quartum ſic ꝓceditur. Videtur.n. ꝙ ſi per papam religioſo ſufficienter eſt ꝓuiſum receptam elemoſynam retinere iuſte non poſſit. quia elemoſyna datur ad ſubleuandam indigentiam recipientis. Ille ergo qui non indiget tenetur ad reſtitutionem

¶ Preterea clericus acquirens beneficiuz ex peccato ſimulationis tenetur illud reddere qz non intrat per hoſtiuz. Ergo ſimiliter recipiēs elemoſynaz ſub pretextu paupertatis tenetur ad reſtitutionem.

¶ Preterea defraudare pauperem eſt peccatū equipollens homicidio. Iuxta illud Eccle. xxxiiij. Panis egentium vita hominis eſt. qui defraudat illum homo eſt ſanguinis. Non ergo poteſt licite retineri.

¶ In contrariuz eſt. quia quid datur ꝓ benedictione iuſte retinetur. Sed elemoſyna pro benedictione datur. ſicut patet ꝑ apoſtolū. ij. Chor. ix.

¶ R. dicēdum ꝙ ſicut patet ꝑ phūm. ij. ethi. Medium in virtute non accipitur ſed equalē diſtantiam ab extremis. ſed ſm debitam proportionem circumſtātie quam facit recta ratio vnde non oportet ꝙ medium virtutis ſit inter ſuperfluum ⁊ diminutū. Poteſt.n. eſſe ꝙ aliquis moderatus cibus qui vni eſt ſufficiens. alteri eſt ſuperflu⁹ vel diminutus. Si ergo alicui religioſo vel alteri ſufficienter eſt prouiſuz ſm vnam circumſtantiam ⁊ non ſm aliā poſſet elemoſynam receptam iuſte retinere. Sed ſi ſm omnem conditionem ſtatus ⁊ ꝑſone ſufficienter prouiſum eſt ſibi puto ꝙ elemoſynā receptam non poteſt in ꝓprios vſus conuertere. ſed tenetur pauperibus elargiri. Dicit eīn Hierony. ſuper illo verbo Math. xvij. Staterem illum ſumens da illis ꝓ mercede vt nō ſcandaliſemus eos. Si quis obijcere voluerit quō iudas in loculis portabat pecuniam quare de illa pecunia tributum non eſt ſolutū Reſpōdebimus. quia rem pauperum in vſus ſuos conuertere dominus nephas putauit nobiſqz idem tribuit exemplum.

¶ Ad primum ergo eſt dicendū ꝙ in aliquo pōt ſuppleri indigentia vni⁹ in quo non pōt ſuppleri indigentia alterius. Vn̄ ex quo liberaliter elemoſyna tributa eſt ex neceſſitate iuſte retinetur. ex cupiditate vero damnabiliter

¶ Ad. ij. eſt dicendū. ꝙ acquirens beneficiuz ꝑ ſimulationē bonitatis non tenetur illud reddere. tenetur tn̄ penitere de ſimulatione ꝑ quaz iniuſte acquiſiuit decipiens conferentē. nō tn̄ fuit error perſone. ſed qualitatis. Sic recipiēs elemoſynā ſub pretextu pauꝑtatis tenetur de cupiditate penitere non tn̄ tenetur ipſam reſtituere ſed pauperibus elargiri.

¶ Ad tertiū eſt dicendū ꝙ necdū de elemoſyna recepta. ſed de ꝓpria ſubſtantia dūmodo ſuperfluū retineat defraudatur paup. Unde neutrū poteſt retineri ſine peccato

## ¶ Queſtio ſeptuageſima tertia de cōceſſiōe

DEinde conſiderandū eſt de conceſſiōe. Circa quod queruntur quinqz

¶ Primo vtruz papa ſine peccato poſſit concedere in caſu fieri vſuras.

¶ Secundo vtrum papa ſine peccato poſſit concedere fieri vſuras cum infidelibus ⁊ publicis hoſtibus eccleſie

¶ Tertio vtrum papa ſine peccato poſſit alicui concedere decimas laicorum.

¶ Quarto vtrum papa poſſit ſine peccato regi ffrancie vel alteri principi concedere decimas clericorum

¶ Quinto vtrum papa poſſit decimas eccleſiarum ſibiipſi concedere in ꝓprium vſum

AD primum ergo ſic ꝓceditur. videtur enī ꝙ papa ſine peccato poſſit concedere fieri vſuras. ſcribitur.n. extra de vſu. c. ſalubriter. ꝙ licet marito retinere fructus rerū obligatarum ſibi ꝓ dote a ſocero ⁊ in ſortem non computare. ⁊ ibidem. C. Cōqueſtus habetur. ꝙ licet domino feudi res feudales in pignus accipere nec tenetur fructus computare in ſortem.

¶ Preterea iuſte exigitur ab homīe illud ad quod volūtarie ſe obligat. Cum ergo debitor voluntarie obliget ſe ad vſuram iuſte exigitur ſine peccato.

¶ Preterea licet in cauſa neceſſitatis furari. ergo multo magis licet in cauſa neceſſitatis ad vſuraz mutuari.

¶ Preterea vſura eſt quicquid vltra ſortē recipitur ſicut ſcribitur. xiiij. q. iij. quicquid ſorti accedit vſura eſt. Sed ſcribitur extra de vſuris c. in ciuitate tua. ꝙ ſi quis emit merces tempore quo non niſi quinqz libras valent ⁊ ꝓmittit ſe illis a quib⁹ illas merces accipit ſex libras ſtatuto termino ſoluturū non facit contractum vſurarium ꝗuis peccatum incurrat. diſpenſat ergo in caſu papa ꝙ vſura fiat.

¶ In contrarium eſt quia papa nō poteſt diſpenſare in eo quod eſt diuina lege ꝓhibituz Sed ſcribitur Ezechielis. xviij. Qui ad vſurā non cōmodauerit vita viuet ⁊ non morietur.

¶ R. dicēdum ꝙ in vſura duo poſſumus intelligere.

¶ Primo ipſam ſuperabundantiam que requiritur vltra datum. Quicquid.n. ſupra datuz exigitur vſura eſt. vt dicitur. xiij. q. iiij. c. putauit.

¶ Secundo cauſam ꝓ qua talis ſuperabundantia datur. Nam datur ꝓ vſu pecunie mutuate cum vſura ſm ethimologiam nominis dicatur quaſi vſus eris.

¶ Utroqz autem modo vſura cōtinet iniquitatem. vt in ipſa nullo modo poſſit fieri ſine peccato diſpenſatio.

¶ Primo nanqz continet iniquitatem ex pte rei que datur. quia iniquum eſt vt ad quē nullo modo pertinet rei periculum ad ipſum pertineat lucrum.

¶ Secundo ex parte vſus ꝓ quo datur continet iniquitatem. quia iniquum eſt vt pro vſu rei mee exigatur a me preciū. Planum eſt aūt ꝙ vtrunqz concurrit in contractu vſurario. Nā vſura cōſiſtit ꝓprie circa mutuum. In mutuo vero plene transfertur dominiū rei quo ad proprietatem ⁊ vſum. Dicitur.n. mutuum eo ꝙ de meo fit tuum. quia ergo transfertur dominiuz quo ad rei ꝓprietatem. totum periculum pertinet ad debitorem. Ad ipſum ergo debet pertinere emolimentum. quia vero trāſfertur dominium quo ad vſum. ergo ꝓ vſu rei ſue non debet ab eo exigi preciuz. omnis ergo contract⁹ vſurarius eſt peccatum nec poteſt in eo fieri diſpenſatio

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ in illo caſu non eſt contractus vſurarius ꝗuis ſit aliquid ſimile contractui vſurario. quia non accipitur ſuperabundantia ꝓ vſu pecunie. ſed ꝓ alia cauſa rationabili. Nam maritus accipit fructus rerum ꝓ dote ſibi obligatarum. ideo non tenetur computare in ſortem ꝓpter onera matrimonij que ſuſtinet. Similiter dominus feudi accipit fructus rerum feudalium ſibi obligatarum nec tenetur in ſortem computare ꝓpter debita ſeruicia feudi que in eo tēpore non percipit.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum. ꝙ non omnē ad quod quis volūtarie ſe obligat iuſte ab eo exigitur niſi obligatio ſit legitima. obligatio vero qua debitor indigens ſe obligat creditori ad ſoluēdas vſuras ꝗuis ſit legitimā ex ꝑte debitoris. non tn̄ eſt legitima ex parte creditoris cū ſit ꝓhibita ⁊ contra naturam rei.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ ſicut in caſu neceſſitatis licet mihi accipere rem alienā ꝑ actū qui non eſt furtum ſed eſt ſimilis furto. ſic puto ꝙ in caſu neceſſitatis poſſem pecuniā mutuare vt ꝓ ſuperabundātia daretur mihi pannis ſi aliter habere non poſſem. nec tn̄ ꝓprie dicenda eſſet vſura ꝗuis eſſet vſure ſimilis qz illud quod per ſuperabundantiam acciperem non eſſet alienum ſed mihi debitū in caſu neceſſitatis.

¶ Ad quartum eſt dicendū ꝙ decretalis illa intelligitur non eſſe contractum vſurarium. ſi illud quod ſuperabundanter accipitur referatur ad ipſius rei venditionem. Sed ſi referatur ad precij ſoluendi expectationem vt de pecunia ſoluenda tpe futuro quo emptor ē expectat preciū recipiat manifeſte vſura cōmittitur

AD ſecundum ſic ꝓceditur. videtur. n. ꝙ papa ſine peccato poſſit concedere vſuras fieri cum infidelibus ⁊ publicis hoſtibus eccleſie. ſcribitur. n. xiiij. q. iiij. auctoritate Ambro. c. ab illo. ꝙ ibi eſt ius vſure vbi eſt ius belli. quia cui iura inferuntur arma illi legitime auferuntur vſure. Sed contra infideles ⁊ hoſtes publicos homo habet iuſtū bellum. ergo iuſte ab eis auferuntur vſure.

¶ Preterea papa poteſt concedere vt ab hoſtibus ⁊ rebellibus eccleſie rapiantur bona tēporalia. ſed ſcribitur auctoritate Augu. xiiij. q. iiij. Non minus crudelis eſt qui pauperē trucidat fenore ꝙ̄ qui diuiti aliqua rapit. et ibidē ſubditur auctoritate Ambro. Rapinam facit qui vſuram accipit

¶ Preterea maius peccatū eſt occidere ꝙ̄ ad vſuram accomodare. Sed licet occidere publicos hoſtes. ergo licet ab eis vſuras exigere

¶ In contrariū eſt quod ſcribitur extra d' vſu. c. ſuper eo vero. Cum vſurarū crimen vtriuſqȝ pagina deteſtetur ſuper hoc aliquam diſpenſationem poſſe fieri non videmus

¶ R. dicendum ꝙ queſtio eſt dubia ꝓpter illud capitulum Ambro. quod ponitur. xiiij. q. iiij. quod quidē aliqui ad literam dicūt eſſe intelligendum puta ꝙ licitum ſit laicis quibus licitum eſt bellare ⁊ arma portare ex precepto ſuperioris ab hoſtibus vſuras exigere. nō tñ ex cupiditate. ſed zelo caritatis vt ſic macerentur vſuris qui non poſſunt domari armis quatinus deſiſtant hoſtes ⁊ ꝑſecutores eſſe. Vnde nec exigende vſure ſunt ab eis. niſi ꝙ̄diu hoſtes ſunt. Probant aūt iſtud quia ex quo indicitur contra eos iuſtum bellum auctoritate pape vel imperatoris: iuſte poſſumus eos occidere, ⁊ omnia bona eorum eis auferre ⁊ noſtra facere iure belli. ſicut ſcribitur. xxiij. q. v. c. dicat aliquis. Nec refert vel manifeſte vel occulte ꝑ inſidias hoſtes deuincātur. quia nihil ad iuſticiā intereſt ſiue aperte ſiue ex inſidijs aliquis pugnet. iuſte. n. vt dicit Augu. in bello inſidijs homo vti poteſt. A ſimili ergo vt dicunt iuſte ab hoſtibus poſſunt exigi vſure et quecūqȝ alia grauamina eis inferre. Sed iſtud cōmuniter non tenetur quia in vſura vnꝙ̄ inuenitur facta eſſe diſpenſatio in aliquo caſu. ⁊ ſatis conuenienter. quia tale peccatum non ſolum eſt culpa ꝓpter nocumentum quod infert. verum etiam quia eſt contra naturam rei ſicut dictum eſt ſupra. Similiter occiſio ⁊ rapina ⁊ alia grauamina que inferūtur hoſtibus auctoritate ſuperioris inferunt eis inuitis nō ꝑ contractionem amicicie. Contractus autem vſurarius fit voluntarie. Vnde ſicut vnꝙ̄ licitum eſt cum hoſtibus familiariter conuerſari ⁊ contractus cum eis facere. ymmo pena capitali ſm leges debet puniri qui hoſtē recipit: ſic non eſt licitum cum eis contractus vſurarios facere. vnde puto ꝙ non cadit diſpenſatio ꝙ cum hoſtibus vel infidelibus papa concedat fieri vſuras.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ ad dicta Ambroſij tripliciter reſpondetur.

¶ Primo ꝙ ipſe appellat vſuram quācunqȝ grauem extorſionem que poſſit fieri in nimia penſione domorum vel in locatione prediorū quibus grauaminibus infideles ⁊ heretici ꝑ fideles grauati qñqȝ conuertuntur.

¶ Secundo ꝙ illud capitulum non fuit Ambroſij. ſed falſo modo dictis eius eſt inſertū.

¶ Tertio ꝙ Ambroſius nō loquitur ibi aſſertiue ſed recitatiue. Recitat. n. ibi permiſſionē factam iudeis quibus fuit permiſſum cū illis poſſe fenerari ad euitationē maioris mali cōtra quos iuſtum bellum habere poterant.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ ꝙ̄uis vſura dicatur eſſe rapina interpretatiue. quia iuſte retineri non poteſt ſicut nec rapina. non tamē eſt vere rapina quia non aufertur inuito dño ſicut rapina.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ ꝙ̄uis occidere maius peccatum ſit in genere ꝙ̄ fenerari eo ꝙ occidere importat nocumentum in perſona ꝓpria. vſura vero in rebus quibus perſona ſuſtentatur ita ꝙ ratione effectus maius peccatum eſt. ſed formaliter in ſe maius peccatū eſt vſura cum importet deformitatem in natura rei. vnde ſic importat ſecum ſemper ſuam maliciam quod nunꝙ̄ poteſt bene fieri.

AD tertium ſic ꝓceditur. Videtur. n. ꝙ papa ſine peccato alicui nō poſſit cōcedere decimas laicorum. quia laici ſunt ſub poteſtate regum ⁊ principum ſecularium. eis ergo inuitis papa non poteſt concedere. quia tunc eſſet furtū in quo papa diſpenſare non poteſt.

¶ Preterea diuturna ꝯſuetudo obtinet vim legis. ſed in aliquibus regnis raro vel nunꝙ̄ fuit conſuetudo ꝙ papa concederet decimam laicorum alicui. Iam ergo ꝑſcriptio facta eſt vt talis conceſſio de iure fieri non poſſit

¶ Preterea Hugo dicit. ij. libro de ſacramētis ꝙ bona temporalia ſi qua ſunt a regibus ⁊ laicis conceſſa eccleſie. nunꝙ̄ ſic elongantur a domino terrene poteſtatis ꝙ ſi ratio poſtulauerit pro eis non debeatur eis patrocinium ⁊ obſequium.

¶ In contrariū eſt qȝ qui pōt maius pōt minus. ſed papa pōt cōpellere oēs laicos reges ⁊ principes ⁊ eoꝝ ſubditos ad ſeruiēdū eccle in caſu neceſſitatis. ꝓ vtilitate ergo eccleſie poteſt decimas eoꝝ concedere cui vult.

¶ R. dđ. ꝙ ius naturale oīa facit communia in neceſſitate. vbi. n. appropriatio reꝝ nō ſtat cū conſeruatiōe nature: in tali caſu qđ eſt ꝓpriū fit cōe. Ius vero diuinū facit omnia cōia ex caritate ꝓ reuerentia diuini cultus. Scribit. n. i Eſdre. iij. ꝙ ꝓ edificatiōe templi dñi ſinguli dederunt pecunias lathomis ⁊ cementarijs: cibū ꝙ̄ potū ⁊ oleū. Et. ij. Eſdre. iiij. ſcribitur ꝙ dederunt pecuniā lapidarijs ⁊ fabris ⁊ potū ⁊ pabula cū gaudio. ac vnuſquiſqȝ cū vna manu tenebat gladiū ⁊ cū alia faciebat opus Sed ius ciuile facit oīa cōia ꝓ vtilitate reip. Vñ ſcribitur. i. macha. viij. de romanis ꝙ oēs obediebant vni. ⁊ nō erat inuidia neqȝ zelus inter eos ad rem p. ꝓmouendā. Ius ergo naturale ꝓpria facit cōia in neceſſitate. ius vero diuinū ex caritate ⁊ ius ciuile ex reip. vtilitate Planū eſt aūt ꝙ papa eſt oīs iuris interpres ⁊ ordinatoꝝ tanꝙ̄ architector in tota eccleſiaſtica ierarchia vice xpī. Vñ quolibet iure pōt cū ſubeſt cauſa rōnabilis decimas omniū laicoꝝ non ſolū ſubditoꝝ: veꝝ etiā regū ⁊ principū ⁊ aliorū recipe ⁊ concedere ꝓ eccleſie vtilitate ac eos ſi noluerint dare: compellere.

¶ Ad primū ergo eſt dđ. ꝙ conueniēs eſt papa cū ſubeſt cauſa ad recipiendū decimas laicorum ⁊ reges ⁊ principes pͥmo requirat quatinus ab eoꝝ ſubditis tales decimas exigant ꝓ vtilitate eccleſie. ꝙ ſi vrgente neceſſitate cōtemnerent iuſte vtroſqȝ poſſet ſua auctē. compellere ⁊ ꝓ tali contumacia bonos honorare ⁊ ꝓteruos deponere.

¶ Ad. ij. eſt dđ ꝙ ius pape nunꝙ̄ ꝑſcribit. ꝙ̄uis ꝗ nō ſit ꝯſuetudo dictas decimas a laicis petere. qȝ nec ſunt petende niſi iminente eccleſie neceſſitate. ius tñ petendi in caſu ſemper reſidet penes eccleſiam.

¶ Ad. iij. eſt dđ. ꝙ Hugo vult patrocinium ⁊ obſequiū impendendū eſſe dantibꝰ tēporalia eccleſie nō in dominij recognitiōeꝫ. ſed in eoꝝ ſubuentionē ⁊ gratiaꝝ actionē. ⁊ ſicut gratis ſunt recipiende. ita gratis ſunt erogande.

AD quartū ſic ꝓcedit. videtur. n. ꝙ papa ſine peccato nō poſſit regi francie vel alteri principi cōcedere decimas clericoꝝ. qȝ nunꝙ̄ minores recipiunt decimas a maioribus. vñ Abrahā minor Melchiſedech cōprobat. qȝ ſibi dedit decimas vt ꝓbat apo. ad hebre. vij. ſed clerici ⁊ ſacerdotes ſunt maiores regibus ⁊ principibus vt ſcribit. xcvi di: c. quis dubitet.

¶ P. ſcribit nume. xviij. ꝙ filijs Leui cōceſſe ſunt decime. ſed loco illoꝝ ſuccedunt clerici. cōuenit ꝗ eis decimas recipe ⁊ non dare.

¶ Preterea decime nō ſunt ꝯceſſe niſi ꝓ miniſtroꝝ ſuſtentatiōe ⁊ ſacrificioꝝ oblatiōe. ſed ꝓ nulla iſtaꝝ cauſaꝝ regibus ⁊ principibꝰ cōceduntur eccleſie.

¶ In ꝯtra. eſt eccleſie ꝯſuetudo que quaſi ꝑ decimas eccleſiaꝝ cōfert regi Fracie ⁊ multis alijs principibus.

¶ R. dđ. ꝙ in ꝯceſſiōe decimaꝝ tria poſſunt ꝯſiderari. Primo cā quare cōcedunt. Scđo auctoritas ꝯcedendi Tertio res que concedit. Triplici aūt cauſa inuenimꝰ in lege Moyſi decimas fuiſſe ꝯceſſas. Primo ꝓpter miniſtrorū eccleſie ſuſtentatiōe. ⁊ iſto mō ꝑcepte ſunt decime Nume. xviij. Scđo ꝓpter ſacrificiorū oblatiōe. Tertio ꝓpter pauperū ⁊ hoſpitū receptionē. ⁊ iſto mō decime ꝑcepte ſunt Deutro. xiiij. vñ ex hoc venit forte ordinatio eccleſie vt de ſtipendijs eccleſie tres debeant fieri portiones. ſicut pꝫ. xij. q. ij. c. mos eſt.

¶ Vna ꝓ miniſtris eccleſie ſuſtentādis. Alia ꝓ eccleſijs reparandis Tertia ꝓ pauperibus ⁊ ꝑegrinis recipiendis. Auctoritas vero cōcedendi decimas eccleſiaꝝ nō reſidet niſi in papa. qȝ ius accipiendi decimas ſpūale quid eſt Conſequit. n. debitū quo miniſtri eccleſie ſeminantes ſpūalia poſſunt tpalia recipere. ſm dictū apo. i. Coꝝ. ix. vñ ſicut ius recipiēdi decimas ꝑtinet ſolū ad clericos ⁊ habētes curā animaꝝ: ſic ius ꝯcedendi decimas nō habet niſi ille qui eſt clericoꝝ ⁊ eccleſiaꝝ paſtor ⁊ rector. ſed res que nomine decimaꝝ dantur cū ſint corꝑales poſſunt cedere in vſū quorūcūqȝ clericoꝝ ⁊ laicoꝝ. pōt ergo papa decimas eccleſiaꝝ ꝯcedere regibus ⁊ principibus. ſed nō niſi ꝓ vtilitate eccleſie ſm aliquē triū modoꝝ ſuprapoſitoꝝ. nec ius petendi decias vlr pōt eis ꝯcedere. ſicut non pōt facere ꝙ auctoritas pontificalis ſubijciatur poteſtati regali

¶ Ad primū ergo eſt dđ. ꝙ laicis non ꝯceduntur decime in recognitionē alicuius ꝑfectiōis vel dominij recipiendi ab eis ſm quē modū ſemꝑ minor dat decimas maiori. ſed cōceduntur eis res tpales in adminiſtrando ꝓ vtilitate eccleſie.

¶ Ad. ij. eſt dđ. ꝙ̄uis clericis ꝯuenit ius petendi decimas. ſed cauſa ꝓ qua conceduntur ⁊ res que ꝯcedunt poſſunt cōpetere clericis ⁊ laicis

¶ Ad. iij. eſt dđ. ꝙ ſine peccato papa nō pōt concedere regi Francie vel alicui principi deci

mas eccleſiarū vt ꝯuertant in proprios vſus: ſ; ſolū ꝓ euidenti vtilitate eccleſie. vnde non debet papa faciliter ſemꝑ petitionib⁹ regū annuere cū ſint q̄nq; magis abuſiones q̄ petitiones. Nō eīm eſt nouū ꝙ papa ⁊ alij ꝓlati eccleſie ſpēnt iuſtis petitionibus regū ⁊ principū ꝓpulſati ⁊ frequenter iniurijs ⁊ cōtumelijs quaſſati. Dicit enī bernardus de quodā rege frācie nōīe ludouicūs qui ex eius grauibus cōtumelijs ⁊ iniurijs pariſienſis ep̄i innocētia fuit pulſata ſed nō quaſſata. q̄r domin⁹ ſuppoſuit manū ſuā ⁊ ſenonēſis ſui metropolitani cōſtantiā conat⁹ eſt conterere ⁊ metropolitano quod abſit abiecto facile ꝓut vellz craſſaret in ſuffraganeos qui merito vt dicit erat alter herodes nō iam xp̄m in cunabulis habēs ſuſpectū: ſed in eccleſijs inuidebat exaltatum.

Ad. v. ſic ꝓceditur videtur enī ꝙ papa nō poſſit decimas eccleſiaꝝ ſibiipſi cōcedere in propriū vſū. Scribit enī extra de deci. nouūgen⁹ exactōis eſt vt clerici a decimas exigant cū nuſq̄ in lege domini hoc legamus. Papa aūt eſt ſūm⁹ clericorum: Nō debet ergo clericoꝝ decimas recipere.

¶ Preterea papa hēt certos reddit⁹ de terris eccleſie in quibus hēt immediatā adminiſtrationem. Non debz ḡ eccleſiarū decimas in vſum ꝓpriū ꝯuertere.

¶ Preterea res cōes nullus hēt ſibi appropriare. ſ; res eccleſie cōmunes ſūt. vt ſcribit. xij. q. i. c. res. Non dēt ergo papa eas in proprios vſus conuertere

¶ In cōtrariū eſt quod ſcribitur Nume. xviij. vbi dicit ꝙ leuite ſummo ſacerdoti ſoluebant decimā decime ex mādato domini. ḡ eadē rōe de decima eccliaꝝ ſoluēda eſt decima pape qui eſt ſūmus ſacerdos.

¶ Ad. iij. ē dō ꝙ xp̄s nō elegit vitā ſolitariā ſcḋm quam aliquis occupatur circa actus deſeruientes ſue quieti ⁊ ſue dulcedini tantū. ſed elegit vitā ſecundū quā aliquis predicando ⁊ docendo contemplata tradit alijs ad eoꝝ inſtructionē ⁊ ſalutē. Talis eni vita ꝗuis ſit aliquo modo actiua. preeminet tamē ſimplici cōtemplationi. quia preſupponit habundantiā contemplationis ⁊ dilectionis ⁊ per cōſequēs maioris perfectionis ⁊ cetera.

## Queſtio. lxxvii de criſti charitate.

Deinde videndū ē de chriſti charitate circa quod querunt tria.

¶ Primo vtꝝ xp̄s ſolū i charitate poſuerit ꝑfectionis ſtatum

¶ Secūdo vtꝝ ꝑfectū modum diligendi chriſt⁹ poſuerit ſub precepto vel ſub perfectionis conſilio.

¶ Tertio vtrum ad ꝑfectū modū diligēdi xp̄i aliquis perfectionis ſtatus poſſit attingere

Ad primū ergo ſic procedit videt eni ꝙ chriſtus nō ſolū in charitate poſuerit perfectionis ſtatum q2 ſcribitur ſup illud Luc. xiiij. Qui non renunciat omnibus que poſſidet nō pōt meus eē diſcipulus dicit gloſa Bede ꝙ differentia ē inter relinquere omnia ⁊ renunciare. quia cunctoꝝ fideliū eſt renūciare omnibus puta ſic tenere que mundi ſunt ut tamē per ea nō teneant. Sed relinquere omnia hoc eſt curas mundi oīno poſtponere. paucoꝝ ⁊ perfectoꝝ eſt. In abdicatiōe ergo tꝑaliū conſiſtit ſtat⁹ ꝑfectionis non in charitate.

¶ Preterea ꝑfecta charitas ē in eo qui non timet. q2 vt dicit Iohānes in canonica ſua: perfecta charitas foras mittit timorē. Sed multi in ſtatu coniugatorum exiſtentes non timent ⁊ habent perfectā charitatem ⁊ tamē nō ſunt in perfectionis ſtatu non ergo ſola charitas facit ad ſtatum perfectionis.

¶ Preterea illud magis facit ad ſtatum perfectionis quod magis facit ad beatitudinem. Sed cognitio vel viſio que eſt domini intellectus magis facit ad beatitudinē ꝙ caritas que eſt perfectio nobilitatis iuxta illud Math. v. Beati mundo corde qm̄ ipſi deū videbunt. ſuper quo verbo dicit augu. ꝙ viſio ⁊ cōtemplatio veritatis eſt tota merces fidei.

¶ In cōtrariū ē quia maxime ꝑfectionis opus eſt martiriū ⁊ abdicatio tꝑalium. ſed iſta nō ꝑficiunt hominē ſine charitate. i. Cor. xiij. Si diſtribuero i cibos paupeꝝ omnes facultates meas. ⁊ ſi tradidero corpus meū ita vt ardeā caritatē aūt non habeā nihil mihi prodeſt.

¶ Rn̄deo dō ꝙ ad ꝑfectionis ſtatum quinq̄ quantum ad preſens requiruntur.

¶ Primo perpetua voti obligatio.
Secundo dei ⁊ proximi dilectio.
¶ Tertio ad cultū dei oblatio ⁊ dedicatio
¶ Quarto habitus benedictio vel ꝑſone cōſecratio.

¶ Quinto omniū tꝑalium abdicatio perpetua nanq̄ voti obligatio eſt cā efficiens ꝑfectionis ſtat⁹. Dicit eni gloſa ſup illo verbo Leuit. xxvij. Animal qḋ immolari pōt dn̄o ſi q̄s vouerit ſanctū erit nec mutari poterit q2 aliud eſt ſacrificari alias ſanctificari ⁊ offerri. ⁊ aliud eſt eſt ſanctum eſſe ⁊ dei eē. nā quod ſanctificatur ⁊ offertur incipit dei eē quod nō erat ⁊ paulatim augmentatur. Quod aūt ſanctū eſt ⁊ dei ē nō eget augmento. q2 ꝑfectum eſt nec mutari pōt In obligatione enim voti duplex ē obligatio. vna ipius volūtatis. ⁊ alia eius ꝙ voto offertur vt ibi gloſa dicit. Cauſa vero formalis ꝑfectionis ſtat⁹ eſt dilectio dei ⁊ ꝓximi. Nullus eni op⁹ ponit hominē in ꝑfectiōis ſtatu formaliter in vita ſpūali niſi charitas. vnde colloc. iij. Enumeratis multis virtutibus que faciūt ad ſtatū perfectionis ꝯcludit apl̄us ſuper oīa aūt hec caritatē habere que ē vinculū ꝑfectiōis Cauſa vero finalis ſtatus ꝑfectionis eſt dedicare ſe ⁊ ſua ad cultum dei. dicit enim Aug⁹ qḋ virginitas nō quelibet ſed que eſt ad cultū dei oblata eſt premianda. vnde dedicatio perſone ad cultū dei ſecundum tria vota ē cā finalis ꝑfectionis ſtatus. Cauſa autem materialis ē benedictio habitus ſicut fit in religioſis cōpleto

ꝓbationis termino. vel ep̄alis conſecratio in q̄ emittit votum de cura habenda ſuorum ouiū. Sed cauſa inſtrumentalis ē abdicatio ipſorū temporaliū. Iſta ergo quinq̄ per ordinem requiruntur ad ꝑfectionis ſtatū ⁊ ſecundum q̄d magis ⁊ minus iſta in aliquibꝫ reperiunt̄ ſic magis ⁊ minus in ſtatu ꝑfectionis ēē dicuntur.

¶ Ad primū ergo ē dr̄ q̄d relinquere oīa temporalia ꝑfectoꝝ ē. nō q̄ hoc faciat ad ꝑfectiōis ſtatum effectiue formaliter finaliter. ſiue materialiter. Nam ſocrates ⁊ multi alij tempalia abiecerunt qui nō fuerunt in ꝑfectionis ſtatu. ſꝫ facit ad ꝑfectionē inſtrumētaliter ꝓ tanto quia diuitie ſunt quedam ſpine ſemē diuinū ſuffocantes vt dicitur Luc. viij. propter quod ꝑ ipſaꝝ abdicationē animꝰ reddit̄ magis liber ad diligendū deū ⁊ omnia propter ipſum.

¶ Ad ſecundū ē dicendū q̄d exiſtes in ſtatu cōiugali poſſunt quidem perfectionē habere ⁊ ꝑfectionis opera facere. nō tamē ſunt in ſtatu ꝑfectionis q̄ obligatio qua vnus coniugū obligatur alteri nō ē ad ꝑfectionis opa nō ē enim ad opationē ſpūalē ſed potius carnalem.

¶ Ad tertium eſt dicendum q̄d cognitio facit ad beatitudinē quaſi inchoatiue ⁊ oſtenſiue. Sed formaliter cōpletiue ⁊ finaliter terminatiue ſola dilectio facit ad beatitudinem. vnde cognitio poteſt facere ad perfectionis ſtatū ſecundum quid. Sed vniuerſaliter per ſolā charitatē hō formalit̄ ponit̄ in ꝑfectionis ſtatu.

AD ſecundū ſic ꝓceditur videtur enim. q̄d xp̄s perfectū modū diligendi poſuerit ſub precepto nō ſub ꝑfectionis conſilio q̄ perfecte deū diligere eſt eū diligere ex toto corde. ſed hoc ponit̄ ſub p̄cepto Luc. x. Diliges dn̄m deū tuū ex toto corde ⁊ ex tota mente tua ⁊ ex omnibus viribus tuis.

Preterea perfectus modus diligendi eſt diligere inimicos, vnde ſaluator. Math. v. cum dixiſſet. Diligite inimicos veſtros ſtatim ſubdidit. Eſtote vos perfecti ſicut ⁊ pater veſter celeſtis ꝑfectus eſt. Sed diligere inimicos ponitur ſub precepto eodē capitulo. Ego aūt dico vobis diligite inimicos veſtros benefacite his q̄ oderunt vos.

¶ Preterea nō ē ꝑfectior modus diligendi q̄ ꝓ proximo animā ponere iuxta illud. Ioh. xv. maiorem charitatē nemo habet vt animā ſuā ponat quis ꝓ amicis ſuis. Sed talis modꝰ diligendi ponit̄ ſub precepto. i. Ioh. iij. in hoc cognouimus charitatē dei quoniam ille ꝓ nobis animā ſuā poſuit ⁊ nos debemus pro fratribus animam ponere.

¶ In cōtrariū ē gloſa ſup illo verbo. i. Cor. xij. Ego autē libentiſſime impendam ⁊ ſuperimpendar. ego ipſe pro animabus veſtris.

¶ Rn̄deo dicendū q̄d aliquis eſt modus diligendi qui proponit̄ homini in preſenti vita in precepto. Aliq̄s vero ꝓponit̄ homini ſolū in cōſilio. Aliquis aūt modus diligendi qui nec in precepto nec in cōſilio ſibi ꝓponit̄ vt ad ipſum attingat. ſed ſolū vt ad ipm̄ mediante modo diligendi vie perueniat. Eſt enī diligendꝰ deus ex toto corde per intentionē. Ex tota mente ꝑ cognitionē. ex tota anima per affectionē. Et ex omnibus viribus ꝑ executionē. Talis autē modus diligēdi tripliciter ſcd̄m ꝑfectionē pōt variari. ¶ Primo vt hō ſic ex toto corde mēte anima ⁊ fortitudine deum diligat vt nihil ſibi deſit ad diuinā dilectionē q̄d actu vel habitu in deum nō referat tanq̄ in finē. ⁊ iſte modus ꝑfectus diligendi datur homini i precepto. ita quod nihil homo acceptet quod ſit diuine dilectioni contrariū. ¶ Secundo ſic ex toto corde mente anima ⁊ fortitudine deū diligat. vt etiam abijciat a ſe illa quibus licite vti poſſet: quatenus liberius deo vacet ⁊ dilectionis feruorem in ſe ipſo augmentet. ⁊ talis ꝑfectꝰ modus diligendi ꝓponit̄ homini in conſilio.

¶ Tertio vt ſic ex toto corde mente ⁊ anima ⁊ fortitudine hō deū diligat vt quicquid eſt i oībus predictis totum actualiter cōuertat̄ i deū. ⁊ talis modus diligendi cū ſit ꝯprehenſorum ⁊ non viatoꝝ nō ꝓponitur homini ſub precepto vel in cōcilio per attinctionem ſed ſolum ꝑ imitationem modo quo dicebat aplꝯ Phili. iij. Non q̄d iam acceperim aut q̄d iam perfectꝰ ſim. ſed ſequor ſi quo modo comprehendam i quo ⁊ comprehenſus ſum a chriſto ieſu. vt ſolum in ea claritate xp̄m videam in qua apparuit mihi in via quando me comprehendit. vt gloſa exponit.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum q̄d in diligēdo deum ſicut dictum ē. Eſt multiplex gradus perfectionis; poteſt enim eſſe vnus gradus vt ſic deus diligatur quatenus omnia referantur in ipſum actualiter vel habitualiter ⁊ nihil acceptetur quod ſit eius dilectioni contrarium. Alius gradus eſt vt abijciātur omnia illa que poſſunt hominem impedire a dei dilectionis feruore. ⁊ vterq̄ modus diligendi ꝓponit̄ hoī in via ſed vnus in cōſilio ⁊ alter in precepto.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum q̄d teneri ad dilectionem inimicoꝝ poteſt intelligi dupliciter. ¶ Primo tentiōe communi qua quis diligēs ꝓximos inimicos a tali dilectione non excludat. ⁊ talis modus diligendi inimicos eſt de neceſſitate precepti. Scd̄o tentione ſpeciali q̄ actualiter mens hōīs feratur in dilectionem inimici preter neceſſitatis caſum. ⁊ talis modꝰ diligendi ꝑtinet ad perfectionē conſilij. Dico aūt preter neceſſitatis caſū q̄ in caſu neceſſitatis homo in ſpeciali actualiter tenet̄ inimicum diligere benefaciendo ſibi ex neceſſitate precepti puta ſi fame moreretur vel in aliquo alio neceſſitatis articulo.

¶ Ad. iij. ē dicendum q̄ anima viuificat̄ a deo ſpiritualiter per gratie infuſionē ⁊ viuificat corpus vita naturali per eius informationē. quātum ergo ad primā vitā non tenetur hō animā ꝓ fratribus ponere nō enim tenet̄ hō peccādo vitam anime. ⁊ ſe cōtēpnere vt proximū ſaluet ſed quantū ad ſecundā vitam tenet̄ homo pro fratribus aīam ponere. q̄ plus tenet̄ diligere ſalutem aīe ꝓximi q̄ corporalem vitam ſuam etiam ex precepto in neceſſitatis articulo: Puta ſi quis videret aliquē ab infidelibus ſeduci teneretur ſe mortis periculo exponere vt eum a ſeductione liberaret ſed extra caſum neceſſitatis pro ſaluti proximi animam ponere pertinet ad perfectionem conſilij.

AD tertium ſic proceditur. videt̄ enī q̄ ad perfectum modum diligendi xp̄i aliquis perfectionis ſtatus poſſit attingere quia ſtatus perfectiōis vltimatus diligendi conſiſtit in hoc vt anima pro amicis ponatur ſicut ſcribitur. Iohan. xv. Sed multi talem modū diligendi per effectū habuerunt vt apoſtoli ⁊ martires:

¶ Preterea deus non poteſt amplius diligi q̄ ex toto corde. ſed multi ſancti viri ſic deū diligunt corde pleno ⁊ perfecto.

¶ Preterea nō ē perfectior modus diligendi deum q̄ ipſum deū ꝯprehendere. Sed aplꝯ per dilectionē deū ꝯprehendere nitebatur iuxta illud Philip. iij. ſequor autem ſi quomodo comprehendam.

¶ In ꝯtrariū ē q̄ xp̄s fuit ſimul viator ⁊ comprehenſor. Sed modus diligendi viatoꝝ nunq̄ pōt attingere ad modū diligendi comprehenſorum. ergo ad modum ꝑfectum diligendi xp̄i nullꝰ ꝑfectiōis ſtatus pōt attingere.

¶ Rn̄deo dicendū q̄ triplex ē ꝑfectus modus diligendi deū. Vnus eſt diuinoꝝ. Alius ē beatorum.

Tertius eſt viatorum. Cum enim deus ſit infinitum bonū ꝑfecte diligitur quando infinita virtute ⁊ infinita charitate amat̄. ⁊ q̄ in nulla creatura eſt virtus infinita vel charitas infinita iō talis perfectus modus diligendi ē ꝓprius perſonis diuinis ſolum vt vna queq̄ perſona tantum diligat ſe quantū diligibilis ē propter q̄d dicit Augu. xv. de trini. Q̄d ſpiritus ſanctꝰ nō eſt patris ſolius. nec filij ſolius. ſꝫ eſt amborum ideo ꝯmunē qua ſe ad inuicē diligunt nobis inſinuant charitatē. Modꝰ aūt perfectus diligendi beatoꝝ ꝯſiſtit in actuali fruitione diuinitatis vt totum cor ipſoꝝ actualiter feratur in deū per intentionē ⁊ mens eoꝝ actualit̄ ipſū cognoſcat ꝑ intuitiuā viſionē. Tota eoꝝ aīa diuina dilectione actualiter repleatur ꝑ affectionē. ⁊ omnes vires eoꝝ in deū actualiter conuertantur per actualē executionē. vt nō animus exterioꝝ actuū nō ſit aliud q̄ dei dilectio. Sed modus perfectꝰ diligendi viatoꝝ cōſiſtit in abiectione illoꝝ que poſſunt hominē a feruore diuine dilectionis impedire eo mō quo dicebat apl'us. Que retro ſunt obliuiſcat̄. ad ea vero que priora ſunt ſe ipſū extendens curro ad deſtinatū brauium ſupne vocationis. Iſte autem triplex modus ꝑfectus diligendi fuit in chriſto diuinoꝝ cōprehenſoꝝ ⁊ viatorum. Et ad nullum iſtoꝝ modoꝝ aliq̄s ꝑfectionis ſtatꝰ poteſt attingere. nō ad modum ꝑfectū diuinoꝝ. quia nullus pōt eē deus ſicut ipſe fuit. nō ad modū ꝑfectum cōprehenſoꝝ. q̄ nullus pōt eſſe viator ſimul ⁊ cōprehenſor ſicut ipſe fuit. Nec ad modum ꝑfectum viatoꝝ quē ipſe habuit quia nulli poteſt dari gratia capitis ⁊ non ad menſuram ſicut ſibi data eſt vt ſimul ſit caput ⁊ ſingularis homo ſicut ipſe fuit

¶ Ad primū eſt dr̄ q̄ hoc ipſum martires et apoſtoli nō habuerunt ex ſe q̄ animam ponerent pro ſalute proximoꝝ ſed ꝑ gratiam chriſti capitis de cuius plenitudine omnes receperūt gratiam pro gratia vt dicit̄ Iohan. i. vnde auguſtinus exponens illud verbū protexiſti me domine a conuentu malignantium dicit. iam ipſum caput noſtrum intueamur. Nam multi martires paſſi ſunt talia ſed nihil ſic elucet quo modo caput noſtrum ibi melius intuemur q̄d illi experti ſunt.

¶ Ad ſecundum eſt dicendū q̄ multi diligūt deum ex toto corde per dilectionem tamen deriuatam a chriſto capite. Vnde in chriſto fuit modus diligendi perfectus quia charitatem i tota ſua excellentia habuit. non ſecundum aliquam determinatam menſuram. ſed quilibet alius ex toto corde poteſt diligere deum ſecundum modum perfectum quantum ad aliquē terminum prefixum ſibi a chriſto iuxta illud ad Hebreo. iiij. Vnicuiq̄ noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis chriſti

¶ Ad tertium eſt dicendum q̄d comprehendere deum per dilectionem poteſt intelligi dupliciter. Vno modo per ipſius comprehenſi in-

incluſionē vel terminationē ⁊ ſic deus incomprehenſibilis ē omni creature. Secūdo ꝑ ipiꝰ viſionis cōſecutionē ⁊ ſic pōt conuenire creature ſecundum quem modum dicebat apl's. Sequor autē ſi quomodo comprehendam exponendo ſicut expoſitum eſt ſupra

# Queſtio·lxxviii de cri ſti paupertate·

Tercius conſiderādus eſt de chriſti pauptate circa quod queruntur quatuor.

¶ Primo vtrū chriſtus elegerit ſtatum paupertatis.

¶ Secūdo vtrum paupertas fecerit in chriſto perfectionis ſtatum.

¶ Tercio vtrum chriſtus ſic fuerit pauper q̊d mendicaret hoſtiatim.

¶ Quarto vtrum chriſtus ſic fuerit pauper ꝙ manibus laborauerit.

Ad primum ergo ſic proceditur videtur enī ꝙ xps nō debuerit aſſumere ſtatum paupertatis. Scribit enī eccle. vij. vtilior ē ſapientia cū diuicijs ⁊ magis prodeſt. quia ſicut ꝓtegit ſapientia ſic protegit pecunia. Sed xp̄us fuit ſapientia dei patris. i. Cor. i. Predicamus xp̄m dei virtutē ⁊ dei ſapientiā magis ergo debuit eligere ſtatum diuiciarum quā paupertatis

¶ Preterea q̊d ē materia delinquendi xp̄us nō debuit aſſumere. Sed ſcribit eccleſia. xxvij. ꝙ propter inopiam multi deliquerunt. ergo talem ſtatum xp̄s non debuit aſſumere.

¶ P ſtatum in quo homo conſtituitur in periculo anime xp̄s aſſumere nō debuit. Sed ī ſtatu paupertatis conſtituit homo in periculo aīe qꝛ pauptas hominē ad furtū inducit. ſicut habundantia diuiciaꝝ inducit hominē ad dei cōtemptum. vnde ſalomon a deo inſpiratus ſemꝑ periit. Prouer. xxx. Mendicitatē ⁊ diuitias ne dederis mihi ſed tribue tantum victui meo neceſſaria.

¶ In cōtrarium ē qꝛ ſtatum illum xp̄s debuit aſſumere quē primo verbo beatificauit ⁊ eius cōſilio firmauit. Sed ſtatū pauptatis primo beatificauit. Math. v. Beati pauperes ſpiritu ⁊ cōſilio firmauit. Math. xix. Si vis perfectꝰ eſſe vade ⁊ vende omnia que habes ⁊ da pauperibus.

¶ Rn̄deo dd'ꝫ ꝙ criſo. ſuꝑ matthe. triplicē diſtinguit pauptatē. vna eſt ſimulatoria. alia coacta ⁊ neceſſaria. Tercia ſpiritualis ⁊ voluntaria. Illi autem ſunt pauperes ſimulatorii q̄ ⁊ ſi expoliant ſe bonis temporalibus nō tamē expoliant ſe ſuperbia ⁊ arrogantia ſed magis ſunt ſuperbi contemnendo temporalia ꝙ diuites in ſeculo diuitias poſſidendo vt dicit augꝰ in regula. Secunda vero paupertas coacta ⁊ neceſſaria quāuis in ſcriptura nō damnet non tamen laudatur. ꝙ ſit merito vel premio digna quia ſicut nullū inuoluntariū poteſt eē peccatum ⁊ dignum damnatione. ſic nullū inuoluntarium pōt eſſe meritorium ⁊ dignum premiatione. Sed tercia paupertas ſpiritualis ⁊ voluntaria per xp̄m ē beatificata ⁊ laudata ⁊ merito quia habet annexam temporalium voluntariā abiectionem. cordis humiliationē ⁊ celeſtium cōtēplationē. hanc aūt pauptatē xp̄s aſſumpſit. dicēte aplo. ij. Cor. viij. Scitis enim graciā dn̄i noſtri ieſu xp̄i qm̄ ꝓpter vos egenꝰ factus ē in mundo. cū eēt diues in ſua maieſtate ſicut gloſa exponit vt illius inopia vos diuites eſſetis. ⁊ in hoc cōſiliū do vt ad imitationē illius pauperibus detis, quia plus ē vtile faciēti quā cui fit vt gloſa dicit.

¶ Ad primum ergo ē dicendum ꝙ illud verbum ſalomonis verificatur ſecundum regulā poſitam a philoſopho, ij. topicoꝝ ꝙ maximum bonum coniunctum minimo bonorum eſt digibilius ꝙ per ſe poſitum. Unde ſi ſapientia que numeratur inter maxima bona eſt per ſe eligibilis eligibilior eſt cum diuicijs que numerantur inter minima bona. Cum ergo paupertas que eſt de perfectione euangelica excedat omnes diuitias eligibior erit ſapientia cū paupertate tali quā cum diuicijs que ſūt minima bona.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ illud intelligitur de paupertate inuoluntaria que habet ex neceſſitate deſiderium diuiciarum adiunctum. ideo ſtatim ſubditur ꝙ qui querit locupletari auertit oculum ſuum ſubaudi interiorem a timore dei vt gloſa exponit. tales enim pauperes coactiue non voluntaria electione quāuis ſint crucifixi mundo per temporalium carentiam. ipſi tamen mundo crucifixi nō ſunt per affectatam opulentiam.

¶ Ad tercium eſt dicendum ꝙ ſtatus paupertatis nō eſt periculoſus illis qui voluntarie aſſumunt carentiā temporaliū tales enim dummodo habeant alimenta ⁊ quibus tegant contenti ſunt ſcd'm doctrinā apoſtoli. Illis autem eſt periculoſus paupertatis ſtatus qui cū egeſtate rerum temporalium cupiunt ſaturari cū quadam inſaciabili auiditate. diuicias appetendo. tales enim cupientes diuites fieri incidunt in temptationē ⁊ laqueū diaboli ⁊ deſideria inutilia vt dicit apoſtolus. i. Timo. vi. ꝙ videtur ſignificare voluiſſe ſalomon quando dixit ne forte ſaturatus alliciar ad negandū ⁊ dicam quis eſt dominus.

Ad ſecundū ſic proceditur. videtur enim ꝙ paupertas fecerit in chriſto perfectionis ſtatum quia quod fecit ad perfectionē ſtatus diſcipulorum hoc fecit ad perfectionē chriſti a quo eorum perfectio deriuata eſt. ¶ Sed relinquere omnia ⁊ dare pauperibus fecit ad perfectionē ſtatus diſcipulorum. Math. xix. Si vis perfectus eſſe vade ⁊ vende omnia que habes et da pauperibus ⁊ veni ſequere me. ergo paupertas ſimiliter fecit ad perfectionem ſtatus chriſti

¶ Preterea chriſtus perfectionem poſuit ī vita contemplatiua. Luc. x. Optimam partem elegit maria que non auferetur ab ea. Sꝫ chriſtus maxime contemplationis fuit ergo paupertas que vite contemplatiue deſeruit faciebat ad eius perfectionis ſtatum.

¶ Preterea electio non eſt niſi de perfectiori. Eſt enim electio duobus preexiſtentibus vnū pre altero eligere vt Damaſ. dicit. Sed chriſtꝰ elegit pauperes magis quā diuites iuxta illud Iſa. ij. Nonne deus elegit pauperes ī hoc mūdo diuites autem in fide. ergo paupertas fecit ad perfectionis eius ſtatum.

¶ In contrarium eſt quia quod diminuit de perfectionis ſtatu in abraham qui fuit purus viator. non poterat diminuere de perfectionis ſtatu vel augere in chriſto qui fuit viator ⁊ cōprehenſor. Sed habundantia diuitiarum nō diminuit de perfectionis ſtatu in abraham qui exiſtens in opulentia diuitiarum perfectus fuit iuxta illud Gene. xvij. Ambula corā me ⁊ eſto perfectus.

¶ Reſpondeo dicendum ꝙ paupertatē feciſſe ad perfectionis ſtatum in chriſto dupliciter poteſt itelligi. Primo ꝙ feciſſet ad ſue ꝑfectiōis augmentū. Secundo ꝙ faceret ad noſtre imitationis exemplum. Primo modo nō poterat facere ad chriſti perfectionis augmentum perfectum enim eſt quod attingit terminū. chriſti autem perfectio ſiue loquamur de perfectione gratie vnionis. ſiue loquamur de perfectiōe gratie diuine fruitionis ab inſtanti conceptionis. chriſtus fuit in termino. Unde non potuit augmentari per aliquid aliud quod faceret ad ꝑfectionis ſtatum

Sed ſecundo modo fecit ad perfectionem quantum ad noſtre imitationis exemplum. Dicit enim Auguſtinus in libro de catheciȥādis rudibus. ꝙ terrena omnia bona cōtempſit homo factus dominus ieſus vt contēpnenda nobis monſtraret. ⁊ omnia terrena mala ſuſtinuit quē ſuſtinenda precipiebat. vt nec in illis quereretur felicitas nec in iſtis infelicitas timeretur Nam natus eſt de matre que quamuis a viro intacta permanſerit tamē fabro deſponſata erat in quo omnem tipum carnalis nobilitatis extinxit. Natus eſt in bethleem ciuitate que inter omnes ciuitates iudee erat exigua ex quo noluit quemꝗ de terrene ciuitatis ſublimitate gloriari. Pauper factus eſt cuius ſunt omnia. ne quiſquā cum in eum crederet de terrenis diuitijs auderet extolli. Noluit rex ab hominibus fieri. quia humilitatis oſtendebat viam eſurijt qui omnes paſcit. ſitiuit per quē omnis potus cauſatur ab itinere fatigatus eſt qui ſeipſū nobis viam fecit in celum. Crucifixus ē qui cruciatus noſtros ſuſtinuit. mortuus eſt qui mortuos ſuſcitauit.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ pauptas faciebat ad perfectionem diſcipulorum eo q̊d diuitie habent hominem impedire a conſecutione beatitudinis ⁊ aliorum bonorum ſpiritualium propter tria.

Primo ꝓpter nimiā ſolicitudinē ⁊ attētionē. Secūdo ꝓpter inſatiabilem affectionē. cū enī augeť cupiditas diminuit caritas ſcd'm augu. Tercio ꝓpter mentis elationē chriſtus autem ſicut nō poterat eſſe peccati capax ita predicta non poterant in eo facere ad perfectionis vel imperfectionis ſtatum.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ ſicut chriſtus ab inſtanti conceptionis fuit diuine fruitiōis contemplator ⁊ comprehenſor. ita fuit in contemplationis ſtatu perfectus vt in ſe non indigeret aliquo retractiuo vel adminiculo aliquo īductiuo ad ſue cōtemplationis perfectionem.

¶ Ad tertiū eſt dicendum q̊d chriſtus paupes elegit vt nemo ex ſua paupertate ſe contēneret. ſecurior eſt enim pauper in cella quā diues in purpura vt dicit Hiero. Pauperes ergo xp̄us elegit diuites nō reprobando vt nec ī diuitijs putaretur eſſe felicitas nec in paupertate timeretur infelicitas ſicut dictum eſt per Augu. neutrū tamen fecit ꝓpter ſui ſtatꝰ ꝑfectiōis augmētū ſed ꝓpter noſtre imitationis exemplum.

Ad tertium ſic proceditur. videtur enim quod chriſtus non ſic pauper fuerit q̊d mendicauerit hoſtiatim. Quod enim fuit in lege

ꝓhibitū chriſtus facere nō debebat cū ipſe nō venerit legem ſoluere ſed ad iplere Math. v. Sed deut. v. ſcribit. Omnino indigens ⁊ mēdicus nō erit inter vos.

¶ Preterea mendicans excludit vt non ſit ſemen chriſti iuſti iuxta illud pſal. Junior fui etenim ſenui ⁊ nō vidi iuſtū derelictū nec ſemē eiꝰ querens panem. chriſtus ergo cuius ſemen panem non petit mendicare nō debuit.

¶ Preterea qḋ ſacra ſcriptura ipꝛecat in vindictam iniuſtoꝝ chriſtus non debuit facere ſed mendicare ſacra ſcriptura ipꝛecat in vindictam maloꝝ. iuxta illud pſal. Nutantes transferant filij eius ⁊ mendicent ⁊ eijciantur de habitationibus ſuis.

¶ Preterea qḋ habet verecūdiā annexam aliquid turpitudinis videt habere. qꝛ verecundia nō eſt niſi de turpi. vt phs dicit. Sed mendicare habet verecundiam annexam ergo tale qḋ xp̄m facere non decebat.

¶ In contrariū ē quia qui nullū habet hoſpitium neceſſariū eſt vt ſibi hoſpitiū mendicando acquirat. ſed xp̄s nullū hoſpitium habuit. vt patet Math. viij. Vulpes foueas habent ⁊ volucres celi nidos filius autē hoīs non habet vbi caput ſuum reclinet.

¶ Rn̄deo dr̄ ꝙ ſicut Criſo. dicit ſup illo verbo Joh. xx. Multa fecit ieſus in cōſpectu diſcipuloꝝ ſuoꝝ que non ſunt ſcripta in libro hoc. multa ieſus fecit que nō ſolū iohannes immo nec alij euangeliſte oīa dixerunt. Sed illa tradiderunt que erant ſufficientia attrahere audientes ad fidem. Quis ergo in euangelio expſſe nō habeatur ꝙ xp̄s mendicauerit ſub vocabulo mendicantis habetur tn̄ expreſſe ꝙ victum petebat. Luc. xix. vbi ſcribit ꝙ ſuſpiciens Jeſus dixit zachee feſtinans deſcende qꝛ hodie in domo tua oportet me manere ſup quo verbo dicit gloſa ꝙ ⁊ ſi xp̄s nō vocē inuitantis audierat vidit tn̄ effectū. Planū eſt aūt ꝙ victū petere ante inuitationē nō eſt aliud ꝙ̄ mendicare gloſe tamē ſanctoꝝ in diuerſis locis libri pſalmoꝝ expreſſe dicunt ꝙ xp̄s nō ſolū paup fuit. ſed mendicus. nam ſup illo verbo. Ego autē mendicus ſum ⁊ paup dominus ſollicitꝰ ē mei gloſa exponit in pſona chriſti ſic loquentis. de me hoc dico qꝛ mendicus ſum ſcḋm ꝙ hō. Nā mendicus erat qꝛ ab alio petebat. paup vero qꝛ ſibi nō ſufficiebat. Et ſup illud. Ego vero egenus ⁊ pauper ſum deus adiuua me. gloſa exponit in pſona chriſti dicentis. Ego ſum egenus petens ⁊ pauper inſufficiens mihi. qꝛ mūdanas copias nō habebat ⁊ intus vbi diues erat ambibat deſiderabat ⁊ accipiebat. Et ſuper illud pſecutus eſt hominē inopē ⁊ mendicū ⁊ cōpunctum corde mortificare gloſa exponit de chriſto vt ſit ſenſus perſecutus ē hoīem inopē ⁊ mendicū puta chriſtū. Nā perſeq pauperes ſola ſeuicia eſt. Alij vero ꝓ diuitijs ⁊ honoribus interdū perſecutiōes hmōi patiunt.

¶ Ad primū ergo ē dr̄. ꝙ nō ꝓhibetur ibi qḋ aliquis nō ſit in ſtatu mendicitatis ⁊ paupertatis cum in eodē capitulo ſtatī ſubdat paupes in terra ſua nunꝙ̄ deerunt ſed prohibet ne ita ab alijs hō derelinquat vt in talē ſtatum incidat in quo eū oporteat ex neceſſitate mēdicare. vn̄ nō ꝓhibet mēdicitas ſ̄ ꝓcipit miſericordia.

¶ Ad. ij. eſt dr̄. ꝙ gloſa exponit illud verbum de pane ſpūali vt ſit ſenſus. Non vidi iuſtum derelictum nec ſemē eius querens panē ſpiritualē eo enim ipſo ꝙ iuſtus ē verbum dei ⁊ ſpiritualē cibū ſemp hꝫ preſentē. Si vero de pane naturali intelligitur ſenſus eſt ꝙ iuſti nō q̄runt talem panē quaſi a deo derelicti. cū eis dicatur ad hebre. vltimo. Sint mores veſtri ſine auaritia contenti preſentibus. ipſe enim dixit. non te deſeram neqꝫ derelinquam.

¶ Ad. iij. ē dr̄ ꝙ nullū ē incōueniens vt illud quod alicui in penā infligitur alteri in iuſticiā vertat. multi nanqꝫ ꝓpter peccata que ꝯmittūt rebus tēporalibus ſpoliant ⁊ tamē temporalibus ſpoliari ꝓpter xp̄m ad perfectionē iuſticie pertinet. mendicitas ergo in penā malefactoribus a deo indicitur. ⁊ tamē voluntarie aſſumpta a chriſto in noſtrum exemplū ad perfectionem iuſticie pertinebit

¶ Ad. iiij. ē dicendum ꝙ erubeſcētia ⁊ verecūdia ſemper eſt de turpi vt pulchro opponitur. Eſt autem duplex pulcritudo vna ſpiritualis que conſiſtit in debita ordinatione ⁊ affluētia bonoꝝ ſpiritualium. Unde omne quod procedit ex defectu ſpiritualis boni turpitudinē habet annexā. Alia eſt pulcritudo corporalis exterior que conſiſtit in debita ordinatione corporis ex affluentia rerum temporaliū ⁊ quod procedit ex defectu talis pulcritudinis turpitudinem habet coniunctam. Unde ſicut quelibꝫ pulcritudo deſideratur ita quelibet turpitudo habet verecundiam ⁊ erubeſcentiam annexam verum tamē turpitudo interior ſpiritualis boni eſt vituperanda. Sed turpitudo exterior boni temporalis vel corporalis propter chriſtum voluntarie aſſumpta eſt laudanda. Quantūcunqꝫ ergo mendicitas verecundiam habꝫ annexam voluntarie tamen aſſumpta per chriſtū in noſtrum exemplum laudanda eſt ⁊ predicanda.

AD. iiij. ſic ꝓcedit videt enī ꝙ xp̄us ſic paup fuerit ꝙ manibus laborauerit. Maioris enī pfectiōis fuit chriſtꝰ ꝙ̄ paulus. ſ̄ pfectionis fuit ī paulo laborare manibus cū tn̄ licite poſſet de ſtipendijs eccleſie viuere iuxta illud theſ. vltimo. Nocte ⁊ die opantes ne quē veſtꝝ grauaremus. nō quaſi nō habuerimus poteſtatē. ſed vt nos metipſos formam daremus vobis ad imitandum nos.

¶ Preterea xp̄s aſſumpſit carnem ex ſemine abrahe deſcendētē quā nuſꝙ̄ angelus apprehendit ſed ſemē abrahe vt ad hebre. ij. Sꝫ primo hominum in perſona omniuꝫ dictum ē. Gen. iij. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo.

¶ Preterea preceptū legis nature xp̄s tenebatur obſeruare. Sed ꝓceptū legis nature videt eē manibus laborare. Si enī caderet ſub conſilio ſolū apoſtolus nō dixiſſet. i. ad theſſo. iiij. Opemini manibꝰ vr̄is ſicut ꝓcepimꝰ vobis.

¶ In cōtrariū ē qꝛ ſup illo verbo Math. viij. Mulieres multe miniſtrabant ieſu de facultatibus ſuis. dicit Hiero. ꝙ cōſuetudis iudaice fuit vt mulieres de ſubſtantia ſua victū atqꝫ veſtitum ꝓceptoribus vel predicatoribus miniſtrarent. vnde domino de ſua ſubſtantia miniſtrabant vt meteret eaꝝ carnalia. cuiꝰ ille ſpiritualia merebant.

Rn̄deo dicendū ꝙ dei filius humanā naturaꝫ aſſumpſit vt vite exemplo ⁊ verbo doctrine homines ad celeſtia ꝓuocaret. vnde Luc. v. ſcribitur ꝙ cum turbe eum vellent detinere ne diſcederet ab eis dixit eis qꝛ ⁊ alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnū dei quoniā io miſſus ſum. Sup quo verbo dicit gloſa ꝙ poterat chriſtus in eodē loco manendo oēs attrahere ad ſe. hoc tn̄ nō fecit prebens nobis exemplum vt p ambulando requiramus pereuntes ſicut paſtor ouem pditā. ⁊ medicus accedit ad infirmū. vna enī anima recupata poterit aliquis mille delicta abolere. Sic aūt euangelizare regnum dei xp̄s tenebatur vſqꝫ ad exitum mortis ſue p ſeipſum ⁊ p alios vſqꝫ ad finē mundi vnde ſup illo verbo Johannis. ix. Me oportet opari opa eius qui miſit me donec dies eſt dicit gloſa ꝙ opera patris que xp̄s ſua eē mōſtrauit erant infirma ſaluare. debilia roborare. homines illuminare. que xp̄m oportebat operari donec vita hec cōſiſtit. Ad iſta aūt opera exequenda laborare manibus xp̄s nō poterat iuuari. ſed magis impediri. qꝛ artes mechanice habent intellectū a ſua opatione diſtrahere. et quis hoc in xp̄o nō habuiſſet locū eo quod ſimul ipſe erat viator ⁊ cōphenſor. ⁊ nō poterat ex aliquo in ſua ꝯtēplatione retardari. in exemplū tn̄ alioꝝ qui verbo predicationis debebāt inſiſtere nō decuit eū manibus laborare ad cibum vel veſtitū querendū maxime poſt inceptū ab eo predicationis officiū. Vn̄ ſuper illo verbo. Johan. iiij. Cū diſcipulis dicentibus nunquid aliq̄s attulit ei manducare. Reſpondit meus cibus eſt vt faciā voluntatē eius qui me miſit vt perficiam opus eius. dicit gloſa. Conſiderādū eſt ꝙ cibos ab alijs oblatos dominus ſuſcipere ſolebat. nō qḋ alieno miniſterio indigeret qui dat eſcā omni carni. ſed vt deferentes meritū conſequerent. ſimulqꝫ formam tradens nō erubeſcere paupertateꝫ neqꝫ graue putare ab alijs nutriri. ꝓpriū enī ⁊ neceſſariū ē doctoribus alios habere ꝓcuratores ciboꝝ vt ipſi de nullo curantes verbi miniſtrationem procurent ſollicite.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ perfectionis opus eſt attingere finem ſic ergo diuerſimode finis poteſt attingi ita diuerſimode pōt variari perfectionis ſtatus. finis ergo ad quē xp̄s venit erat humani generis ſalus. quā melius poterat procurare predicatiōis verbo quam laboris manualis exemplo. Paulus autē hunc eundem finem in caſu in quo fecit. magis procurauit manibus laborando quam ſumptus ab alijs recipiendo.

¶ Ad. ij. ē dicendū qḋ ibi labor accipit cōiter pro omni pena peccati ſecundū quem moduꝫ dicit Job qḋ homo ad laborem naſcitur. xp̄us ergo nō ſolum labores ſed penas immo plurimā penaꝝ ſuſcepit. qꝛ aſſumpſit mortalitatē. ⁊ ꝙ̄uis nō laborem manuum tanꝙ̄ nō conuenientem fini ad quē venerat. alios tamen labores ſuſcepit. Unde ſup illo verbo Johan. iiij. Jeſus aūt fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſup fontem dicit criſo. qḋ ſedebat non in throno aut in puluinari. ſed ſimpliciter vt contingebat ſuper terram. Nam feſſio propter laborem facta eſt. ⁊ propter eſtum refrigerans corpus ſedebat apud fontem.

¶ Ad tertium eſt dicendum qḋ laborare manibus ē preceptū nature in caſu naturali ⁊ ſpirituali. Naturali quidem vt ſi homo non haberet aliunde neceſſaria vite. teneretur ſibi victuꝫ per ſuum laborem procurare. In caſu vero ſpirituali tripliciter. Primo vero ꝓpter furta non committenda. Secundo propter aliena nō cōcupiſcenda. Tertio propter ocia vitanda. Primo modo laborem manuum precepit apoſtolus ad Ephe. iiij. Secundo prima Theſſolo. iiij. Et tertio. ij. Theſſolo. vltimo.

# ¶ Queſtio·lxxix. de criſti proprietate·

Einde videndū ē de xp̄i proprietate. Circa qđ querunt̄ quatuor. ¶ Primo vtrum xp̄s habuerit aliqđ ꝓprium. Secundo vtr̄ xp̄us aliquid habuerit in communi.

¶ Tertio vtrum xp̄us res ſibi oblatas poſſet conuertere in proprium vſum.

¶ Quarto vtrum rerum ſibi conceſſarum habuerit dominium ⁊ nō vſum tantum.

Ad primū ergo ſic ꝓcedit̄ videt̄ enī ꝙ xp̄s habuerit aliquid propriū. Sup illo enim verbo luce.ij. Reuerſi ſūt in galileam ciuitatē ſuam nazareth. dicit gloſa ꝙ in nazareth erat propriū habitaculū xp̄i marie ⁊ ioſeph. habere aūt propriā domum eſt habere aliquid proprium.

¶ Preterea ſicut xp̄s i hereditate paterna ſuccedebat patri iuxta illud luce.ij. Neſciſtis ꝙ in his que patris mei ſunt oportet me eē. ſic i hereditate materna ſuccedebat matri. ſed mater aliquid proprium habebat cum ex ſtirpe regali orta eēt ergo ſimiliter chriſtus.

¶ Preterea anteꝗ̄ chriſtus inciperet predicare non poterat de elemoſynis viuere qꝛ ex quo ſpiritualia non ſeminabat non poterat de iure carnalia metere. ante ergo triginta annos xp̄s aliquod proprium habuit. quia ante tale tempus predicare nō incepit.

¶ In contrariū eſt qꝛ chriſtus incepit facere qđ docuit. ſ3 Math.x. Mandauit non eſſe poſſidendum aliquod proprium nō aurum non argentum non pecuniam i zonis.

¶ Rn̄deo dr̄ ꝙ ꝓpriū pōt quantū ad preſēs dupliciter accipi. Primo vt opponit̄ fraterne charitati. Secundo vt opponitur vite cōitati. Primo nanq3 modo habere aliqđ proprium eſt auaroꝝ. Secundo mō habere aliqđ ꝓpriū ē laicoꝝ. Primo nanq3 mō accipit augu. propriū luce.xvi. ſup illo verbo hō quidā erat diues qui induebat̄ purpura ⁊ biſſo dicēs. ꝙ diues ille nō eſt damnat⁹ ꝙ rapuerit aliena. ſ3 qꝛ ſua ꝓpria lazaro pauperi nō erogauit. Scđo mō accipit̄ ꝓpriū. act.iiij. vbi dicit̄ ꝙ nec quiſꝗ̄ coꝝ que poſſidebat ꝓpriū aliquid ſuū eē dicebat. ſed erāt illis oia cōia. neutro aūt mō xp̄s habuit aliquod ꝓpriū qꝛ paupertatē elegit i ei⁹ ingreſſu in ei⁹ ꝑgreſſu. ⁊ in eius egreſſu. ab exordio enī introitus ei⁹ in mūdū pauperculam elegit matrē. pauperiorē patriā. vnde in capitulis ephesim ꝯalij ſic ſcribit̄. Exponat tibi venerabile preſepe pauꝑrimū habitaculū xp̄i q̄ dicat. celum vide preſepe ſedentis ſup cherubin vide pannis inuolutū qui pelagus arene cōſtrīxit. vide deorſum paupertatē diuicias ei⁹ ſurſū3 conſidera. In eius vero ꝑgreſſu ſeruauit paupertatē ſup illo verbo Math.viij. Vulpes foueas habēt dicit criſo. Aſpicite qualiter paupertatē quā chriſtus docuerat ꝑ opera demonſtrauit. nō enim erat ei menſa nō dom⁹ nō candelabꝝ. nec quicꝗ̄ taliū. In ei⁹ vero egreſſu crucis inſignia eius paupertatē oſtenderūt. in q̄ exterioribus rebus priuatus ē. vſq3 ad corporis nuditatē iuxta illud pſal. Diuiſerunt ſibi veſtimēta mea ⁊ ſup veſtē meā miſerunt ſortem.

¶ Ad primū ergo ē dicēdū ꝙ habitaculū iſtud nō erat chriſti nec marie ſed fuit ioſeph ſicut dicit glo. math.i. ſup illo verbo voluit occulte dimittere eā. nā ſuper illo verbo math.viij. vulpes foueas habent. expreſſe dicit Hiero. quid me propter diuicias ⁊ ſeculi lucra cupis ſequi. cum tante ſim paupertatis vt nec hoſpiciolum habeam ⁊ tecto vtar non meo.

¶ Ad.ij. ē dicendū ꝙ poterat chriſtus matrem multas poſſeſſiones habentē eligere. ſed h̄ nō fecit quantūcunq3 eēt ex regali ꝓgenie orta. ſed pauperculā ⁊ domum ꝓpriā nō habentē in q̄ eum pareret. vnde dicit criſo. ſuper illo verbo Math.ij. Inuenerunt pueꝝ cū maria matre eius. Inuenerunt inquid mariā nō diademate coronatam aut in lecto aureo recūbentē. ſed vix tunicā vnam habentē non ad ornamentu3 corporis ſed ad tegumentū nuditatis. qualem hr̄e poterat carpentarij vxor pegre cōſtituta.

¶ Ad.iij. ē dicendū ꝙ ſicut chriſtus ab infātia fuit plenus gratia ⁊ ſapientia ſic ſemꝑ habuit ius recipiendi carnalia ꝓ ſeminatione ſpūaliū necnō dn̄ium diſpenſandi alijs inquantū de⁹ nō tn̄ ante predicationē ⁊ diſcipuloꝝ vocationē legitur ꝙ ab alijs ſibi fuerit i neceſſarijs miniſtratum niſi a ſuis parentibus tantum ꝑ ei⁹ ⁊ eorum propriā procurationem. ⁊ proprium laborē. vnde ſuper illo verbo luce.ij. Deſcēdit cū eis ⁊ venit nazareth ⁊ erat ſubditus illis dicit gloſa ꝙ chriſtus ab ipſa primeua etate parentib⁹ obediēs quēlibet laborē corporeū hūiliter ⁊ reuerent̄ ſuſtinuit. Quis enī parentes eius honeſti ⁊ iuſti eēnt egenoꝝ tn̄ ⁊ neceſſarioꝝ penuriā patiebant̄ teſte preſepi miniſtro venerandi ꝑtus. vnde manifeſtū ē ꝙ ſudores corporeos ꝯtinue frequentabant. neceſſaria vite ſibi q̄rentes quib⁹ ieſus obediēs erat vt ſcriptura teſtatur cum ſuſtinendo labores ſubiectionē plenariam oſtendebat.

Ad ſcđm ſic ꝓcedit̄ videt̄ enī ꝙ chriſtus nō habuerit aliqđ in cōi. Dicit enī criſo. Iohan.xiij. ſup illo verbo loculos habebat iudas ꝙ himiꝝ nulli⁹ diſcipuloꝝ pecunias afferebat ſuper hoc qđ dicebat loculos habebat iudas occulte inſinuat̄. ꝙ quedā mulieres eum de ſuis facultatibus nutriebant nō ergo habuit aliquid in communi.

¶ Preterea ille non habuit aliquid in cōi cui ſemꝑ miniſtrabāt̄ neceſſaria ab alijs: S3 Hieron. dicit luc.viij. ꝙ mulieres miniſtrabāt dn̄o de ſua ſubſtantia ⁊ diſcipulis ei⁹ i victu ⁊ veſtitu non erat ergo neceſſarium aliquid in communi ſeruare.

¶ P̄ ille qui hoſtiatim mendicat non cogit̄ aliquid in cōi ſeruare. Sed xp̄s mendicabat ab alijs petendo vt ſupra dictum eſt. nō ergo tenebatur aliquid habere in communi.

¶ P̄ qđ ē maioris ꝑfectionis chriſto attribuendum ē. Sed maioris ꝑfectionis ē nō habere ꝓprium ⁊ non hr̄e aliquid in cōi ꝗ̄ habere qꝛ remotior fit hō ab omni ſolicitudine tꝑalium ergo chriſto attribuendum eſt.

¶ Preterea qui recipit nihil in craſtinū ſeruari. non debet aliquid ſeruare ad cōem ꝓuiſionem. Sed xp̄us Math.vj. precipit nihil in craſtinum ſeruari, non ergo xp̄us aliqđ habuit in communi.

¶ In ꝯtrarium ē ꝗ ſcribit̄ Iohan.xiij. loculos habebat iudas. ſup quo verbo dicit Augu. et ponit̄.xij.q.i. habebat dominus loculos a fidelibus oblata conſeruans ſibi ⁊ ſuis neceſſitatibus ⁊ alijs indigentibus tribuebat.

¶ Rn̄deo dr̄ ꝙ phs.i.polit̄. duo genera diuiciaꝝ diſtinguit. naturales ⁊ artificiales. Si ergo querit̄ an xp̄s habuit aliquid in cōi in diuitijs naturalibus vt in poſſeſſionib⁹ domib⁹ ⁊ armentis planū ē ꝙ nō. Dicit enim Hieron. Math.xvij. ſuper illo verbo vade ad mare ⁊ mitte hamū ⁊ eū piſcē qui primo aſcenderit tolle ⁊ ſtaterē in ore eius inuentū da eis pro me ⁊ te. hoc verbū ſimpliciter intellectū edificat auditorē dum audis dn̄m tante fuiſſe paupertatis vt vnde tributa ꝓ ſe ⁊ apl̄o redderet nō habuerit. Et idē Hiero. dicit Math.xxi. ſuper illo verbo relictis omnibus abijt foras hic intelligendū ē ꝙ dn̄s tante fuit paupertatis ⁊ ita nulli adulatus ē vt in vrbe maxia nullū hoſpitē nullam inueniret manſionē. Cōgruū aūt fuit chriſtū qui ꝓpter nos paupꝫ factus ē etiā tales diuicias naturales in cōi cū ſuis diſcipulis maxime non habere. eo ꝙ poſſeſſiones tales maximā ſolicitudinē mentis requirunt. vt nedum eccleſiaſtici viri diuino cultui vacantes imo laici vitā ſecularem agentes ad executionē ipſaꝝ vix ſufficiunt. Sed ſi querat̄ an xp̄us aliquid habuerit in cōi in diuitijs artificialibus ⁊ i his que poſſunt nūmiſmate menſurari. Planum ē ꝙ ſic. dicit enī gloſa ioh an.xij. ꝙ xp̄s cui angeli miniſtrabant loculos habuit in ſumpt⁹ pauꝑeꝝ condeſcendēs neceſſitati infirmoꝝ. Qualiter enim diſcipuli abijſſent i ciuitatē vt cibos emerent niſi pecuniam habuiſſent. vt ſcribitur Iohan.iiij. vbi dicit Augu. ꝙ iuerunt diſcipuli emere cibos. ⁊ emerunt ⁊ chriſto obtulerunt dicentes. Rabi manduca.

¶ Ad primū ergo ē dr̄. ꝙ gloſa illa intelligenda eſt. chriſtū non repleuiſſe loculos quos habebat ex poſſeſſionibus vel domoꝝ penſionibus ſeu ex alijs naturalibus diuitijs: ſed magis ex his que a ſanctis mulieribus ⁊ alijs criſti fidelibus ſibi adminiſtrabantur ex quo non infringitur terminatio ſuperius facta ſ3 magis confirmatur.

¶ Ad ſcđm eſt dicendum ꝙ mulieres nō erāt ſemꝑ in comitatu xp̄i prouidentes ſibi i victu ⁊ veſtitu. vnde neceſſarium erat aliquid i communi ſeruare ad prouidendū coꝝ neceſſarijs ſicut patuit. quando iuit in ciuitatē ſamarie vbi neceſſarium fuit diſcipulos mittere ad emēdū cibos.

¶ Ad.iij. ē dr̄. ꝙ qui mendicat petendo ab alijs ita pōt petere pecuniā ſicut alia neceſſaria. Eſt enī ipſe denarius fideiuſſor ꝓ oībus neceſſarijs habendis. vt philoſophus dicit. vn̄ pecunia in loculis ſeruata poterat eſſe mendicando acquiſita. ⁊ voluntarie a xp̄i fidelib3 oblata. ex quo habita non erat de vineis vel agris ſeu de alijs redditibus.

¶ Ad quartum ē dicendum ꝙ xp̄s non ſolum perſonam ꝑfectorum veꝝ etiam infirmoꝝ aſſumpſit. in quoꝝ perſona dicebat. Triſtis ē anima mea vſq3 ad mortē. vnde qꝛ preuidit infirmos futuros. ⁊ iſta tꝑalia queſituros. eoꝝ perſona3 ſuſcipiens loculos habere voluit. nō tamen ex poſſeſſionib⁹ ⁊ naturalib⁹ diuicijs repletos ſ3 a chriſti fidelibus replendos. in hoc ſollicitudinem temporalium remouens. ⁊ eoꝝ infirmitati condeſcendens.

¶ Ad.v. ē dicendū ꝙ augu. ſoluit argumentū Ioh.xiij. dicens ꝙ tunc quū chriſt⁹ loculos habuit primū eccleſiaſtice pecunie forma ē inſtituta vt intelligerem⁹ qđ precepit nō eē cogitādū de craſtino nō ad h̄ fuiſſe preceptū vt nihil pecunie ſeruet̄ a ſanctis ſ3 ne deo ꝓpter iſta ſeruiatur ⁊ propter inopie timorem iuſticia deſerat̄.

Ad tertiū ſic procedit̄. videtur enim quod chriſtus res ſibi oblatas in

ꝓpriū vſum non poſſet conuertere. Dicit enim
Hieronymus. Mathei. xvij. Si q̄s obijcere
voluerit quomodo chriſtus tributum ſoluere
non poterat cum Judas in loculis pecuniam
portaret. Reſpondebimus q̄ res pauperꝝ in
vſus ſuos conuertere nephas putauit nobiſq̄
idem tribuit exemplum.

¶ Preterea ioban. xiij. dicit criſo. φ xp̄us qui
nō perā non virgam nō auꝝ nō argentū iubet
deferre loculos ipſe ferebat ad inopū myſteriū
nō ergo in ꝓprium vſum ꝯuertere poterat.

¶ Preterea q̄ nō licet facere ep̄o ꝓpter per/
fectionis ſtatum. multo fortius nō licebat xp̄o
Sed ſcribit. xij. q. i. nō licet ep̄o res eccleſiarū
in proprios vſus conuertere. ergo multo ma/
gis nō licebat chriſto.

¶ In ꝯtrariū ē. ſcribit enī ioban. iiij. φ diſci/
puli abierant in ciuitatē vt cibos emerent. pe/
cuniam ergo a xp̄i fidelibus oblatā in ꝓpriuꝫ
vſum ⁊ ſui ⁊ ſuoꝝ diſcipulorum conuertebat.

¶ Rūdeo dicendū φ ordo charitatis requirit
vt rerꝝ cōmuniū diſpenſatores hoc ordine di/
ſpenſent. vt primo ſibi ⁊ ſuis ſeruientib⁹ in ne
ceſſarijs prouideat ⁊ poſtmodū pauperibus ⁊
vſibus fideliū ſubminiſtrent. Unde ſcribit. xij.
q. i. c. ſi ergo. φ licet res eccleſie oībus debeant
eē cōes. primū tamē ſibi ſubaudi prelat⁹ ⁊ ſue
eccleſie deſeruientibus neceſſaria ſubminiſtret.
⁊ reliqua que ſupſunt fidelium vſibus diſpen
ſet. hunc autē ordinē xp̄s de rebus ſibi a fide/
libus oblatis ſeruabat. q̄ primo de eis ſibi ⁊
ſuis diſcipulis in neceſſarijs prouidebat. dein
de alia pauperibus erogabat.

¶ Ad primū ergo ē dr̄ φ chriſtus iam proba
uerat ſe nō teneri ad tributū ſoluendū. cū ipſe
eſſet rex ⁊ filius regis eterni. ſolum ergo ꝓpter
ſcandalū paſſiuū vitandū. tributum ſoluit. ne
phas ergo putauit illud q̄ debebat paupib⁹
ꝯuertere in vſum ad quē ipſe nō tenebat. Sic
etiā in hoc datur exemplum prelatis eccleſie. vt
res diſtribuendas pauperibus nō ꝯuertant in
alios vſus improprios vel ſingularis vtilita/
tis. ad quos ille res ordinate non ſunt. nō enī
res quas a fidelibus xp̄s recipiebat ordinaue
rat ad tributi ſolutionē conuertendas. ſed ad
pauperum ſuſtentationem.

¶ Ad ſcd̄m ē dicēdū q̄ loculos habebat xp̄s
ꝓpter ſumptus pauperꝝ ⁊ ipſe ⁊ apoſtoli eius
pauperes erāt. vnde ſibi ⁊ ſuoꝝ neceſſitatib⁹ ⁊
p⁹modū alijs idigētib⁹ erāt oblata diſtribuēda

¶ Ad. iij. ē dicendū q̄ illud decretum intelli/
gitur ne epiſcopi res mobiles vel immobiles
accipiant de ſubiectis eorum plebibus ⁊ alijs
pijs locis aſſumant in proprium vſum. ⁊ i pro
priam vtilitatem maioris eccleſie. ne ex h̄ ma/
iores enormiter locuplentur. ⁊ minores ex tali
facto pauperes inueniantur.

Ad. iiij. ſic proceditur. videtur enim q̄ xp̄s rerum ſibi cōceſſaruꝫ habuerit dominium nō vſuꝫ tm̄. xp̄s enī habe
bat pecuniā in cōmuni q̄ loculos portabat.
iudas vt ſcribit Joh. xiij. Sed in pecunia trāſ
fertur dominium rei cum vſu alias vſura non
eēt peccatū. ſi in pecunia vſus poſſet haberi re
tento dominio eius. ergo chriſtus habuit do/
miniū rerꝝ ſibi a fidelib⁹ ꝯceſſarꝝ nō vſū ſolum

¶ Preterea in rebus cōſumptibilibus domi
nium non pōt ſeparari ab vſu. In talib⁹ enim
nec vſus iuris nec vſus facti ſeparatur a rei pro
prietate. In pane enim vino ⁊ carnib⁹ ac om/
nibus conſumptibilibus qui habent vſum fa
cti ⁊ iuris habent dominium. Sed chriſtus nō
niſi res cōſumptibiles habebat ſibi a fidelib⁹
oblatas. ergo habendo vſum habebat dn̄ium

¶ Preterea concedere vſum rei nō ē concede/
re actū vtendi. ſed ius vtendi. qui enim conce/
dit equum alicui nō concedit ſibi actum equitā
di. ſed q̄ actum illū in equo valeat exercere. et
ſic concedit ius vtendi. q̄ quidem ius vel do/
miniū in rebus cōſumptibilibus nō ſeparatur
ab vſu. habendo ergo xp̄s in rebus ſibi obla/
tis vſum habebat ius ⁊ dominium.

¶ Preterea prelati eccleſiarum nō habēt do/
minium ⁊ proprietatē in rebus eccleſie. vt om
nes canones damāt. vnde nec eas poſſunt alie
nare nec de eis teſtamentum condere. domini/
um ergo temporalium rerum ſi aliquis debet
habere non niſi papa qui ē vicarius chriſti xp̄s
ergo principalit̄ habuit dominiū bonoꝝ eccle
ſie preſentium ⁊ futuroꝝ non ſolum vſum.

¶ Preterea religioſi pauperes non habēt ali/
quod proprium nec habent aliquas poſſeſſio
nes in ꝯmuni ⁊ tamen comedunt ⁊ bibunt de
elemoſinis eis oblatis a chriſti fidelibus. Si
ergo in talibus nō habent aliquod proprium
dominiū niſi vſum ſolum. apud quem reſidet
dominium predictoꝝ. non niſi apud papaꝫ q̄
eſt vicarius chriſti. xp̄s ergo nō ſolum vſū ſim/
mo dominium habuit in rebus ſibi conceſſis.

¶ In contrarium ē quia habere dominiuꝫ rei
eſt habere poſſeſſionem rei. ſed chriſtus prohi/
buit Mathei. x. Non eſſe poſſidendum auruꝫ
non argentum nō pecuniam i zonis. ergo xp̄s
rerum ſibi conceſſarum ſolum vſum habuit nō
dominium.

¶ Reſpondeo dicendum φ poſſumus diſtin/
guere quantum ad preſens triplex dominium
vt dicamus quod ē dominium vſus rei. ē do/
minium rei. ⁊ dominium diſpenſandi vel ad/
miniſtrandi rem. Dominium igitur vſus rei in
rebus cōſumptibilibus quarum vſus ē ipſarū
conſumptio non ſeparatur ab vſu eius. In re
bus vero ſtabilibus quaꝝ vſus nō eſt eaꝝ con
ſumptio dominiuꝫ poteſt ſeparari ab vſu. Sꝫ
dominium diſpenſandi ⁊ diſtribuendi rē pōt
ſeparari ab vtroq̄. Nam qui habet dominiuꝫ
adminiſtrandi vel diſpenſandi res aliquas eo
modo diſpenſat quo natura rei diſpenſabilis
vel adminiſtrabilis requirit. Quando ergo di
ſpenſat vel adminiſtrat res conſumptibiles q̄/
rum vſus ē earum conſumptio adminiſtrando
vel diſpenſando vſus adminiſtrat dominium
vſus illis cū quibus diſpenſat vel adminiſtrat
retento ſibi dominio ſemꝑ diſpenſandi vel admi
niſtrandi. Sed quando adminiſtrat vel diſpē/
ſat res ſtabiles quaꝝ vſus nō eſt earum cōſum
ptio poteſt adminiſtrare vel diſpenſare cū ali/
quibus concedendo dominium ⁊ vſum ⁊ pōt
ſic diſpenſare vt cōcedat vſum illaruꝫ rerum re
tento ſibi dominio ipſarum ſimul cum domi/
nio diſpenſandi vel adminiſtrandi. Dominiū
ergo diſpenſandi omnes res creatas effectiue
principaliter reſedit. ⁊ reſidet apud chriſtū tam
conſumptibiles q̄ ſtabiles. vnde illud verbuꝫ
pſal. Non accipiam de domo tua vitulos. glo
ſa exponit in perſona chriſti ſic dicentis. Non
accipiam de domo tua quia nō ſunt tua ſꝫ mea
cur ergo querā a te quod meū ē qui creaui. Nā
mea ſunt que nō poſſides vt in domita q̄ mee
ſunt omnes fere ſiluaꝝ et domita que tu numiſ
⁊ poſſides. quia mea ſunt iumenta in monti/
bus ⁊ boues ⁊ hoc quantum ad res ſtabiles.
Quantū vero ad res cōſumptibiles ſubdit. ſi
eſuriero nō dicam tibi quaſi dicat nō dicaꝫ tibi
vt paſcas me. quia ſi aliqua datis ad paſcen/
dum forſan me eſurire putatis q̄ eſt inſania.
Non ergo queras quid mihi des q̄ ſine labo/
re habeo quod volo. meus ē enim orbis terre
⁊ plenitudo eius loco autē chriſti in terra diſpē
ſator ē papa. vnde puto φ dominium diſpen/
ſandi omnes res tam ſtabiles q̄ conſumptibi/
les apud papam reſidet effectiue principaliter
vice chriſti. Adminiſtratiue vero inſtrumentali
ter dominium talium reſidet apud chriſti fide/
les qui ſimiliter eo ordine adminiſtrant eccle/
ſiaſticis viris religioſis vel clericis res tempo/
rales pro ſeminatione ſpiritualiū quo ipſe res
ſunt apte nate adminiſtrari. quia res ſtabiles
quandoq̄ adminiſtrant cōcedendo vſum reti
nendo dominiū. Res vero ꝯſumptibiles q̄rū
vſus ē eaꝝ cōſumptio ſic adminiſtrant. vt cōcedē
do vſū cōcedant dominiū vſus retento ſemper
dn̄io adminiſtrandi. xp̄s ergo rerꝝ ſibi ꝯceſſarꝝ
habuit vſū ⁊ dn̄ium vſus ſimul cū dn̄io diſpē
ſandi effectiue principaliter adminiſtratiue ta/
mē inſtrumētaliter dn̄ium taliū apud illos reſi
debat a quibus ſibi talia neceſſaria adminiſtra
bantur.

¶ Ad primū ergo ē dr̄ φ quicunq̄ adminiſtrat
vel diſpenſat pecuniā alicui retento ſibi domi
nio diſpenſandi vel adminiſtrandi nō ꝯmittit
vſuram q̄ ꝯcedit ſibi vſū ⁊ dn̄ium vſus. Do/
miniū enī diſpenſandi vel adminiſtrādi non ē
ſuper rē cōceſſam ſi res cōſumptibilis ē. ⁊ ſi eſt
res cum qua ſimul ſit tranſferibile dominiū cū
vſu ex natura rei. Sed ē ſuꝑ res alias a quib⁹
ille res cōceſſe cōſumptibiles vel trāſferibiles
originē ſumpſerunt quantū ad adminiſtrātes
vel ē ſuꝑ poteſtatē cōcedēdi vel recipiendi quā
tum ad ſummos pontifices diſpenſantes.

¶ Ad ſcd̄m ē dr̄ φ quicunq̄ diſpenſat vel ad
miniſtrat rē cōſūptibilē ꝯcedēdo vſū cōcedit do
minium vſus quia natura rei ſic requirit.

¶ Ad. iij. eodē mō φ cōcedendo ius vtēdi in re
ꝯſūptibili ꝯcedit dn̄ium vſus. Secus autem ē
in re ſtabili cuius vſus nō ē cōſumptio ei⁹. In
hoc enī dn̄ium pōt ſeparari ab vſu ⁊ natura rei.

¶ Ad. iiij. ē dr̄. φ hug. notat. xij. q. i. c. expedit
duplicē modū dicendi de dn̄io rerū eccleſiarū.
Unus ē φ dn̄ium taliū rerū ē ipſi⁹ eccleſie pu
ta ipſius loci ſacrati cōcluſi in parietibus eccle
ſie qui in nulli⁹ bonis ē. Nā res ſacre ⁊ religio
ſe in nullius bonis ſunt. Alius modus dicendi
eſt φ dn̄ium talium rerum ſit ipſius chriſti. eo
φ talia bona deputata ſunt clericis ⁊ pauperi/
bus ad vſum eorum. In quorū pſona dicit̄ fi
eri chriſto q̄ eis fit. ⁊ hoc verum puto effectiue
principalit̄. Adminiſtratiue tn̄ miniſterialit̄ apud
illos reſidet a q̄b⁹ clericī ⁊ paupib⁹ adminiſtrant̄
Sicut enī i prelatis eccleſie reſidet ius petendi
vſū neceſſariorū quātū ad dn̄ium iuris ⁊ quan
tū ad dn̄ium facti iuxta illud Math. vi. Pre
cepit eis ne q̄d tollerent i via niſi virgā tm̄. ſuꝑ
quo verbo dicit augu. φ prās recipiendi neceſ
ſaria noīe virge ſignificata ē. ſic apd̄ laicos ſēꝑ
reſidet dn̄ium adminiſtrādi. q̄ ſicut lꝫ eis tp̄alia
poſſidere quātū ad dn̄ium ⁊ ꝓprietatē. vn̄ pn̄t
ipſa alienare ⁊ de eis teſtamētū condere ſic tali
iure ⁊ tali dn̄io retento tenent̄ clericiſ neceſſaria
miniſtrare in rebus ſtabilibus vel conſumptibi/
libus cum conditione ipſarum rerum.

¶ Ad. v. ē dr̄ φ res ꝯſūptibiles q̄bus vtūtur
¶ Ad. ij. ē dī. ꝙ ſecus ē de mentiri ⁊ peccare ⁊ de generare. quia generare importat effectū poſitiuū. mentiri vero vel peccare cum ſint quedā priuationes nō habent de ſe rōnem effect⁹ agibilis ⁊ producibilis. Unde poſſe ipſoꝝ non ē poſſe ſꝫ deficere a poſſe. In xp̄o vero vbi non erat defectibile poſſe nō poterat eſſe mendaciū neq3 peccatum. Generare vero de ſe habet rationem effectus agibilis ⁊ producibilis. iō chriſto non repugnabat ratione potentie ſed propter rationes ſuperius dictas.

¶ Ad tertium eſt dicendū ꝙ licet ſuppoſiti ſit agere vel pati neutrum tamen ſibi conuenit niſi rōne nature. Unde ſicut chriſtus vere comedebat ⁊ bibebat non obſtante ꝙ ſpiritus nec comedit nec bibit. quia talia licet eſſent actus ſuppoſiti ſpiritualis puta ſuppoſiti diuini. cōueniebant tamen ſibi rōne humane nature ita generare potuiſſet ⁊ eſſet actus illius ſuppoſiti ratione tamen nature aſſumpte.

Ad ſecundum ſic proceditur. videt enim ꝙ chriſtus propter perfectionis ſtatum debuerit vitare carnale coniugium. quia quod facit ad ꝑfectionem ſtatus in membris facit ad perfectionem ſtatus in capite. ¶ Sed continentia facit ad perfectionem ſtatus in mēbris ſicut pꝫ Matth. xix. verbo ⁊ exēplo. verbo quidē q2 q̄ pōt capere capiat. Exēplo vero ſicut eunuchi q̄ ſeipſos caſtrauerunt propter regnum celorum ergo faciebat ad perfectionem ſtatus in chriſto capite.

¶ Preterea ꝯſiliū eſt de ꝑfectionis ſtatu. Sꝫ xp̄s de cōtinentia per apoſtolū dedit conſiliū i. Coꝛ. vij. De virginib⁹ preceptū domini non habeo. conſiliū autē do. ¶ Preterea Aug⁹. dicit q2 continentia cōiugalis ē bona. vidualis melioꝛ ⁊ virginalis optima. ſed optimus ſtat⁹ cōueniebat optimo homini. xp̄o ergo qui fuit optimus homo conueniebat.

¶ In cōtrariū. q2 ſtatus optimus ē cōprehenſoꝝ. Sed chriſtus in primo inſtanti ſue conceptionis fuit cōprehenſoꝛ ergo carnale ꝯiugiū nō poterat facere ad ei⁹ ꝑfectionis ſtatum.

¶ Reſpondeo dī. ꝙ vitationē coniugalis copule facere ad ſtatum perfectionis in xp̄o dupliciter quantū ad preſens pōt intelligi. Primo ꝙ faceret ad eius ꝑfectionis ſtatū cōſequendū. Secundo ꝙ faceret ad eius ꝑfectionis ſtatum alijs demonſtrandū. Primo modo vitatio coniugalis copule nō faciebat ad eius perfectionis ſtatū. fuit enī xp̄s ſimul viatoꝛ ⁊ cōprehenſoꝛ ⁊ ſicut fuit ſimul in ſtatu viatoꝝ ⁊ comprehenſoꝝ. ſic eoꝝ opera quāuis nō facerēt ad perfectionis eius ſtatus cōſecutionē. q2 iā ſtatum cōprehenſoꝝ habebat. faciebant tamen ad perfectionis ſtatus viatoꝝ directionē ⁊ regulationē. in quo ipſe per corporis paſſibilitatem exiſtebat. habebat autē ſtatus continentie ſupra ſtatum cōiugalē quaſi ſex preeminentias. Habet nanq3 primo maiorem dignitatē. quia ꝑ continentiā hoīes aſſimilant angelis. Secūdo maiorē puritatē. trahitur enim ſpiritus per actum coniugalē ad immundiciam carnis ⁊ efficitur quaſi caro. Tertio habet maiorē libertatē q2 vxoꝛ nō habet poteſtatē ſui corporis ſed vir. Quarto habet maiorem vnitatē q2 qui cū vxore eſt. ſollicitus ē quomodo placeat vxori ⁊ diuiſus eſt. Quinto habet maiorem ſanctitatem quia cōiugati tribulationē carnis habent. ⁊ impulſionē maiorem q̄ nō ꝯiugati. Sexto habet maiorem vtilitatē quia maius premium ⁊ maioꝛ fructus ſibi debetur.

¶ Ad primum ē dicendū ꝙ perfectio mēbroꝝ eſt perfectio capitis nō quidē cōſequendo ſed ꝯmunicando. Cōmunicat enim xp̄s qui eſt caput eccleſie ſuā ꝑfectionē ⁊ ad eam imitandam induxit ſua membra verbo ⁊ exemplo nō tamē ſuam perfectionē conſecutus eſt per ſuoꝝ membrorum ſtatus perfectionē.

¶ Ad ſecundum ē dī. ꝙ de continentia xp̄us conſiliū dedit quia tale conſilium expediens erat ſuis membris ad conſequendum ꝑfectionis ſtatum ⁊ ipſe in ſe tale conſilium ſeruauit verbo ⁊ opere. nō quidem propter ſui ſtat⁹ perfectionis conſecutionē ſed propter ſue perfectionis imitationē.

¶ Ad tertium ē dicendum ꝙ continentia virginalis eſt optima quantū ad ſtatum viatorum ⁊ eſt quedam ſimilitudo ⁊ participatio ſtatus comprehenſorum quē ſtatum chriſtus ꝯſecut⁹ eſt ab inſtanti ſue ꝯceptionis nō per virginalē ꝯtinētiā ſed ꝑ vnionis ⁊ vbertatis gratiam

Ad tertium ſic proceditur. videtur enī ꝙ xp̄s a ſtatu ꝑfectionis decidiſſet in carnali cōiugio viuendo. Dicit enim Aug⁹. ꝙ cōiugalis copula cōcupiſcentiam nō extinguit ſed mitigat. perfectionis ergo ſtatus non ſtat cum copula coniugali.

¶ Preterea xp̄s ſuſcepit ꝑſonā perfectorum ⁊ infirmoꝝ in his que deſeruiunt virtuti nutritiue p̄cipiens. quandoq3 nihil poſſidenduꝫ ⁊ nihil ſeruandum in perſona perfectorum. Aliquando vero loculos habendū ⁊ aliquid ſeruandum in perſona infirmoꝝ. ergo ſimilit facere debuit in his que deſeruiunt virtuti generatiue vt quandoq3 ſeruaret cōtinentiā in ꝑſona perfectoꝝ ⁊ quandoq3 copulam coniugalē experiretur in perſona infirmorum ſtatum ſue ꝑfectionis diminuendo.

¶ Preterea chriſtus conſtituit ſtatum perfectionis in continentia virginali non coniugali ergo viuendo in carnali coniugio a ſtatu perfectionis decidiſſet.

¶ In contrarium eſt quia abraam perfect⁹ fuit Gen. xvij. Ambula coram me ⁊ eſto perfect⁹ ⁊ tamē fuit in ſtatu coniugali. ergo multo fortius chriſtus viuendo in carnali coniugio potuit ſtare in perfectionis ſtatu.

¶ Reſpondeo dicendum q' ſicut dicit Auguſtinus in libro. lxxxiij. queſtionum. Mūdi curſus per quatuoꝛ ſtatus tranſitum habet. Primus enī ſtat⁹ fuit iuſticia originalis. Secund⁹ peccati actualis ⁊ originalis. Tertius gratie ſalutaris. Quart⁹ erit beatitudinis eternalis. De quolibet autem iſtorum ſtatuum chriſt⁹ aliquid accepit. Nam de primo ſtatu accepit iuſticiam originalem ⁊ peccati immunitatē. De ſecūdo vero corporis paſſibilitatē ⁊ mortalitatem. De tertio gratie vbertatem. De quarto comprehenſorum aperte viſionis claritatem. Uiuendo ergo chriſtus in carnali coniugio non decidiſſꝫ a ꝑfectiōe p̄mi ſtat⁹ quia veſtitus iuſticiā originali multo nitidius ⁊ ſanctius fuiſſꝫ vſus illo actu q̄ hō ante peccatū in quo vt dicit auguſtinus. fuiſſet nuptie ⁊ thorus immaculatus ſine omni pruritu libidinis. Nec a perfectione

ſecundi ſtatus. qꝛ ſi ſimul ſtabãt in ſuppoſito
verbi incarnati cũ pfectione ⁊ abſq omni dero
gatione nature diuine corporis aſſumpti paſſi
bilitas ⁊ mortalitas. ergo multo fortius abſq
omni derogatiõe pfectionis illiꝰ ſuppoſiti po
terat ſtare actus cõiugalis copule. Nec a pfecti
one tertij ſtatus decidiſſet. qꝛ ſi virginitas ſoꝶ.
nõ prefertur in merito gratie ſcðm augu. carna
li copule ab habe multo magis cũ gratie vber/
tate potuiſſet in xp̃o ſtare carnale cõiugiũ. Nec
ſimiliter a pfectione quarti ſtatus q. ꝛ ſi exiſtens
in cruce xp̃s nõ ĩpediebat in fruitione apte vi/
ſionis diuine rõne cruciatus ⁊ doloris corpo
ralis. multo fortius ergo xp̃s in tali beatitudi/
ne nõ fuiſſet retardatus rõne actus copule con
iugalis. ¶ Ad primũ ergo ẽ dicendũ ꝙ nec ex
tinctio nec mitigatio concupiſcentie in xp̃o ha
buiſſet locũ multo magis ꝙ in primo ſtatu an/
te peccatũ eo ꝙ ipſe ſimul cũ iuſtitia originali
habuit plenitudinẽ gratie ⁊ ſimul erat in ſtatu
viatoꝝ ⁊ cõprehenſoruꝫ que in primo ſtatu in
nullo fuiſſent inuenta. ¶ Ad. ij. ẽ dð ꝙ nõ ẽ ſi
mile qꝛ virtus nutritiua cũ faciat ad cõſeruati/
onem indiuidui ẽ cõis oibus pfectis ⁊ imper/
fectis: Sed virtus generatiua cũ faciat ad ↄſer
uationẽ ſpeciei nõ ẽ cõis omnibus. Conuenit
autẽ ſolum infirmis ⁊ nõ pfectis. Eſt enim ipſa
continentia mons magnꝰ ad quẽ oĩs nõ pñt
aſcendere. Unde ſup illo verbo Geñ. xix. Nõ
poſſum in montẽ ſaluari ne forte apprehendat
me malum ⁊ moriar. Eſt ciuitas hic parua ad
quã poſſum confugere ⁊ ſaluabor in ea. Dicit
gloſa ꝙ virginitas altus mons ẽ ad quẽ ange
lus hortat aſcendere qñ dixit Loth. Noli reſpi
cere poſt tergum tuum. ſꝫ in monte ſaluũ te fac
veꝝ tamẽ qui videt ſe nõ poſſe aſcendere taleꝫ
montẽ. maneat in ſegor. q̃ erat ciuitas pua in
valle poſita. quia qui nõ poteſt cõtinere ⁊ vir/
ginitatem ſeruare debet manere in legitio ma/
trimonio. xp̃s ergo in his que ſeruiebant virtu
ti nutritiue que cõis erat omnibus. perſonam
perfectorum ⁊ infirmorum aſſumpſit. Sed in
his que ſeruiebant virtuti generatiue. que con
ueniebat quibuſdam ⁊ quibuſdam nõ aſſum/
pſit perſonam perfectorum ſed non infirmorũ.
¶ Ad tertium ẽ dicendum ꝙ ſicut xp̃s conſti/
tuit ſtatum perfectionis in cõtinentia virgina/
li. ſic in illo ſtatu vixit nõ propter ſue perfectiõ
nis conſecutionem. ſed propter ſuorum mem/
brorum imitationem.

## ¶ Queſtio. lxxxiiii de apoſtolorum uo catione.

POſtquã viſum eſt qualiter
ſtatus perfectio in xp̃o fuit ex
emplariter demonſtrata. nũc
videndum eſt quõ ab eo tan
quã a capite eſt in eiꝰ apoſto
los deriuata. Circa qð. viij.
videnda ſunt.
¶ Primo de apoſtolorum vocatione.
Secundo de eorum predicatione.
Tertio de eorum conuerſatione.
¶ Quarto de eorum perfectione.
Quinto de eorum prelatione.
Sexto de eorum paupertate.
¶ Septimo de eorum caſtitate.
Octauo de eorum obedientia ⁊ humilita/
te. Circa primum queruntur quattuor.
¶ Primo vtrum apoſtoli prius vocati fuerit
ad ſtatum religionis quã prelationis.
¶ Secundo vtrum apoſtoli poſt exercitationẽ
mandatoꝝ fuerint vocati ad religiõis ſtatum.
¶ Tertio vtrum apoſtoli poſt eoꝝ vocationẽ
profecerint in perfectionis ſtatu.
¶ Quarto vtruꝫ apoſtoli prius fuerint a chri
ſto baptizati quã ad apoſtolatum vocati.

AD. i. ergo ſic pcedit. videt enĩ ꝙ apl̃i
nõ prius fuerint vocati ad ſtatũ reli/
gionis ꝙ prelatiõis. Sup enĩ illo ver
bo. Math. iiij. Ambulãs ieſus iuxta mare vi/
dens duos fratres mittentes rethe ĩ mare dicit
glo. Decenter aũt dñs per piſcatoria loca vadit
piſcatores hoim piſcaturus. Sꝫ cũ piſcari bo
mines ſit officiũ p̄latoꝝ videt ꝙ apoſtoli voca
ti prius fuerint ad ſtatũ p̄lationis ꝙ religiõis.
¶ Preterea ſtatꝰ religionũ videt eẽ inſtitutus
a puro hoĩe puta a bñdicto vel auguſtino vel
ab alijs qui religiões aliquas inſtituerunt non
ergo a xp̃o qui fuit deꝰ ⁊ hõ. ¶ Preterea pe/
trus fuit caput oĩum apl̃oꝝ ⁊ p̄latus totiꝰ eccle
ſie. ſed ſtatim cum xp̃s vocauit eum Joh. i. di
xit. Tu vocaberis cephas ergo ſtatim ad pre
lationis ſtatum vocatꝰ ẽ. ¶ In ↄtrarium ẽ. qꝛ
via naturaliter p̄cedit terminum. ſꝫ pfectio reli
giõis ẽ ſicut via. pfectio vero prelatiõis ẽ ſicut
terminꝰ. Nã p̄latio p̄ſupponit iam hoiem per
fectum. ¶ Rñdeo dð. ꝙ pfectio religionum ĩ
tribꝰ eẽntialiter ↄſiſtit. Primo ĩ ſpirituali pau
ptate p abdicationẽ mundialis ſubſtãtie. Se
cundo in corporis ⁊ mentis caſtitate p abdica
tionẽ oĩs carnalis ↄcupiſcẽtie. Tertio ĩ obediẽ
tia per abdicationeꝫ omnis elationis ſupbie
relinquẽdo p̄prie voluntatis motũ. Iſta aũ
tẽ tria vota ſcõ ⁊ exẽplo apl̃i pfeſſi ſunt in ipſa
eorũ prima vocatione quãdo. Math. iiij. vo/
cati a chriſto ſtatĩ relictis oibꝰ ſecuti ſunt eum.
Super quo verbo dicit Criſ. ꝙ tria ſunt que re
linquere debent venientes ad chriſtum. Pri/
mo ſubſtantias mundiales que per nauem in
telligũtur. Secũdo operationes carnales que
intelliguntur per rethe. Tertio reuerentias pater
nales que intelliguntur per patrẽ. vt enim dicit
apl̃us ad hebr. xij. Si patres quidẽ carnis no
ſtre habuimus eruditores ⁊ reuerebamur eos
nõne multo magis obtẽpabimus patri ſpũuꝫ
⁊ viuemus. Si ergo apl̃i in prima eoꝝ voca/
tione iſta tria reliquerunt ⁊ tria vota eſſentialia
ↄmiſerunt. Planũ ẽ tunc ꝙ ad ſtatum religio
nis ſunt vocati. In prelatione autẽ eoruꝫ tria
poſſumus cõſiderare. Primo ptãtis iuriſdicti
onẽ que cõfert in electione. Secũdo ſpiritualẽ
cõſecrationẽ que cõfertur in ordinatione. Ter
tio executionẽ que cũ requirat diuine ſcientie
infuſionẽ nõ põt fieri niſi per ſpiritꝰ ſancti miſ
ſionẽ. Ad ſtatum ergo prelationis apl̃i quãtũ
ad eoꝝ iuriſdictionem vocati ſũt. Math. xvi
vbi dictũ eſt petro a quo alijs poteſtatis iuriſ/
dictio erat tradenda Tibi dabo claues regni ce
loꝝ. Quantũ vero ad eoꝝ ordinationẽ vocati
ſunt ad prelationis ſtatum. Johan. xx. quãdo
dictum eſt eis. ¶ Accipite ſpiritum ſanctum:
quoꝝ remiſeritis peccata remittuntur eis tũc enĩ
facti ſunt ſacerdotes ⁊ ep̃i. Sed quantum ad
executionẽ vocati ſunt ad prelationis ſtatum.
Math. vltimo. vbi poſt quã repleti ſunt ſpi/
ritu ſancto predicauerunt vbiq dñõ coopan/
te ⁊ ſermone cõfirmante ſequentibus ſignis.
prius ergo apl̃i vocati ſunt ad ſtatum religio/
nis quam prelationis.
¶ Ad primũ ergo eſt dicendũ ꝙ Criſo. expo/
nit ſignanter eẽ dictũ faciã vos fieri piſcatores
puta doctores ⁊ prelatos nõ facio ſed faciã vt
cũ rethe verbi dei cõprehendatis hoies de mũ
do tẽpeſtuoſo ⁊ periculoſo vbi hoies nõ am/
bulant. ſed feruntur vbi hoies alteruteꝝ ſe come/
dunt ſicut piſces fortiores deuorant minores
vt tranſlati viuant in terra facti membra corpo
ris xp̃i.
¶ Ad. ij. eſt dicendũ ꝙ religiones nõ ſunt in
ſtitute a puro homine quantũ ad vota eſſenti/
alia in quibus cõſiſtit omnis religionis pfectio
Sed p̄ſupponunt illa vota inſtituta a xp̃o in
ipſa apl̃orum vocatione. ſed ſolũ quantuꝫ ad
quedã accidentalia puta quantũ ad habituꝫ
⁊ ordinationẽ regule vel cõſtitutionũ que nec
ſic firmitatẽ habent. niſi cũ approbatione eccle
ſie. ¶ Ad tertiũ ẽ dicendũ ꝙ quantũ ad chriſti
electionẽ petrus ⁊ alij apoſtoli eternaliter vo/
cati ſunt ad ſtatum religionis et ad ſtatum pre/
lationis iuxta illud ad ephe. i. Elegit nos in ip
ſo ante mundi conſtitutionem vt eſſemus ſan/
cti et immaculati in ↄſpectu eius ĩ caritate. Sꝫ
in operis executione prius facta eſt eorum vo/
catio ad ſtatum religionis quã ad ſtatum pre/
lationis vt dictũ eſt.

AD ſecundũ ſic proceditur videt enĩꝫ ꝙ
apoſtoli poſt exercitationẽ mandato/
rum vocati fuerunt ad ſtatũ religionis
Saluator enĩ noſter a quo ipſi vocati ſunt vbi
conſilium primo dedit de paupertate ſecunda
Math. xix. Adoleſcenti propoſuit vt ſi vellet
vitam ingredi ſeruaret mandata et tunc pfiti/
tenti ſe a iuuentute ſua illa ſeruaſſe. ↄſilium de
paupertate dedit dicẽs. Si vis perfectus eſſe
vẽde omnia que habes et da pauperibꝰ. Ob
ſeruatio ergo preceptorum debꝫ precedere vi/
am ↄſiliorum. ¶ P. ſuper illo verbo Math.
vl. Euntes docete omnes gentes. dicit. Jero.
Conſideratur hic ordo precipuus. Iniũxit enĩ
dominus apoſtolis vt primo docerent vniuer/
ſas gentes. Deinde fidem iungerent ſacramen
to et poſt fidem et baptiſma que eſſent obſeruã
da preciperent. ex quo videtur innuiſſe ꝙ obſer
uatio preceptorũ dꝫ precedere omnẽ aliam per
fectionis viam.
¶ P. imperfectũ ſemper debet precedere per/
fectum. Sed obſeruatio preceptorũ eſt quid ĩ
perfectum reſpectu obſeruationis conſiliorum
ergo ante exercitationẽ preceptoꝝ apoſtoli non
fuerũt vocãdi ad ſtatũ religiõis.
¶ In ↄtrariũ ẽ quia poſtꝙ vocati ſũt chriſtus
hortatꝰ ẽ eos ad obſeruationẽ mãdatoꝝ. Jo.
xiiij. Si diligitis me mãdata mea ſeruate.
¶ R. dicẽd ꝙ rõne et exemplo chriſti et exẽplo
apoſtoloꝝ probari poteſt ꝙ perfectio ſtatꝰ reli
giõis nõ neceſſario preſupponit obſeruationẽ
mãdatoꝝ. Rõ talis eſt. perfectio enim vniuſ/
cuiuſq religiõis ſtatꝰ ↄſiſtit ĩ actiõe finis p cari
tatis affectũ. nõ enĩ deꝰ qui finis eſt attigit cor
poris greſſibꝰ ſꝫ mentis affectibꝰ. Sꝫ põt aliqs
ipſum deũ attigere nõ ſolũ per meritũ grẽ veꝝ
etiam per premium glorie ſolo caritatis affectu
ſine omni mandatorum obſeruatione immo
cum eorum tranſgreſſione ſicut patuit de latro/
ne cui dictum eſt luce. xxiij. Hodie mecum eris
in paradiſo. Super quo verbo dicit Criſoſti.
ꝙ chriſtus latronẽ impulit in paradiſũ ante to
tũ orbẽ. ãte apl̃os. ãte pphetas. ãte patriarchas
nudo v̄bo. ſola fide. ne qs ſtroſũ diſperet poſt
errores peccatoꝝ. hoc idez pꝫ exemplo chriſti.

Math.iiij.vbi dicit ꝙ nꝰ baptiſmũ tũc xp̄us ductus ē in deſertum a ſpiritu ſup̄ quo verbo dicit gloſa poſt baptiſmũ xp̄s exemplariter docuit baptiſatos de mundo exire ⁊ in quiete deo vacare quod pertinet ad religionis ⁊ perfectionis ſtatũ. Et planũ ē ꝙ baptiſati ſtatĩ baptiſmo recepto nõ ſũt p̄ercitati in obſeruatione mandatoꝝ. Tercio hoc pꝫ exēplo apl'oꝝ de q̄bus ē preſens queſtio. Dicit enĩ Math.iiij. ꝙ ſtatim relictis oībus ſecuti ſunt eum. ⁊ dato ꝙ eēt dubiũ de alijs, dubiũ nõ ē aliqđ de math. De quo dicit Luc.v. qđ vidit ieſus publicanũ noīe. leuĩ ſedentē ad theloneũ. Cui dixit ſeq̄re me ⁊ ſtatim relictis omnibꝰ ſecutus ē eũ. Super quo verbo dicit Ambro. ꝙ ille verbo vocatus ꝓpria dereliquit qui rapiebat aliena et ſi rapiebat aliena planũ ē ꝙ mandata nõ ſeruabat ⁊ ſi xp̄m ſecutus eſt. relictis oībus planum ē qđ ad religionis p̄fectionis ſtatũ accedebat. pꝫ hoc manifeſte de apoſtolo paulo qui dicit de ſeip̄o. Gal.i. Audiſtis cõuerſationē meã aliquando in iudaiſmo qm̄ ſupra modũ p̄ſeq̄bar eccleſiã dei. tunc igit dei mandata nõ ſeruabat Et ſtatim ſubdit. Cũ aũt placuit ei qui me ſegregauit ex vtero matris mee vt reuelarer filiũ ſuũ in me cõtinuo nõ acquieui carni ⁊ ſanguini qđ recte ſpectabat ad religionis perfectiõis ſtatũ. fuerunt ergo apoſtoli nõ p̄ſuppoſita obſeruatione mandatoꝝ vocati ad religiõis ſtatũ.

¶ Ad primũ ergo ē dđ ꝙ origenes exponit illud verbũ dictũ eē a xp̄o diuiti p̄ modũ reprehenſionis. Si vis perfectus eē. Ait enĩ ſic eſſe ſcriptum in euangelio ſcđm hebreos ꝙ cũ dominus dixiſſet ei vade ⁊ vende oīa que habes: cepit diues ſcalpere caput ſuũ ⁊ nõ placuit ei. Tunc dixit ad eũ dominus quomodo dicis feci legē ⁊ prophetas, qm̄ ſcriptũ ē in lege. Diliges proximũ tuũ ſicut te ipſum. ⁊ ecce multi fratres tui abrahe filij qui amicti ſũt ſtercore morientes p̄ fame ⁊ domus tua plena eſt multis bonis ⁊ nõ egredietur ex ea aliquid omnino ad eos. Si ergo vis perfectus eē. vende omnia que habes ⁊ da pauperibus ſic enĩ apparebit ſi diligis ꝓximũ tuũ. ex quo pꝫ diuitē illũ fuiſſe mentitũ ⁊ redargutũ a domino de eo quod dicebat Criſo. vero exponit predictũ verbum eē dictũ p̄ modũ monitionis. Ait enim ꝙ nõ ſimiliter detinent qui pauca habent. et qui multis habundant qm̄ abiectio diuitiaꝝ maiorē accendit flammam ⁊ violentior fit cupido Nam aliud ē iam nolle incorporare que deſũt ⁊ aliud iam incorporata diuellere qr illud velut extranea repudiant. Iſta vero velut mēbra incorporata abſcondunt. obſeruabat ergo ille diues precepta ſed imp̄fecte ⁊ cũ difficultate ꝓpter diuitiaꝝ habundantiam íõ xp̄s eũ monuit ⁊ cõſilium dedit de tutiori ⁊ perfectiori via.

¶ Ad.ij. eſt dđ. ꝙ illa que ibi ponunt de obſeruatione mandatoꝝ ⁊ receptione ſacramētorum oībus ſunt neceſſaria ⁊ in ſeculo remanentibus ⁊ ad religionē tranſeuntibus cũ ſine fide illoꝝ homo nõ poſſit eſſe in via ſalutis.

¶ Ad tertiũ ē dđ. qđ formaliter p̄fectionis ſtatus cõſiſtit in charitate ſiue ſit obſeruatio precepti ſiue cõſilij inſtrumentaliter tamē talis finis: puta charitas que ē finis precepti ⁊ finis conſilij tutiori ⁊ faciliori modo attingitur per ſtatum religionis quã manendo in ſeculo.

AD.iij. ſic proceditur. videt enĩ ꝙ apoſtoli poſt eoꝝ vocationē non profecerint in p̄fectionis ſtatu. qr poſt vocationē apoſtoloꝝ ad ſtatum religionis non fuit alius perfectior ſtatus ipſoꝝ niſi ſtatus prelationis. ergo in ſtatu primo ad quem vocati ſũt non profecerunt.

¶ Preterea p̄fectio ſtatus religionis conſiſtit in tribus votis vt ſupra dictum eſt. Sed apoſtoli nõ profecerunt in illis ergo nec in religionis ſtatu ad quem vocati ſunt.

¶ Preterea p̄fectio ſtatus religiõis eſt ſequi xp̄m mentis affectu nõ corporis greſſu vt dicit gloſa Math.iiij. Sed hanc p̄fectionē habuerunt apoſtoli ſtatim cum vocati ſunt.

¶ In ɔ̄trariũ ē augu. ſup̄ illo verbo ioh. xvij Multa habeo vobis dicere ſed non poteſtis portare modo

¶ Rñdeo dđ. ꝙ perfectio ſtatus apoſtoloꝝ poſt eoꝝ vocationem fuit precipue ex quatuor.

¶ Primo ex chriſti familiari conuerſatione. Dicit enĩ Criſo. ſuper illo verbo Math.xx. Neſcitis quid petatis ꝙ frequēter patiebat dñs diſcipulos ſuos aliq̄d nõ recte aut dicere aut agere aut cogitare vt ex illorũ culpa occaſionē inueniret exponendo eis regulam pietatis ſciens qr ⁊ error eoꝝ non nocebat preſente magiſtro.

¶ Secundo ex legalium ⁊ temporalium dimiſſione. quanto plus enĩ cũ xp̄o conuerſabatur tanto magis qui retro ſunt obliuiſcebantur ⁊ ad ea que anteriora ſunt ſe ipſos exercebant. vnde ſup̄ illo verbo matth. xvi. Quid cogitatis inter vos dicere modice fidei, quia panem non habetis Dicit Criſoſtomus ꝙ quia diſcipuli tunc obſeruantias iudaicas adhuc aliquid repetebant. ideo dominus vehementer eos increpauit ad vtilitatē omniũ Erat enim ſolicitudo iudeorum in cibis ⁊ potibus ⁊ varijs baptiſmatibus ſicut dicit apoſtolus a quorum ſolicitudine chriſtus ſuos diſcipulos remouebat.

¶ Tertio ex miraculorum operatione. Dicit enim Criſoſtomus ſuper illo verbo Iohan.xi. Gaudeo propter vos vt credatis quoniã non eram ibi quod illic nõ extiterim confert ad maioritatem fidei noſtre. quoniã ſi aſtitiſſem egrotantem curaſſet quod eſſet modicum ſignũ ad mee virtutis indiciũ. quia vero me abſente ſuperuenit mors. potius in fide mea corroborabimini cũ videbitis me poſſe defunctũ putreſcentē reſuſcitare

¶ Quarto ex eius inſtructione. vnde ſup̄ illo verbo Luc.viij. Vobis datum ē noſce myſterium regni dei ceteris autē in parabolis. Dicit gloſa ꝙ quãuis plurima chriſtus i parabolis dixerit vt videntes nõ viderēt ⁊ audientes nõ intelligerent ſermo tamē eius totus diſcipulis patuit ⁊ myſterium ſecretum per eos reuelãdũ eſſe monſtrauit.

¶ Ad primũ ergo ē dicendũ ꝙ apoſtoli nõ p̄fecerunt in noui ſtatus acquiſitione. Sed i ſtatus adepti p̄fectiori inſtructione eorum que faciebant ad cognoſcendam chriſti diuinitatem ⁊ eius humanitatem.

¶ Ad.ij. eſt dđ. ꝙ in oībus illis tribus votis apoſtoli ꝓfecerunt. In voto quidē paup̄tatis quia ex doctrina chriſti intellexerunt paup̄tatē magis ſeruandã eē in mentis affectione quã i carentia diuitiaꝝ. vnde ſup̄ illo verbo matth. xix. Quis ergo poterit ſaluus fieri. Dicit Augꝰ Cum pauci ſint diuites in comparatione multitudinis paupeꝝ intelligendũ eſt ꝙ omnes q̄ diuitias cupiunt in diuitum numero hñi diſcipuli animaduerterunt. In voto vero caſtitatis exemplo chriſti dicit. Math. xix. Sũt eunuchi qui ſe ipſos caſtrauerunt ꝓpter regnum celoꝝ nõ mēbroꝝ abſciſione ſꝫ maloꝝ cogitationum intentione vt Criſo. dicit. In voto aũt obedientie Ioh.vi. Nũquid ⁊ vos vultis abire. dixerunt diſcipuli. Domine ad quem ibimus verbum vite eterne habes

¶ Ad.iij. eſt dicendũ ꝙ ſecuti ſunt apl'i chriſtũ mentis affectu ſed in illa affectione incremētũ receperunt per illa que ſuperius dicta ſunt.

AD.iiij. ſic p̄cedit videt enim ꝙ apoſtoli nõ fuerint a xp̄o baptizati antequã eēnt ad apoſtolatũ vocati. qr illi qui baptiſandi erant baptiſmo ſpũs ſancti nõ indigebant baptizari baptiſmo aque. ſed apl'i baptizandi erãt baptiſmo ſpũs ſancti. Act.i. vos aũt baptizabimini ſpiritu ſancto nõ poſt multos hos dies.

¶ P. petrus nõ fuit baptizatus ergo nec alij. Qđ aũt petrꝰ nõ fuit baptizatꝰ ad ſoleutianã ſcribit augu. ꝙ nouatianus aſſerebat petꝝ baptizatum nõ fuiſſe. Sed loco baptiſmi penitētiam egiſſe eo ꝙ egreſſus foras fleuit amare.

¶ Preterea qđ ſcriptũ nõ inuenit nõ ē aſſerendũ ſed ꝙ apl'i baptizati fuerint ſcriptũ nõ inuenit. nõ ē ergo aliq̄d de eoꝝ baptiſmo aſſerēdũ.

¶ In ɔ̄trariũ ē qr apoſtoli fuerunt vocati vt eēnt poſſeſſores eterne hereditatis. ſed ſcribitur Ioh.iij. Niſi q̄s renatus fuerit ex aq̄ ⁊ ſpiritu ſancto nõ intrabit in regnũ celorum.

¶ Rñdeo dđ ꝙ Augꝰ in epiſtola ad ſoleutianã hanc q̄ōnem determinat oñdens tripliciter apl'os baptizatos fuiſſe nedũ baptiſmo ioh. ſed qđ magis credibile eſt baptiſmo xp̄i. ⁊ hoc vel ante vocationē. vel in ipſa vocatione. vel ſtatim poſt vocationē ad apoſtolatũ. Primo ſic apoſtoli fuerunt de corp̄e eccleſie imo p̄ma p̄cipua mēbra corporis eccleſie. ſed vt ibi dicit Augꝰ. Quoſcunq̄ legimꝰ eē in corp̄e xp̄i qđ ē eccleſia nõ niſi baptizatos p̄tinere ad regnũ celoꝝ intelligere debemus. niſi forte quos in anguſtia paſſionis inuenit. ⁊ nolētes negare chriſtum anteq̄ baptizarentur occiſi ſunt. quibus ipſa paſſio ꝓ baptiſmo deputata ē. Sed nunquid vt dicit hoc poſſumus de apoſtolis dicere qui vſq̄ adeo largũ tempus habuerunt qđ baptizarent vt ipſi etiã alios baptizarēt. Secundo ſic myſteriũ baptizandi xp̄s nõ commiſiſſet niſi baptizatis. cõueniens enĩ erat eos eē baptizatos qui alios baptizabant. Sed ſcribitur Ioh.iiij. ꝙ ieſus nõ baptizabat ſed diſcipuli eius qđ eſt veꝝ xp̄m nõ baptizaſſe proprijs manibus. Sed baptizabat mundando interius. myſteriũ aũt baptizandi p̄bebãt diſcipuli vt dicit gloſa Augu. Ioh. iiij. Tertio ſic nã Ioh.xiij. xp̄s dixit petro cum ad eiꝰ pedes lauandos veniret. Qui lotus eſt non indiget niſi vt pedes lauet ſꝫ ē mundꝰ totꝰ. i quo intelligitur vt dicit augu. qꝛ petrus iam fuerat baptizatus.

¶ Ad primũ ergo reſpondet augu. dicēs ꝙ ſi dicamꝰ apoſtolos nõ fuiſſe baptizatos aq̄ metuendũ ē ne grauiter in eis erremꝰ. qr i ſꝫ damꝰ hoībus auctoritatē ɔ̄tēnendi baptiſmũ. quem vſq̄ adeo nõ cõtēnendum ip̄a apoſtolica diſciplina cõmēdat vt cornelius centurio ⁊ illi qui cũ illo erant iã accepto ſpũ ſancto fuerunt baptizati dicente petro. Act.x. Nunquid aquam quis prohibere poteſt ut non baptizentur hi qui ſpiritum ſanctum acceperunt ſicut ⁊ nos. Quantuncunq̄ ergo apoſtoli eēnt baptizati baptiſmo ſpiritus ſancti indigebant baptizari baptiſmo aque inſtituto a chriſto ne ſacramētum ipſum contemnere viderentur.

¶ Ad ſecundum ē dicendū ꝙ vt ait auguſtinꝰ. ſiue nouatianus ſiue alij dicant penitentiam fuiſſe datam per apoſtolos petro loco baptiſmi quiſquis hoc dixerit a regula fidei catholice ꝛ a doctrina apoſtolorum prorſus ē alienꝰ poſſunt enim homines agere penitentiā ante baptiſmum de peccatis eorum ita tamē vt baptiſent. Similiter ſi poſt baptiſmū ita peccāt. vt excōmunicari ꝛ recōciliari mereantꝰ penitentes appellantur. Nam ſimon magus ante baptiſatus erat quā vellet emere a petro ſpiritum ſanctum ꝛ monitus ē ab eo vt penitentiā ageret ab illa nequicia nunq̄ tamen loco baptiſmi penitentia ſuccedere poteſt.

¶ Ad tertium ſimiliter reſpondet Auguſtinus. ꝙ non omnia que facta ſunt ſcripta inueniūtꝰ, verūtamē facta eſſe ex certis documentis probantꝰ. Scriptum eſt enim quando baptiſatꝰ ſit apoſtolus paulus Act. ix. Surgens baptiſatꝰ eſt ꝛ ſcriptum non eſt quādo baptiſati ſūt alij apoſtoli. veruntamen eos baptiſatos eſſe intelligere debemus quēadmodū ſcriptum ē quando baptiſate ſunt plebes in hieruſalem ꝛ in ſamaria. Quando autē baptiſate ſunt alie plebes gentium quibus apoſtoli epiſtolas miſerunt non ē vtiq̄ ſcriptum. tamen ipſas baptiſatas eſſe vtiq̄ minime dubitamus propter illam domini ſententiam. niſi quis renatus fuerit ex aqua ꝛ ſpiritu ſancto non intrabit in regnum celorum.

## ¶ Queſtio. lxxxv. de apoſtolorum p̄dicatione.

Vlterius videndū ē de apoſtolorum predicatione.

¶ Circa ꝙ q̄runtꝰ quatuor. Primo vtꝝ per apoſtolos in toto orbe euangelium chriſti fuerit predicatum.

¶ Secundo vtrum apoſtoli predicando ſemper annunciarent pacem.

¶ Tertio vtrum apoſtoli predicando vterentur prudentia.

¶ Quarto vtrum apoſtoli predicando libris ad preuidendum indigerent.

Ad primum ergo ſic proceditꝰ. videtꝰ enim ꝙ per apoſtolos in toto orbe euangelium xp̄i fuerit p̄dicatū. Dicit enim apl's Ro. x. ꝙ fides eſt ex auditu. auditus autē ē per verbum dei ꝛ ſtatī ſubdit, ſed nunquid nō audierunt. Et quidem in omnē terram exiuit ſonus eoꝝ ꝛ in fines orbis terre verba eoꝝ. quod de ſono ꝛ predicatione apoſtolorum gloſa exponit.

¶ Preterea ſuper illo verbo Luc. x. Deſignauit dn̄s. ꝛ alios ſeptuaginta duos ꝛ miſit illos binos ante faciē ſuā dicit gloſa ꝙ bene ſeptuaginta duo diſcipuli mittuntꝰ ad predicandum quia totidem mundi gentibus ꝛ totidem linguis euangelium predicandum erat.

¶ Preterea apoſtoli pꝰ aſcenſionē domini p totum orbē ſe diuiſerunt ergo per eos in toto orbe euangelium ē predicatum.

¶ In contrarium ē quod ſcribitꝰ Math. xxiiij. Cum predicatum fuerit euangelium regni in vniuerſo orbe in teſtimonium gentibus tūc veniet cōſumatio. Sed nondum venit cōſumatio ꝛ finis ſeculi ergo nondum euangelium regni eſt in vniuerſo orbe predicatum.

¶ Reſpondeo dicendū ꝙ in hoc videtꝰ eſſe cōtrouerſia inter Criſo. ꝛ Augu. Nam Criſo. dicit ꝙ predicatio euangelij in vniuerſo orbe cōpleta ē ante ſubuerſionem hieroſolime ciuitatis. quia anno. xlij. poſt paſſionē domini ſub Veſpaſiano ꝛ Tito romanis principibus ciuitas hieruſalem cū templo ſubuerſa ē ꝛ hoc fuit maximū diuine virtutis ſignū ꝙ i tam breui tempore predicatio euangelij p apl'os factā fines orbis terrarum impleuit. probat autem iſtud Criſo. auctoritate ꝛ exemplo. Auctoritate quidem prophete dicentis In omnē terrā exiuit ſonus eorum. ꝛ in fines orbis terre verba eoꝝ. Exempla vero quia ſi paulus de hieruſalem in hiſpaniam ꝛ in greciā ꝛ romā ſepe cucurrit ex quo vnus tantam portionē accepit. excogitare debemus quantā ceteri apl'i operati ſunt. Quāuis tamē euangeliū per apl'os fuerit vbiq̄ predicatum nō tamē omnes crediderunt. ideo in teſtimonium ꝛ damnationē illoꝝ qui nō crediderunt predicationi euangelij regni in vniuerſo orbe per apl'os tūc venit finis ꝛ cōſumatio non quidem mundi vniuerſaliter ſed cōſumatio ꝛ deſtructio ciuitatis hieruſalem. Augu. autem expreſſe dicit euangelium regni in vniuerſo orbe per apl'os nō eſſe predicatū certis documentis probatum eſt quia in affrica vbi ipſe erat multe barbare nationes ꝛ innumerabiles gentes erant quibus nōdum predicatum erat euangelium per illos qui inde captiui ducebantꝰ manifeſtum erat. nec vt ait pōt dici gentē illā nō pertinere ad promiſſionē factā abrahe. quia nō in perſona Romanoꝝ vel hiſpaniorum dictū eſt ſibi i ſemine tuo bn̄dicentꝰ omnes gentes terre. In quibus ergo gentibꝰ nō eſt eccleſia oportet ꝙ ſit nō ꝙ omnes credāt ſed aliqui credent ꝛ aliqui nō q2 nec vbi iā predicatū ē oēs credunt. Sed quando vbiq̄ fundata erit xp̄i eccleſia ꝛ euangelium regni vbiq̄ predicatum tunc erit finis ꝛ cōſumatio ſeculi. Origines autē ponit ſe in medio iſtoꝝ dicens vtrunq̄ eē veꝝ ꝛ ꝙ q2 apoſtoloꝝ euangelij p̄dicatio eſt cōpleta quantū ad famam ꝛ predicationis auditū ꝛ nō cōpleta quantū ad predicationis fructum. nō eſt enī putandū fuiſſe aliquā gentem que famā apoſtoloꝝ qui diſperſi fuerunt p quatuor mundi p̄tes nō audiret ꝛ q̄ nomē chriſti ſaltem p auditū ignoraret. Quāuis enim oēs gentes ſingulariter predicatorē non habuerint ex vicinis tamē locis habuerūt opinionē fidei ſic ꝙ nō potuerunt ignorare Quantū tamē ad predicationis fructū predicatio euangelij nō eſt cōpleta. in toto orbe vt ꝙ in oībus gentibus eccleſia credentium in chriſto ſit fundata tamē quāuis nō oēs credituri ſint ſed quando ſic euangeliū regni in toto orbe fuerit predicatum vt in omni gente predicetur xp̄i nomen ꝛ eccleſia credentiū in omnibus gentibus fundetꝰ tunc erit finis ꝛ cōſumatio ſeculi vt euangeliſta teſtatur.

¶ Ad primū ergo ē dicendū ꝙ Augu. dicit, prophetam fuiſſe vſum p̄terito tēpore, p futuro vt ſit ſenſus. In omnē terrā exibit ſonus eorum ſed nō exiuit. vel vt dicit origenes ſignanter dicit exiuit ſonus. quia nō fuit aliqua gens ad q̄ fama ꝛ auditus apoſtoloꝝ nō perueniſſet non tamen talis ſonus p̄uenit cū iſto fructu vt ibi eccleſia xp̄i fundaretꝰ quantū ad aliquos credētes quāuis nō quantū ad omnes ſicut fundanda eſt in toto orbe ante finem ſeculi.

¶ Ad ſc̄m ē dicendū q̄d illi. lxxij. diſcipuli nō predicauerunt p̄ſonaliter totidem gentibꝰ vel linguis cū ipſi miſſi nō ſint niſi ad ciuitates ꝛ loca ad que xp̄s erat venturus ſed veꝝ ē ꝙ totidem gentibus ꝛ totidem linguis predicatio euangelij regni eſt fienda ꝛ chriſti eccleſia i eis fundanda ꝙ illi diſcipuli fuerunt ꝛ quando cōpletū erit tunc erit finis ꝛ cōſumatio ſeculi.

¶ Ad. iij. ē dd̄ q̄d veꝝ eſt apoſtolos per totū orbem ſe diuiſiſſe ꝛ famā eoꝝ ſeu predicatōes eoꝝ ad omnes perueniſſe quantū ad auditum vel ex ipſis vel ex vicinis locis vbi predicabāt nō tamē vbiq̄ eccleſia xp̄i fuit fundata ſicut fundanda erit in fine ſeculi.

Ad. ij. ſic p̄ceditꝰ. videtur enim q̄ apoſtoli predicando nō ſemp annunciarent pacem. Apoſtoli enim non debebant predicare niſi euangelium chriſti. Sꝫ ſcribitur Math. x. Nolite arbitrari q2 veni pacē in terram mittere nō veni pacem mittere ſ; gladium.

¶ Preterea odiū opponitꝰ paci. Sꝫ ſcribitur Luc. xiiij. Si quis venit ad me ꝛ nō odit patrē ſuū ꝛ matrē filios ꝛ fratres adhuc autē ꝛ aīam ſuā non pōt meus eſſe diſcipulus.

¶ Preterea xp̄s venit in mundū tanq̄ iudex iuſticie ſupra illud Iſa. xi. Iudicabit in iuſticia pauperes. Et in pſal. Deus iudiciū tuū regi da magis ergo debuit precipere apl'is predicandam eſſe iuſticiam q̄ pacem

¶ In ꝯtrariū ē Luc. x. In quācunq̄ domum intraueritis primum dicite pax huic domui

¶ Reſpondeo dicendum ꝙ ſicut dicit Criſo. Math. x. Pax primo nuncianda fuit p chriſti apl'os ꝛ nuncianda ē ſemp per eoꝝ ſucceſſores quia mater ē omniū bonoꝝ ſine qua oīa inania ſunt ꝛ vana. Habet aūt vt dicit pax chriſti q̄ precepit primo eē nunciandā in quatuor cōditiones. q2 prima ē ordinata mandans vnicuiq̄ reddere q̄d ſuum eſt. Secunda eſt vera. neminem fallens vel circūueniens. Tertia eſt mūda oīa turpia ꝛ inquinata reſpuēs. Quarta ē vnitiua ꝛ copulatiua. oīa diuiſa ꝛ diſperſa vniens ꝛ cōiungens. Per primā igitꝰ conditionem excluditꝰ pax ſuperborum qui contempto ſuperiori bono. inferiori pura proprie voluntati ꝛ excellentie obediunt. iō ē inordinata. per ſecundā vero excluditur pax ſimulatoꝝ qui nequiter exterius pacem ſimulant ꝛ interiora eoꝝ plena ſunt dolo ꝛ ideo eſt falſa. Per tertiā aūt excluditur pax fornicatoꝝ quoꝝ vie ſunt immunde ꝛ infames greſſus eoꝝ iō eſt imunda. Sed per quartam excluditꝰ pax ſciſmaticoꝝ quorum conſciencia tanq̄ perturbata ſemper preſumit ſeua ꝛ mala. pacē ergo excludentē omnia hec ſupradicta chriſtus precepit diſcipulis primo eſſe in eorum predicatione ſuis fidelibus nūciandam. De qua dicit apl's Philip. iiij. Pax dei que exuperat omnem ſenſum cuſtodiat corda noſtra ꝛ intelligentias noſtras

¶ Ad primū ergo ē dd̄. ꝙ ſicut dicit Criſo. q̄liter chriſtus iniunxit diſcipulis vt in vnam quē q̄ domum ingredientes pacē indicerēt ꝛ qualiter angeli dixerunt. Gloria in excelſis deo. et in terra pax hominibus. ex quo ipſe non venit pacem mittere ſed gladium niſi quoniā iſti maxima pax eſt cum illud quod egrotat inciditur. cum illud quod leſionē infert ſeparatur. ita enī poſſibile erit celum terre copulari quando malam pacem bona diſſonantia ſoluit ſicut Paulus eos qui aduerſus eum conſonabant diuiſit. Nam bonus medicus ita reliquum corpus cōſeruat qn̄ illud q̄d inſanabiliter ſe hꝫ abſcidit.

¶Ad ſecūdum ſoluit Grego⁹. ſn omel. dicens pertinaciter liber quomodo parentes ⁊ carnaliter ꝓpinquos precipimur odiſſe qui iubemur ⁊ inimicos diligere. Sed ſi vim precepti ꝑpendimus. vtrūq; agere ꝑ diſcretionem valemus. vt eos qui nobis carnis cognatione coniuncti ſunt ⁊ quos proximos nouimus diligamus ⁊ quos aduerſarios in via dei patimur odiendo ⁊ fugiendo neſciamus. Nam quaſi per odium diligitur qui carnaliter ſapiens dum praua nobis ſuggerit non auditur.

¶Ad .ij. eſt dicendum ꝙ xp̄s predicādo pacem precepit iuſticiam ſicut qui precipit effectū precipit cauſam ex qua effectus ſequit̄. Eſt enī effectus iuſticie pax. iuxta illud Iſa. Opus iuſticie pax. Et Iaco. tertio. fructus iuſticie ī pace ſeminatur. vnde nec a litigantibus prelium intenditur niſi propter pacem.

AD .iij. ſic ꝓceditur. videt̄ enī ꝙ apoſtoli predicando nō vterentur prudentia. Ap̄ls enim nō precipiebat niſi ꝙ chriſtus loquebatur in eo iuxta illud .ij. Cor. xiij. An experimentum queritis eius qui in me loquit̄ xp̄s. Sed ipſe p̄cipit ad Ro. xij. Nolite eē prudentes apud voſmetipſos. ergo prudentia apoſtoli in predicatione vti nō debebant. ¶Preterea apoſtoli nō debebant vti in predicatione qđ reprobatū erat in chriſto. Sed ſcribitur in ꝑſona eius .i. Cor. i. Perdam ſapientiam ſapientium ⁊ prudentiam prudentium reprobabo.

¶Preterea ap̄li erant filij lucis nō tenebrarū. Sed ſcribitur Luc. xv. Prudentiores ſūt filij tenebrarum filijs lucis. in generatione ſua.

¶In contrarium eſt quod ſcribit̄ Math. x. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes. ⁊c.

¶R. Dicendū ꝙ apoſtolos Coloſ. vltio. iiij. conditiones tangit in quibus prudentia ē vtēda in predicatione. Prima eſt quantū ad infideles ⁊ ad illos qui foris ſunt cauta ambulatio vt ſemper caute obſeruet̄ ſaluatio capitis. Serpens enim totum corpus in periculo exponit caput in medio inuoluendo ⁊ ſeruando ſic ſemꝑ caput qui ē chriſtus ſeruādum ē caute vt nulla circūuentione perdat̄. Secunda eſt temporis acceptatio vel redemptio de qua dicit apoſtolus ad Ephe. v. Videte quomodo caute ambuletis redimentes tēpus quoniaʒ dies mali ſunt vbi dicit glo. ꝙ tempus redimit̄ quādoq; vt vacetur ꝑdicationi ꝓpter hominū maliciam qui parati ſunt trahere ad contrarium. Quandoq; propter penalitatū miſeriam vt ſi aliquando ex diuerſis occupationibus obmiſſum ſit tempus cōtemplationi aptum recuperetur. Quandoq; aūt propter auditoꝝ indiſpoſitam audientiā vt expectet̄ tempus quādo melius ſunt diſpoſiti audire. Tertia ē diſcreta locutio vt ſic temperet̄ ſermo quatinus expediat magnis ⁊ paruis modo quo dicit apoſtol⁹. i. Cor. ij. Sapientiā loquimur inter perfectos paruulis autē lac dedi nō eſcam. Quarta eſt parata reſponſio. ſemper enim homo ſit paratus vnicuiq; poſcenti reddere rationē de ea q̄ ē in nobis fide vt dicit̄ .i. Petri. iiij. primā conditionem tangit ap̄lus cum dicit in ſapientia ambulate ad eos qui foris ſunt. Scđam tangit cū addit redimentes tempus. Tertiā tangit cum ſubdit ſermo veſter ſemper in gratia ſale ſit conditus; Quartā tangit cuʒ poſt ponit̄ vt ſciatis quomodo oporteat vos vnicuiq; reſpondere. ¶Ad rōnes ergo in oppoſitū ē dicendum ꝙ ille dicitur prudens qui ſcit bene inuenire media ⁊ vias ad conſecutionē finis. Eſt autē triplex finis. Primus malus ⁊ aſe interfectiuus. Secundus bonus ⁊ naturalis tamē pax duratiuus. Tertius ſupnaturalis ⁊ gratuitus qui eternaliter eſt permanſiu⁹. Prudētia ergo que inuenit vias ad conſequendū finē malum qualiter ſit luxuriandum ⁊ tiranice dominandū dicit̄ prudentia peccatoꝝ. De qua dicit apoſtolus ꝙ prudentia carnis mors ē ⁊ hāc reprobat Ro. xij. Prudentia vero que inuenit vias ad cōſequendū naturalē finem bonū qualiter ſit moraliter ⁊ ciuiliter cōuerſandum eſt prudentia philoſophoꝝ. ⁊ hanc reprobat apoſtolus .i. Cor. i. Sed prudentia que inuenit vias ad cōſequendū finē ſupernaturalē q̄liter ſit in medio praue ⁊ peruerſe nationis ſm̄ chriſti doctrinā conuerſandum eſt doctrina theologoꝝ ⁊ ſanctoꝝ apoſtolorum cui prudentie ſemper eſt ſimplicitas adiuncta. ⁊ hanc chriſt⁹ precepit Math. x. quando dixit. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes ⁊ ſimplices ſicut colūbe

AD quartum ſic proceditur. videtur enim ꝙ apoſtoli predicando libris ad preuidendum indigerent. paulus enim inter alios apoſtolos fuit magis doctus. quia ⁊ ſi imperitus ſermone non tamen ſcientia vt ipſe teſtatur. ij. Cor. xi. Sed ipſe ſcribit .ij. ad Timoth. vltimo veniens affer tecum libros maxime autem mēbranas. ergo indigebat libris ad preuidendum

¶Preterea .i. Petri. iiij. ſcribitur parati ſemꝑ ſitis reddere rationem de ea que eſt in vobis fide. Sed iſta paratio non poterat eſſe ſine ſtudio ⁊ ſine preuia collatione. Unde ſcribit̄ Act. xv. ꝙ conuenerunt apoſtoli ⁊ ſeniores videre de verbo hoc ſuper quo verbo dicit gloſa ꝙ cōuenerunt ad videndum vtriuſq; partis ſcientiam poſt eoꝝ annūciationē. ¶Preterea ſpūs ſanctus nō docet qđ rectū nō eſt. Sed Petrus nō recte ambulauit ſcđm veritatē euangelij vt ſcribitur ad Gal. ij. vnde ⁊ inſtructione pauli indiguit ſicut patet ibi.

¶In contrarium ē quod ſcribit̄ Math. x. cū autē tradent vos. Nolite cogitare quomō aut quid loquamini. dabitur enī vobis in illa hora quid loquamini. ¶Reſpondeo dicendum ꝙ ſicut apoſtoli habuerunt xp̄m dei filium familiarem ante eius aſcenſionem quantū ad ꝑſenſualē conuerſationē. ita poſt eius aſcenſionē habuerunt familiarem ſpiritū ſanctū quantum ad eius doctrine predicationē. Iſta aūt familiaritas fuit ſpecialiter quantum ad quatuor

¶Primo quantum ad chriſti doctrine ſubtilem introductioneʒ. vnde ſuper illo verbo Ioh. xiiij. Docebit vos oīa dicit glo. docebit inq̄ nō ſicut qui artes aliquas ⁊ ſapientiā ſtudio vel induſtria diſcere cōſueuit ſed ſpirit⁹ veritatis quia ipſe ars atq; doctrina ⁊ ſapientia inuiſibiliter menti noſtre infundet ſcientiā diuinorum. ¶Secundo quantū ad eoꝝ q̄ xp̄us nō dixit vniuerſalem inſtructionē ⁊ tertio quantum ad eoꝝ que xp̄s dixit clarā rememorationem. De iſtis duobus dicit glo. Ioh. xv. ſuper illo verbo ſuggeret vobis omnia. Spiritus ita q̄ ſanctus docuit ⁊ cōmemorauit ita ꝙ ſi ſuggeret ꝓ cōmemoratione exponit. Docuit quidē quecunq; nō dixerat eis xp̄s tanq̄ nō valentibus portare tunc cōmemorauit vero quecunq; xp̄s dixerat. Sed vel obſcuritatis cā vel eoꝝ intellectus tarditate ipſi memorie commendare nequiuerunt. ¶Quarto quantum ad eorum que neceſſaria erant paratam reſponſionē. erāt enim aliquando ap̄li ſubito ab infidelib⁹ circūdati qui cōminabant̄ eis ne in xp̄i nomīe loquerentur in quo caſu oportunū erat vt ſpirit⁹ ſanctus ſubito eis reuelaret quecunq; dicenda erant. Quando aūt cum fidelibus vel ſimul ꝯgregabantur collationē habebāt de his que determinanda erāt pro fide ſicut fecit Paul⁹ Gal. ij. Contuli cū illis euangeliū qđ predico in gentibus. Super illo verbo dicit Hiero. ꝙ oſtendit paulus nō habuiſſe ſecuritatem euangelij niſi eēt auctoritate petri ⁊ alioꝝ roboratū ⁊ ſicut fecerunt apoſtoli. Act. xv. vbi collatione habita inter apoſtolos determinata fuit queſtio ſuper obſeruatione legaliū. ex quo datur exemplum vt gloſa dicit faciendo cōcilius ⁊ cōſimilia ad determinanda ⁊ diſcernenda q̄ ſunt fidei. ¶Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ apoſtolus non indigebat libris illis propter ſuā ꝓuiſionem ſed ꝓpter alioꝝ informationem vt oſtenderet eis per teſtimoniū legis ⁊ prophetarū quecunq; docebat ⁊ ſcribebat ſicut fecit Iacob. Act. xv. quando dixit huic concordant verba prophetaꝝ. ita ꝙ teſtimoniū petri ꝓphetica auctoritate roborauit vt gloſa ibi dicit. vel ꝓpter ſuā conſolationē. quia quecunq; ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt vt per patientiam ⁊ conſolationem ſcripturarū ſpem habeamus vt ipſe dicit. Ro. xv.

¶Ad ſcđm ē dđ. ꝙ illam parationē in eis faciebat ſpiritus ſanctus ſecundū ꝙ materia exigebat. vnde cum erant cū infidelibus ⁊ gentibus quibus ſtatim erat reſpondendū. faciebat per ſeipſum. Quandoq; aūt mediante eoꝝ ad inuicem collatione ⁊ terminatione.

¶Ad .iij. ē dđ. ꝙ illa inrectitudo petri nō fuit ex defectu ſcientie. ſed ex aliqua inaduertentia nec tamē eſt incōueniens ꝙ ſpiritus ſanct⁹ aliquid reuelauerit paulo qđ nec reuelauit ſibi. Uni enim ⁊ eidem homini quandoq; ſpiritus ſanctus reuelat vnuʒ ⁊ occultat ſibi aliud ſicut paulo ſpiritus ſanctus reuelauit euangelium ⁊ tamen cum hieruſalem predicaturus aſcenderet dixit. Ecce ego alligatus ſum ſpiritu vado in hieruſalem que in ea ventura ſunt mihi ignorans per reuelationem. ergo ſpiritus ſancti euangelium agnouit ſed quid pro eodem euāgelio paſſurus erat ignorauit. vt Grego. dicit ſuper Ezechielem.

## ¶Queſtio. lxxxvi. de apoſtolorum cōuerſatione.

DEinde videndum eſt de apoſtolorum conuerſatione.

¶Circa qđ querit̄ quatuor ¶Primo vtrū xp̄s in collegio apoſtolorū debuerit mulierum conſortiū admittere.

¶Secundo vtrū apoſtolis licitū fuerit p⁹ xp̄i reſurrectionē mulieres in eoꝝ ꝯuerſatione hr̄e.

¶Tertio vtrum Paulo licitum fuerit mulierum conuerſatione vti ſicut alijs.

¶Quarto vtrum prelatis ſucceſſoribus apoſtolorum licitum ſit mulieres in eorum conuerſatione tenere.

AD primum ergo ſic proceditur. videtur enim ꝙ xp̄s non debuerit in collegio apoſtolorum mulierū cōſortium admittere. Omnia enim que operatus eſt dei filius per homineʒ quem

ſuſcipere dignãtis eſt nobis diſciplina moꝝ
fuit vt dicit Aug⁹. in de vera religione. Sed
tale cõſortiũ mulieꝝ cũ apoſtolis nõ erat diſci/
plina morũ ſequentium prelatoꝝ ⁊ aliorũ per
fectorum virorum ergo. ⁊c.
¶ Preterea xp̃s a ſuis apoſtolis tẽptamenta
debebat auferre nõ prebere ſ mulieꝝ ꝯſortiuz
cũ apoſtolis erat eorũ tẽptationis incitamentũ
Aculeus enĩ peccati ẽ forma feminea. ⁊ mortis
conditio nõ aliunde ſurrepit ꝙ̃ de muliebri ſub
ſtantia vt dicit augu.
¶ Preterea xp̃s venit principaliter ad extir/
pationẽ primi peccati qḋ licet in nobis ſit ori
ginale in primis tamẽ parentibus fuit actuale
Sed illud peccatũ cõmiſſum ẽ ex mutua ꝯuer/
ſatione ⁊ pſuaſoria locutione mulierũ cũ viro
vt dicit aug⁹. xi. ſuper. Gen̄. Tale ergo conſor
tium chriſtus nõ debuit admittere.
¶ In cõtrariũ eſt qḋ ſcribitur Math. viij. fa
ctũ eſt deinceps ibat ihesus per ciuitates ⁊ ca/
ſtella predicans regnũ dei ⁊. xij. apoſtoli cũ illo
⁊ mulieres que curate erant a ſpiritibus imun
dis. ¶ Reſpondeo dd. ꝙ ſicut dicit Augu. in
libro de ſingularitate clericoꝝ. Omne quod
a dño noſtro ieſu xp̃o actũ eſt vel geſtũ rõnabi/
liter gerebat vt poſteris aduerſus ꝑuaricatores
munita vndiqȝ traderet auctoritas. Preuide/
rat autẽ ipſe dñs futuros hereticos qui nupti/
as auferrent ⁊ matrimoniũ dãnarent ⁊ quod
ipſe dñs cõiunxit ab initio humane propagati
onis ipſi contra nature principiũ ⁊ ꝯtra euan/
gelium ſeparare attemptarent contra quos iaȝ
tunc auctoritas parabatur qñ mulieres marita
te prohibite non ſunt accedere ad chriſtũ cui in
preſentia ſeruiebant non tñ vt dicit ſine mode/
ratione talis promiſſio fuit procurata quia ſi/
bi non cooperabantur aliquid quod gerebat.
ſed ceteris proficiebat. Nam ſi allocut⁹ eſt do
minus ſamaritanam ad horam docuit ⁊ receſ/
ſit. nec defenſionem fecit contaminandis exceſ
ſibus.
¶ Ad primum ergo eſt dicenduȝ ꝙ tali mode
ratione vt dictum eſt procurata eſt mulierũ cõ
uerſatio cum apoſtolis ut omnium poſteroꝝ
diſciplina morum eſſet. Non enĩ ut dicit aug⁹.
Adherebant ſingularib⁹ ſingulares aut i diſ/
ciplinate cõmemorationes perſeuerabant ille
cebro conſortio cõuerſantes. nec ad coniugati/
ones improboſas ſed ad diſcenda bone cõuer
ſationis ſtudia. non vt perderet apoſtolos ſed
vt diſcerent reuerentiam ⁊ propter humanita/
tis exhibendum miſterium ſequebantur. nõ ri/
ſus non iocus dicitur ibi affuiſſe. nec ſicut apꝰ
quoſdã nunc uſqȝ aſſolet fieri choꝝ⁹ pſallentiũ
virginum aures venenoſis cantibus aſſerimꝰ
demulſiſſe.
¶ Ad ſecundum eſt dicend̄ ꝙ vt dicit Aug⁹. eo
dem libro quantum ipſis apoſtolis ſtupra fami
liaritas potuerit diſplicere ⁊ quantum continẽ
tia eis potuerit placere ex hoc indicio probari
poteſt. ꝙ ipſi de ipſo domino loquente cum fe
mina compulſi ſunt dubitare niſi eos maieſta
tis probata noticia retraxiſſet. Dicit enim euan
geliſta ꝙ mirabantur ꝙ cum muliere loqueba
tur vnde conſortium mulierum cum eis ex pre
ſentia domini non fuit eis temptationis incita
mentum. ſed conſiderata eorum pudicitia po/
ſteris fuit honeſtatis relinquendum exempluȝ
¶ Ad tertium eſt dicendum. ꝙ ſicut dicit Am
bro. vtrunqȝ ſexum dominus curaturus adue/
nerat. vnde ⁊ ſicut per conſortium mulierum
cum viro peccatum eſt perpetratum ſic per cõ/
ſortium tale peccatum illud eſt curatũ ⁊ per mu
lierum conſortium miſterium venerande reſur
rectionis primo eſt nunciatum.
Ad ſecũdum ſic proceditur videtur
enim ꝙ apoſtolis licitum non fue
rit poſt reſurrectionem chriſti muli
eres in eorum conuerſatione habe
re quia mulier non eſt facta in adiutorium viri
niſi propter prolis procurationeȝ vt dicit. Au
g⁹. ſuper gen̄. Sed iſta de cauſa apoſtoli nõ ha
buerunt mulieres in eorum conuerſatione non
enim ordinati erant ad propagationem carna
lem ſed ſpiritualem. vt baptiſarent omnes gen
tes in nõie patris ⁊ filij ⁊ ſpirit⁹ ſancti Math.
xxviij.
¶ Preterea illud vitandum erat ab ipſis apo
ſtolis quod fuit cauſa capitis apoſtolorum ca
ſus. Sed per ancillam hoſtiariam petrus chri
ſtum negauit. Dicit enim Ambro. ꝙ fuit muli
er ſicut legimus in paradiſo deliciarũ nec tamẽ
defuit in pretorio iudeoꝝ. ibi enĩ diabolus per
mulierem hominẽ decepit. hic petrũ ꝑ hoſtiari
riam circũuenit. ffideles etenim viros diabol⁹
nõ niſi per mulieres impugnare conſueuit.
¶ P. apoſtoli aſſũpti ſunt ad ſtatũ ꝑfectionis
Sed non eſt ſtatus ꝑfectionis mulieres in cõ
ſecratione habere. dato ergo ꝙ eis liceret nõ ta
men erat expediens quia multa licent que non
expediunt.
¶ In contrariũ ẽ qḋ ſcribit. Act. i. Erant oẽs
perſeuerantes i oratione cum mulierib⁹ ⁊. ma
ria matre domini Jeſu.
¶ Reſpondeo dicendum ꝙ. i. Coꝝ. ix. gloſa
aſſignat quatuor rationes propter quas licitũ
fuit in eccleſia primitiua apoſtolis mulieres cir
cumducere ⁊ alijs predicatoribus.
¶ Primo propter earum deuotionem qȝ de/
ſiderio dñice doctrine et virtutuȝ cupide ſeque
bantur apoſtolos ⁊ alios predicatores.
¶ Secundo propter apl'oꝝ adminiſtratio
nem qȝ ſicut noſtrum ſaluatorẽ mulieres ſecute
ſunt miniſtrãtes ei de facultatibus ſuis. ſic ip/
ſe miniſtraturas mulieres voluit ſequi apl'os ⁊
predicatores eius. oſtendens per hoc vt glo. di
cit quid a plebibus debeatur euangeliſtis.
¶ Tertio propter ipſarum approbationẽ ne
enim viderentur eſſe reprobate a xp̃o quia rui/
na humani generis ab eis incepit voluit eas in
comitatu ſuo et ſuorum apoſtolorum habere.
¶ Quarto propter virorum adheſionem con
uertebantur enim tunc mulieres pariter cum vi
ris et quia viri vendebant eorũ ſubſtantias et
poſſeſſiones et ponebant preciuȝ ad pedes ap
poſtolorum cõmorantes cum eis congruũȝ nõ
erat ut vxores eorum ab eis diſcederent.
¶ Ad. i. ergo eſt dicendum ꝙ nõ cauſa procrea
tionis prolis ſed cauſa deuotionis et obſequij
adminiſtrationis talis conuerſatio permiſſa eſt
cũ moderamine tamẽ ſupradicto in alia q̃one.
¶ Ad. ii. eſt dicendum ꝙ mulierum cõſortium
cum apl'is periculoſum non erat ante ſpiritus
ſancti receptionẽ. qȝ tunc erant omnes vnani/
mes perſeuerãtes in oratione vt dicit Act. i. et
nichil ſecũdum Aug. eſt potentius homine de/
uote orãte. multo aũt minus poſt receptionem
ſpiritus ſancti qȝ tunc foris apparentibus lin/
guis igneis intus facta ſunt corda flammãtia
ut greg. dicit.
¶ Ad. iii. eſt dicendum ꝙ ſicut dicit Jero⁹ Cõ
ſuetudinis iudaice fuit nec ducebatur in culpam
more antiquo ut mulieres de ſua ſubſtantia vi
ctum atqȝ veſtitum predicatoribus miniſtrarẽt
vnde habere eas tunc in eorum conſortio pro
pter hanc cãm non pertinebat ad imꝑfectionis
ſtatum.
Ad. iiii. ſic proceditur videt enĩȝ ꝙ Pau
lo non licitum erat mulieruȝ ꝯuerſatõ
ne vti. ſicut aliis apl'is Paulo non li
cebat facere qḋ murmurationis ⁊ detractatõis
eſſe poterat. Sed ſcribit act. vi. ꝙ factũ eſt mur
mur grecorum aduerſus hebreos eo ꝙ deſpi/
cerentur in miniſterio cottidiano vidue eorum
¶ Preterea qḋ paul⁹ prohibuit ſuis diſcipu/
lis non erat ſibi licitum facere. Sed. i. thi. v. di
cit adoleſcentiores viduas deuita cum enĩȝ lu
xuriate fuerint in xp̃o nubere volunt.
¶ Preterea Aug⁹. dicit ꝙ amputanda ſunt a
nobis quecũqȝ igniferi fomitis ſulphuratib⁹
flammis fornax ebuliẽtis carnis eſtuat. Sicut
enim ſub vna cauea nũꝙ̃ eſt ſecurus agnus cũ
lupo. ita ſub vna domo nũꝙ̃ eſt ſecurus hõ cũ
femina. Sed paulus patiebat ſtimulum car/
nis ſicut ipſe dicit. ii. Chor. xii. Datus eſt mihi
ſtimulus carnis mee. et Ro. vii. video aliãȝ le
gem in mẽbris meis ergo cõſortiõ mulierũ vti
ſibi licitum non erat.
¶ In cõtrariuȝ eſt ꝙ ipſe dicit. i. Chor. ix. Nũ
quid non habemus poteſtatem ſororem mulie
rem circunducendi ſicut ceteri apoſtoli.
¶ R. dicenduȝ ꝙ ſicut Paulus poterat de ſti
pendiis ſubditoꝝ viuere non eſt tamen vſus
tali poteſtate. Dicit enim ipſe. i. Chor. ix. Si a
lij poteſtatis noſtre participes ſunt quare non po
tius nos. Sȝ non ſumus vſi hac poteſtate ſed om
nia ſuſtinemus ne aliquod offendiculum de/
mus euãgelio criſti ſic poterat cõſortio mulieꝝ
vti in ſuo comitatu modo quo vtebant alii ap
poſtoli non tamen eſt vſus tali poteſtate propter
quatuor.
¶ Primo propter ſcandalum pſeudo apoſto
lorum vitandum. Callidi enĩȝ erant pſeudo a
poſtoli ad videnduȝ vel obſeruãdum aliquid
in apl'o vnde poſſent ſibi detrahere. quibus ip
ſe non ſolum cauſam imo omnem occaſionem
ſubtrahebat ſicut ipſe dicit. ii. Chor. xi. Quod
facio et faciã vt amputem occaſionẽ eoꝝ qui
volunt habere occaſionem.
¶ Secundo propter exemplum poſteris relin
quendum vt alii exẽplo ſui non haberent mate
riam cauſa pietatis ⁊ ſub ſpecie ſanctitatis cõ/
ſortia mulierum diligere de quibus ipſe dicit.
ii. Thi. iii. voluptatum amatores magis quã
dei. habentes quideȝ ſpeciem pietatis virtuteȝ
autem eius abnegãtes qui penetrant domos
et captiuas deducunt mulierculas peccatis o/
neratas.
¶ Tertio ꝓpter morẽ gentiliuȝ ſeruandũ. nõ
ei erat cõſuetudinis gentilium. mulieres mini/
ſtratrices hr̃e ſicut iudaice gentis. Unde qȝ ſcã
dalũ facere poterat in nationib⁹ q̃b⁹ paul⁹ pre
dicabat hãc cõſuetudineȝ ſe abieciſſe cõmendã
tat vt Jero⁹ dicit.
¶ Quarto propter periculũ temptatõis fugi
endum dicit enim Aug. ꝙ certe paulus pl⁹ om
nibus laborauit. ⁊ tamẽ ad mulieres circũdu
cendas collegas ſuos mutari contremuit ne ſe
ad interitum ſubiiceret temptationi carnali.
¶ Ad primũ ergo eſt dicendũ ꝙ murmur factũ
eſt in eccleſia primitiua nõdum vocato paulo
ad apl'atum. Cauſa autem murmuris vt glo.
ibi dicit fuit duplex. vna fuit ꝙ hebrei viduas
ſuas ut pote erudiciores in miſterio preferebãt
viduis grecoꝝ. Alia fuit ꝙ vidue grecoꝝ ꝑ lus
grauabãtur in tali miſterio. Unde paulus qui

fuit apl's gentium: morem hebreoꝝ de mulie-ribus circunducendis cum eis ſeruare noluit.

¶ Ad .ij. eſt dicendũ ꝙ apl's Paulus precipit illas viduas eſſe vitandas que poſt votuꝫ caſtitatis emiſſum nubere nolebãt. que ⁊ ſi repellende non erant ratione nuptiaꝝ. erant tamen vitande propter fractionem voti. eo ꝙ vouentibus virginitatem vel viduitatem non ſolum nubere ſꝫ velle nubere dãnabile eſt vt glo. dicit.

¶ Ad .iij. eſt dicendum ꝙ paulus per reſponſionem ſibi factam de ammotione ſtimuli carnis. ſecuri⁹ poterat eſſe in ſua temptatõne: non vinci ſed perfici ⁊ tamen ne ad incertum ſe ſubijceret temptationi: ꝯſortium mulieruꝫ vitauit.

Ad .iiij. ergo ſic proceditur videtur enim ꝙ prelatis ſucceſſoribus apl'oꝝ licitũ ſit mulieres in eorum cõuerſatione tenere. quia ſancti prophete geſſerunt vicem prelatorum ⁊ figuras perfectorum virorum. Sed helias ⁊ heliſeus hoſpitia mulierum elegerũt magis ꝙ̃ regum ⁊ magnorum virorum. licet ergo prelatis et perfectis viris preſentis temporis: in conſortio mulierum manere.

¶ Preterea epiſcopi et prelati repreſentant pſonas apl'oꝝ. Sed ipi in eorum comitatu ⁊ in eorum conſortio mulieres habuerunt ergo.

¶ Preterea illarũq; perſonarum obſequio licitum eſt vti epiſcopis et prelatis que aptiores ⁊ promptiores ſunt ad illa obſequia exhibenda. ſed femine communiter ſunt promptiores ⁊ aptiores ad domeſtica obſequia ꝙ̃ maſculi:

¶ Preterea ſpiritus ſanctus fuit cuſtos apl'orum ne mulierum conuerſatione poſſent contaminari. ergo ſimiliter poteſt eſſe cuſtos clericoꝝ ⁊ aliorum ſanctorum virorum vt ſi cura poſſit eſſe cum eis mulierum conuerſatio.

¶ Preterea apl's dicit gal'. v. Alter alterius onera portate. cantas ergo eſt onus temptationis virorum per mulieres portari.

¶ Preterea ſi conſortiuꝫ mulieris cum clericis eſt ſuſpectum: tunc nec in eccleſijs nec in oratorijs cum eis deberent clerici cõuerſari.

¶ Preterea quod poteſt bene ⁊ male fieri nullus debet in malam partem iudicare iuxta illð apl'i ad Ro. xiiij. Tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum. Sed conuerſatio mulierum cum clericis poteſt bene ⁊ male fieri. ergo non debet ab alio in malum iudicari.

¶ In contrarium eſt qð ſcribitur extra de cohabitatione clericorum ⁊ mulierum.

¶ R'. dicendũ eſt ꝙ aliqui fuerunt tante temeritatis ⁊ preſumptionis vt dicerent prelatis ⁊ clericis more apl'orum ⁊ prophetarũ licere vti conſortio ⁊ obſequio mulierũ. ⁊ ad aſſertionē eorum erroris inducebant que ſuperius allegata ſunt et plura alia. quam opinionem. Auguſ⁹. dicit eſſe hereticam in libro de ſingularitate clericorum. vbi pluribus rationibus conatur oſtendere ꝙ a clericis ⁊ vniuerſaliter eccleſiaſticis vi. is mulierum conſortium tanquam venenum eſt vitandum.

¶ Primo ſic. Adam per euam ſeductus eſt quando nulla morientium exempla preceſſerunt: niſi ꝙ ſola vna iuſſio conſtrinxerat. Sed modo innumerabiles mortes et infinita iuſſa compeſcunt. Jam enim perfecti epiſcopi ⁊ clerici: poſt calcata certamina: p⁹ magnalia ſigna ⁊ mirabilia vbiq; quaq; monſtrata: noſcunt naufragaſſe cum voluerunt in hac naui fragili nauigare.

¶ Secundo ſic nullus ſecum mulierem debet conducere qui vxorem contempſit. Qui enim nouit vinum non bibere vini oblectatione perfrui non debet. ſed clerici et eccleſiaſtici viri vniuerſaliter deſpexerunt vinculum nuptiarum: ergo vinculis femineis non debent alligari: quia ꝙ̃uis nullo concubitu miſceantur cum eis. deſiderio tamen viſu colloquio cõiunctione ſemper oblectantur.

¶ Tertio ſic peius ꝙ̃ mechia eſt continentiã ducere criminoſaꝫ. ⁊ infamẽ facere ſanctimoniã Sed clericus fame ⁊ pudicitie bonum, fruſtra intrinſec⁹ laborioſo agone cuſtodit: ex quo foriſecus patitur infamari per conſortiuꝫ mulierum.

¶ Quarto ſic nullus ſuper vna febre cupit ad bibere peiorem ne incipiat cruciatio inſanabili labore cui nullus valeat medicus ſubuenire.

¶ Sed nunq̃ corpus humanuꝫ deſiderijs carnalibus ſpirituꝫ ceſſat infeſtare: ergo ſufficit clerico carnem ſuam ſuperare ⁊ non alteram conducere.

¶ Quinto ſic ſi mariti ⁊ vxores deſideria coniugalia cotidie gerentes ſibi non ſufficiunt ad extinguendam libidinem: quid agunt illi qui adiungendas impugnatõnes feminis ſociant.

¶ Sexto ſic. Citius delinquitur vbi ſine ſuſpicione ſecurum poteſt eſſe delictum. maxime qꝛ concupiſcentie nulla deſpectio rerum exiſtit. cui dyabolus pingens ſpecioſum efficit quitquid fedum ⁊ horridum fuit. ergo nulla femina nec vetula nec affinitate cõiuncta peculiariter a clericis ſuſcipienda eſt ad domeſticũ obſequium

¶ Ad .i. ergo eſt dicendum ꝙ ſicut dicit Aug⁹. magni homies ſunt qui ſanctis prophetis volunt ſe comperare. ad occaſioneꝫ enim noſtre ruine in peruerſum ſanctos volum⁹ imitari. inter ceteros actus veſtigia iuſtoꝝ volum⁹ ſequi. In quibuſdam enim tanq̃ infirmos nos excuſam⁹ ad imitanda facta maioꝝ ⁊ in alijs nos equales maioribus proteſtamur. cũ tamen helias in anguſtia conſtitutus imparẽ patribus ſuis ante deum fateatur. nunquid ait melior ſũ ꝙ̃ patres mei.

¶ Ad .ii. eſt dicendũ ꝙ nõ videmus ſic apud nos calcari auaritiam ſicut apoſtoli cũcta dimiſerunt. nec videmus crapulam ⁊ ebrietatem ſic noſtris cõuiuijs abeſſe: ſicut apoſtoli nihil habentes frequenter cogniti ſunt eſurire. nec cognoſcimus in nobis ieiunia ſitim fameꝫ nuditatem ꝓpter inſtantiaꝫ ſoli⁹ doctrine vbiq; pollere: ſicut in apoſtolis legim⁹ triumphaſſe. ſed tales vt dicit. Aug. ſunt callidi argumẽtatores ⁊ iuriſperiti fallaces. qui dum cupiunt preuaricari controuerſias actioneſq; cauſaꝝ. etiaꝫ ipſa iura tranſuerunt. ⁊ tamẽ volunt competentib⁹ cohercẽri iuſſionibus legum ad illudendos iudices. incõuenientibus exemplis velut ſimiles coniecturas iuris ſubijciunt. de quibus bene per Salomoneꝫ dicitur. peccator homo cuitat correctionem ⁊ ad voluntatem ſuã inuenit cõparationem.

¶ Ad tertium eſt dicenduꝫ ꝙ̃ per interemptionem vtilior nanq; eſt maſculus vel puer continens ad domeſticum obſequiũ ꝙ̃ femina. pro quãto decẽtior vt a clericis ad cõmunitatẽ vel moditatem potius eligatur maſculus ꝙ̃ femina. Dato tamẽ ꝙ femina vtilior extimetur in domeſtico obſequio: non oportet carnalia emolumenta preponere vtilitatibus ſpiritualium cõmodoꝝ potiſſime qꝛ ideo femina vtilior extimatur: eo ꝙ ſuis blandimentis frequenter aduerſa ſuggerit eſſe proſpera: ⁊ tamdiu ſopitum ignem ſine vllis flãmis occultat: donec duas faculas iungens ſimul ambas accendat.

¶ Ad .iiii. eſt dicenduꝫ ꝙ ſpiritus ſanctus noſter cuſtos eſt vt Aug. dicit. ſed vt vicia cõtraria declinantibus aſſiſtendo ſubueniat. non vt cõtraria eligentibus foueat. nec vt voluntarios ⁊ pronos in aduerſa confortet. neſcit enim vt dicit Criſo⁹ patrocinium dare criminibus diuina iuſticia.

¶ Ad .v. eſt dicendũ ꝙ non ſunt onera temptationũ que Paulus imperat ſupportanda ſed vt tollerantes noſmetipſos diſcordia nulla diſcenat. ⁊ in temptationibus conſtitutis fratribus mutua prebeamus auxilia. non vt ipſi nobis per feminas temptamẽta procuremus.

¶ Ad .vi. eſt dicendum ꝙ ſicut dicit Aug. heretice profeſſionis eſt iſta contradictio calumnioſa que ð bonis perſcribit vt afferat mala Amãde cui ſunt femine inter ſacra ſolemnia. ⁊ odio habende in communione priuata. In eccleſiis nanq; impugnationes nichil poſſunt. vbi enim ipſi demones cedunt. ⁊ nulla ſexus alicuius permittit cõſiderari diſtantia. Ibi enim ſpirit⁹ dñatur ⁊ caro ancillaꝫ ſemetipſã cognoſcens. ſicut perdit ſue voluntatis vſum. ſic per dict⁹ luxũ.

¶ Ad .vii. eſt dicendum ꝙ ſicut dicit Auguſtinus. illis apl'is per illud verbum contulit defenſionem qui nullam partẽ legis impugnant. ⁊ illis tribuit patrociniũ qui ex voto ſuo aliquid faciunt nec quicq̃ eccleſiaſticis viris impediunt. Illos aũt eccleſiaſticis tribunalibus ſubdidit. quos tranſgreſſores ordinarie tranſgreſſionis nulla impunitas excuſat.

## ¶ Queſtio · lxxxvii · de apoſtolorũ perfectiõe

Nunc videndũ eſt de apl'oꝝ pfectione. Circa ꝙ queruntur quatuor.

Primo. Utrum ſtatus apl'oꝝ in perfectione excellerit cuiuſlibet religionis ſtatum.

¶ Secundo. Utrũ ſtatus apoſtoloꝝ in perfectione excellerit ſtatũ omniũ prelatoruꝫ.

¶ Tertio. Utrũ ſtatus apoſtoloꝝ xp̃i in perfectione excellerit diſcipulorum ſtatum Johan. Baptiſte.

¶ Quarto. Utrũ ſtatus diſcipulorũ xp̃i in pfectione excellerit ſtatuꝫ diſcipuloꝝ eius quos binos miſit ante faciem ſuam.

Ad primuꝫ ergo ſic proceditur videtur enim ꝙ ſtatus apoſtoloꝝ in perfectione nõ excellerit cui⁹libet religionis ſtatum quia de apoſtolis ſcribitur. act. iiii. ꝙ nec quiſq̃ erat egens inter eos ſed inter religioſos multi ſunt indigentes potiſſime illi religioſi q̃ nihil habent proprium nec in communi.

¶ Preterea ſtatus perfectio conſiſtit in abdicatione ⁊ dimiſſione tp̃aliuꝫ. Sed multi ſunt religioſi qui plura tẽporalia dimiſerunt ꝙ̃ apl'i. In perfectiori ergo ſtatu ſunt tales ꝙ̃ apoſtoli fuerunt.

¶ Preterea perfectiõis ſtatus conſiſtit in voti obligatione. Sed de apl'is nõ legitur ꝙ voto ſe abſtrinxerint ad perfectionis ſtatum ſicut religioſi faciunt.

¶ In contrariũ eſt qꝛ cauſa ſemp excedit ſuuꝫ effectũ. Sed perfectio ſtatus apoſtoloꝝ vocatorũ primo ad ſtatũ religionis fuit cauſa perfectõnis omnis religionis Nullius ergo religionis perfectio poteſt illorum perfectioni equari.

¶ Re. dicendum ꝙ quãuis apl'i primo fuerint vocati ad ſtatum religionis ꝙ̃ prelationis vt ſupra dictũ eſt, magne tamẽ preſumptionis eẽt

dicere vt alicuius religionis perfectio poſſet apoſtolorū perfectionē attingere. Habuit enim apoſtolicꝰ ſtatꝰ perfectio ſingulariter tria.

¶ Primo ſingularem vocationem. Fuerunt enim ipſi immediate a xp̄o electi ⁊ vocati. Unde ſuper illo verbo math. iiii. Ambulans Jheſus iuxta mare Galilee. dicit Criſo. ꝙ añꝙ criſtus aliquid dicat vel faciat. vocat apoſtolos vt nichil illos lateat. nec verborū eius. nec operum. vt poſtmodū fiducialiter dicere poſſent non poſſumus que audiuimus ⁊ vidimus nō loqui. Quare autem efficatie fuerit iſta a criſto immediata vocatio. Gregoꝛ. oſtendit ſuper illo verbo at illi relictis omnibꝰ ſecuti ſunt dn̄m dicens, ꝙ tanta ab apoſtolis xp̄m ſequentibus dimiſſa ſunt quanta a non ſequentibus concupiſci potuerunt.

¶ Secundo habuit ſingularem remunerationē. Petro nanqꝫ ⁊ aliis dicentibus. Ecce nos relinquimus omnia ⁊ ſecuti ſumꝰ te. quid ergo erit nobis. ſingulariter reſponſum eſt. vos qui ſecuti eſtis me ſedebitis ſuper ſedes duodecim iudicantes. xii. tribꝰ yſrahel. aliis autem relinquentibꝰ domū fratres vel ſoꝛoꝛes vel agros dictum eſt. Centuplū accipietis. Super quo verbo dicit Criſo. ꝙ apoſtolis criſtus promiſit futura quia excelſioꝛes erant et ſic iam perfecti vt nihil preſentium quererent. Aliis autē que ſūt hic. ſaluatoꝛ repromiſit quando ait. centuplum accipietis.

Tertio habuit ſingularem cū criſto preſentialē conuerſationem. Unde ſuper illo verbo Luce xxii. Uos eſtis qui permanſiſtis mecum in temptationibus meis. Dicit gloſa ꝙ ſicut Jude ꝓditori diris pronunciauerat ve. ſic apoſtolis remanentibus bona pronunciauit: qꝛ non inchoatio patiētie ſed perſeuerātia celeſtis regni gloriam donat. Unde apoſtoli cū criſto conuerſantes et in temptationibus permanentes eternū regnum adepti ſunt. cum eis dixit. Ego diſpono vobis regnū vt edatis ⁊ bibatis ſuper menſam meam in regno meo.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ illud verbum intelligitur de indigentia prouiſionis. prouidebatur enim vnicuiqꝫ non ſecundū perſonas ⁊ munera gratiarū ſed ſecundū maioꝛē vel minoꝛem indigentiam vt glo. dicit. Non autem intelligitur de prouiſione ſufficientie vt qꝺ vnicuiqꝫ prouideretur ꝙ ſibi ſufficeret ⁊ nō indigeret aliquo. cū apl̄us dicat. ij. ad Coꝛ. xi: In fame ⁊ ſiti in frigoꝛe ⁊ nuditate. ⁊ eadē epiſtola capitulo. vi. In tribulatōnibus in neceſſitatibꝰ ⁊ in anguſtiis in plagis in carceribꝰ ⁊ i laboꝛibꝰ in ieiuniis ⁊ multa ibi enumerāt q̄ ſonant apoſtolos habuiſſe non tpalium ſufficientiam ſed ꝙ plurimam indigentiam.

¶ Ad ſecundū reſpondet Origenes Math. xix. dicens ꝙ ſi Petrus cum fratre ſuo minima reliquit. non minima tamen ſunt eſtimata apud deum conſiderantem quoniā ex tanta plenitudine dilectionis illa minima reliquerunt. vt etiam ſi multas habuiſſent poſſeſſiōes omnia reliquiſſent. ⁊ puto vt dicit ꝙ magis Petrꝰ cōfidens de affectu ſuo ꝙ de ipſa quantitate rerū relictarum fiducialiter interrogauit quando dixit Ecce nos relinquimus omnia.

¶ Ad tertium eſt dicendū ꝙ apoſtoli voto ſe criſto in ſacrificium obtulerūt. Hoc eſt enī voto offerre aliquid non reſeruare ſibi libertatem retroire. qꝺ apoſtoli fecerunt. Dicit enim Paulus. Coꝛ. ix. Si euangelizauero non eſt mihi gloria. Neceſſitas enim mihi incumbit ⁊ ſtatī ſubdit. Cum eſſem liber ex omnibus omnium me ſeruum feci.

AD. ii. ſic proceditur: videtur enī ꝙ ſtatus apoſtoloꝝ in perfectione nō excelſerit ſtatum omniū prelatoꝛum. Perfectio enim ſtatus conſiſtit in attinctione finis per meritum gratie. Sed dicit Aug. ⁊ ponitur ii. q. vii. Puto ꝙ ſine vlla ſui contumelia. Ciprianus ep̄s porro apoſtolo comparatur quātum attinet ad martirii coronam.

¶ Preterea ſicut ſtatus preſbyteroꝝ poteſt excedere in perfectione ſtatum ep̄oꝝ. ſic ſtatus prelatoꝛum poteſt excedere in perfectione ſtatū apoſtoloꝝ. Sed ſicut dicit Augꝰ. in epiſtola ad Jero. ⁊ ponitur cauſa in queſtione ſupra dicta Quanqꝫ ſecundū vocabula que vſus obtinuit ep̄s ſit preſbytero maioꝛ. in multis tamē rebus Jeronimo minoꝛ eſt Auguꝰ.

¶ Preterea qui ſunt equales in ptātis iuriſdictione equales ſunt in ſtatus perfectione Sed prelati ⁊ potiſſime epiſcopi ſūt equales apl̄is in poteſtatis iuriſdictione ergo ſimiliter in ſtatus perfectione.

¶ In contrariū ē qꝛ fundamētū ſemp ē maioris perfectionis ⁊ permanentie his q̄ ſupra fundamēta ponunt ſed plati ⁊ ep̄i edificati ſūt ſupra fundamēta apl̄oꝝ et ꝓphetaꝝ ad ephe. ii.

¶ R. Dicendō ꝙ vnus ſtatus perfectioꝛ eſt altero ex perfectioꝛi caritate que ē vinculum perfectionis ſicut dicit apl̄s Coloſ. iii. Tanto ergo ſtatus apl̄oꝝ in perfectione excelſit ſtatū omnium prelatoꝝ quanto coꝛum caritas maioꝛ ⁊ perfectioꝛ fuit alioꝝ prelatoꝛum caritate loquendo communiter Excelſit ſiquidem caritas ⁊ gratia ſtatus apl̄oꝛum perfectionis ſtatum aliorū prelatoꝛū ſequentiū quātū ad plus ī qnqꝫ

¶ Primo in primitate. Ipſi enim primitias gratie primitus receperunt ſicut apl̄s dicit ad Ro. viii.

¶ Secundo in vniuerſalitate. quia plus gratie habundauit in apl̄is ꝙ in aliis Ad ephe. i. ſecundum diuitias gratie ſue que ſuperhabundauit in nobis. non enim ſolum in eis fuit gratia ſufficiens reſpectu preceptoꝛum vel perficiens reſpectu conſilioꝛum ymo ſuperhabūdās reſpectu ſingularium donoꝛum.

¶ Tertio in certitudinis firmitate. Certi enim erant ipſi de eoꝛum perfectione ꝙtum ad ſtatum vie de perfectione gratie et ꝙtum ad ſtatū patrie de perfectione premij. ii. petri. i. Certus ſum ꝙ velox ē depoſitio tabernaculi mei ſecundū ꝙ dominus reuelauit mihi ⁊. ii. Thi. vltimo De reliquo repoſita ē mihi coꝛona iuſtitie quā reddet mihi dn̄s in illa die iuſtus iudex

¶ Quarto in fructuoſa vtilitate. Paulus enī qui plus omnibus laboꝛauit tanꝙ quidā ſol lingue ſue fulgentibus radiis totum oꝛbem illuſtrauit vt dicit Criſo. Coꝛū ſimiliter precioſa moꝛs eccleſiam magno theſauro ditauit.

¶ Quinto in conſeruationis dignitate. Fuerunt enim a xp̄o ſingulariter preſeruati Johā. xvii. Cum eſſem cum eis ego ſeruabā eos quos dediſti mihi ego cuſtodiui eos ⁊ nemo ex eis periit niſi filius perditionis. non ergo rogo vt tollas eos de mūdo ſed vt ſerues eos a malo nō in ꝙ a malo periculoꝛum ⁊ paſſionū coꝛpoꝛaliū Has enī eos experiri volebat vt eſſent ſui imitatoꝛes: ſed a malo temptationū maloꝛū ⁊ peccatoꝛum vt glo. ibi dicit.

¶ Ad. i. ergo ē dicendum ꝙ illa paritas gratie beati Cipriani cum petro non attenditur ratione ſtatus communis prelatoꝛum qui communiter deficit a ſtatus perfectione apl̄oꝝ ꝓpter illa que dicta ſunt: ſed ratione ſingularis gratie ſibi a deo date qui licet non numero fuerit inter apl̄os numeratus merito tamen martirij eum ⁊ alios ſanctos apl̄is equat.

¶ Ad. ii. ē dicendū ꝙ illud dictum Aug. intelligitur de quibuſdam donis ſingularibus ⁊ perſonalibus non per comparationem ad ſtatum apoſtoloꝛum communiter ſumptum. In talibus enim ſingularibus donis vnus apoſtoloꝛum fuit perfectioꝛ alio. Dicit enim Criſo mat. xix. ꝙ vnuſquiſqꝫ apoſtoloꝛum in aliquo bono ſpirituali fuit alio perfectioꝛ vt Petrus in fide. Johan. in virginali innocentia Paulus in ſapientia. ⁊ ſic de alijs. Sic in aliquo dono beatus Jeroꝰ. potuit eſſe maioꝛ Augꝰ. ſed ratione ſtatus planum eſt ꝙ Augꝰ. perfectioꝛ erat Jeronimo, cum ſtatus epiſcopalis perfectam caritatem requirat Sic ſtatus apoſtoloꝛum perfectioꝛem caritatem requirebat ꝙ adhuc ſtatus prelatoꝛum. eo ꝙ ſemper principia ſicut ſunt modica in quantitate. ſic debent eſſe maxima in virtute.

¶ Ad. iii. eſt dicendum. ꝙ equalitas ptātis iuriſdictionis accipitur reſpectu proximi ⁊ coꝛpoꝛis miſtici eccleſie cuius ſalutem quanto quiſqꝫ maioꝛi caritate adminiſtrat. tanto in perfectioꝛi ſtatu eſſe dicitur Planum eſt autem ꝙ choꝛus apoſtoloꝝ totus fuit ſuperhabundanti caritate repletus. non ſolum in procuratione ſalutis proximoꝛum. imo in fundatione coꝛpoꝛis miſtici totius eccleſie.

AD. iii. ſic proceditur. videtur enī ꝙ ſtatus apoſtoloꝛum criſti in perfectione non excelſerit ſtatū diſcipuloꝝ Jo. Baptiſte. Super illo enim verbo Math. xvij Hoc genus demonioꝛum non eijcitur niſi per oꝛationem ⁊ ieiunium Dicit Criſo. ꝙ ieiuniū multam ſapientiam imponit. hominem quaſi angelum conſtituit. incoꝛpoꝛeas poteſtates impugnat. Concupiſcentias perniciofas extinguit deum propitium facit. ⁊ animas ſuperbā humiliat. Sed diſcipli Johan. ieiunabant nō autē diſcipuli criſti vt dicitur Math. ix. ergo illi erāt perfectioꝛes.

¶ Preterea ſcribitur Mat. vi. ꝙ venerunt diſcipuli Joh. ⁊ poſuerūt coꝛpus eius in monumento. qꝺ non dicitur de diſcipulis criſti hec feciſſe de eo. Sed cum ſepelire moꝛtuos ſit opus perfectionis. vt patet. Thobie. xij. videtur qꝺ diſcipuli Johā. et hoc fuerit in perfectioꝛi ſtatu

¶ Preterea diſcipuli criſti eum negauerunt. Math. xvi. relicto eo omnes fugierūt Hoc autem non legitur de diſcipulis Johan. ꝙ eum negauerunt.

¶ In contrarium eſt ꝙ ſtatus perfectio conſiſtit in ſequendo criſtum. ⁊ relinquendo omnia propter criſtum. Sed hoc non legitur de diſcipulis Johā. ſed ſolū de diſcipulis xp̄i. ergo ipſi fuerunt in perfectioꝛi ſtatu ꝙ illi.

¶ R. dicendū ꝙ vel loquimur de perfectione ſtatus vtroꝛūqꝫ apoſtoloꝝ xp̄i ⁊ diſcipuloꝛum Joh. in ſe vel ꝑ cōparationē ad ꝑſonas. vtroqꝫ aūt modo ſtatꝰ apoſtoloꝝ fuit ꝑfectioꝛ Fuit enī Johā. finis veteris teſtamenti ⁊ principiū noui. Unā tpe Johā. lex moſaica q̄ nihil ad perfectū deduxit adhuc habebat ſtatū. Juxta illꝺ Math. xi. lex ⁊ ꝓphete vſqꝫ ad Johan. baptiſtā ꝓphetauerūt. Apl̄i aūt nō ſolū fuerūt in ſtatu plenitudinis gratie. imo nouū teſtamētū gratie plenitudinē ꝯferēs ꝑ eos ē prio ꝓmulgatū. ⁊ vetꝰ teſtamētū ceſſaſſe ꝑ eos prio eſt ſententiatū

Unde petrus caput apoſtoloꝝ de ceſſatione legaliū primo ſententiā protulit. Act. xvi. Si vero loquamur de ſtatus perfectione per comparatione ad perſonas. Planū eſt diſcipulos Jo. non ſolum non habuiſſe perfectionē equalem xpi apoſtolis. ymo dignos fuiſſe magna reprehenſione propter tria.

¶ Primo propter coꝝ ſuperbam elationē. Dicit enī Criſo. ſuper illo verbo Math. ix. Quare nos ⁊ phariſei ieiunamus. diſcipuli aūt tui non ieiunant. vnde elationis ſuperbiā. primo ſeipſos ponunt. Deinde phariſeos ieiunabāt enim ſicut ⁊ phariſeus. qui dixit Jeiuno bis in ſabbato decimas do omniū que poſſideo. qđ atteſtatur coꝝ ſuperba interrogatio ⁊ ieiunii reprehendenda iactancia.

¶ Secundo propter phariſeoꝝ aſſociationē. Dicit enim Jero. ꝙ nō poterant diſcipuli Johannis nō eſſe ſub vicio qui iungebantur phariſeis quos a Johāne eoꝝ magiſtro nouerāt eſſe condemnatos ⁊ calumniabantur xpm quē ſciebant magiſtri vocibus eſſe predicatum.

¶ Tercio propter inuidie emulationē. Dicit eīn Criſo. ſuper illo Johā. iii. Facta eſt queſtio ex diſcipulis Johan. de purificatione ꝙ zelotipe ſe habebant diſcipuli Johan. ad diſcipulos xpi ⁊ ad ipſum criſtū. quia viderūt diſcipulos xpi baptizantes. ceperūt dicere ad illos qui baptizabātur baptiſmo criſti vt tali baptiſmo nō baptizarentur quaſi aliquid maius haberꝫ baptiſma Johan. baptiſte diſcipuloꝝ criſti. Unde manifeſtum eſt ꝙ queſtionē de purificatione mouerunt primo diſcipuli Jo. non zelo diſcende veritatis ſed magis zelo inuidie.

¶ Ad pmū ergo eſt dđ ꝙ diſcipuli xpi nō ſunt coacti ieiunare ipſo ſcilicet preſente. quia ſua pſencia ieiunantibus ⁊ abſtinentibus eos faciebat iuſtiores ⁊ fortiores vt dicit Criſo. Math. ix. nec cum quolibet ieiunio genus demonioꝝ eiicitur ſed tali quo ſuperbia inuidia ⁊ alia vicia deprimuntur quale non erat ieiunium diſcipulorum Johan. vt dictum eſt.

¶ Ad. ii. eſt dicendum ꝙ dei prouidentia factū eſt vt corpus xpi nō traderetur ſepulture per apoſtolos. propter omnem ſuſpitionem remouēdam. Si enim iudei pecunia corrumpentes cuſtodes dixerunt Dicite quia diſcipuli eius nocte venerunt ⁊ furati ſunt eum nobis dormientibꝰ. Math. xxviii. multo magis hoc dixiſſent ſi per eius apoſtolos corpꝰ xpi fuiſſet ſepultū. Et propter dictā ſepulturā honorandā. predictuꝫ enī erat yſaie. ix. Erit ſepulchrum eius glorioſum. Unde per homines inſignes ⁊ honorabiles criſti corpus erat ſepeliendū quod ſic factū eſt quia per Nicodemuꝫ qui erat princeps iudeorum. ⁊ Joſeph qui erat nobilis decurio.

¶ Ad. iii. eſt dicendum ꝙ illa negatio cooperata eſt Petro ac aliis apl'is in bonum non in maluꝫ. quia in proprie infirmitatis recognitionem. in proximoꝝ infirmitatum compaſſionēꝫ ⁊ in eorum poſtmodū fortiorem criſti confeſſionem. A deo enim vt dicit Augꝰ. deus perfectis viris omnia cooperatur in bonuꝫ. vt ſi qua eorum facta deuiant ⁊ exorbitant hec ipſa cooperatur eis in bonum vt doctiores reddantur et fortiores.

Ad. iiii. ſic proceditur videtur enim ꝙ ſtatus apoſtolorum xpi in perfectione non exceſſerit ſtatum diſcipulorum eiꝰ quos binos miſit ante faciem ſuam. Scribitur enīꝫ Luce. xiiii. Qui non renunciauerit omnibꝰ que poſſidet non poteſt meus eſſe diſcipulꝰ. Sꝫ illi fuerunt criſti diſcipuli. ergo reliquerunt omnia propter ipſum. ac per conſequens equales fuerūt apoſtolis in pfectionis ſtatu.

Preterea qui ſunt equalis meriti ſunt equalis premii ⁊ equalis ſtatꝰ. ſed apoſtoli ⁊ illi diſcipuli fuerunt equalis meriti. Cum enim reuerſi eſſent. lxxii. cū gaudio dicētes. Dñe. demonia ſubiiciuntur nobis in nomine tuo. dictū eſt eis Gaudete qꝛ nomina veſtra ſcripta ſunt in celis.

¶ Preterea quibus prefigitur idem modꝰ perueniendi ad perfectionis ſtatum ſunt in equali ſtatu perfectionis. Sed illis diſcipulis prefigitur idem modus perueniendi ad perfectionis ſtatum ſicut prefixus eſt apoſtolis. vtriſqꝫ enim dicitur. Ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos ⁊ noliſte portare ſacculum neqꝫ peram ⁊ cetera alia.

¶ In contrarium eſt quia nullus debet ſe xpi collegio in perfectionis ſtatu comparare vt dicit Auguſtinus. Sed illi diſcipuli non fuerunt de criſti collegio ergo nec equales apoſtolis in perfectionis ſtatu.

¶ R. dicendum ꝙ ſoli. xii. apoſtoli electi ſunt a criſto ad ſtatum religionis per temporalium omnium abdicationem. Et ad ſtatum prelationis per omnium commiſſionem. ⁊ ad ſtatuꝫ familiaris cum criſto conuerſationis per ſecretorum reuelationem. De illis autem diſcipulis non eſt ſcriptum ꝙ ab eo fuerunt vocati ad ſtatum religionis. nec ad ſtatum prelationis. nec ad ſtatum familiaris conuerſationis. ſed vocati ſunt tanꝙ coadiutores apoſtolorum in ſacramentorum adminiſtratione et euangelii predicatione. ꝙ ipſa verba criſti manifeſtāt. Ait enī Luce. x. Meſſis quidē multa opariī autē pauci rogate ergo dominum meſſis vt mittat operarios in meſſem ſuam. non ergo eſt dicendum ꝙ ipſi fuerint equales apl'is in perfectiōis ſtatu.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ multi fuerunt xpi diſcipuli renunciantes hiis que poſſidebant qui abierunt retro non enim obligatiōis voto xpm ſecuti ſunt. Un̄ ſuper illo verbo Jo. vi. Ex hoc multi eius diſcipuli abierunt retro ⁊ non iam cum illo ambulant. Dicit Criſo. ꝙ nō dixit receſſerunt ſed abierunt retro puta ab ea fide ⁊ audicione que ſcđm veritatem erat ꝙ perdiderunt ⁊ preciſi a corpore vitam ammiſerunt. Soluꝫ autē de. xii. dictū eſt. Dñe ad quē ibimꝰ verba vite eterne habes. quia ipſi voto obligationis xpm ſecuti fuerant vt amplius non eſſet eis liberum retro abire. In quoꝝ perſona dicit apl's Phil. iii. Que quidem retro ſunt obliuiſcens. ad ea vero que ſunt priora meipſum extendens. Et ſtatim ſubdit quicunqꝫ ergo perfecti ſumus. hoc ſenciamus puta ꝙ que retro ſūt obliuiſcamur ⁊ ad illa que priora ſunt nos ipſos extendamus.

¶ Ad. ii. eſt dicendum ꝙ omnium predeſtinatorum nomina ſcripta ſunt in libro vite per eternam ſentenciam ⁊ omniū exiſtentium in gracia ſimiliter per preſentem iuſticiam. qui tamen deleri poſſunt de libro vite cuꝫ labuntur in peccatum. iuxta illud pſal. deleantur de libro viuētium ⁊ cum iuſtis non ſcribantur. Unde multi ſunt ſcripti in libro vite qui nō ſunt in perfectionis ſtatu. ⁊ Judas fuit in perfectionis ſtatu. ⁊ quandoqꝫ ibi ſcriptus per preſentem iuſticiā ſemper tamen deletus per eternam ſentenciaꝫ.

¶ Ad. iii. dicendum ꝙ ille modus fuit prefixꝰ apl'is ⁊ coadiutoribus apl'oꝝ vt idem modus traderetur omnibus predicantibus euangeliū ⁊ adminiſtrantibus ſpiritualia ꝙ nō principaliter temporalis ſubſidii. ſed deſiderio celeſtis premii hoc facerent. Multis enim modis aliqui ſecuti ſunt xpm vt dicit Criſoꝰ. Math. ix. Aliqui enim per predicationē. Aliqui per ſcripture monitionem. Aliqui vero per eternam inſpirationem. ⁊ aliqui per temporalium abdicationem ⁊ voti obligationem ſicut apoſtoli qui retro non abierunt.

## ¶ Queſtio. lxxxviii. de apoſtolorū prelatiōe.

Deinde videnduꝫ eſt de apoſtoloꝝ prelatione.

Circa qđ queruntur. iiii.

Primo Utrum ſolus Petrus fuerit a xpo aſſumptus ad prelationis ſtatum.

¶ Secundo. Utrum perfectior fuerit in apoſtolis ſtatus religionis ꝙ prelationis.

¶ Tercio Utrum illi. lxxii. diſcipuli fuerint aſſumpti ad ſtatum prelationis.

Quarto. Utrum illi. vii. dyaconi ad ſtatū prelationis fuerint aſſumpti.

Ad. i. ſic proceditur videtur enim ꝙ omnes apoſtoli non ſoluꝫ Petrus ad ſtatuꝫ prelationis fuerint aſſumpti. Epatus enim nomen prelationis eſt. ſed Johā. xx. xpus omnes apoſtolos fecit epiſcopos quando inſufflauit et dixit eis. Accipe ſpiritum ſanctum quoꝝ remiſeritis peccata remittuntur eis. Super quo verbo dicit gloſa In tantī liber ad quantum culmen glorie producti ſunt xpi apoſtoli vt vice dei quibuſdam peccata retineant quibuſdam relaxent quorum nunc in eccleſia epiſcopi locum tenent.

¶ Preterea predicare euangelium eſt prelatorum officium. Sed Math. vltimo omnibus apoſtolis indifferenter dictū eſt. Euntes in mūdū vniuerſū predicate euāgeliū omni creature.

¶ Preterea Paulus aſſumptus fuit ad officium predicationis nō auctoritate Petri quia poſt eius aſſumptionē ad apoſtolatum tribus annis predicauit anteꝙ iret. Jeroſolimam videre Petruꝫ vt ipſe dicit Gal. i. Alii ergo apoſtoli fuerunt aſſūpti ad prelationis ſtatū a xpo pter Petrū. ¶ In contrariuꝫ eſt quia ſolus petrus fuit ad prelationis ſtatum electus a xpo Mat. xvi. Tibi dabo claues. ergo ſolus petrꝰ in ſtatu prelationis a xpo fuit confirmatus qđ ſic factū eſt Johan. xxi. Paſces oues meas.

¶ Rn. Dicendū ꝙ oīs ſtatus reducit ad caput vnum aliter non eſſet dicendus ſtatꝰ ſed caſus. Ubicūqꝫ autē eſt capitis vnitas ibi eſt ſtatus vbicūqꝫ aūt pluralitas caſus eſt nō ſtatꝰ. tociꝰ aūt ſtatꝰ epalis ⁊ eccleſiaſtice Jerarchie caput ē epatus xpi ad quem omnes epiſcopatus ⁊ prelationes omnes eccleſiaſtici ordinis reducunt iuxta illud. i. petri. ii. Conuerſi eſtis nūc ad paſtorem ⁊ epiſcopum animarum veſtrarum vnde ſuper illo verbo Johan. xxi Paſce oues meas dicit glo. ꝙ finito prandio commiſſionē ouiū ſoli petro commendauit xpus ⁊ nulli alteri. cuius commiſſionis reminiſcens. i. petri. v. dicit paſcite qui in vobis eſt gregē dei. Super quo verbo etiā dicit gloſa ꝙ ſicut dñs ſoli petro totiꝰ gregis curā habere iuſſit. ita petrꝰ ſequētibꝰ paſtoribꝰ eccleſie iure mādat vt cū quiſqꝫ q ſecū ē

gregem dei ſollicita gubernatione paſcere me aut alias teneatur.

¶ Ad.i. ergo eſt dicendum ꝙ uerum eſt in illa inſufflatõe ſpiritus ſancti apl'os eſſe factos a criſto ſacerdotes ⁊ ep̄os ⁊ in ſacerdotio receperũt poteſtatẽ ordinis reſpicientem xp̄i corpus verũ et in epiſcopatu receperunt p̄tãtem ordinis reſpicientem criſti corpus miſticũ. Unde totã poteſtatẽ ordinis immediate a xp̄o recipiunt. Verumptamẽ poteſtatem iuriſdictionis qua poſſent p̄tãtem ordinis exequi in tanta vel in tali materia non receperunt niſi a petro poſt miſſionem ſpiritus ſancti. Unde ſuper illo verbo. luce. vltimo. Vos autem ſedete in ciuitate quoad uſq; induamini virtute ex alto. Dicit Criſo. ꝙ ſicut milites inuaſores multos nemo ſinit exire donec armati ſint. ſic ⁊ apl'os ante ſpirit⁹ ſancti deſcenſum xp̄s egredi non permiſit. Planũ eſt autẽ ꝙ poſt miſſionem ſpiritus ſancti ſolus petrus fuit caput apoſtolorũ ⁊ omnium populorum remanſit.

¶ Ad.ii. eſt dicendũ ꝙ predicare euangelium pertinet ad poteſtatem clauium ſoli autem petro poteſtas clauium cõmiſſa eſt. vt p3 Math. xvi. Et ideo illa deſtinatio predicatorũ Marci. vltio intelligebat᷑ eſſe fiẽda auctoritate Petri.

¶ Ad.iii. eſt dicendu ꝙ verũ eſt Paulũ immediate a xp̄o fuiſſe electũ et ideo non expediebat vt ad petrũ iret recepturus ab eo predicatõnis officium quod tamẽ ipſe fecit quia contulit cũ ipſo et cum aliis apoſtolis de euangelio quod predicabat gentibus in quo oſtendit ut dicit Jero⁹. non habuiſſe ſecuritatem euangelii. niſi eẽt auctoritate petri ⁊ aliorum apl'orum roboratũ.

Ad.ii. ergo ſic ꝓcedit᷑. videt᷑ enim ꝙ in apoſtolis perfectior fuerit ſtatus religionis q̄ prelationis quia ſtatus perfectionis cõſiſtit in caritate ſed caritas dei cui inſiſtunt religioſi eſt ꝑfectior q̄ caritas proximi cui inſiſtunt prelati. perfectior ergo fuit in apoſtolis ſtatus religionis q̄ prelationis.

¶ Preterea prelati inſiſtunt vite actiue religioſi vero vite contemplatiue. ſed perfectior eſt vita contemplatiua q̄ vita actiua. luce. x. Maria optimã partẽ elegit que nõ auferetur ab ea.

¶ Preterea poſſeſſio temporalium repugnat perfectionis ſtatui. Sed prelati poſſunt poſſidere temporalia non autem religioſi perfectior ergo erat in apoſtolis religionis ſtatus q̄ prelationis.

¶ In contrarium eſt quia prelatorum eſt alios perficere. religioſorum autem ꝙ ſolum ſint in ſeipſis perfecti. Sed longe maior perfectio requiritur ad perficiendum alios q̄ ꝙ quis in ſeipſo ſit perfectus.

¶ R: dicendum ꝙ ſicut ſupradictum eſt. Apoſtoli fuerunt vocati ad ſtatum religionis et ad ſtatum prelationis. Si ergo fiat comparatio de ſtatu vno reſpectu alterius poſſumus dicere ꝙ ſtatus prelationis. in eis reſpectu ſtatus religionis fuit perfectior. fuit dignior. fuit vtilior et fuit difficilior. Perfectior quidem propter habundantiorem dilectionem. Unde habundantem dilectionẽ chriſtus experiuit a petro quando ſibi oues regendas commiſit ſicut dicit glo. Johan. xxi. Dignior vero propter perſone repreſentatõem. Exiſtentes enim apoſtoli in ſtatu religionis xp̄m imitabantur. Sed exiſtentes in ſtatu prelationis xp̄m repreſentabãt ⁊ eius vicem gerebant. Unde Paulus exiſtẽs in ſtatu religionis dicebat. imitatores mei eſtote ſicut ⁊ ego xp̄i. Sed exiſtens in ſtatu prelationis dicebat. ii. Chor. ii. Ego quid donam vobis ſi quid donam propter vos in perſona xp̄i. Utilior aũt propter proximorum exhortationem tenent᷑ enim prelati non ſolũ ſeipſos imo ſuos ſubditos in his q̄ ſunt fidei illuminare ⁊ ad diuinum cultũ ordinare. Unde. i. ad Thi. iiii. Paulus ſcribens Thi. dicit. Eſto fidelib⁹ exemplum in conuerſatione. in uerbo. in caritate. ⁊ dum nemo attende lectioni exhortationi ⁊ doctrine. Sed difficilior propter temporalium ⁊ ſpiritualium adminiſtrationem quorum adminiſtratio magni laboris ⁊ difficultatis eſt propter diuerſitatem ⁊ interdum prauitatem illorum quibus miniſtrant᷑ quos niſi prelatos diſpoſitos videãt ⁊ paratos magnis cruciatibus affliguntur ſicut de illo ſancto Loth ſcribitur. ii. Petri. ii. Aſpectu enim ⁊ auditu iuſtus erat habitans inter eos qui de die in diem animam iuſtam iniquis operibus cruciabant. excellit ergo ſtatus prelationis in apoſtolis eorum inter ſtatum religionis in perfectione. in dignitate. in vtilitate ⁊ difficultate.

¶ Ad.i. ergo eſt dicendum ꝙ perfectio dilectionis proximi ex perfectiõe diuine dilectionis ſumit originem quando quidem diuina dilectio tanta eſt in aliquo vt non ſolum ſibi velit ſeruire et eius dulcedine frui imo omnibus aliis ſeruire cupit et ad eius fruitionem inducere propter deum. Planum eſt autem ꝙ talis dilectio perfectior eſt q̄ ſi ſolum ipſe diuino cultui vacaret. Unde. ii. Cho. xv. dicit apoſtolus. Siue mente excedimus deo puta ad honorem dei omnia temporalia contemnendo ſiue ſobrii ſumus vobis ad veſtram vtilitatem caritas xp̄i vrget vos quia chriſti caritas vrget vt omnia pro vobis faciamus ſicut dicit glo. ꝑfectior eius charitas ẽ qua quis ſeruit amico ⁊ domino ꝓpter dominum quam domino tantum.

¶ Ad.ii. eſt dcͤ ꝙ non ſic vita actiua attribuẽda ẽ prelato vt vita cõtemplatiua priuet᷑ cum Grego. dicat in paſtorali. c. xvi. Sit rector ſingularis cõpaſſione proximis pre cunctis contemplatione ſuſpenſus vt per pietatis viſcera in ſe infirmitatẽ ceterorum transferat ⁊ ꝑ ſpeculationis altitudinem ſemetipſum quoq; inuiſibilia petendo tranſcendat. ¶ Ad.iii. eſt dcͤ ꝙ prelati poſſeſſiones nõ quaſi proprias ſ3 ſicut cõmunes diſpenſant. iuxta illud qđ ſcribit᷑ xii. q. i. Expedit facultates eccleſie poſſideri et ⁊ proprias ꝑfectionis amore cõtemni. quia non ꝓprie ſunt ꝫ cões eccleſie facultates. talis ergo poſſeſſio in nullo repugnat ſtatui perfectionis imo auget.

Ad.iii. ſic ꝓcedit᷑ videt᷑ enim ꝙ illi. lxxii diſcipuli aſſumpti fuerint ad p̄lationis ſtatum. quia illi ſunt prelati quibus cura animarum cõmittit᷑. ſed illis diſcipulis cura animarum commiſſa eſt. ergo ad prelationis ſtatum ſunt aſſumpti.

¶ Preterea ſolis prelatis licitũ eſt viuere de ſtipendijs ſuorum ſubditorum. ſed illis diſcipulis cõceſſa ẽ virga per quã poteſtas recipiendi neceſſaria intelligebat᷑ vt dicit gloſa. Mar. vi. ergo prelati erant. ¶ Preterea predicare euangelium ordinaria poteſtate nõ cõuenit niſi p̄latis. Sed illis cõceſſum eſt predicare euangelium ordinaria p̄tãte ergo aſſumpti fuerunt ad prelationis ſtatum. ¶ In cõtrariũ eſt quia ſicut illi diſcipuli aſſumpti ſunt ſicut fuerunt aſſumpti ſeniores iſrael tempore moiſi. Exo. xxiiij. vt dicit glo. Luc. x. ſed illi diſcipuli ſic aſſumpti ſunt vt ſpiritus ſancti gratia adiuti implentes denariũ legis intendant ad cõtemplationem cõditoris ſicut dicit glo. Exo. xxiiij. Sed implere precepta legis eſt infra ſtatum prelationis nõ ergo fuerunt aſſumpti ad p̄lationis ſtatũ.

¶ R. dcͤ ꝙ aliud ẽ eẽ animarum paſtores ⁊ aliud paſtorum coadiutores. Eſſe nanq; animarum paſtores propriũ fuit apoſtolorum ⁊ nunc ẽ epiſcoporum qui eorum ſucceſſores ſunt. De quib⁹ ſcribitur Hiere. iij. Dabo vobis paſtores ſm cor meũ ⁊ paſcent vos ſcia ⁊ doctrina. Eſſe vero paſtorum coadiutores ꝓprium fuit illorum. lxxij. diſcipulorum quorum nunc ſucceſſores ſunt preſbiteri ⁊ curati. Unde dicit glo. Bede Luc. x. ꝙ ſicut. xij. apl'os formã ep̄orum premonſtrare nemo ẽ qui ſic dubitet ſic illos. lxxij. figurã preſbyterorum geſſiſſe manifeſtum ẽ nõ ergo illi. lxxij. aſſũpti fuerunt ꝓprie ad ſtatũ prelationis ſed magis ad ſtatum apoſtolorum ⁊ p̄latorum ſubuẽtionis ſicut nunc preſbyteri nõ ſunt ꝓprie paſtores. ſed ſunt paſtorum coadiutores.

¶ Ad.i. ergo ẽ dcͤ. ꝙ cura animarum fuit cõmiſſa illis diſcipulis ⁊ cõmittit᷑ nũc preſbiteris ſicut coadiutoribus ⁊ miniſtris modo quo dicit apl's ad Titum. i. huius rei gratia reliqui te crete vt ea que deſunt corrigas ⁊ cõſtituas per ciuitates preſbyteros ſicut ego tibi diſpoſui.

¶ Ad.ii. ẽ dcͤ. ꝙ ſicut ep̄orum ẽ preſbyteros ordinare ſic eis cõuenit ſtipendia taxare. Quãuis enim iure naturali ⁊ diuino indultũ ſit vt qui altari ſeruit. de altari debet viuere ſicut dicit apoſtolus. i. Cor. ix. ⁊ ſic cenſuit xp̄s quolibet iure licere vt dignus eẽt operarius mercede ſua. Luc. x. Hoc tamẽ nõ niſi auctoritate apl'orum ⁊ ep̄orum eorum ſucceſſorum ſuppoſuit eẽ fiendum.

¶ Ad tertium eſt dicendũ ꝙ predicatiõis officiũ nulli habenti prelationis ſtatum põt cõmitti quia eis cõuenit iure prelationis. Unde illis lxxij. diſcipulis officium predicationis cõmiſſum ẽ in adiutorium apoſtolorum. quia enĩ meſſis multa erat ⁊ apoſtoli pauci operarij. aſſũpſit illos. lxxij. nõ in prelationẽ ſed in eorum ſubuentionẽ per qđ monſtrauit vt xp̄i apoſtolorũ ſucceſſores ex multiplicatione meſſis idoneos viros debeant aſſumere coadiutores ipſorum in euangelij predicatione ⁊ ſacramentorum adminiſtratione.

Ad.iiij. ſic procedit᷑. videt᷑ enim q̄ illi ſeptem diaconi aſſumpti fuerit ad prelationis ſtatum. Scribit᷑ enĩ i. Timo. iij. Diaconi qui bene miniſtrauerunt. gradũ ſibi bonũ acquirent. Sed habere gradũ bonũ ẽ hr̄e prelationis ſtatum.

¶ Preterea excõicare pertinet ad ſtatum prelationis. ſed diaconi pñt excommunicare. ergo eis cõuenit prelationis ſtatus.

¶ Preterea apoſtoli eligentes illos ſeptẽ diaconos dixerunt. conſiderate fratres vobis viros ſeptem boni teſtimonij plenos ſpũ ſancto quibus electis orantes impoſuerunt eis man⁹. Sed ſic vnuſquiſq; ad ſtatum prelatiõis aſſumitur per impoſitionem manus ex inuocatione ſpiritus ſancti.

¶ In contrarium eſt quia apoſtoli erant epiſcopi ⁊ prelati. ſed illi non ſunt vocati ad ſtatum apoſtolatus vel epiſcopatus. ergo nec ad ſtatum prelationis.

¶ Reſpondeo dicendũ q̄ ad ꝑfectã rõnem prelationis requiruntur tria quantũ ad p̄ns. Primo canonica electio. ad Hebre. v. Nullus aſſumat ſibi honorẽ ꝫ qui vocat᷑ a deo tanq̄ aaron

Secundo execuntionis adminiſtratio .i. Petri. iiij. Unuſquiſq; ſicut accepit gratiā in alterutrum illum adminiſtrantes ſicut boni diſpenſatores multiformis gratie dei. Tertio ad curam ſuſceptam habendā perpetua obligatio Prouer. vi. Fili ſi ſpoponderis pro amico tuo defixiſti apud extraneū animā tuam ⁊ illaqueatus es verbis oris tui. Ex quo enim cura animarū in voto ſuſcipitur ſolenni. nō licet retro abire niſi vel per ſuā negligentiam. ꝓpter quā eſt deponendus ⁊ a cura remouendus vel per ipſius pape licentiam qui pōt in ſolenni voto diſpenſare. magis ergo dō ē ꝙ illi. vij. diaconi vocati ſunt vt precellent in ſtatu religionis ꝙ vt ꝑceſſēt in ſtatu prelationis. Sunt enī prepoſiti illis q̄ omnia vendiderant ⁊ vel pauperibus erogauerant vel ad pedes apoſtolorū poſuerant; quib⁹ ꝑdicti ſeptē diaconi in cōi ꝓuidebant neceſſaria ſpiritualiter ⁊ tēpaliter modo quo faciunt religioſi qui renunciantes omnib⁹ qui poſſidēt preficiunt eis aliquos qui eis miniſtrent i ſpiritualibus ⁊ tēporalibus. Et i multis eccleſijs cathedralibus. Diaconi in tali gradu ponūtur vt talem adminiſtrationē habeant. Unde dicit gloſa Act. vij. ꝙ hic iā diſcernebant apoſtoli ⁊ ſucceſſores eorū ꝑ eccleſias ꝯſtitui. Unde diaconi qui eēnt ſublimioris gradus ceteris ꝓximi circa arā quaſi colūne aſſiſterent nō ſine ſeptenarij myſterio. ¶ Ad primū ergo ē dicendū ꝙ ſignanter ibi dicit. Qui bene miniſtrauerint ſibi gradum bonū acquirēt vt fiant epī. nō ꝙ ſint epiſcopi ſicut gloſa exponit non habent ergo diaconi graduꝫ prelationis ſed pūt ſibi acquirere ꝑlationis gradū ſi i gradu i quo ſunt bene miniſtrauerint. ¶ Ad. ij. ē dō. ꝙ diaconi pūt excōicare nō ꝓpter receptā ꝑlationē ſ ꝓpter cōmiſſam iuriſdictionē ſicut qui preſūt religioſis excōicare pūt qui tñ ꝓprie nō ſūt prelati ſ miniſtri ad tēpus curā aliquorū recipientes. ¶ Ad. iij. ē dō. ꝙ ꝑlato ꝓprie ſūpta de q̄ nunc loquimur nō recipit ꝑ man⁹ impoſitionē ſed magis ꝑ voti ſolennizationē ꝑ aliqd conſecrationis ⁊ benedictionis ſignum

# ¶ Queſtio. lxxxix. de apoſtolorum paupertate.

Terius videndū eſt de apoſtolorum paupertate. ¶ Circa qd queruntur quatuor. ¶ Primo vtrū apl̄is fuerit interdicta poſſeſſio pecunie ⁊ rerum mobiliū. ¶ Secundo vtrum apoſtolis fuerit interdicta poſſeſſio rerum ſtabilium. ¶ Tertio vtrū preceptum datum apoſtolis. Mar. x. de non poſſidendis rebus temporalibus per xp̄m ex toto fuerit reuocatum. ¶ Quarto vtrum apoſtoli mendicauerint hoſtiatim.

Ad primum ergo ſic proceditur. videtur enim ꝙ apoſtolis non fuerit interdicta poſſeſſio pecunie ⁊ rerū mobiliū. Non enim fuerunt maioris ꝑfectionis apoſtoli quā xp̄s. Sufficit enim diſcipulo ſi ſit ſicut magiſter eius. Mathei. x. Sed xp̄s pecuniam ſeruari fecit ⁊ loculos. Jude recōmendauit vt patet Joh. xiij. ergo poſſeſſio pecunie ⁊ aliarum rerum mobilium apoſtolis interdici non debuit.

¶ Preterea apoſtoli dimiſerunt omnia temporalia propter xp̄m. Mathei. xix. Ecce nos relinquimus omnia. Si ergo nō potuiſſet ſeruare pecuniam a fidelibus eis oblatam nō habuiſſent neceſſaria que deus etiā animalibus brutis nō ſubtrahit iuxta illud pſal. Qui dat iumentis eſcā ipſorum ⁊ pullis coruorum inuocantibus eum. ¶ Preterea ſicut cibaria ſūt neceſſaria ad victum calciamēta ⁊ tunice ad veſtitum poſſeſſio ergo taliū nō debuit eē prohibita apoſtolis.

¶ In contrarium eſt quod ſcribitur Math. x. Nolite poſſidere aurum neq; argentum neq; pecuniam in zonis neq; duas tunicas neq; virgam.

¶ Reſpondeo dō. ꝙ hanc queſtionem mouet Auguſtinus in. ij. libro de conſenſu euangeliſtarū dicēs. mattheū ⁊ marcū ꝯtrariū loqui de veſtimentis ⁊ calciamentis. Nam math. dicit calciamenta in via nō eē portanda. neq; duas tunicas habēdas neq; virgā ferendā. marcus vero ait ꝙ ſandalibus debent eē calciati ⁊ nihil aliud deberēt portare niſi virgam. Ad hoc ergo rūdet augu. ꝙ dominus nunq; prohibuit apoſtolis vt vite neceſſaria in victu ⁊ veſtitu nō haberēt ſ vñ talia habituri eēnt ⁊ a quibus recepturi oñdit. Nam ſtati cū dixit nolite poſſidere aurum vel argentū neq; pecuniam i zonis neq; calciamenta neq; duas tunicas neq; virgā imediate adiecit. dignus ē enim opari⁹ cibo ſuo. voluit ergo chriſtus ſuos apoſtolos ⁊ alios ſue doctrine predicatores ab oī mūdi ſolicitudine eē remotos ⁊ neceſſaria vite quicunq; ſiue magna ſiue parua ab illis quibus predicabant pro ſtipendijs eē miniſtranda. calciamenta vero ⁊ ſandalia vel virga per Matthe. apoſtolis prohibita ⁊ ꝑ Marcū ꝯceſſa ſm Aug. ibidē non ſub eadē ſignificatiōe accipiūt ſicut aliter accipit tēptatio cum dicit temptauit deus abraam. Et aliter cū dicit deus neminē tēptat. quia primo modo ſumitur pro temptatione ꝓbationis. Secundo ꝑ temptatione ſeductionis ſic cū dicit. Judica me deus intelligitur de iudicio diſcretionis. Cū vero dicitur reſurgent impij in reſurrectione iudicij intelligitur de iudicio cōdemnationis. Eodē modo cum ꝓhibet Math. calciamenta ⁊ virgā portare. intelligit etiā minima neceſſaria a ſubditis eis eē corporaliter miniſtranda. Cum vero Marcus cōcedit ſandalia ⁊ virgam intelligit ꝑ virgam apoſtolicā ꝑtātem qua liceat eis neceſſaria ſumere. ꝑ ſandalia vero itelligit vt pes apoſtolorū neq; ſit tect⁹ vt euāgelica doctrina occultetur. neq; nudus ad terraꝫ vt terrenis cōmodis imitatur.

¶ Ad primū ergo ē dicendū ꝙ dominus non mandauit apl̄is pecuniā nō eſſe expendendam ad neceſſariorū emptionē ſ nō eē poſſidendaꝫ ad theſaurizationē ⁊ ſupfluā retentionē. vnde ſm Augu. ſic ꝑceptū fuit apl̄is pecuniā nō eē ferendam in zonis. ſicut preceptū fuit in craſtinum nō eſſe cogitandum vel ſeruanduꝫ. Planum ē aūt nō ſic preceptum eē in craſtinū non eſſe cogitandū ꝙ pecunia ad vſum neceſſaria a ſanctis nō ſeruaretur. ſ ne ꝓpter hoc deo ſeruiatur ⁊ ne ꝓpter temporalia bona iuſticia deſeratur. ¶ Ad ſecundum reſpondet Hiero. dicens ꝙ qui diuicias detruncauerāt qui ꝑ auruꝫ ⁊ argentū ⁊ pecuniam deſignant etiaꝫ vite neceſſaria prope modū amputant vt apoſtoli qui vere religionis doctores inſtituebāt oīa dei ꝓuidentia gubernari ſeipſos oſtendere nihil cogitare de craſtino. Tanta enim vt dicit Beda debet eſſe predicatori de deo fiducia vt preſentis vite ſumptus ꝗuis nō prouideat tamē hos ſibi non deeſſe certiſſime ſciat nedum mens ei⁹ occupetur ad temporalia minus alijs ꝓuideat eterna.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ ſicut dicit Criſoſtomus ꝑ duas tunicas duplex veſtimentuꝫ intelligitur. Unum quo homo induatur ⁊ reliquum quod in futurum reſeruetur. precepit ergo xp̄s ne quiſquam preter eā tunicam qua eēt indutus alia portandā putare. eēt ſolicit⁹ cum ex ꝑtāte data omnia neceſſaria magna ⁊ minima a fidelibus eē miniſtranda.

Ad. ij. ſic ꝓcedit. videt enī ꝙ apl̄is nō fuerit interdicta poſſeſſio rerū ſtabiliū Nō eſt enī aſſerendū quod nō legitur in ſcriptura ſacra interdictū. Sed non legit de apl̄is ꝙ poſſeſſiones hr̄e fuerit eis interdictū. Ꝑ. apl̄i fiendi erāt patres pauperū. Mar. xiiij. Semꝑ pauperes habetis vobiſcū ⁊ cū volueritis poteritis illis benefacere. Sed nō potuiſſent paupibus ſubueniſſe ſi nihil habuiſſent de mobilibus vel ſtabilibus.

¶ Ꝑ ſi apl̄is fuiſſet interdicta poſſeſſio. tpaliū mobiliū vel ſtabilium coacti fuiſſent manibus laborare ⁊ predicationis officio nō vacare qd tamē non legitur niſi de paulo qd manibus laborauerit. ¶ In contrarium eſt quod ſcribitur Act. iiij. Quotquot erant poſſeſſores agrorūꝫ vendebant ⁊ precia ponebant ad pedes apoſtolorum quod non feciſſent ſi licitum fuiſſet apoſtolis poſſeſſiones tenere.

¶ Reſpondeo dicendū ꝙ nō eſt dubium ſm doctrinam ſanctorū apoſtolis interdictū fuiſſe ne agros vel vineas vel alia mobilia poſſiderent propter tria. Primo ꝓpter tpalium ſollicitudinē remouendā. multo ergo maior ſollicitudo requiritur circa agrorū culturā quam circa ſeruandam pecuniā. quia temporale amminiculum ex agris vel vineis poſſeſſis maius ē ꝙ ſi bona mobilia habeant ad quorū cultura tota ſecularis uita occupatur. Si ergo ꝓpter ſollicitudinem temporalium remouendam ꝓhibita fuit apoſtolis poſſeſſio pecunie ⁊ aliarū rerū mobilium. multo magis intelligitur fuiſſe interdicta poſſeſſio agrorum ⁊ aliarum rerum immobilium.

¶ Secundo propter cupiditatis ſuſpitioneꝫ tollendam. Dicit enim Hiero. Math. x. ꝙ ſi apoſtoli aurū vel argentū ſeu pecuniā habuiſſent. ſuſpicio fuiſſet de eis ꝙ non cā ſalutis hominum ſꝫ cauſa lucri predicarent. Manifeſtū ē aūt ꝙ ſi ipſi poſſeſſiones accepiſſent nō min⁹ imo multo magis ſuſpecti fuiſſent ꝙ propter queſtum predicaſſent ꝗ ſi aurum vel argentuꝫ poſſidiſſēt. ¶ Tertio propter eorum magiſtri ꝑfectionē imitandā. ꝗuis enī xp̄s loculos habuerit aliorū infirmitati cōdeſcendens. eos tamen non replebat de pecunia agrorū vel poſſeſſionū. ſ ſolū de his que a xp̄i fidelibus ſibi erant oblata. nō ergo fuiſſent apoſtoli chriſti perfectionis imitatores ſi poſſeſſiones agrorū vel vinearum habuiſſent.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum . qd legitur obſeruatio licet non legatur prohibitio. Actuum enim. iiij. ſcribitur ꝙ qd poſſeſſiones vendebantur ⁊ ad pedes apoſtolorum ponebantur. Similiter legitur prohibitio minoruꝫ puta pecunie ⁊ rerum mobilium. ergo multo fortius maiorum vt agrorum ⁊ vinearum ⁊ aliorum immobilium.

¶ Ad ſecundum ē dicendū ꝙ apoſtoli eſſiden bi erant patres pauperꝝ propter eorum recom mendationē. recōmendabant enī eos in eorū predicationibus xpī fidelibus. ſicut pꝫ de pau lo. ij. Coꝛ. viij. Et Gal. ij. dicit tm̄ vt pauperꝝ memores eſſemus. Quod etiā ſolicitus fui h ipſum facere. ⁊ ꝑpter eoꝝ ſuſtentationē qn̄ fa cultas occurrebat. Dicit enim Criſo. ꝙ per hoc ꝙ chriſtus loculos habuit exemplū nobis mō ſtrauit vt omnē hoīem quantūcunqꝫ pauperē ⁊ mundo animam habentē crucifixum opoꝛtet pauperꝝ magnā curam ⁊ valde magnam pro curationem habere.

¶ Ad tertium ē dicendū ꝙ apoſtoli nō indige bant manibus laboꝛare eo ꝙ ex ſeminatione ſpūalium vite neceſſaria ex debito iuſtitie po terant recipere. Nec tamē paulus qui iure ſuo ceſſit ne aliquando ſtipendia a ſubditis recipe ret propter ſcandalum pſeudo apoſtoloꝝ vitā dum ſemꝑ ⁊ vbiqꝫ manibus laboꝛabat. Ubi enim iudeis predicabat qui ſolum dieb⁹ ſab batis ſoliti erant predicationes audire alijs di ebus manibus laboꝛabat. Sed vbi predica bat gentilibus quibus omni die verbum euā gelij nunciabat. manibus nō laboꝛabat. imo de ſtipendijs ſubditoꝝ viuebat. Dicit enī ipſe Philip. vlt. Scitis enim vos ꝙ in pꝛincipio euangelij quando profectus ſuꝫ a macedonia nulla mihi eccleſia cōmunicauit in rōne dati et accepti niſi vos ſoli. qꝛ theſſalonicam ſemel ⁊ bis in vſum mihi miſiſtis. ex quo datur intelli gi vt gloſa dicit. ꝙ quando paulus erat apud theſſalonicam manibus nō laboꝛabat. ne pre dicationis officiū detrimentū pateretur.

Ad tertium ſic procedit. videt enim ꝙ preceptū datū apoſtolis. math. x. de nō poſſidendis tempoꝛalibus per xp̄m ex toto fuerit remotū. ſcri bitur enim Luc. xxij. ꝙ cum queſiuiſſet chriſt⁹ a diſcipulis. Quando miſi vos ſine ſacculo ⁊ pera nunquid aliquid defuit vobis. Et reſpōden tibus illis nihil dixit. Sed nunc qui habet ſac culum tollat ſimiliter ⁊ peram ⁊ qui nō habet vendat tunicā ſuam ⁊ emat gladium. fuit ergo illud preceptum primum ex toto reuocatuꝫ.

¶ Preterea Act. iiij. ſcribitur ꝙ omnes ven debant poſſeſſiones ⁊ precia ponebant ad pe des apoſtoloꝝ. Poſt aſcenſionē ergo chri ſti licitum fuit apoſtolis aliquid in cōi habere. ⁊ ſic illud primum mandatum de nō poſſiden do aliquid fuit reuocatum.

¶ Preterea quod erat maioꝛis perfectionis i apoſtolis per xp̄m inducendum erat. ſed hoc erat maioꝛis perfectionis proprijs renunciare ⁊ poſſeſſiones eccleſie i cōi hr̄e vt ſcribit. xij. q.

¶ In contrarium ē quia chriſtus ꝑ illud pre ceptum voluit ſuos apoſtolos a ſolicitudine tempoꝛalium eē retractos. ſed illud nunquam fuit reuocatum ergo nec primum.

¶ R̄ dicendum qꝫ vel queritur de illius pre cepti in caſu relaxatione vel de eius totali ad motione.

¶ Primo modo planum eſt ꝙ in imminēte paſ ſione chriſti illud preceptum in ſuo rigoꝛe fuit relaxatum. Dicit enim beda Luc. xxij. qꝫ nō ea dem viuendi regula perſecutionis qua pacis tempoꝛe chriſtus apoſtolos infoꝛmauit. miſſis nanqꝫ diſcipulis ad predicandū ne quid tolle rent in via precepit oꝛdinans vt qui euangeli um nunciat de euangelio viuat. Inſtante ve ro moꝛtis articulo ⁊ tota illa gente iudaica pa ſtoꝛem ſimul ⁊ gregem perſequente congruum regulam tempoꝛi decreuit permittēs vt tollat victui neceſſaria donec ſopita inſania perſecuto rum tempus euangelizandi redeat vbi nobis quoqꝫ dedit exemplum iuſta cauſa nonūquaꝫ inſtante quedaꝫ de noſtri propoſiti rigoꝛe poſ ſe ſine culpa intermitti

¶ Sed ſecundo modo planū eſt qꝫ illud pre ceptum non fuit reuocatū. imo magis confir matum quod patet per apoſtoloꝝ obſeruatio nem ⁊ per cōtrafacientium punitionē. Scribit enim Act. iiij. qꝫ multitudinis credentium erat coꝛ vnum ⁊ anima vna nec quicꝗ̄ eoꝛum que poſſidebant aliquid ſuum eē dicebant. ſꝫ erant illis omnia cōmunia ⁊ ne aliquis poſſet dice re eos habere poſſeſſiōes cōmunes puta agros vel vineas hoc ꝑ ſequentia excluditur. Sequit enim quotquot poſſeſſoꝛes agroꝝ aut domoꝝ erant vendebant ⁊ precia ponebant ad pedes apoſtoloꝝ. Ex quo patet per apoſtoloꝛum ob ſeruantiam qꝫ illa ſolum qui ad neceſſitatē vi te pertinebant cōiter habebantur poſſeſſioni bus omnibus oīno abdicatis. Similiter patꝫ hoc per contrafacientium punitionē. Scribit enim ibi qꝫ Ananias qui fraudauit de precio agri partem occultans ⁊ partem offerens audi ta reprehenſione Petri cecidit moꝛtuus. qui contra ſententiā domini fecit dicentis. Si vis perfectus eſſe vende omnia que habes. non di cit partem. Inceperat ergo Ananias perfectio nem vendendo. ſed non perfecit totum dando vt gloſa dicit. Barnabas vero qui totum pre cium ſui agri obtulit ad conſoꝛtium apoſtoloꝝ ē aſſumptus ⁊ in ſocietatē Paulo apoſtolo aſ ſignatus vt glo. ibi exponit. Ex quo expꝛeſſe pꝫ ad perfectionem vite apoſtolice ꝑtinere ni hil poſſidere preter illa q̄ ſunt victui neceſſaria in predicationis ſtipendium non premium

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ ſicut dicit Aug⁹. in illa relaxatiōe precepti nulla fuit incō ſtantia precipientis ſed iuſta ratio diſpēſantis ex quia pro tempoꝛū diuerſitate precepta vel cō ſilia vel promiſſa mutantur. Unde non fuit fa cta per xp̄m illius precepti remotio. ſed ſolum pro tempoꝛe paſſiōis aliqualis relaxatio. quo tēpoꝛe apoſtoli neceſſaria vite inuenire non po tuiſſent. intus exiſtentes cōgregati propter me tum iudeoꝛum.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ ibi non ſcri bitur apoſtolos poſſeſſiones habuiſſe ſed pre cia in cōmuni ſeruata fuiſſe ſecundum indigen tiam magis ꝗ̄ ſecundum ſufficientiam in quo etiam aliquid de rigoꝛe vite apoſtolice relaxatū eſt quia xp̄s perſonam infirmoꝝ aſſumpſit qn̄ loculos habuit quos tamen non replebat de pecunia agroꝝ vel poſſeſſionū poſſeſſarum per eos vl̄ ꝑ ſuos apl̄os ſed a criſti fidelib⁹ oblata

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ adhuc maioꝛis perfectionis eſſet proprijs renunciare ⁊ poſſeſ ſiones eccleſie non habere in cōmuni. mō hoc apoſtoli non habuerūt. qualiter tamen hoc in telligatur inferius magis patebit.

Ad quartum ſic proceditur. videtur enī ꝙ apoſtoli non mēdicauerunt hoſtia tim. Dicit enī apoſtolus. i. ad theſſal. ij. Neqꝫ enim aliquando fuim⁹ in ſermone adu lationis ſicut ſitis. neqꝫ in occaſione auaricie deus teſtis eſt. Sed illi qui mendicant cogū tur adulari illis a quibus petunt. ergo apoſto li non mendicabant.

¶ Preterea mendicantes tedium inferūt illis a quibus petunt. Sed ſicut dicit glo. ii. Choꝛ. ix. ſuper illo verbo hilarem enim datoꝛem dili git deus Qui dat vt careat tedio interpellātis non vt reficiat viſcera indigentis ⁊ rem perdit ⁊ merituꝫ: Sed apoſtoli nō debebant eſſe cau ſa perditionis meriti aliquoꝛum ergo non de bebant mendicare.

¶ Preterea mēdicantes oneroſi ⁊ graues ſūt illis a quibus petunt. Sed apoſtolus dicit. ii. Choꝛ. xii. Ecce paratus ſum ad vos venire ⁊ non ero vobis grauis.

¶ In contrarium eſt apoſtolus. ii. Choꝛ. viii. Qui petebat elemoſinas pro aliis ergo ⁊ pro ſeipſo petere tenebatur.

¶ R̄n. dicendū ꝙ apoſtolos mendicaſſe ⁊ ab alijs neceſſaria petiuiſſe qꝫ eſt mendicare mul tipliciter patet.

¶ Primo propter preceptam paupertateꝫ ab eis obſeruatam. Preceptū enī eis fuit Math. x. vt ſic pauperes incederēt in predicationis of ficio quaten⁹ nihil poꝛtarent nec victui neceſſa ria Ex planū eſt ꝙ tunc imperioſe nō poterant precipere vt reciperent que neceſſaria erant ab il lis quibus predicabant nondum enim euan gelio pronunciato ⁊ eccleſia nōdum in aliqua parte fundata. ergo tunc ſaltem manifeſtum eſt ꝙ neceſſaria victus humiliter petebant quod eſt mendicare.

¶ Secundo propter hoſpitalitatem ab eis cō mendatam. Dicit enim apoſtolus ad Ro. xii. hoſpitalitatem ſectantes neceſſitatibus ſancto rum cōmunicantes Et. iii. Io. i. ſcribitur Cariſ ſime fideliter facis quicquid operaris in fratres ⁊ maxime in peregrinos qui teſtimoniū reddi derunt caritati tue in cōſpectu eccleſie quod be nefaciēs deducis digne deo quia pro nomine criſti profecti ſunt. ⁊ iſti erant diſcipuli apoſto loꝛum. vt glo. dicit quia propꝛia patria expul ſi erant alieni facti a proprijs rebus vnde men dicare cogebantur.

¶ Tercio propter hereſim ſtirpatam Dyatro pes enim detrahebat ⁊ diſſuadebat hoſpitali tatē tanꝗ̄ indignum eſſet relinquentibus om nia pro amoꝛe criſti mendicare ⁊ hoſpicia que rere. Contra quem ſcribens Io. dicit Si vene ro commoneā eius opera que facit verbis ma lignis garriens in vos ⁊ quaſi iſta nō ſufficiāt ei nec ipſe ſuſcipit fratres ⁊ eos qui ſuſcipiunt prohibet ⁊ de eccleſia eiicit.

¶ Ad primū ergo eſt dicendum ꝙ apoſtoli nō cogebantur adulari quia ab illis recipiebāt ne ceſſaria quibus ſpiritualia miniſtrabant vnde eos non opoꝛtebat adulari quia eis nō dabā tur neceſſaria propter eos ſed propter criſtuꝫ cu ius ſerui erant ⁊ quem nunciabant.

¶ Ad ſecundū eſt dicendum ꝙ tedium nō fit immo ſolacium illis quibus verbum dei nun ciatur nec propter reprobos predicatio apoſto loꝛū erat dimittenda electis qui de receptione apl̄oꝝ tedio non efficiebantur ſed letabantur.

¶ Ad tercium eſt dicendū ꝙ apoſtoli modicis contenti erant ⁊ tamen magnū fructū faciebāt vnde non erant graues vel oneroſi illis quib⁹ neceſſaria petebant ⁊c.

## ¶ Queſtio nonageſima de apoſtoloꝛum continentia.

Deinde dicendū eſt de apl̄oꝝ cōtinētia Circa quod queruntur tria.

Primo vtrum continentia in apoſto lis fecerit perfectionis ſtatum.

¶Secundo vtrū coniugale vinculū diminuiſ-
ſet in apoſtolis ſtatū perfectionis.
¶Tertio vtrum continentia in apoſtolis fue/
rit cū voto ſeruata.

AD primū ergo ſic proceditur. Videtur
enī ꝙ continentia in apoſtolis non fe-
cerit perfectionis ſtatum. Quod enī
repugnat virtuti non facit ſtatū perfectiōis ſed
continentia repugnat virtuti cum teneat extre/
mū ⁊ virtus ꝯſiſtat in medio. vt ſcribit. ij. ethi.
¶Preterea perfectum dicitur ꝙ finē attigit. ſꝫ
etiā in matrimonio poteſt finē attingere. ergo
continentia non facit ad ſtatum perfectionis.
¶Preterea perfectus eſt qui oēs virtutes ha-
bet. vt dicit Origenes ſuper Mat. Sed apo-
ſtoli habuerunt caritatem quā habēdo habue-
runt oēs virtutes. vt idem dicit ergo abſq; cō-
tinentia fuiſſent perfecti.
¶In contrariū ē qꝛ quod facit ad perfectiōis
ſtatum in alijs hominibus facit ad perfectiōis
ſtatum in apoſtolis qui quātūuis ſancti fuerint tñ
homines fuerunt. ⁊ ſi vitia a carne non potue/
runt tanꝙ ſpirituales. percuti tamen potuerūt
quia carnales vt Criſ. dicit.
¶Rn. Dicendum ꝙ continentiā feciſſe in apo-
ſtolis perfectionis ſtatum quātū ad preſens qua-
tuor oſtendunt.
¶Primū eſt chriſti conſilium. nam conſilium
non eſt niſi de opere perfectionis ⁊ ſupererōga-
tionis. ipſe aūt dedit conſiliū ſuis apoſtolis dꝫ
cōtinentia ſeruāda Math. xix. vbi dicentibus
apoſtolis Si ita eſt cauſa hominū cū vxore nō
expedit nubere. Dicit eis non omnes capiūt ver-
buꝫ iſtud ſed qui poteſt capere capiat. que vox
eſt domini hortantis milites ſuos ⁊ concitan/
tis ad pudicitie primiū quaſi dicat. qui pōt pu-
gnare pūgnet ⁊ ſuperꝫ ⁊ triūphet vt Jero. dicit
¶Secundū eſt xp̄i exemplū. volens enim eos
ad continentiam inducere. exemplū poſuit de
eunuchis dicens. Sūt eunuchi qui ſeipſos ca-
ſtrauerūt propter regnū celorūꝫ nō propter mē-
brorum abſciſionem ſed propter malarū cogi/
tationū interemptionē. quia modica abſciſſio
membri non ita cōprimit temptationes et trā/
quillitatem facit vt cogitationis frenum ſicut
Criſ. dicit.
¶Tertium eſt apoſtolorū documentū. apoſto-
li nāq; documēta dederunt de continentia ſer-
uanda tanꝙ de perfectionis opere. ſicut patet
de Paulo. i. Chor. vij. vbi data indulgētia dꝫ
continentia coniugali ſtatim hortatur ad conti-
nentiā virginalem dicēs. Volo aūt omnes ho-
mines eſſe ſicut meipſum ſed vnuſquiſq; pro/
prium habet donū ex deo Et planū eſt. ꝙ alijs
perfectionē non optabat niſi quā in ſeipſo ſer-
uabat. Juxta illud ꝙ ipſe dicit ad Ro: xv. Nō
audeo aliquid loqui eoꝝ que per me non efficit
xp̄s.
¶Quartū eſt ipſius ꝯtinentie premiū. Sin-
gulare enim premium non datur niſi pro ſingu-
lari opere ſupererogationis ⁊ perfectionis. ꝯ-
tinētie autē ꝓmittitur ſingulare premiū. Sap.
iiij. Quā pulchra eſt caſta generatio cum cla-
ritate. Immortalis eſt enim memoria illius quō-
apud deum nota eſt ⁊ apud homines ⁊ poſtea
ſubditur In perpetuū coronata triumphat ⁊
incoinquinatoꝝ certaminū premiū vincit.
¶Ad. i. ergo eſt dicendū ꝙ continentia virtus
eſt ⁊ nō repūgnat virtuti. non obſtante ꝙ extre/
ma teneat. Nā virtutē conſiſtere in medio qua-
tuor modis itelligi poteſt
¶Primo ratione potētie in qua fundatur et
ſic nulla virtus cōſiſtit in medio cum quelibet
virtus ſit vltimum potentie.
¶Secundo ratione materie circa quam verſa-
tur. ⁊ ſic continentia non eſt virtus quia priua-
tur vſu omnium venereorum.
¶Tertio ratione circumſtantie per quam lau/
datur ⁊ ratione rationis cui cōformatur. ⁊ iſtis
duobus modis continentia eſt virtus quia con-
ſiſtit in medio debite circumſtantie determina/
tum temp⁹ ⁊ determinatū ſtatū obſeruantis. ⁊
in medio rationis debitum finē conſiderantis.
¶Ad ſecundū eſt dicendum ꝙ finis attingit
per continentiam coniugalē ⁊ virginalem. ta/
men perfectiori ⁊ faciliori modo attingitur per
virginalem continentiā ꝙ per coniugalem.
¶Ad. iij. eſt dicēdū ꝙ habens caritateꝫ habet
omēs virtutes formaliter et per charitatem vn⁹-
quiſq; formaliter ponitur in ſtatu perfectionis
materialiter tamē ⁊ inſtrumētaliter multa alia
faciunt ad perfectionis ſtatum inter que preci/
pue ponitur continentia.

AD ſecundū ſic proceditur. videtur enīꝫ
ꝙ coniugale vinculū non diminuiſſet
in apoſtolis perfectionis ſtatuꝫ. abſti-
nentia enim cibi ⁊ potus facit ad ſtatum perfe/
ctionis ſed carentia abſtinētie in apoſtolis nō
diminuit dꝫ ſtatu perfectionis ergo nec carentia
cōtinentie diminuiſſet in eis perfectionis ſtatū
¶Preterea abraham ⁊ alij ſancti patres fue/
runt cōiugati ⁊ tamen fuerunt in ſtatu perfectō-
nis. ergo ſimiliter fuiſſent apoſtoli in ſtatu per-
fectionis in carnali coniugio alīs in ſtatu cōiu/
gij exiſtentes.
¶Preterea perpetua obligatio voti facit per-
fectionis ſtatū. ſed talis perpetua obligatio eſt
in matrimonio quia vir ptātē ſui corporis tra-
dit vxori ⁊ vxor viro Apli ergo exītes in coniu-
gali copula fuiſſent in perfectionis ſtatu
¶In contrariuꝫ eſt qꝛ conſiliū eſt de operib⁹
perfectionis ⁊ potiſſime de ꝯtinentia ſicut pa-
tet per apoſtolū. i. Chor. vij. Si ergo apoſtoli
nō tenuiſſent tale conſilium de continentia ſer-
uanda non fuiſſent in perfectionis ſtatu
R. dicendū ꝙ quāto aliquid pl⁹ diminuit de
feruore caritatis quā quis deum diligit ⁊ oīa
ordinat in ipm̄ tanꝙ in finē tanto pl⁹ diminuit
de perfectiōis ſtatu qꝛ caritas vinculū ꝑfectōis
eſt vt ſcribit. Coloſen. iij. Diminuit aūt feruo/
rem caritatis ⁊ per conſequens perfectiōis ſta-
tum carnalis copula propter tria:
¶Primo ꝓpter augmentū carnalis adheren-
tie. tanta eſt enī adherentia viri cū vxore vt ſi/
cut qui adheret deo efficit vn⁹ ſpūs cū ipo. ſic
qui adheret vxori efficit vna caro cū ipſa. vn̄ ex
ore primi parētis dictū eſt gen̄. ij. Relinquet hō
p̄rem ⁊ matrē ⁊ adherebit vxori ſue ⁊ erūt duo
in carne vna. planū eſt aūt ꝙ quāto maior adhe-
rentia eſt hominis cū carne ⁊ cū mūdo. tāto mi-
noratur ei⁹ adherētia cū deo. vn̄ aplis volenti-
bus perfecte chriſto adherere vinculū ꝯiugale
omnino erat relinquendum
¶Secundo ꝓpter augmentū ſocial' cōplacē/
tie. Quantū enī malū fecerit cōplacētia vxoris
in primo parente effect⁹ demōſtrauit. q̄ vt dicit
Aug. nō fuit vict⁹ aliqua ꝯcupiſcētia nec igno-
rātia ſed quadā amicabili ꝯplacētia ex qua ſni-
terdū ſit vt offendat de⁹ ne offendat hō ꝑſua/
ſioni vxoris obediēs p̄cepta dei ꝯtempſit. vn̄
dicit aplus. chor. vij. Qui cū vxore eſt ſollicit⁹
eſt q̄ ſunt mūdi quō placeat vxori et diuiſus ē
quia partem de ſeipſo dat deo partem dat mū-
do ⁊ partem dat vxori vt gloſa dicit.
¶Tertio ꝓpter augmentū carnalis ꝯcupiſcē-
tie. dicit enī gloſa ſuper illo verbo. i. chor. vij.
Si impleuit virgo nō peccauit. tribulationem
tñ carnis habebūt huiuſmodi ꝙ ꝯiugati maio-
rē ꝯcupiſcentiā habēt in carne ꝙ cōtinentes ꝓ-
pter continuā experientiā ꝓpter ꝑſeuerantiā ⁊
ꝓpter auxilij deficientiā Aplis ergo tendētib⁹
ad perfectionis ſtatū relinquendum erat vin/
culum coniugale.
¶Ad primū ergo eſt dicendū ꝙ ad hec induci-
tur abſtinentia cibi ⁊ potus vt ſeruetur continē-
tia eo ꝙ corp⁹ eſtuans vino faciliter ſpumat in
luxuriā vt Jero⁹. dicit xp̄us aūt ſuos diſcipu/
los ſui pn̄tia abſtinentib⁹ faciebat fortiores.
vn̄ carentia illi⁹ abſtinētie nō diminuit in eis ꝑ-
fectionis ſtatū. qꝛ ipſe tali via inceſſit vt cū pec-
catoribus manducaret ⁊ biberet. Poſt aſcen/
ſioneꝫ aūt xp̄i apoſtoli ieiunauerunt ⁊ vigilijs
⁊ ieiunijs eoꝝ corpoꝛa caſtigabāt. Juxta illud
i. Chor. ix. Caſtigo corpus meū ⁊ in ſeruitutē
redigo. vinculū aūt ꝯiugale eſt ꝑpetuū. Unde
quantūcūq; tp̄e in ſui pn̄tia feciſſet aplos coniu-
gatos continentib⁹ fortiores p⁹ ſuū tñ receſſuꝫ
diminuiſſet de eoꝝ perfectiōis ſtatu copula cō/
iugalis ſicut diminuiſſet de ſtatu ꝑfectionis eo-
rum ſi alijs operibus ꝑfectionis ⁊ ſupererōga-
tionis non inſtitiſſent.
¶Ad ſcd̄m eſt dicendū ꝙ iſta duo ſimul ſtant
ꝙ aliq̄ n̄ ſint ꝑfecti ⁊ tñ ſint in ſtatu ꝑfectōis ſicꝫ
multi religioſi eo ipo ꝙ i ſtatu religiōis ſūt in ſta-
tu ꝑfectionis ſūt ꝑfecti tñ nō ſunt ſi opera per/
fectionis nō impleant. ſicut multi nō exītes in
ſtatu ꝑfectionis. perfecti tñ eſſe pn̄t. Un̄ Abra/
hā ⁊ alij ſancti patres in ſtatu cōiugali exītes
perfecti fuerūt Nā vt dicit Aug. in libro de bo-
no ꝯiugali. Continētia aūt nō corporis virt⁹ ē ſꝫ
virt⁹ animi q̄n̄q; in opere manifeſtatur q̄n̄q; in
habitu latet. Ideo ſicut nō fuit impar meritūꝫ
in Petro qui paſſus eſt. ⁊ in Johā. qui paſſ⁹
nō eſt. ſic nō fuit impar meritū ꝯtinentie in Jo-
hāne qui nullas expert⁹ eſt nuptias ⁊ in Abra-
hā qui filios generauit
¶Ad tertiū eſt dicendū ꝙ perpetua obligatio
debet eſſe de his que ſunt ꝑfectionis opera. nō
aūt de copula cōiugali q̄ ponitur eſſe indulgē/
tie nō ſupereminētie. nō enī dicit. Chriſt⁹ que/
renti perfectionis ſtatū. vade ⁊ ſta cū vxore tua
ſed vade ⁊ vende omnia q̄ habes ⁊ da paupe/
rib⁹ ⁊ ſequere me. obligatio ergo perpetua in
temporaliū carentia. in continentia. ⁊ obedien-
tia. que ſunt perfectionis opera facit proprie ꝑ-
fectionis ſtatum

AD tertiū ſic proceditur videtur enim ꝙ
continentia in apoſtolis nō fuerit cuꝫ
voto ſeruata. Tanto enī laudabilius
eſt ⁊ magis meritoriū quāto eſt magis voluntariū
ſed votū quandā neceſſitatem ⁊ coactionē im/
ponit. diminuit ergo de merito ⁊ per cōſequēs
de perfectionis ſtatu.
¶Preterea dicit Proſper in libro de vita con-
templatiua ſic abſtinere vel ieiunare debemus
vt nō nos neceſſitati ieiunandi ſubdam⁹ ne iā
non deuoti ſed inuiti rem voluntariā faciam⁹
ſeruaſſent ergo apli inuiti continentiaꝫ ſi ex vo-
to fuiſſent obligati.
¶Preterea ſuper illo verbo. Mat. xix. Sunt
eunuchi qui de vtero matris ſic nati ſunt. dicit.
Jerō. ꝙ illi qui non volūtate ſed natiuitate cō-
tinentiam ſeruāt non merentur nec premiantur
Continentia ergo in apoſtolis debuit eſſe cuꝫ
voluntate. et non neceſſitatis voto ſeruata.

In contrarium eſt q꜄ perfectio aplo꜍ fuit in obſeruatione conſilio꜍. non ſolū precepto꜍. Sed conſilium datur non ſoluꝫ de continendo. verum etiam de vouenda continentia. vt patet per gloſam ſuper illo verbo. Uouete ⁊ reddite domino deo noſtro. Continentia ergo in apoſtolis fuit ex voto ſeruata.

¶ Rn. dicēdū ꝙ ſicut dicit. Crisoſt. ſup Mat. Diſciplina chriſti ex moribꝰ ſue familie nobis demonſtratur. Eſt autem talis diſciplina dn̄i vt perfectior ⁊ magis meritoria ſit continentia ſeruata cum voto ꝙ̄ ſine voto Et ideo dicendū eſt ꝙ talis fuit moris ſue familie puta apoſtolo꜍ vt continentiam ⁊ alia perfectionis opera cū voto ſeruarent. Quod autem maioris perfectionis ⁊ maioris meriti ſit continentia cū voto ſeruata ꝙ̄ ſine voto quantū ad preſens ſpectat ex tribus patet.

¶ Primo ex parte eius quod vouetur Quāto enīꝫ aliquis plus dat alicui tanto magis ab eo aliquid meretur. qui autē continentiam ſeruat propter dei amorem. dat deo ſolū corporis cōtinentiam. ſed qui voto ſe aſtringit ad continētiam ſeruandā. dat deo voluntatis potentiam quia ex tunc facit ſe impotentem vt aliud facere ſibi non liceat. Plura ergo offert deo continens cum voto ꝙ̄ ſine voto.

¶ Secundo ex parte vouētis. Uoluntas enī vouentis firmatur in bono propoſito. Unde ſicut ad augmētūꝫ culpe facit voluntas obſtinata ⁊ firmata in malo. ſic ad augmentum meriti facit voluntas firmata ⁊ ſtabilitata in bono.

¶ Tertio ex parte ipſius dei cui votum reddit. Dicit enim Augꝰ. in libro de virginitate. Uirginitas non q꜄ virginitas. ſed quia deo dicata eſt. honoratur. Unde ipſa virginitas voto ſeruata ad cultum latrie pertinet.

¶ Ad primū eſt dicendū ꝙ opus ex voto factuꝫ non eſt inuoluntariū in omnibus. Multi enī ſunt qui illa que vouerunt tam prompta volūtate faciunt. vt ſi non vouiſſēt. adhuc vouerent Dato tamen ꝙ in aliquibus opus ex voto factum vt eſt in ſe conſideratum non ſit voluntarium. reſpectu tn̄ obedientie quam vult implere ſeruādo votū efficitur volūtariū ⁊ magis meritoriū ꝙ̄ ſi ſola volūtate ſine voto illō īpleret.

¶ Ad ſecundū eſt dicendū ꝙ proſper loquitur in illo caſu quādo quis nec voluntate bonum opus facit. nec retinēt voluntatem votum ſeruandi aut obediendi. ſed tantū implet illud qō vouit vel quod ei p̄cipitur humano timore vel pudore. Talis enim ꝙuis apud deū habeatur votifractor ⁊ obedientie preuaricator. tamē ex quo ex caritate in principio vouit meritum ſibi reſeruaſſi ō ipſa cordis preuaricatiōe peniteat.

¶ Ad tertium eſt dicendū. ꝙ ſaluator ibi. diſtiguit tria genera continentiū. Quia aliqui continētes ſunt ex natura eo ꝙ ex frigiditate vel natiuitate ſic orti ſunt vt continentes ſint. Aliqui vero violentia ⁊ neceſſitate. ſicut illi qui caſtrantur a barbaris. Aliqui autem propoſito ⁊ volūtate. Et iſtis ſolum promittitur premiuꝫ. Et ratio huius eſt. quia ꝙuis in illis ſit continentia corporalis. nō tn̄ mentalis. Non enī habētibus mēbra genitalia abſciſa concupiſcentia fit manſuetior. ſed moleſtior. aliunde enī habꝫ fontes ſperma qō in nobis eſt. ſed ſi ipſa mēs ſobria fuerit naturalium motuum. nullū eſt nocumentum. vt dicit Chriſoſtomus.

# Queſtio nonageſima prima De apoſtolorū obedientia.

Unc conſiderandum eſt de apo꜍ obedientia. Circa qō querunt tria. Primo vtrū obedītia apoſtolos poſuerit in perfectionis ſtatu.

¶ Secundo vtrum obedientia in apoſtolis magis fecerit perfectiōis ſtatum ꝙ̄ caſtitas vel paupertas.

¶ Tertio vtꝝ obedītiā apl'i voto promiſerūt.

Ad primū ergo ſic proceditur. videtur enim ꝙ obedientia apoſtolos nō poſuerit in perfectionis ſtatu. Per illud enī quod quilibet tenetur ex precepto agere. nō ponitur in ſtatu perfectionis. Sed ex precepto tenetur homo chriſto obedire. aliter ponitur extra ſtatum ſalutis. Exo. xxiiij. Omnia que precepit nobis dn̄s faciemꝰ. et erimꝰ obedientes Ergo apoſtoli per obedientiā qua xp̄o ſubdebantur nō ponebant in ſtatu perfectionis.

¶ Preterea. naturale eſt debitum iuſticie vt inferiores ſuperioribus obediāt ad Roma. xiij. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Sed naturalia non ponunt hominem in perfectionis ſtatu.

¶ Preterea. continentia ⁊ temporaliū carentia ponunt hominē in perfectionis ſtatu. vt patet Mathei. xix. Sed ſi chriſtus mādaſſet apoſtolis vxores fornicarias accipere. ſicut mandatum fuit. Oſee. ⁊ ſpolia aliquorum accipere ſicut mādatū fuit iudeis Exodi. xij. Talis obedientia fuiſſet cōtra perfectionis opera. ergo ſimiliter contra perfectionis ſtatum.

¶ In ꝯtrariū eſt illud quod ſcribitur Math. x. Qui non accipit crucem ſuam ⁊ ſequitur me non eſt me dignus. Sed hec fuit perfectio obedientie apoſtoloꝝ ſequi xp̄m vſꝙ ad mortem non quancunqꝫ. ſed crucis. ſicut patuit de Petro. Ergo talis obedientia poſuit eos in perfectionis ſtatu.

¶ Rn. dicendum ꝙ̄ quāto aliquid magis naturaliter amatur. tanto perfectius contemnitur propter chriſtum. Nihil autem eſt homini amabilius libertate proprie voluntatis. q꜄ per hāc homo deo ſuo ſuperiori fruitur. ſibi equali vtitur. ⁊ ſuis inferioribꝰ dominatur. Unde ſicut nō eſt aliquid quod homo naturali affectu magis refugiat ꝙ̄ ſeruitutem preter morteꝫ que eſt finis omniū terribilium. Sic homo nō poteſt pro alio alicui plus impendere preter mortem ꝙ̄ ſeipſū eiꝰ ſeruituti ſubiugare Propter quod Thobie nono. Non inueniens Thobias aliquid maius quod angelo offerret queꝫ hoīem putabat dixit. Si meipſum ſeruum tradā tibi non ero condignus prouidentie tue.

¶ Iſta ergo obedientia qua apoſtoli ſeipſos in chriſti ſeruitutem tradiderunt propriā volūtatem abnegantes poſuit eos in perfectionis ſtatu propter tria.

¶ Primo quia in hoc fuerunt xp̄i imitatores qui cum dixiſſet Math. xxvi. Mi pater ſi poſſibile eſt tranſeat a me calix iſte. ſtatim ſubdidit vruntame non ſicut ego nolo ſed ſicut tu. Et Joh. vi. Deſcendi de celo non vt faciam volūtatem meam ſed voluntateꝫ eius qui miſit me. Unde ſicut ipſe xp̄s voluntatem humanaꝫ diuine voluntati ſuppoſuit. ſic apoſtoli propriā voluntatem abnegantes ⁊ ſe diuine voluntati ſupponentes chriſti imitatores facti ſunt

¶ Secundo quia in ſeipſis talis obedientie. fuerunt obſeruatores. Dicit. enim paulus gal. ij. Uiuo ego iaꝫ non ego viuit vero in me xp̄s quaſi ſuam vitam non ſuaꝫ exiſtimans ſed xp̄i ⁊ ad Ro. xv. Debemus nos firmiores imbecillitatem infirmorū ſuſtinere. ⁊ nobis ipſis non placere. ſicut xp̄us non ſibi ipſi placuit. ſed ſicut ſcriptum eſt Improperia improperantiuꝫ tibi ceciderunt ſuper me.

¶ Tertio quia ad hoc apoſtoli fuerunt alioꝝ exhortatores Dicit enī Paulꝰ. ij. chor. v. Om xp̄us pro omnibꝰ mortuus eſt ſicqui viuūt iā non ſibi viuant ſed ei qui pro ipſis mortuus ē ⁊ reſurrexit. ⁊ non ſolum xp̄o immo eius miniſtris hortatur eſſe obediendū. Ad hebre. vlti. Obedite prepoſitis veſtris ⁊ ſubiacete eis

¶ Ad primū ergo eſt dicendū ꝙ abnegare propriam voluntatem per obedientiam Uno mō eſt de neceſſitate ſalutis vt ꝙ non admittat homo in ſua voluntate aliquid quod ſit cōtrariū diuine dilectioni. Alio modo ſupererogatiōis eſt ⁊ conſilij vt ꝙ homo ſeipſum neget ꝙtū ad illa quibus licite poſſet vti in quibus alteri ſe ſupponere perfectionis eſt ⁊ conſilij. Apoſtoli autem non ſolum in illis quibus poterant vti immo in propria vita ſe odio habuerunt et ſe ipſos negauerunt propter chriſtum.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ aliquid poteſt dici gratuitum dupliciter. Uno mō ex parte operis. vt quando ad illud non obligatur ex precepto. Alio modo ex parte operantis q꜄ dato ꝙ ad illud teneatur libera tamē et prompta voluntate facit. Utroꝙ autem modo obedientia apoſtolorum fuit gratuita ⁊ perfectiōis opꝰ

¶ Primo ex parte ipſius obedītie. Obedierunt enim in abdicatione proprie volūtatis ꝑ continentiam ⁊ temporalium carentiam et ex ꝑte ipſorum qui obediebant quia cum feruore amoris ⁊ prompta voluntate xp̄o famulatū et hibebant quod manifeſtum eſt in paſſionibus quas conſtat nature eſſe ꝯtrarias ad quas ipſi gaudētes ibant quia digni habiti ſunt pro nomine Iheſu contumeliam pati.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ ſicut deus operatur ſupra naturam non tamen contra naturā quia vt dicit Augꝰ Hec ē natura vniuſcuiuſꝙ rei ꝙ in ea deus operatur. ſic deus poteſt precipere ſupra virtutem que ſecundum ſolitū curſum virtus nunc appellatur. non tamen poteſt precipere contra virtutem quia in hoc conſiſtit virtus ⁊ rectitudo humane voluntatis vt diuine voluntati conformetur ⁊ eius preceptum ſequatur. Si ergo xp̄us precipiſſet apoſtolis homicidium non fuiſſet iniuſtum. quia ipſe eſt dominus vite ⁊ mortis ⁊ ſi precepiſſet ſpolia aliquorum recipere non fuiſſet furtū quia ſua ſūt omnia ⁊ cui vult dare poteſt. Similiter ſi precepiſſet vxores fornicarias aſſumere non fuiſſꝫ fornicatio quia ipſe eſt humane generationis ordinator ⁊ ille eſſet debitus modꝰ vtendi muliere quem inſtituiſſet. Unde talis obedientia non fuiſſet contra perfectionis opera. nec contra ipſorum perfectionis ſtatum.

Ad ſecunduꝫ ſic proceditur. videtur enī ꝙ obedientia nō magis fecerit in apoſtolis perfectionis ſtatum ꝙ̄ caſtitas vel paupertas. Illud enim magis perfectuꝫ ē quod magis coniungit fini et cuius oppoſituꝫ magis a fine elongat. Sꝫ Iſidorus dicit in libro de ſinonimis. ꝙ caſtitas hominem celo iūgit ⁊ ad celum hoīem pertrahit. libido vero hominē ad tartara mittit magis ergo facit ad per-

fectionis ſtatum caſtitas ꝙ obedientia.

¶ Preterea ꝙto oppoſitũ alicuius eſt dãnabilius ⁊ periculoſius tanto illud eſt magis perfectũ. ſ; oppoſitũ ſpũalis paupertatis eſt cupiditas que dicente apoſtolo. i. Thi. vltimo. ẽ vt radix omniũ maloꝝ. magis ergo facit ad perfectionis ſtatum abdicatio temporalium propter chriſtum ꝙ obedientia.

¶ Preterea que ſunt pfecta in ſe magis faciũt ad pfectionis ſtatũ ꝙ illa que perficiunt in cõparatione alioꝝ. S; fides ſpes ⁊ caritas que ſunt virtutes theologice cũ habeant deũ pro obiecto ⁊ pro fine perficiũt hoĩem immediate. nõ aũt ſic obedientia cui⁹ perfectio conſiſtit in abdicatione proprie volũtatis. ergo illa faciũt magis ad perfectionis ſtatum.

¶ In contrariũ eſt qꝺ dicit Greg⁹. vltimo moraliũ. Sola nãq; obedientia virtus eſt que virtutes ceteras mẽti inſerit. inſertaſq; cuſtodit

¶ Rn. dicendũ ꝙ vt dicit grego⁹. ſup illo verbo Iohã. xvij. Ego pro eis ſanctifico meipſu; vt ſint ⁊ ipſi ſanctificati in veritate ſicut xp̃us ſe ipſum obtulit deo patri acceptabilem hoſtia; ſic ſuos ap̃los hoſtiam acceptabilẽ deo fecit. q; ipſe caput eoꝝ erat. qui imolabant non quidẽ in figura ſicut olim fiebat. ſed in rei veritate ex quo verbo expreſſe habetur ap̃los per obedientiam ſeipſos abnegaſſe. ⁊ xp̃o ſe obtuliſſe ꝑ abdicationẽ proprie voluntatis quoꝝ obediẽtia ꝙtum ad p̃ns excellit oĩa alia pfectionis opera in tribus. Primo in dignitate. Nam per paupertatis votũ offertur deo ſacrificiũ de omnib⁹ exterioribus rebus Per votũ vero ɔtinentie ꝺ proprio corpe. S; per obedientiã propriã voluntatẽ quis offert Nam vt dicit Grego⁹. vltimo moraliũ exponens illu ꝺ verbũ. i. Reg. xvi. Melior eſt obedientia ꝙ victima. Obediẽtia quippe victimis iure preponit q; per victima; aliena caro mactat. per obediẽtiam vero volũtas propria religatur ſicut ergo aĩa vel volũtas que religatur dignior eſt corpe. ⁊ corp⁹ digni⁹ exterioꝛib⁹ rebus. ſic obedientia oĩa perfectiõis opera excedit in dignitate. Secundo in vniuerſalitate per voluntatẽ eni vniuſquiſq; dñat rebus exterioribus ⁊ ſui corporis motionib⁹ imo eius intellectionibus Eſt eni voluntas dña in toto regno aĩe imperatiue ⁊ determinatiue. vñ qui dat voluntate; totũ dediſſe intelligit Tertio excedit in ſanctitate. Nã abdicatio tpalium vel corporis continentia nulli⁹ ſanctitatis vel meriti eſſe cenſetur. niſi ordinet ad impletione; diuine voluntatis. qꝺ recte ad obedientiã ſpectat. Magis ergo in apoſtolis fecit obediẽtia ad perfectionis ſtatũ ꝙ aliquod aliud perfectionis opus propter eius dignitatẽ. propter eius vniuerſalitate; ⁊ propter eius ſanctitatem

¶ Ad. i. ergo eſt dicendũ ꝙ caſtitas deo cõiungit ꝑ quandã aſſimilationẽ eo ꝙ eſſe in carne ⁊ preter carne; viuere. habet quandã ſimilitudinẽ ſpũalis nature cuiuſmõi eſt natura diuina ⁊ angelica. q; deus ſpiritus eſt Iohã. iiij. ⁊ angelus ſpũs eſt. Qui facit angelos ſuos ſpiritus. ad hebre. i. Sed obedientia deo cõiungit ꝑ ei⁹ volũtatis impletionẽ ſine qua nec ipſa caſtitas nec alia perfectionis opera eſſent meritoria. vñ ſicut caritas omnia opera facit eſſe virtuoſa et deo grata informatiue. ſic obedientia inſtrumẽtaliter effectiue ⁊ conſeruatiue. Vñ ſignãter dicit grego⁹. ꝙ certas virtutes menti inſerit inſertaſq; cuſtodit.

¶ Ad. ij. eſt dꝺ ꝙ cupiditas que eſt radix oĩm maloꝝ eſt vitium generale pro omni inordinato amore proprie excellentie. ſpeciale aũt vicium eſt ſcꝺm ꝙ vſitatiori nomĩe appellat amor pecunie ⁊ rerum tpaliũ vt dicit Augu⁹. xi. ſup gen. ſcꝺm quẽ modũ dãnabilior eſt inobedientia ꝙ talis cupiditas. cum nec huiuſmõi cupiditas eſſet mala niſi anim⁹ retraheret ab impletione diuine voluntatis nec ſibi ex toto conatu ſubderetur.

¶ Ad. iij. eſt dicendũ verũ eſſe virtutes theologicas perfectiores eſſe pro tanto. quia eis adhęret homo deo immediate tanꝙ fini. Dicit enim Aug⁹ in libro de vera religione. ꝙ deus immediate cõfitendus eſt fide. ſpectantibus eſt ſpe. ⁊ querẽdus eſt caritate. Sed inter virtutes morales quibus oĩa creata contemnũtur vt expeditis ad deum perueniat obedientia perfectior ẽ cũ ꝑ ipſam abneget propria voluntas qua nihil in terrenis creaturis dignius ⁊ car⁹ inuenit

Ad. iij. ergo ſic ꝓceditur videtur enim ꝙ apoſtoli obedientiã voto non promiſerint. quia quod non eſt ſcriptũ de apoſtolis temerarium eſt aſſerere. ſ; nõ eſt ſcriptũ de eis ꝙ ipſi obedientiã voto promiſerũt.

¶ Preterea vnus amic⁹ non tenet alteri obedientiam promittere. importat eni obedientia quandã ſubiectionẽ ⁊ ſeruitutem inferioris ad ſuperiorem. Sed ſcribitur Iohã. xv. Iam nõ dica; vos ſeruos ſed amicos. q; oĩa quecunq; audiui a patre meo nota feci vobis.

¶ Preterea votũ nõ eſt niſi de opere perfectiõnis ⁊ ſupererogationis. Sed obedientia nõ ẽ opus perfectionis ⁊ ſupererogationis qꝺ pz per eius oppoſitu; dicit eni Ambro⁹. ꝙ omne peccatũ eſt preuaricatio legis diuine ⁊ celeſtiũ inobedientia mandatorum.

¶ In contrariũ eſt quia vouere nõ eſt aliꝺ quã quodã zelo ⁊ feruore voluntatis ſeipſu; negare deo ſubdere ⁊ homini propter deũ ſ; hoc fecerũt apoſtoli ſup illo eni verbo Act. v. Reſpõdens aũt Petrus et apoſtoli dixerunt obedire oporz deo magis ꝙ hominib⁹ dicit glo. ꝙ feruore ⁊ zelo nõ patiunt vnũ pro omnib⁹ loqui ſed breuiter loquentes dant exemplum nõ vtẽdi verborum circuitu.

¶ Rn. Dicendũ ꝙ ſup illo verbo pſal. Vouete ⁊ reddite dño deo veſtro Aug⁹. notat ꝙ aliqua ſunt vota cõmunia ſine quibus nõ eſt ſalus. vt vouere fidem in baptiſmo ⁊ abrenũtiare dyabolo ⁊ pompis eius. nõ occidere. nõ ſupbire. ⁊ cetera alia que etiam ſi nõ promittimus ſoluere debem⁹. de hijs eñ vt dicit precipitur omnib⁹. vouere ⁊ reddere Alia vero ſunt vota ꝓpria ſinguloꝝ vt caſtitas. virginitas obediẽtia. ad hec eñ vouenda nos xp̃s inuitauit. nõ eñ precepit vt talia voueam⁹ ſed vt vota reddam⁹. q; vouere voluntati conſulit ſed poſt voti ꝓmiſſionẽ neceſſario redditio exigitur. Vtro ꝙ autem modo apoſtoli vota promiſerũt Primo vota cõmunia in eoꝝ baptiſmali regeneratiõe tunc eni fide; promiſerũt. ⁊ dyabolo ⁊ põpis eius renuntiauerũt multo firmi⁹ ⁊ feruenti⁹ ꝙ alias xp̃i membra. Secundo vota propria in eoꝝ a xp̃o vocatione quãdo dixerũt Math. xix. Ecce nos relinquim⁹ omnia ⁊ ſecuti ſum⁹ te Ecce inꝙ nos caſtos offerim⁹ per continentiam relinquim⁹ omnia per tpaliũ carentiã. ⁊ ſecuti ſum⁹ te per perpetuam obedientiam.

¶ Ad. i. ergo eſt dicendũ ꝙ ſicut Aug⁹. dicit ſuper illo verbo. Vouete ⁊ reddite. vouere inꝙ mente quodlibet bonũ opus. ⁊ reddite opere neceſſario poſt votũ. ex quo dicto habet ꝙ vouere eſt mentis intentionis que non ſcribitur ſ; voluntate ſola exprimitur. Redditio vero voti eſt operis executionis. Quis ergo ꝺ apoſtolis non ſit ſcripta voti expreſſio de eoꝝ obediẽtia eſt tñ ſcripta voti redditio et operis executio.

¶ Ad ſcꝺm ſoluit Aug⁹. Iohan. xv. dicens. ꝙ ſicut ſunt duo timores ſic due ſunt ſeruitutes. Eſt eñ timor quẽ perfecta caritas mittit foras in quo eſt ſeruitus ſeruilis ſimul mittẽda foras cum ipſo timore. Eſt aũt alius timor caſtus permanens in ſeculũ ſeculi hñs incluſam ſeruitutem filialem. quã habuerunt apoſtoli ad xp̃m eoꝝ voluntatem abnegantes ⁊ ſue voluntati ſeipſos ad obedientiam ſubdentes.

¶ Ad. iij. eſt dicendũ ꝙ ſicut due virtutes cõmunis ⁊ ſpecialis poſſunt verſari circa eande; materiã. diſtinguuntur tñ ſub ratione formali ſpecialis obiecti. ſic duo vicia cõmune ⁊ ſpeciale poſſunt verſari circa eandem materiã diſtinguuntur tñ ſcꝺm rationẽ formalẽ obiecti Inobediẽtia ergo vt eſt cõmune viciũ. eſt preuaricatio legis diuine vt dicit Ambro⁹. S; ſcꝺm qꝺ opponitur ſingulari virtuti et operis ſingularis perfectionis eſt vicium ſpeciale

## ¶ Queſtio. lxxxii. quõ apoſtolorum perfectio obſeruata eſt in epiſcopis eccleſie primitiue.

Viſum eſt quomõ ſtatus perfectio i xp̃o fuit exemplariter demõſtrata. et quõ fuit in eius ap̃los ab eo deriuata. Nunc videndũ eſt qualiter in primitiua eccleſia fuit obſeruata

¶ Circa quod noue occurrunt conſideranda.

¶ Primo quomodo perfectio vite apoſtolice obſeruata fuit in epiſcopis et prelatis

¶ Secundo quõ in preſbyteris dyaconibus.

Tertio quomodo in martiribus.

¶ Quarto quomodo in confeſſoribus.

¶ Quinto quõ in viduis ⁊ virginibus

Sexto quomodo in monachis ⁊ manibus laborantibus

¶ Septimo quomodo in monachis contemplationi vacantib⁹.

¶ Octauo quõ in predicatoribus euangelij.

Nono quomodo in doctoribus ⁊ expoſitoribus ſacre ſcripture

¶ Circa primum queruntur quatuor

¶ Primo Vtꝝ epiſcopi in eccleſia primitiua ſeruarẽt ap̃loꝝ vitã de nõ hñdo proprium.

¶ Secũdo Vtrũ epiſcopi tunc ſeruarent apoſtolorum vitam de non habendo poſſeſſiones

¶ Tertio. Vtrum tunc epiſcopi ⁊ clerici eccleſie primitiue ſeruarent apoſtolorum vitam de voto continentie

¶ Quarto Vtrum tunc epiſcopi ſeruarent apoſtolorũ vitam de voto obedientie.

Ad. i. ergo ſic proceditur videtur eni ꝙ epiſcopi in primitiua eccleſia tenerent ſeruare apoſtoloꝝ vitam de non habẽdo propriũ. Dicit eñ clemẽs quartus ſucceſſor Petri ⁊ ponitur. xij. q. i. Cõmunis vita omnibus eſt neceſſaria maxime his qui vitam ap̃lorum eorũq; diſcipuloꝝ imitari volunt. S; epiſcopi primitiue eccleſie imitatores apoſtolorũ fuerũt ⁊ eorũ diſcipuli. ergo tenebantur nõ habere proprium.

¶ Preterea Iero⁹. dicit ad nepotianũ Clerici dicunt quia de ſorte dñi ſunt: vel q; ipſe dñs ſors ⁊ pars eſt ipſoꝝ clericoꝝ. q ergo dñm poſſidet ⁊ cũ propheta dicit pars mea dñs eſt. nihil extra dñm habere põt. ꝙ ſi qs propriũ aliquid habuerit preter dñm puta aurũ vel argẽ

cium vel poſſeſſiones ſeu variam ſupellectilem: cum talibus partibus dominus non dignatur fieri pars eius.

¶ Preterea dicit Ambroſius. Cui portio deꝰ eſt nihil aliud curare debet niſi deū ne alterius impediatur neceſſitatis munere quia hec eſt vera ſacerdotis fuga abdicatō domeſticoꝝ ⁊ quedam alienatio cariſſimoꝝ vt ſuis ſe abneget qui ſeruire deo geſſit.

¶ Preterea Jeroꝰ. diſtinguit duo genera xpianorum laicorum ⁊ clericoꝝ. ⁊ per hoc debent eſſe diſtincta hec duo genera quia clerici victu ⁊ veſtitu contenti nullā proprietatē habentes debent habere omnia cōmunia. laici vero vxores ducere ⁊ propriū habere poſſunt.

¶ In contrarium eſt quia nullus habet dominiū rei aliene vt poſſit ipſam relinquere cui placet. Sed epiſcopis ſemper licuit de rebus proprijs vel acquiſitis vel quicquid de ꝓprio habuerunt vt heredibus ſuis cuꝫ non voluerunt relinquerent vt ſcribitur. xij. q. i. Semper ergo licitum fuit epiſcopis proprium habere.

¶ Rn. dicendū ꝙ in hac queſtione tria faciūt dubium. Primū eſt dictum Jeronimi in libro illuſtrium virorum capitulo. xi. vbi dicit taleꝫ primo fuiſſe eccleſiam credentiū in chriſto quales nunc monachi eſſe nituntur ⁊ cupiunt vt nihil cuiuſꝗ proprium ſit nullus inter eos diues, nullus pauper. patrimoniale gentibus ⁊ pauperibus diuidatur. orationi vacetur ⁊ pſal. doctrine quoꝗ ⁊ cōtinentie. quales ⁊ lucas refert primum Jeroſolime fuiſſe credentes. Cum igitur monachi ꝓpriū habere non poſſint ex quo tales fuerunt in primitiua eccleſia prelati. quales nunc monachi cupiunt eſſe. clare patet ꝙ illi proprium non habebant ſequitur ꝙ epiſcopi in primitiua eccleſia tenebāt nō habere ꝓpriū. Secundū eſt ꝓceptū dñi. qui luce. x. mandauit apoſtolis vt nihil poſſiderent non auꝝ vel argentum vel pecuniā ī zonis. Si ergo apoſtolis interdictū eſt habere propriū intelligitur eē interdictū oibus epiſcopis ⁊ prelatis qui ſunt apoſtoloꝝ ſucceſſores. Tertiū ē dictuꝫ multorum doctoꝝ illorum ſpecialiter quoꝝ capitula ſupra allegata ſunt ⁊ ponuntur. xij. q. i. que expreſſe videntur prohibere clericis ⁊ epiſcopis non habere proprium. Sciendū eſt ergo ꝙ epiſcopis et clericis nō ſunt aliqua prohibita exceptis his que ꝓhibentur alijs niſi illa ad que voto ſe obligant vel ex propria voluntate vel ex mandato eccleſie. non habere aūt propriū cuꝫ ſit conſilij ⁊ ſupererogationis non interdicitur alicui niſi ad hoc voto ſe aſtringat. vnde communiter epiſcopis ⁊ clericis nō interdicitur habere proprium Iſtius tñ conſilij ⁊ perfectionis epiſcopi ⁊ prelati eccleſie primitiue fuerunt obſeruatores. in quibꝰ plene apoſtolica vita fuit obſeruata. Proceſſu vero temporis quia multi intraturi erant eccleſiam ab illa perfectione apoſtolica deficientes prouide ordinauerunt ſancti patres in multis cōſilijs vt epiſcopi ⁊ clerici propriū poſſet habere ⁊ illud relinquere heredibus domeſticis ⁊ propinquis pro eoꝝ voluntate vnde dicit Aug. Certe ego ſum qui ſtatueram nullum ordinare clericum niſi mecum vellet manere ſine proprio aut ſi vellet a ꝓpoſito recedere recte ei tollerē clericatū Ecce ī ꝯſpectu dei ⁊ veſtro muto conſiliū. Qui volunt habere aliquid propriū quibus non ſufficit deꝰ ⁊ eccleſia eius. maneāt vbi volunt ⁊ vbi poſſūt non eis aufero clericatum. ex quo manifeſte debit intelligere omnes habentes propriū a perfectione vite apoſtolice deficereſ preceptū vero xpi factuꝫ apoſtolis ſecundū Aug. non fuit ꝓhibitionis ſed conceſſionis. Conceſſit eni xps vt apoſtoli ⁊ oēs predicatores non de proprio ſed de ſtipendiis ſubditorum quibus predicabant poſſent viuere. non tamen prohibuit ꝙ ſi aliqui vellent de ſuo iure erogare quod eis nō liceret vt ꝙ viuentes de proprio poſſent euangelizare et ſacramenta adminiſtrare. Alias vt dicit Paulus peccaſſet qui de ſuis laboribus viuens euangeliū predicabat Dicta vero Jeronimi ⁊ alioꝝ doctorum que ſuperius allegata ſunt intelliguntur vera eſſe more prelatoꝝ eccleſie primitiue per quos ꝑfectio apoſtolice vite de non habendo propriū plene ſeruata eſt.

AD. ij. ſic proceditur videtur eni ꝙ epiſcopi in primitiua eccleſia tenerent ſeruare vitam apoſtolorum de nō habēdo poſſeſſiones. nullus eni punitur pena mortis per tranſgreſſionē diuini precepti Sed ſcribitur act. iiij. ꝙ ananias punitꝰ fuit pena mortis quia fraudauit de precio agri non ergo licebat tunc poſſeſſiones habere.

¶ Preterea apoſtolorum ſucceſſores ſunt epiſcopi ſed ipſi poſſeſſiones non habebant. ergo nec ipſi epiſcopi habere potuerunt

¶ Preterea quod non conueniebat laicis cōuerſis ad fidem multo magis nō conueniebat epis ⁊ clericis. Sed ſcribitur act. iiij. Quotquot enim erant poſſeſſores agroꝝ ⁊ domoꝝ vendebant precia et ponebant ad pedes apoſtoloꝝ. non ergo liceat epiſcopis ⁊ clericis poſſeſſiones habere

¶ In contrariū eſt ꝙ ſcribit. xij. q. i. c. expedit. De paulino ⁊ hilario epis qui proprijs abdicatis poſſeſſiones eccleſiaꝝ diligenter cuſtodierunt ⁊ alias plures a chriſti fidelibus cōceſſas illis adiunxerunt.

¶ Rn. Dicenduꝫ ꝙ planū eſt prelatos ⁊ clericos eccleſie primitiue poſſeſſiōes nō habuiſſe. ſꝫ quare poſtmodū ordinatū eſt vt liceat oibꝰ eccleſijs poſſeſſiones habere. Aliā rationē aſſignat Augꝰ. Aliā melchiades papa. Et aliam Urbanus. Nam augꝰ. dicit hoc fuiſſe propter primitiue eccleſie perfectionē. ait eni primo de doctrina xpiana. c. iij. Quanta vtilitas fuerit iudeis ſub pedagogo cuſtodiri per iudeos qui primo crediderūt ex quibus facta eſt eccleſia prima Jeroſolimitana monſtratū eſt. Nā quia illi ſub pedagogo ⁊ ſub lege a deo recepta viuebāt ⁊ vnū deū colebant taꝫ capaces extiterūt ſpūs ſancti vt oia ſua venderēt eoꝝꝗ preciū diſtribuendū indigentibꝰ ante apoſtoloꝝ pedes ponerent. ſeꝗ totos dedicarēt deo tanꝗ templū nouū. cuiꝰ terrene imagini puta templo veteri ſeruiebāt. Et ſtati ſubdit Nō eni hoc vllas eccleſias gentiū feciſſe ſcriptū eſt. qꝛ nō tā prope inuēti erāt qui ſimulachra manufacta deos habebant. Erant eni multū remoti gentiles a perfectione noui hoīs xpi. ideo nō fuerunt capaces tante perfectionis vt poſſeſſiones eoꝝ vēderēt ⁊ precia ad pedes apłoꝝ ponerēt ſicut fecerūt iudei. Melchiades vero papa dicit hoc fuiſſe ꝓpter eccleſie tranſlationē. ſicut pꝫ. xij. q. i. c. futurā. Preuidebant eni apoſtoli eccleſiā de iudea ad gentiles eſſe transferendā. ideo in iudea poſſeſſiones ⁊ predia habere voluerūt. ſꝫ poſtmodū de iudea ad gentiles eccleſia tranſlata inter turbines ⁊ aduerſa ſic ſuccreuit eccleſia ⁊ ad hoc vſꝗ peruenit. vt nō ſolū gentes. imo romani principes. potiſſime Cōſtantinꝰ licentiā dedit ꝑ vniuerſuꝫ orbē de gentibꝰ fabricandi eccleſias ⁊ predia cōſtituit tribuenda Sꝫ Urbanus papa dicit hoc fuiſſe propter miniſtroꝝ gubernationeꝫ ⁊ pauperum ⁊ peregrinoꝝ ſuſtentationē. Nam ſi in matrice eccleſia ⁊ in alijs ꝑticularibꝰ eccleſijs ſint aliquę poſſeſſiōes in cōmuni. melius et vtilius poteſt prouideri miniſtris eccleſie preſentibus ⁊ futuris. ⁊ peregrini ⁊ pauperes cōmodius recipi. ꝙ ſi omnes redditus in pecunia ⁊ rebus mobilibus haberent de quibus quandoꝗ propter malitiam miniſtrantium magna diſtractio fieri ſolet.

¶ Ad primū ergo eſt dicendū. ꝙ Annanias nō fuit punitus morte vt nō liceret ei agrū ⁊ pecuniā receptaꝫ in agro ⁊ de agro tenere. ſed quia totum vouerat dare ⁊ ante pedes apoſtoloꝝ ponere. vnde mentitꝰ fuit ſpiritui ſancto preciuꝫ ſꝫ totum vendendo ⁊ poſtea partem occultādo ſicut dicit gloſa Actuum. v.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ epiſcopi primitiue eccleſie fuerunt apoſtoloꝝ imitatores in non habendo poſſeſſiones ſicut ⁊ in non habendo in proprium. Alij autem ſucceſſores apoſtolos in hoc imitati non ſunt. vel quia ab illorum perfectione deficiunt vt dicit Auguſtinꝰ vł propter alias rationes ſuperiꝰ aſſignatas.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ laici qui in primitiua eccleſia ad chriſtianam religionem veniebant. voto ſe aſtringebant poſſeſſiones nō habere ⁊ proprio carere. ſicut expreſſe dicit gloſa. Act. v. ſicut nunc de ſeculo venientes ad religionem votum paupertatis ſolēnizant Unde ſignantur dicit Hyeroꝰ. Talem primo eccleſiā credentium in chriſto fuiſſe. quales nūc monachi eſſe nituntur ⁊ cupiūt.

AD tertiuꝫ ſic proceditur Uidetur eni ꝙ epiſcopi ⁊ clerici primitiue eccleſie non ſeruarent apoſtolorum vitam de voto continentie. De continentia enim ſeruanda eſt conſiliuꝫ. non preceptum. i. Choꝝ. vij. ⁊ Mat. xix. Ergo nec epiſcopi nec alij in ſacris conſtituti. tenebantur ex precepto apoſtolos in continentia imitari.

¶ Preterea ſi continentia eſſet annexa epiſcopatui ⁊ alijs ordinibus ſacris iure diuino vel naturali. papa diſpenſare non poſſet. ſed hoc videtur falſum. quia in omni voto ſolēni papa diſpenſare poteſt vt ſupra dictuꝫ fuit

¶ Preterea vita apoſtolica prius fuit in eccleſia Hieroſolimoꝝ ⁊ poſtea in eccleſia grecorum obſeruata. ſed greci conſtituti in ſacris contrahunt. Scribitur enim. xxi. di. c. aliter. ꝙ ſacerdotes dyaconi atꝗ ſubdyaconi orientalis eccleſie. matrimonio copulātur

¶ In contrarium eſt quia epiſcopi in eorum conſecratione votum continentie emittunt. ſed ī primitiua eccleſia fuit ordo epiſcopoꝝ Ergo tunc tenebantur in voto continentie apoſtolos imitari

¶ Rn. dicendum ꝙ voto continētie clericoꝝ triplex diſtinctio eſt neceſſaria

¶ Prima eſt. quia clerici orientales ⁊ occidentales in minoribus ordinibus conſtituti. licite poſſunt contrahere matrimonium et vti contracto.

¶ Secunda vero eſt quia conſtituti in ſacris ordinibus. puta epiſcopatu. ſacerdotio dyaconatu ⁊ ſubdyaconatu. nec apud grecos. nec apud nos poſſunt matrimoniuꝫ contrahere. nec vnꝗ potuerunt a tempore apoſtolorum. ſicut patet. lxxxiiij. di. c. cuꝫ in preterito.

¶ Tertia eſt ꝙ conſtituti in ſacris apud grecoſ
⁊ in eccleſia orientali licite vtuntur matrimonio
cõtracto. vñ ſi ſunt ↄiugati ad ſacros ordines
poſſunt promoueri. ↄtinentia nõ promiſſa. ſed
apud nos ⁊ in tota occidentali eccleſia ad ſa-
cros ordines promoueri nequaꝙ̃ poſſunt niſi
promiſſa cõtinentia. Et ſi ſunt coniugati. exigi
tur vt ipſi ⁊ eoꝝ vxores profiteantur ↄtinentiã
aliter repelluntur ne ad ſacros ordines ꝓmoue
antur. Votũ ergo continentie vite apoſtolice i
prelatis ꝑmitiue eccleſie pterie fuit ſeruatũ. nõ
quidẽ per ipſius xp̃i vel apoſtoloꝝ precepti co
actionẽ cũ ſit ↄſilij ⁊ ſupererogationis opꝰ. ſꝫ
per ipſorum apoſtolorum imitationeꝫ. Et per
hoc patet ſolutio ad primũ.

¶ Ad. ij. eſt dicendũ ꝙ ↄtinentia annexa eſt or
dinibus ſacris. non quidẽ ex natura rei puta ex
ipſius ordinis ſacri ſuſceptione. qꝛ tunc quicũ
ꝙ̃ acciperet ordinẽ ſacrũ. teneretur ↄtinentiã ſer
uare. qđ eſt falſuꝫ quia ſicut dictũ eſt greci ordi
nes ſacros ſuſcipiunt. ⁊ continentiã ſeruare nõ
tenentur ſed eſt annexa ↄtinentia ſacris ordini
bus ex voti promiſſione. qđ quidẽ votũ emitti
tur ab illis qui ad ſacros ordines volunt pro-
moueri ex ſtatuto eccleſie nectamen ſequitur ꝙ
papa in tali voto nõ poteſt diſpenſare. nõ ob-
ſtante ꝙ votũ liget iure diuino ⁊ naturali. quia
cũ votũ ſit promiſſio facta deo. de meliori bo-
no ⁊ vtiliori papa loco dei poteſt pro meliori
bono vel vtiliori promiſſionem factam de mi-
nori bono relaxare. non ſolum commutare.

¶ Ad. iij. eſt dicendũ ꝙ ſtatutũ eccleſie de vo
to caſtitatis emittendo volentibꝰ ad ſacros or-
dines promoueri non fuit vniuerſale qꝛ nõ ex-
tendebat ſe niſi ad clericos occidentalis eccleſie
vñ ſcribitur. xxxi. di. ꝙ occidentalis non orien-
talis eccleſia caſtitatis obtulit votũ. poſſet tñ
papa ſi vellet ſtatutũ vniuerſale facere vt nul-
lus poſſꝫ ad ſacros ordines promoueri. niſi cõ
tinentiã ex voto promitteret. et tunc oẽs vniuer
ſaliter ꝑ vniuerſum orbẽ eſſent ad hoc aſtricti.

Ad. iiij. ſic proceditur videtur enĩ ꝙ epĩ
in primitiua eccleſia nõ ſeruarent apo
ſtoloꝝ vitã de voto obediẽtie Johã.
enĩ. xxj. Dñ ihũs xp̃s ↄmiſit oues paſcendas
petro in perſona oĩm epõꝝ nõ exp̃enuit ab eo
obedientiam. ſed dilectionem dicens. Si dili
gis me. paſce oues meas.

¶ Preterea epõꝝ obedientia nõ eſt niſi đ cu-
ra gregis hñda. ſed nullꝰ cura hñda eſt q̃ relictꝰ
eſt in manu ↄſilij ſui. Scribit enĩ Eccle. xv. Deꝰ
ab initio ↄſtituit hoĩeꝫ ⁊ reliq̃t ĩ manu ↄſilij ſui

¶ Preterea ꝑfectio obedientie ↄſiſtit in ↄfor-
mitate volũtatis humane cũ volũtate diuina.
ſꝫ hõ nõ tenet conformare voluntatẽ ſuã volũ
tati diuine ſemꝑ in volito. ergo nec obediẽtia
vite ap̃lice in epĩs eccleſie primitiue ſeruabat.

¶ In ↄtrariũ eſt qꝛ obedientia vite ap̃lice fuit
obedire chriſto vſqꝫ ad mortem. ſed hoc illi ſer
uauerunt in primitiua eccleſia.

¶ Rñ. dicendũ. ꝙ votũ obedientie ꝑ paſtores
eccleſie emitit de cura hñda ouiuꝫ ⁊ agnoꝝ vt
per agnos intelligãtur introducendi vel perfi-
ciendi. ꝑ oues vero iam ꝑfecti. vt dicit Auguꝰ.
Talis aũt obedientia excedit obedientiã quo
rũcunqꝫ religioſoꝝ. ſiue etiã ſubiectoꝝ ĩ tribus

¶ Primo in vniuerſalitate qꝛ alioꝝ obedien-
tia eſt reſpectu vniꝰ cui ſe obedire voto aſtrin-
gũt. Paſtoris aũt obedientia eſt reſpectu oĩm
quoꝝ curã hẽt. quoꝝ ſeruituti ſe ſubijcit modo
quo dicebat apoſtolꝰ. i. Choꝝ. ix. Cũ eſſem li-
ber ex oĩbꝰ. oĩum me ſeruũ feci. ⁊ ad Ro. i. Gre
cis ⁊ barbaris ſapiẽtibꝰ ⁊ iſipiẽtibꝰ debitor ſũ

¶ Secũdo in difficultate alioꝝ infirmitates por
tando ⁊ voluntati oĩm ſe cõformando ẽ valde
difficile. vñ Nume. xi. dixit Moiſes cur impo
ſuiſti põdꝰ vniuerſi populi huiꝰ ſuꝑ me. nũꝗd
ego ↄcepi oẽm multitudinẽ hãc vt dicas mihi
porta eos in ſinu tuo. ſicut portare ſolet nutrix
infantulum ſuum.

¶ Tertio in caritate qꝛ aĩam ſuã ⁊ vitã tenet
pro grege exponere qđ potiſſime in ꝑlatis eccle
ſie primitiue ſeruatũ eſt qñ quiſqꝫ ad ep̃atũ per
ueniens ſecurꝰ erat palmã martirij obtinere. vt
dicit Grego. in paſtorali.

¶ Ad. i. eſt dđ ꝙ obedientia in dilectione illa
includebat qꝛ vt dicit augꝰ. ſit amoris obediẽ-
tie eis fuit paſcere dñicuꝫ gregẽ. ſicut timoris
inobedientie fuit negare paſtorẽ.

¶ Ad. ij. eſt dicendũ ꝙ nõ ẽ relictꝰ hõ in manu
ↄſilij ſui vt liceat ei facere oẽ qđ velit ſꝫ qꝛ ad il
lud qđ faciendũ eſt nõ cogit nature neceſſitate
ſicut cetere irrationales creature. ſed libera ſua
volũtate ad cuiꝰ ordinationeꝫ tenet ſe ſubdere
alioꝝ ↄſilio ⁊ voluntati. qꝛ vt dicit Greg. Vſꝰ
perfecte conuerſationis eſt vt preeſſe non aude
at. qui ſubeſſe non didicerit.

¶ Ad. iij. eſt dicẽdũ ꝙ licꝫ hõ nõ ſemꝑ teneat
velle qđ deꝰ vult. tenet tñ velle qđ ſcit eũ ꝑcepiſ
ſe per precepta ⁊ imitari que ſcit euꝫ ꝑſuaſiſſe ꝑ
conſilia quod fit per votum obedientie cũ quiſ
ſe chriſto ſubijcit ⁊ omnibus propter chriſtum

## Queſtio nonageſima tertia quõ apoſtolorũ

perfectio obſeruata eſt in preſbyteris ⁊ dyaco
nibus eccleſie primitiue.

Deinde conſiderãdũ eſt quõmodo
apoſtolorum perfectio obſeruata ẽ.
in eccleſia primitiua in preſbyteris
⁊ dyaconibꝰ. Circa qđ querunt. iiij.

¶ Primo vtrum in eccleſia primitiua preſby
teri eſſent diſtincti ab epiſcopis

¶ Secundo vtrũ in eccleſia primitiua preſby
teri ⁊ diaconi haberent perfectionis ſtatum.

¶ Tertio vtrum in eccleſia primitiua preſbite
ri ⁊ diaconi eſſent equalis perfectiõis cũ ep̃is

¶ Quarto vtrum in primitiua eccleſia in per
fectionis ſtatu ſimiliores eſſent epiſcopis preſ
biteri ⁊ diaconi ꝙ̃ monachi.

Ad primum ergo ſic proceditur. Videt
enim ꝙ in primitiua eccleſia preſbite-
ri nõ eſſent diſtincti ab epĩs. Que enĩ
ſunt ſinonima. vnũ realiter nõ diſtinquitur ab
alio. ſed Hieroꝰ. ſuper epiſtola ad Titũ Oliꝫ
idem preſbiter erat qui epiſcopus. poſtmoduꝫ
vero in toto orbe decretum eſt vt vnus de preſ-
biteris preponeretur ⁊ ſciſmatũ ſemina tolleret

¶ Preterea apoſtolus ſcribens Tito archiepi
ſcopo Cretenſi ſic dicit: Ad Tituꝫ primo huiꝰ
rei gratia reliqui te Crete vt ea que deſunt corri
gas ⁊ conſtituas per ciuitates preſbyteros ſicq̃
et ego diſpoſui tibi. ſuper quo verbo dicit glo.
ꝙ per preſbyteros conſtituendos per ciuitates
apoſtolus intelligit epiſcopos cum quelibet ci
uitas ſuum epiſcopum requirat

¶ Preterea ordo preſbyterorum ponitur ſep
timus ordo ſupra quẽ non eſt alius. ſi ergo or-
do epiſcopalis nõ eſt diſtinctꝰ ab ordine ꝑſby-
terij. nec ipſi preſbyteri diſtinguũt ab epiſcopiſ

¶ In contrarium eſt quia in his que non ſunt
diſtincta realiter. vnum non dicitur eſſe maius
alio. Sed Auguſtinus ſcribẽs ad Hieronimũ
dicit. quanꝙ̃ ſecundum honorum vocabula q̃
iam eccleſie vſus obtinuit epiſcopatus preſby
terio maior ſit. tamen in multis rebus. Augu-
ſtinus Hieronimo minor eſt

Rñ. dicendum ꝙ ſolutio iſtius queſtionis po-
nitur. xxi. di. c. decretis vbi oſtenditur ꝙ ex vete
ris legis figuratione. ⁊ ex xp̃i inſtitutione. ⁊ ex
apoſtolorum ordinatione preſbyteros ⁊ dya-
conos ab epiſcopis ſemper fuiſſe diſtinctos. et
veteris quidem legis figuratione planum eſt.
ꝙ ſacerdotium leuiticum figurabat ſacerdotiũ
chriſti. vt apoſtolus oſtẽdit. ad Hebreos. vij.

¶ Sed ibi dicitur ꝙ ſummi põtifices ⁊ mino-
res ſacerdotes a deo ſunt inſtituti per Moyſẽ
qui ex precepto dñi Aaron in ſummũ põtificẽ
filios vero eius vnxit in minores ſacerdotes.
Et xp̃i vero inſtitutione maiorũ ⁊ minoꝝ ſacer
dotũ diſcretio facta eſt. qñ ap̃los tanꝙ̃ maio-
res ſacerdotes ⁊. lxxij. diſcipulos quaſi mino-
ris ſacerdotes inſtituit vt patet Luce. x. vbi di-
cit glo. ꝙ ſicut in apoſtolis forma epiſcoporuꝫ
ſic in. lxxij. forma preſbyteroꝝ quaſi ſecundi or-
dinis eſt precepta Ex apoſtoloꝝ aũt ordina. tio
ne qꝛ hanc formam apoſtoli ſecuti in ſingu is
ciuitatibus preſbyteros ⁊ epiſcopos ordina-
uerunt. Dyacones vero ab ap̃lis ordinatos le
gimus. quoꝝ maximꝰ fuit. Stephanꝰ. Sub-
dyacones vero ⁊ alios minores ordines proce
dente tempore eccleſia ſibi conſtituit ꝙ̃uis ali-
qui dicant. ꝙ ſubdyaconatus ordo ab ap̃lis ĩ
ſtitutus ſit. ſed inter ſacros non computatꝰ: ſicq̃
poſtea numeratus eſt. Hoc idem p3 ex diſcipu
lorũ apoſtoloꝝ traditione Naꝫ dyoniſius qui
fuit diſcipulꝰ. Pauli. v. c. eccleſiaſtice ierarchie
tres ordĩes deſcribit. epõꝝ ꝑſbiteroꝝ ⁊ diacoꝝ
⁊ epõꝝ ordinẽ dicit eẽ perfectiuũ. preſbyteroꝝ
vero illuminatiuũ et dyaconorum purgatiuũ.

¶ Ad rationes ergo in oppoſitũ ẽ dicendũ ꝙ
ep̃atum nõ eſſe ordinẽ diſtinctũ a preſbytero ⁊
alijs ſimpliciter verũ non eſt cũ Dyoniſius exꝑſ
ſe ordinẽ epõꝝ dicat eſſe diſtinctũ ab ordine ꝑſ
byteroꝝ ⁊ dyaconoꝝ. Et Gratianus. xxi. di. ⁊
magiſter ſententiaꝝ epõꝝ ordinẽ quadripati-
tũ ponunt. Eſt ergo alius ordo reſpectu corꝑis
miſtici cuius curaꝫ recipit ep̃s quaſi principalẽ
⁊ regalẽ. Sacerdotes aũt ſolum miniſterialem
reſpectũ cuiꝰ nõ ſolũ iuriſdictionẽ. imo aliqueꝫ
ordinẽ vel ordinis ꝑtãtem habet ep̃us preter
ordinem preſbyterij. ſed verũ eſt ꝙ reſpectu cor
poris xp̃i veri non eſt alius ordo epiſcopoꝝ ⁊
preſbiteroꝝ. eo ꝙ ad conſecrandũ corpꝰ chriſti
idem character ⁊ eadem ꝑtãs eſt in vtriſqꝫ. ⁊ ꝓ
pter hãc dignitatem in primitiua eccleſia iſtoꝝ
vocabulorũ preſbyterorũ ⁊ epõꝝ vſus promi
ſcuꝰ erat qꝛ preſbyteri dicebant epĩ ſicut patꝫ ꝑ
illud qđ inductũ eſt de apoſtolo ad Tytũ. i. ⁊
epĩ videbant preſbyteri vt patꝫ Act. xx. Hunc
morẽ adhuc eccleſia ſeruat qꝛ quẽlibet ep̃m ſa-
cerdotẽ magnũ appellat ⁊ ſcdm̃ hunc intellectũ
accipiẽda ſũt verba Hieronimi ſupra inducta.

Ad ſcdm̃ ſic procedit. videt enĩ ꝙ in pri
mitiua eccleſia ꝑſbyteri ⁊ dyaconi ha
berẽt ꝑfectiõis ſtatũ Nã Stephanus
⁊ laurentiꝰ dyaconi fuerũt ⁊ ſtultũ eſſet dicere ꝙ
ĩ primitiua eccleſia illi nõ fuiſſẽt ĩ ꝑfectiõis ſtatu

¶ Preterea quicũqꝫ aſſumũt ad aliqđ officiũ
eccleſiaſticũ. aſſumũt ad ꝑfectiõis ſtatũ. ſicq̃ põt
hẽri ꝑ Aug. ſuꝑ illo verbo Jaco. ij. tu ſede hic
bñ. pauperi aũt dicatis. tu ſta illic ſub ſcabello
pedũ tuoꝝ. vbi dicit ꝙ ſi hãc diſtantiã ſedendi
⁊ ſtandi ad officia eccl̃iaca referamꝰ. nõ eſt pu-
tandũ leue eſſe peccatuꝫ ãcceptio perſonarum.

Sed preſbyteri et dyaconi aſſumebātur ad officia eccleſiaſtica. ergo erant in perfectiōis ſtatu

¶ Preterea ſtatus dicitur a firmiter ⁊ recte ſtādo. Secundum quem moduꝫ dicit apoſtolus i. Chor. xv. Eſtote ſtabiles ⁊ immobiles abūdātes in omni opere domini. Sed multi preſbyteri ⁊ dyaconi in primitiua eccleſia recti ⁊ firmi ſteterunt. Ergo erant in perfectionis ſtatu.

¶ In contrarium eſt quia Dioniſius ſolum ordinem epoꝝ ponit perfectiuum et monachorum perfectum. Dyaconorum vero purgatiuū per cathezizationeꝫ. Sacerdotum vero illuminatiuum per ſacramentorum adminiſtrationē

¶ R. dicendū ꝙ ſtatus perfectio ꝙntum ad preſens tribus modis poteſt acquiri.

¶ Primo communiter et large per actus dilectionem.

¶ Secundo magis proprie per officij adminiſtrationem

¶ Tertio propriiſſime per perpetuaꝫ voti obligationem

¶ Primo modo omnes exiſtentes in caritate ſunt in perfectionis ſtatu. quia ſola caritas vinculum perfectionis eſt. Colo. iij. Iſto nāqꝫ mō ſtat⁹ perfectio opponitur caſui peccati ⁊ culpe. ſecundum quem moduꝫ dicit apoſtolus. Qui ſe eſtimat ſtare. videat ne cadat. Et Gal. v. dicit. State ⁊ nolite iugo ſeruitutis iterum contineri.

¶ Secundo vero modo omnes qui aſſumuntur ad officia eccleſiaſtica poſſunt dici eſſe in perfectionis ſtatu reſpectu laicorum. Sunt eñi ipſi quaſi medij inter deum ⁊ populuꝫ. Unde ꝙto ſunt propinquiores deo ratiōe officij quod miniſtrant. tanto ſunt magis perfecti. Iſto mō ſcribitur viij. q. i. c. qualis Non ſolum epiſcopi et preſbyteri ⁊ dyaconi debent magnopere prouidere vt cunctum populum cui preſident conuerſatione ⁊ ſermone excedant verum etiam inferior gradus puta exorciſte lectores ⁊ alij.

¶ Sed tertio modo epiſcopi ⁊ religioſi ⁊ omnes illi qui per votum in perpetuam ſeruitutē ſe tradunt ad ſeruiendum xp̄o et hominibus propter ipſum in his que ſunt perfectionis operā ſunt in perfectionis ſtatu. Iſto nanqꝫ modo accipitur ſtatus vt ſonat in quandam ſeruitutem oppoſitam libertati. ij. q. vij. Si quādo in cauſa capituli vel ſtatus interpellatū fuerit nō per procuratores. ſed per ſeipſos eſt agendum

¶ Ad. i. ergo eſt dicendum verū eſſe. Stephanum ⁊ Laurentium dyacones fuiſſe ⁊ in perfectionis ſtatu extitiſſe. non propter archidyaconatum. ſed propter martirij opus. quod quidē excedit omnia perfectionis opera vt infra dicē

¶ Ad. ij. eſt dicendum ꝙ verum eſt omnes miniſtros eccleſie eſſe in perfectiōis ſtatu propter officij adminiſtrationem. ſed talis perfectio ſtatus magis accipitur comparatiue ꝙ proprie. Unde canones clericoꝝ ſtatum magis appellant gradum ꝙ ſtatū. Scribitur enim. viij. q. i. Pro gradu ſui officij quemꝙ meliorem eſſe oportet. Et. xiiij. q. iiij. ſcribitur. Si quis oblitus timorem domini ⁊ ſanctarum ſcripturarum fenerauerit aut turpia lucra ex quolibet negocio queſierit. de gradu ſuo deiectus. alienus habeatur a clero.

¶ Ad. iij. eſt dicenduꝫ ꝙ certū eſt multos dyacones ⁊ preſbyteros rectos ⁊ firmos ſteti ſſe in fide ⁊ in caritate ⁊ multi ſic adhuc ſtant. ⁊ ꝙtum ad hoc fuerunt aſſumpti ad perfectiōis ſtatum vt ſtatus opponitur caſui culpe. ſed nō prout ſtatus ſeruitutis opponitur libertati Secundum quēmodum ſoli illi qui voto obedientie in ſeruitutem aliorum ſe tradunt propter xp̄m dicuntur eſſe in perfectionis ſtatu.

AD. iij. ſic proceditur. videtur eñiꝫ ꝙ in primitiua eccleſia preſbyteri ⁊ dyaconi eſſent equalis perfectionis cum epiſcopis. Epiſcopi nāqꝫ tenentur animā pro gregibus ponere. Io. x. bonus paſtor animā ſuā ponit pro ouibus ſuis. ſed hoc multi preſbyteri ⁊ dyaconi fecerūt in primitiua eccleſia. ergo fuerunt equalis perfectionis cum epiſcopis.

¶ Preterea habere curam alioꝝ eſt perfectionis ſtatus. ſed ſicut epiſcopus habet curam in ſua dyoceſi. ſic preſbyter in ſua prochia. ⁊ dyaconus in ſuo archidyacononatu. ergo ſunt in equali perfectionis ſtatu.

¶ Preterea Augu⁹. dicit in epiſtola ad Ualerium. Sicut nihil in hac vita maxime hoc tempore difficilius laborioſius ⁊ periculoſius eſt epiſcopi ⁊ preſbyteri aut dyaconi officio. ſic apud deum nihil beatius ſi eo modo militetur quomodo noſter imperator iubet. Uidetur ergo Auguſtinus ponere omnes iſtos in equali perfectione. ſi eo modo adminiſtrent quo miniſtrare debent.

¶ In contrarium eſt quia ſoli epiſcopi perpetue ſeruituti illorum ſe tradunt quorum curam ſuſcipiunt. ergo ſoli epiſcopi ſunt in perfectionis ſtatu in genere prelatorum.

¶ Rn. dicendū ꝙ ſicut dicit Aug⁹. iij. de trin. c. ti. Tanto magis inheretur deo. ꝙto minus diligitur proprium. Poſſumus autem diſtinguere triplex proprium. Quorum primum eſt temporale ſubſidium quod quidem conceditur hoi iure poſitiuo quo ꝗlibꝫ pōt dicere Hec villa ē mea ⁊ hec dom⁹ eſt mea. viij. di. c. quo iure

Secūdū eſt carnale coniugiū quo ꝯcedit hōmini iure naturali. i. di. Ius aūt naturale eſt. Tertiū eſt libertatis arbitrium. quod quidem cōceſſum eſt homini iure diuino in primordio ſue creationis quando fact⁹ eſt ad imaginē dei vt per voluntatis arbitriū p̄eſſet omnib⁹ aialibus Gen. i. Tpale ergo ſubſidiū quod eſt premiū propriū trahit animū hois ad diuitias tēporales Carnale vero cōiugiuꝫ quod eſt ſcḋm propriū trahit hois animū ad cōcupiſcentias carnales. Sed voluntatis arbitriuꝫ trahit animū hois ad libertates. ⁊ honores temporales Primū ergo ꝓpriū dimittit ꝑ votū paupertatis Secundū vero per votum caſtitatis. Sed tertiū per votuꝫ obedientie. cū quis tradit ſe in aliorū ſeruitutem propter chriſtū Si ergo ſcḋm Augu. tanto magis inheretur deo ꝙto minus diligitur propriū. ⁊ ꝙto magis adheretur deo tanto magis ponitur hō in perfectionis ſtatu. cum preſbiteri ⁊ archidyaconi in primitiua eccleſia. nō dico in primitiua eccleſia apoſtolorū: ſed poſtmodū in proceſſu temporis nō dimitterent propriū temporali ſubſidijs ꝑ votū paupertatis. nec proprium carnalis cōiugij per votum caſtitatis. cum ad hoc tunc non eſſent aſtricti nec adhuc ſunt cōiter oēs. nec ꝓpriuꝫ volūtatis arbitrij per votuꝫ obedientie cum curam ſuſceptā parrochie vel archidyaconat⁹ poſſēt dimittere ⁊ adhuc poſſunt. Concludenduꝫ eſt ꝙ preſbyteri ⁊ diaconi nec fuerūt nec ſunt equalis perfectionis cum epiſcopis. potiſſime ꝙtuꝫ ad votū obedientie quod p̄ceteris alijs ponit hominem in perfectionis ſtatu.

¶ Ad primū ergo eſt dicendū. ꝙ perfecta caritas poteſt eſſe in multis. qui non ſunt in ſtatu perfectionis ex voto dimittendo aliq̄d propriorū ſupradictorum.

¶ Quāuis ergo multi p̄ſbyteri ⁊ dyaconi habuerunt et habeant perfectā caritatē vt ſint parati aīam ſuā ponere pro alijs. non tñ propter hoc ſunt in perfectionis ſtatu. quia multi ſunt laici ⁊ coniugati eandem tñ perfectionē habētes ⁊ pro ſalute proximorū parati eſſēt animas ſuas ponere. non tamen in ſtatu perfectionis eſſe dicuntur.

¶ Ad ſecundum eſt dicendū per interemptionem. Epis eniꝫ committitur cura principaliter in dyoceſi. non ſolum ſuper laicos. ymo etiam ſuper ip̄os preſbyteros ⁊ dyacones Habēt eñ ſub epiſcopo aliquas ſubminiſtrationes ⁊ ſūt quaſi balini et officiales eius. Unde omnibus preſbyteris dyaconibus ⁊ reliquis clericis dicitur. xvi. q. i. Attendendū eſt vt nihil abſqꝫ proprij ep̄i licentia agant. nō vtiqꝫ miſſas celebrēt vel baptizent abſqꝫ eius permiſſione. ⁊ talis cura cōmittitur epiſcopis cum voto perpetue ſeruitutis.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ Aug⁹. non vult preſbyteros ⁊ dyacones eſſe equalis perfectionis cum epiſcopis. ſed ꝙ in eorum cura poſſūt demereri ⁊ multum mereri. ſi gradum quem habent adminiſtrent vt noſter imperator iubet.

AD quartuꝫ ſic proceditur. videtur eñ ꝙ in primitiua eccleſia p̄ſbyteri ⁊ dyaconi ſimiliores eſſent epiſcopis in perfectionis ſtatu ꝙ monachi. quia preſbyteris ⁊ dyaconibus committebatur cura animarum monachis autem interdicebatur. Scribitur eñ xvi. queſtione. i. Monachus non doctoris. ſꝫ plangentis habet officium.

¶ Preterea ſuper illo verbo Act. xx. Attendite vniuerſo gregi in quo nos ſpiritus ſanctus poſuit epiſcopos. dicit glo. preſbyteros epheſinos in clericatum: tamen per apoſtolum vocatos nomine apoſtolorum appellat quia conſtitutus eſt gradus vtroruꝫ et in multis pene ſimillimus.

¶ Preterea monachis licet tranſire ad ſtatuꝫ preſbyterorum ⁊ archidyaconorū tanꝙ ad perfectiorem. Scribitur enim. xvi. q. i. Sic viue in monaſterio vt clericus eſſe merearis: Similiores ergo erant preſbyteri ⁊ dyaconi epiſcopis in perfectiōis ſtatu ꝙ monachi.

¶ In contrarium eſt quia ſtatus perfectionis attenditur in obedientie voto. quo quis tradidit ſe in ſeruitutem alioꝝ propter chriſtū. ſed monachi in hoc imitentur epiſcopos. non aūt preſbyteri ⁊ dyaconi.

¶ Rn. dicendum ꝙ ſimilitudo in ſtatus perfectione poteſt attendi quantum ad duo

¶ Primo ꝙtum ad voti obligationē. ⁊ ſic planum eſt ꝙ monachi ſimiliores ſunt epiſcopis in perfectionis ſtatu ꝙ preſbyteri ⁊ dyaconi.

¶ Secundo quantum ad ſubditorum et temporalium iuriſdictionem et ſacramentorum adminiſtrationem. et in hoc ſimiliores ſunt epiſcopis preſbyteri et dyaconi ꝙ monachi. Prima tamen ſimilitudo longe maior eſt ꝙ ſecunda. pro ꝙto magis facit ad perfectionis ſtatuꝫ ⁊ hoc potiſſime veritatem habet de prelatis eccleſie primitiue quibus omnia erant communia ⁊ nihil proprium habebant more monachorum. Unde dicit Hieronimus in libro viroruꝫ illuſtrium talem fuiſſe eccleſiam credentium in chriſto. qualem nunc monachi eſſe nituntur. et cupiunt.

¶ Ad primū ergo eſt dicendum. ꝙ monachis poteſt committi cura animarum ſicut preſbyteris dūmodo ſint litterati ⁊ idoneitatem habeant. vnde ſcribitur. xvi. q. i. ꝙ clericorum officia monachi preſbyteri libere adminiſtrent.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ illa ſimilitudo attenditur in ſacramētorum adminiſtratiōe a qua ſimilitudine monachi preſbyteri ⁊ litterati non excluduntur. in voti tamē obligatione monachi ſimiliores ſunt epiſcopis a qua ſimilitudine excluduntur preſbyteri, ⁊ dyaconi. nō autem monachi.

¶ Ad tertium eſt dicendū ꝙ vnde monachus non habet ꝙ officium clerici exercere poſſit. cum multi monachi ſint laici ⁊ in adminiſtratione ſacramentorum idoneitatem non habeant: ſed inq̄ntum litterati ſunt. poſſunt ad clericorum ſtatum tranſire ⁊ aliorū curam habere. monachalem tamen perfectionē non relinquendo. vnde ſubditur in eodem decreto Multo tempore diſce que poſtmodum doceas ⁊ inter bonos ſemper meliores ſectare

# Queſtio nonageſima quarta quō apoſtolorū perfectō obſeruata eſt in martiribus.

Nunc videndū eſt quō apoſtolorum perfectio obſeruata eſt in martirib⁹ circa quod queruntur quatuor.

Primo vtrum in eccleſia primitiua. martirium poſuerit martires in pfectiōis ſtatu.

¶ Secundo vtrū per ſolum ſuppliciū mortis martires ſint coſecuti ſtatum perfectionis.

¶ Tertio vtrū plus faciat ad perfectionis ſtatū martiriū ꝙ religionis votum.

¶ Quarto vtrum ſemper ſit perfectionis opus ꝙ homo mortis periculo ſe exponat.

Ad primū ergo ſic proceditur. Videtur enim ꝙ martiriū non poſuerit martires in perfectionis ſtatu. qr multi cōiugati ⁊ laici penā martirij ſuſtinuerūt in primitiua eccleſia. nec tn̄ tales dicuntur fuiſſe in ſtatu perfectionis. cum matrimonium non cadat ſub cōſilio ⁊ non ſit opus ſupererogationis

¶ Preterea. nullū inuoluntariū eſt op⁹ virtutis ⁊ per conſequēs non ponit hoīem in perfectionis ſtatu. ſed innocentes martires fuerūt ⁊ inuoluntarie paſſi ſunt. cum tunc non haberent vſum liberi arbitrij.

¶ Preterea hō nō ponitur in perfectionis ſtatu niſi per illa q̄ ſunt ꝯſilij ⁊ ſupererogationis: ſed quilibet tenetur ex precepto mortem ſubire pro confeſſione nominis xp̄i iuxta illud Mat. x. Qui non accipit crucem ſuam et ſequitur me non eſt me dignus.

¶ In contrarium eſt Augu⁹. in libro de ſancta virginitate vbi martirium ⁊ virginitatem poſuit eſſe opera perfectionis, ⁊ ſupererogationis.

R. dicendū ꝙ tanto aliquod opus eſt maioris perfectionis. q̄to maiorem reluctationem habet contra bona preſentia. Unde dicit Grego. xxxij. mor. ꝙ nihil eſt humane mētis anguſtius ꝙ voluntates proprias frangere. ⁊ nihil latius ꝙ nullis ꝓprijs voluntatib⁹ reluctari. ſicut ergo nihil magis appetitur ⁊ diligitur ꝙ vita. eo ꝙ viuere viuentibus eſt eſſe. ſic nulla reluctatio pōt eſſe maior ꝙ contra appetitū viuēdi q̄ quidem reluctatio quatuor modis in martiribus perfecta eſt.

¶ Primo ꝓpter eius terminationē. Tunc enim terminata eſt predicta reluctatio qn̄ pro chriſto mortui ſunt pn̄tem vitam dimittendo ⁊ eternam acquirendo Unde terminatio pſeuerationis de qua xp̄s dixit Math. x. Qui aūt perſeuerauerit vſq̄ in finē hic ſalu⁹ erit. in eis completa eſt ſuper quo verbo dicit Hiero⁹. ꝙ nō incepiſſe. ſed perfeciſſe perfectionis eſt opus qr nō inchoantib⁹ ſed perſeuerantib⁹ premiū tribuitur.

¶ Scdo ꝓpter victorie obtentionē Martiriū enim eſt tale opus quod tunc perficitur. quando propriū ſuppoſitum deſtruitur. Vn̄ dicit Aug. de vera religione ꝙ qui in aduerſis proficit et mortis pericula fortiter aggreditur. ꝙ martires noſcūtur feciſſe, vincit qn̄ vinci videtur.

¶ Tertio ꝓpter caritatis pfectionē. Dicit enim Aug⁹. ſuper illo verbo maiorē dilectionem nemo habet ꝙ vt aīam ſuam ponat quis ꝓ amicis ſuis. qđ hoc martires ardenti dilectione fecerūt. ideo ad menſam xp̄i non ſic eos cōmemoram⁹. quemadmodū alios vt pro eis oremus. ſed magis vt eorum veſtigijs inhereamus.

¶ Quarto propter ſpecialis premij conſecutionem. Singulare enim premium non datur niſi ſingulari perfectionis operi. martirib⁹ aūt ſingulare premium de⁹ largitur ſicut dicit glo. ſup illo verbo. ij. Thy. ij. Qui certat in agone nō coronabit niſi q̄ legitime certauerit. vn̄ dicē dū ē ꝙ martiriū martires poſuit i pfectōis ſtatu.

¶ Ad pmū ē dicendū ꝙ laici vel ꝯiugati n̄ dicūt eē in pfectiōis ſtatu ꝓpt̄ martiriū ꝙdiu hn̄t ipm in aī ꝑparatiōe cū h̄ ſit in p̄ceptū ⁊ đ neceſſitate ſalutis. ſꝫ tūc ponūtur in pfectiōis ſtatu. qn̄ ipm martiriū recipiūt in opis executiōe cū. hoc requirat ardentem caritatem ⁊ ſit ſupererogationis opus.

¶ Ad ſecundum eſt dicendū ꝙ innocentes vere martires xp̄i fuerūt. non quidē propter vſus liberi arbitrij accelerationem vt quidā dicere voluerunt. ſed propter eorum ſanguinis pro xp̄o effuſionem vicem baptiſmati gerentis. vnde ſicut pueris baptizatis per gratiam baptiſmalē paſſio xp̄i operatur ad meritum ſic meritum xp̄i operatum eſt in eis ad palmam martirij.

¶ Ad. iij. eſt dicendū ꝙ ſicut continentia eſt cōſilij ⁊ ſupererogatiōis opus. ⁊ tamē in caſu poteſt eſſe preceptū. puta cum aliquis cogitur ſeruare continentiam propter abſentiam vel infirmitatem vxoris vt dicit Auguſtinus. ſic opus martirij ⁊ ſubire penam pro confeſſione nominis chriſti eſt in preceptum q̄tū ad animi preparationem. ſed q̄tum ad operis executionem non eſt in preceptum. ſed ſupererogatiōis niſi in aliquo caſu cum incumberet defenſio fidei. Aliud eſt enim chriſtum ⁊ fidem catholicā nō negare qđ eſt de neceſſitate ſalutis: ⁊ aliud eſt martirium voluntarie ſubire ⁊ ad martirium ſuſcipiendum ſponte ſe offerre. quia hoc perfectionis eſt Vn̄ dicit Criſo. ſuper illo verbo Matt. xvi. Si quis vult poſt me venire. ꝙ ſaluator n̄ coactiuū fecit ſermonem. Non em̄ dixit. ſiue volueritis ſiue nolueritis. oportet vos pati pro me. ſed ſiquis vult.

Ad ſcđm ſic proceditur. Videtur enī ꝙ non ſolum per mortis ſuppliciū martires ſint poſiti in ſtatu perfectionis. Nam de beato Martino ſcribitur ꝙ ſi gladi⁹ perſecutionis animam eius non abſtulit. palmam tamen martirij non amiſit. Et de beata virgine dicit Hiero⁹. in ſermone de aſſumptione. Dolorē dn̄ice paſſionis eius animā pertranſiſſe vt ſcribitur de ea. Luce. ij. Abſq̄ ergo mortis ſupplicio poteſt quis poni i ſtatu perfectionis martirum.

¶ Preterea ſcribitur. xxi. di. ꝙ Marcellinus papa verus chriſti martir fuit. ⁊ tamen gladio mortuus non eſt. ſed in carcere vitam ſuam finiuit. vt notatur ibi in gloſa.

¶ Preterea heretici patiūtur penā mortis qū ꝙ pro chriſto ⁊ tamen non ponuntur in ſtatu pfectiōis martirū. imo magis in ſtatu dānatōis

¶ In contrariū eſt quia martir idem eſt quod teſtis. q̄diu autem homini remanet vita non teſtificatur opere quod ore profitet. Ad perfectam ergo teſtificationē requiritur ꝙ aliquis mortem ſuſtineat propter chriſtum

¶ R. dicendū ꝙ ſcđm Criſo. exponentē illud verbum Mat. xvi. Siquis vult venire poſt me abneget ſemetipſum ⁊ tollat crucem ſuam ⁊ ſequatur me. Tria ſunt que dicuntur. abneget ſemetipſum ⁊ tollat crucē ſuā ⁊ ſequatur me. vult enim ꝙ ad perfectā rōnem martirij tria requirunt

¶ Primū eſt proprie voluntatis ⁊ proprie vite abdicatio. ꝙ homo ſeipſum abneget. Nam qui negat aliū puta fratrē vel famulū vel quēcunq̄ patientē ⁊ ſi flagellatum eū viderit ⁊ quecūq̄ patientem. nō aſſiſtit. nō adiuuat. ſed quaſi ignoret. ex hoc martir non dicit proprie q̄tūcunq̄ compatiat. ſed ſaluator vt dicit ita vult corpora noſtra propria nos ignorare vel corpori noſtro non ignoſcere vt ſi ⁊ flagellauerint vel quodcūq̄ aliud fecerint corpori nō pcam⁹.

¶ Secundū eſt mortis nō naturalis. ſed violenter ⁊ opprobrioſe illatio. Non. enī mors q̄cunq̄ facit martirē. ſed talis mors que violenter inferatur. ⁊ q̄to magis opprobrioſe. tanto magis perfectius eſt opus martirij.

Vn̄ dicit Criſo. Ne eſtimes ꝙ vſq̄ ad verbera tm̄ ⁊ contumelias oporteat hominē abnegare ſeipſum oſtendit vſq̄ ad q̄tum abnegare ſit neceſſarium. quia vſq̄ ad mortē. nō ad mortē naturalē ſed violentā. ⁊ nō qualitercunq̄ violentam. ſed exprobrabiliſſimā puta mortem crucis chriſti qui dicit. Et tollat crucem ſuam.

¶ Tertiū eſt iuſte cauſe terminatio. qn̄ addit. ⁊ ſequatur me. Non enī mors qualitercūq̄ recepta facit martirē niſi recipiatur pro xp̄o ⁊ pro defenſione fidei xp̄iane Multi enī philoſophi multas penas ⁊ cruciatus ſuſtinuerūt. nō propter xp̄m. ſed vt mortificatis paſſionibus carnalib⁹ liberius philoſophie vacarēt. Unde dicit Hieronim⁹ in libro contra Iouinianum ꝙ Plato achademicā villā elegit ab vrbe procul non ſolū deſertā. ſed et peſtilentē vt cura ⁊ aſſiduitate morborum libidinis impetus frangerent Quoſdam vt ait legimus effodiſſe ſibi oculos et per eorum viſum a contemplatiōe philoſophie remouerentur. Tria itaq̄ ad perfectam rationē martirij requiruntur proprie vite voluntatis abdicatio. mortis violenta illatio. ⁊ iuſte cauſe terminatio.

¶ Ad primū ergo eſt dicendū ꝙ ille auctoritates que loquunt de martirio virginis glorioſe vel martini ſeu aliorum. itelligēde ſunt đ martirio nō proprie ſumpto q̄tū ad operis executionem vel q̄tum ad animorum preparationē. vel q̄tum ad premiorum cōſecutionē. dato enī ꝙ Abraham nō fuerit minoris meriti cū̄s in m̄rimonio ſuo q̄ Iohā. in v̄ginitate nō tn̄ ſequit ꝓpter hoc ꝙ abrahā fuerit virgo. Sic dato ꝙ Io. nō fuerit paſſus penam mortis ſicut Petrus. non tamē fuit inequalis meriti: Unde dicit Auguſtinus ꝙ non fuit impar meritum in Petro qui paſſus eſt. ⁊ in Iohanne qui paſſus non eſt.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ idem eſt mortem recipere. ⁊ talia pati ad que immediate ſequitur mors. Marcellinus ergo verus chriſti martir fuit. quia ꝗuis non fuerit mortuus gladio. ſic tamen fuit in carcere recluſus ⁊ retentus q̄d ex hoc ſecuta eſt mors.

¶ Ad tercium eſt dicendū q̄d ꝗuis heretici dicant ſe pati pro chriſto non tamen patiuntur ſecundum eius doctrinam in eius eccleſia predicatam ⁊ approbatam. Quiſquis enim extra eccleſiam patitur. pati poteſt. ſed martir fieri non poteſt. Unde heretici poſſunt pro chriſto pati ſed non martires fieri vt Grego. dicit. viij. mora. c. xxi. De eis enim dicit apoſtolus ad Ro. x. zelum quidem habent ſed non ſcd̄m ſcientiam

Ad tercium ſic proceditur. videtur enim q̄d nō plus faciat ad perfectionis ſtatum martirium. ꝙ religionis votum. Maioris enim perfectionis eſt animā ponere pro chriſto per votum obediencie ꝙ proprium corpus. q̄d fit per martirium. ſed p̱ votū obediē ne religioſus homo tradit animā in perpetuaʒ ſeruitutem pro chriſto. ergo magis facit ad perfectionis ſtatum ꝙ martirium.

¶ Preterea perfectius eſt bonum cōmunē ꝙ propriū. ſed per votum obediencie in religione homo mancipatur ſeruicio multoꝝ. per martiriuʒ vero homo ſibi ipſi prodeſt. magis ergo facit religionis votum ad perfectionis ſtatum.

¶ Preterea maius vinculum non tollitur per minus. ſed votum vltra martirū in quo attenditur opus martirij tollitur p̱ religionis votū Plus ergo facit ad religionis ſtatum. votum religionis ꝙ martirij.

¶ In cōtrariū eſt. quia finis perfectior eſt his que ſunt ad finem. ſed martiriū eſt finis omniū votoꝝ. Sicut enim mors eſt finis omniū terribilium. ſic vita eſt finis omniū deſiderabiliuʒ quia pellē pro pelle ⁊ cuncta que homo habet dat pro anima ſua ⁊ pro corporali ſua vita ſaluanda vt ſcribitur Job ij.

¶ Rn. dicendum q̄d ſicut dicit Augu⁹. in quodam ſermone de martiribus. nulli tantū impēdunt ꝗtum qui ſeipſos impendunt. Martires autem ſeipſos in ſacrificium chriſto obtulerunt Secundū ergo p̄eminentiam ſacrificioꝝ poteſt accipi p̄eminentia perfectionum. Offertur autē deo ꝗtum ad preſens quadruplex ſacrificium

¶ Primo de exteriorib⁹ rebus. quādo homo res temporales propter deū pauperibus elargitur. ſecundū illud ad Hebre. vltimo Beneficientie autem ⁊ cōmunis nolite obliuiſci. Talibus enim hoſtijs promeretur deus.

¶ Secundo de proprio corpore per vitiorum mortificationem. vt quando aliquis carnē ſuā crucifigit cum vicijs ⁊ concupiſcentijs. de quo ſacrificio dicit apoſtolus ad Ro. xij. Exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem ſanctam deo placentem

¶ Tercio de corde ⁊ de propria voluntate. vt cū quis totum ſpūm ⁊ totam voluntateʒ offert deo in propriam ſeruitutem. De quo ſcribitur ī pſal. Sacrificiū deo ſpiritus contribulat⁹. cor contritum ⁊ humiliatum deus nō deſpicit.

¶ Quarto de propria vita. vt cum quis totū ſeipſum tradit in mortem. vitam temporalem contēnendo pro chriſto. ⁊ hoc ſacrificiū eſt maioris perfectionis ꝙ omnia alia. q2 nullus pl⁹ impendit ꝙ qui ſeipſum impendit ſecundum Augu⁹. Unde hoc beneficium victis a victoribus preſtatur ſicut dicit vt vite parcentes conſeruent ſeruituti ſubiectos. Quia ergo in prioribus tribus ſacrificijs conſiſtūt tria vota religionis. paupertatis ꝗtum ad primum. Caſtitatis ad ſecundū. Obediencie ꝗtū ad terciū Quarto illud ſacrificium quartum excedit illa tria. tanto martiruʒ vota religionis excedit in perfectionis ſtatu.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ votum obediencie in hoc cōſiſtit vt eius perfectio ſit vſ ꝗ ad mortem. Unde ſic profitetur quilibet religioſus obedire vſꝗ ad mortem. Martirium ergo perfecte complectitur illud quod eſt vltimum complementuʒ voti obediencie. ex quo in morte recepta pro chriſto terminatur. modo quo dicitur de chriſto qui fuit caput martiruʒ. Philipē. ii. Factus eſt obediēs vſꝗ ad mortē

¶ Ad. ii. eſt dicēdū ꝙ martirium opus cōmune eſt non minus ꝙ quodamꝗ opus virtuoſū in eccleſia. Uincit enim vt dicit Grego⁹. eccleſia in morte martirium ⁊ proficit. Uincit enim tirannos ⁊ infirmes ſuos facit conſtantes.

¶ Ad tercium eſt dicendum ꝙ per votuʒ vltra martiruʒ quis attentat martirium in animi preparatiōe. quod eſt de neceſſitate ſalutis cui ille labor iniungitur in penitentiā ad remiſſionem peccatorum.

Uotum autē religionis eſt de his que ſunt cōſilij ⁊ ſupererogationis que excedunt omnem alium penitentie laborem. vnde merito tale votum per introitum religionis tollitur vel cōmutatur in illud quod eſt maioris perfectiōis op⁹

Ad quartum ſic proceditur. videtur enī ꝙ nō ſemp̱ ſit perfectionis opus vt homo propter xp̄m mortis periculo ſe exponat. quia nullus debet dare cauſaʒ alicui ꝙ euʒ interficiat. quia tunc efficitur homicida ſui ipſius. Sed qui mortis periculo ſe exponit. dat cauſam interfectionis eius.

¶ Preterea. quod non licet facere cauſa euitationis peccati. non licet facere ex quacunꝗ alia cauſa. Sed Auguſtinus primo de ciuitate dei inculpat quaſdam feminas que volentes fugere illos qui volebant earum pudicitiā violare in rapturum et necaturum fluuium ſe proiecerunt.

¶ Preterea non licet alicui facere contra preceptū dei. ſed in illo precepto. Nō occides prohibetur ne homo occidat ſeipſum vt dicit Auguſtinus Non licet ergo ex quacunꝗ cauſa. ꝙ homo mortis articulo ſe exponat.

¶ In contrarium eſt. quia in hoc ponitur fuiſſe ſumma perfectio martirum. ꝙ ſe mortis periculis tradiderunt propter chriſtum.

¶ Rn. dicendum ꝙ inconſulte ⁊ regulariter ſemper homo non tenetur ſe mortis periculo exponere. ſed in aliquibus caſibus laudabile eſt ⁊ opus virtutis vt quis ſe mortis periculo exponat. Sunt autē ꝗtum ad preſens quatuor caſus in quibus ſcriptura laudat ꝙ homo exponat ſe mortis periculo.

¶ Primo propter gregis vel populi liberationem.

¶ Secundo propter fidei vel iuramenti obſeruationem.

¶ Tercio propter reipublice defenſionem.

¶ Quarto propter veritatis ⁊ iuſticie teſtificationem. Exemplum primi de Dauid. i. Paralip. xx. Nonne ego ſum qui iuſſi vt numeraretur popul⁹. ego ſū qui peccaui. iſte grex quid cōmeruit. vertatur obſecro manus tua in me ⁊ in domum patris mei ⁊ populus iſte non percutiatur. Exemplum ſecundi ponit Auguſtin⁹. i. de ciuitate dei. c. xiiij. de Marco regulo imperatore Romanoruʒ qui detentus in carcere in Cartagine miſſus Romam pro impetranda pace preſtito iuramento de reuerſione quaʒ cum nō impetraſſet propter iuramentuʒ quod de reuertendo fecerat abſꝗ vlla dilatione ad hoſtes remeauit. ⁊ ab eis occiſus eſt. Exemplū tercij ponit ſimiliter Aug⁹. de romanis ex ſententia Cathonis. v. de ciuitate dei. romanos ideo victores fuiſſe ⁊ monarchiam tenuiſſe in toto orbe. quia reipublice fuerant defenſores. iuſticie amatores. veritatis conſultores. bonorum promotores. ⁊ nullius libidinis atꝗ cupiditatis ſecutores. pro quibus vt dicebāt moderni habebant luxuriam atꝗ auaritiam. reipublice egeſtatem ⁊ priuati boni opulentiam. laudabant diuitias ſequebantur inertiam. ⁊ inter bonos ⁊ malos diſcrimen nullū. Exemplū quarti ponit Criſo. Marci. vi. de Johanne baptiſta qui non inducebatur ad negandum chriſtū. ſed ſolum ad negandum hanc veritatem. ꝙ liceret Herodi habere vxorem fratris ſui. quam cum negare noluiſſet. incarceratus eſt ⁊ capite truncatus.

¶ Ad primum ergo eſt dicendū ꝙ nullus debet dare cauſam vel occaſionem iniuſte agendi ſi tamen alius iniuſte agat. debet moderate tolerare. Ex quolibet autem iſtorum caſuum ſupradictorum non datur alicui cauſa iniuſte agendi. quia veritas doctrine. equitas iuſticie ⁊ ſanctitas vite. tempore ⁊ loco non ſunt obmittenda propter ſcandalum paſſiuum. Unde ſi aliquis ex his ſcandalizatur. ⁊ mortis penam infligit alicui. non eſt ipſe cauſa ſue interfectionis. ſed iniquitas occidentis.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ ille mulieres ⁊ quecunꝗ alie perſone ſi interficerent ſeipſas niſi hoc facerent conſilio ſpiritus ſancti in cui⁹ poteſtate eſt vita ⁊ mors hominis. culpam homicidij non effugiunt etiam pro euitanda quacunꝗ corruptione. quia non imputatur culpa immundicie ſine voluntaria complacentia.

¶ Ad tercium eſt dicendum ꝙ illud preceptuʒ eſt ne homo occidat hominem ⁊ per conſequēs ꝙ non occidat ſeipſum. Sed ſi ab alio occidatur iniuſte agente. ſi patienter toleratur ad meritum. non ad culpam ſibi imputatur.

# Queſtio nonageſima quīta quō apoſtolorū perfectō obſeruata eſt in confeſſoribus·

Vlterius conſiderandū eſt quomodo apoſtolorum perfectio obſeruata ē in cōfeſſorib⁹. Circa quod queruntur quatuor.

¶ Primo vtrum ſola caritas poſuerit confeſſores in perfectionis ſtatu.

¶ Secundo vtrum magis amor amicicie ꝙ cōcupiſcentie fecerit in confeſſoribus ſtatum perfectionis.

¶ Tercio vtrum plus poſuerit in perfectionis ſtatu confeſſores corporis continentia ꝙ temporalium carentia.

¶ Quarto vtrum magis per humilitatem ꝙ per aliam virtutem confeſſores conſecuti ſint

ſtatum perfectionis.

AD primum ergo ſic proceditur. Videtur enim ꝙ per ſolam caritatem confeſſores non ſint poſiti in perfectionis ſtatu. quia diligere deū ⁊ proximum eſt in preceptum ⁊ de neceſſitate ſalutis. Mathei. xix. Sed talia non ponunt hominem in perfectionis ſtatu. cum ſtatus perfectio requirat illa que ſunt conſilij ⁊ ſupererogationis opera.

¶ Preterea ſtatus perfectio acquiritur cū voto. ſed non in omnibus confeſſoribus fuit obligatio voti. quia non omnes fuerunt religioſi per quos votū emittitur de his que ſunt perfectionis opera.

¶ Preterea perfectio dilectionis confeſſorū fuit in conſtanti confeſſione nominis chriſti. ſʒ hoc precipitur omnibus tanꝗ neceſſaria ad ſalutem ad Romano. x. Corde creditur ad iuſticiam. ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Non ergo per hoc confeſſores fuerūt poſiti in perfectionis ſtatu.

¶ In contrarium eſt. quia eccleſia non colit feſtiuitates aliquorum qui non fuerunt in perfectionis ſtatu.

¶ Rn. dicendum ꝙ ſicut dicit Dyoniſius. iiij capitulo de diuinis noibꝰ. diuinꝰ amor ē extaſim faciens non permittens ſui ipſorum eſſe amatores. ſed amatorum. In tali autem impetu diuini amoris triplex perfectio inuenitur ſecundum triplicem gradum repertum in ipſo.

¶ Unus gradus eſt in diuino amore vel in amore proximi propter deum extenſiuus.

¶ Secundus intenſiuus.

¶ Et tertius recognitiuus. Extenſiuus quidē tres gradus habet. Unus eſt quo diligūtur beneficia. Secundꝰ quo diliguntur conſanguinei ⁊ domeſtici. Tertius quo diliguntur inimici: ⁊ iſte ſolus amor perfectorum eſt Unde. Mathei. v. ſtatim cum ſaluator dixit. Diligite inimicos veſtros ⁊ benefacite his qui oderunt vos: Tanꝗ in hoc perfectum modum diligendi eſſe demonſtraret. ſubdidit. Eſtote ergo perfecti ſicut et pater veſter celeſtis perfectus eſt.

¶ Intenſiuus vero ſimiliter tres gradus habet. Unus quo temporalia contemnuntur pro chriſto ⁊ pro amore eius proximis largiuntur. Secundus eſt quo corpus proprium vigilijs abſtinentijs et alijs operibus maceratur ⁊ pro vtilitate proximorum laboribus ⁊ languoribꝰ exponitur. ¶ Tertius eſt quo vita preſens pro chriſti morte exponitur et pro ſalute proximorum cū neceſſe fuerit. modo quo dicitur. i. Io. iij. In hoc cognoſcimus caritatē dei quoniam ille pro nobis animam ſuam poſuit ⁊ nos debemus pro fratribus animam ponere. in quo conſiſtit ſumma dilectionis perfectio. quia vltra hunc graduʒ dilectio intendi non poteſt iuxta illud Iohannis. xv. Maiorem hac dilectionem nemo habet vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.

¶ Recognitiuus vero eodem modo tres habet gradus. Unus eſt quo recognoſcitur beneficium creationis. Secundus eſt quo recognoſcitur beneficium redemptionis. Tertius eſt quo non ſolum recognoſcitur. immo ſummo ardore appetitur beneficium glorificationis in quo quis cupiat diſſolui ⁊ eſſe cum chriſto. ⁊ quod ad perfectam dilectionem ſpectat. Dicit enim Auguſtinus in libro de cathezizandis rudibꝰ. nullam eſſe maiorem cauſam quare vel inchoetur vel augeatur amor ꝗ cum amari ſe homo agnoſcit. qui nondum amabat.

Quia ergo chriſtus prius dilexit nos. nulla maior potuit eſſe ad mortem eius inuitatio ꝗ preuenire amando et nimis eſt durus animus qui dilectionem et ſi non vult impendere. nolit rependere. In omnibus autem ipſis gradibus in confeſſoribus fuit perfecta dilectio. ideo dicendum ꝙ per modum perfectum diligendi deum et proximum fuerunt poſiti in perfectionis ſtatu.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ ſicut dicit Auguſtinus ſuper Iohannem Caritas non ſtatim cum naſcitur mox perfecta eſt. immo prius naſcitur, deinde nutritur. vltimo perficitur. Cū vero perfecta fuerit. dicit Cupio diſſolui et eſſe cum chriſto. Perficitur autem caritas per opera conſilij et ſupererogationis. Ideo per hanc confeſſores fuerunt in perfectionis ſtatu.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum. ꝙ ſicut dictum fuit ſupra. votum emittitur mente. impletur vero exterius per illa que ſunt ſupererogationis opera. ꝗuis enim confeſſores nō fuerint omnes religioſi ꝗtum ad ſuſceptionem habitus et aliorum que ſunt quedam accidentalia religionis religioſi tamen cenſendi ſunt ꝗtum ad impletionem eorum que faciunt eſſentialiter ad perfectionis ſtatum.

¶ Ad tertium eſt dicendum. ꝙ confeſſio nominis chriſti in caſu vbi aliquid ſubtraheretur honori fidei chriſtiane. ⁊ vbi infideles contra chriſtianos inſultarent. vel vbi homo cogeretur negare fidem. eſt de neceſſitate ſalutis. Sed publice confiteri et voluntarie et ſponte ſe offerre ad confitendum coram hereticis ⁊ inimicis fidei que ſancti confeſſores fecerunt. ſupererogationis et perfectionis eſt opus.

AD ſecūdum ſic proceditur. Videtur enim ꝙ amor cōcupiſcentie magis ꝗ amicicie poſuerit confeſſores in perfectionis ſtatu. Maior enim ē dilectio dei ꝗ proximi vel ꝗ cuiuſcꝫ rei create. ſed deꝰ diligitur a nobis amore concupiſcentie Stultum enim eſſet dicere ꝙ quis diligat deū vt ei velit bonū: ſed magis vt ipſum bonuʒ omnis boni volumus nobis Et iſte eſt amor cōcupiſcentie. non amicicie. Perfectior ergo fuit in confeſſoribꝰ amor cōcupiſcentie ꝗ amicicie.

¶ Preterea maxima dilectio penſatur ex maximis bonis Sed maxima bona ſunt virtutes et bona ſpiritualia que diliguntur a nobis amore concupiſcencie. cum ipſa optemus nobis et proximis. Perfectior eſt ergo dilectio concupiſcentie. ꝗ amicicie.

¶ Preterea perfectio conſiſtit in relinquendo omnia temporalia et ſequendo chriſtuʒ Mat. xix. Sed iſta diliguntur amore concupiſcentie. non amicitie.

¶ Preterea illud diligitur amore concupiſcentie quod diligitur in ordine ad aliud Sed homo diligitur in ordine ad aliud ⁊ non ſecundū ſe Dicit enim Auguſtinus ſuper illo verbo ad Phylemenū. Ita frater ego te fruar in domino. ꝙ ſi non addidiſſet in dn̄o ⁊ te frater tātuʒ dixiſſʒ ꝙ tn̄ in eo conſtituiſſet ſpeʒ ſue btitudinis quod non eſt faciendum niſi in illa trinitate. puta in ſummo ⁊ incommutabili bono. Perfectiori ergo mō pertinet ad ſtatum perfectum amor concupiſcentie magis. ꝗ amicitie.

¶ In contrarium eſt quia propter vnumquodꝗ tale. ⁊ illud magis. ſed propter amoreʒ amicitie intenditur amor concupiſcentie. ergo iſte perfectior ⁊ maior.

¶ Rn. dicenduʒ ꝙ motus dilectionis in duo tendit.

¶ Primo in euʒ cui aliquis vult aliquod bonum

¶ Secundo in illud bonum quod ei optat. Prima dilectio vocatur amor amicitie. Secunda vero amor concupiſcentie. Excedit autem prima dilectio ſecundā ꝗtum ad preſens in tribus.

¶ Primo in amoris terminatione.

¶ Secundo in diuini precepti obſeruatione.

¶ Tertio in diuinie bonitatis communicatione. Si quis enim diligit aliquem ꝙ ei vult bonum: ꝗuis vtrūcꝫ diligat ⁊ illum cui vult bonum. ⁊ ipſum bonum quod ſibi optat. bonūʒ optatum per accidens dicitur amari. ⁊ non per ſe. Stultum enim eſſet dicere ꝙ intentio amantis per ſe terminaretur ad illud cuius deſtructionem appetit. Si quis autem optat alicui bonum cibum ⁊ bonum potum. ꝗuis tale bonuʒ diligat in quantū venit in vſum illius cui vult illud bonum. ille tamen bonus cibus vel bonus potꝰ non poteſt per ſe amari cuʒ eius vſus ſit eius deſtructio Intentio ergo amantis per ſe terminatur ad illud cui vult bonum. ⁊ iſte eſt amor amicitie qui excedit amorem illum concupiſcentie in amantis terminatione.

¶ Secundo excedit in diuini precepti obſeruatione. Cum enim precipitur nobis vt diligamus proximos noſtros ſicut noſipſos. non ſic accipitur talis modus diligendi vt ipſos proximos diligamus non ꝗtum nobis in noſtruʒ vſum veniunt quia ſic non diligeremus eos ſicut noſipſos. ſicut non diligimus equum vel mulum qui in noſtrum vſum veniunt. ſed magis diligimus nos quibus talia optamus. vt ex eis conſequamur vtile. vel delectabile. intelligitur ergo modus diligendi proximos ſicut noſipſos vt eis velimus fidem. caritateʒ ⁊ eternam felicitatem que nobis volumꝰ ⁊ alia temporalia bona quibus ad illa perueniatur ſicut nobis illa operamus vt ad illa perueniamus. modo quo dicebat apoſtolꝰ. Non quero quod mihi vtile eſt ſed quod multis vt ſalui fiant Et iſte eſt amor amicicie non concupiſcentie

¶ Tertio excedit in diuine bonitatis cōmunicatione. Modus enim diligendi quo diligimus proximum deriuatus eſt a dilectione dei qua ipſe diligit nos. ſed ipſe deus diligit nos dilectione amicicie. quia vult nobis bonum ⁊ communicat nobis ſua bona. Igitur ⁊ noſter modus diligendi in hoc perfectus eſt vt proximos noſtros diligamus quia eis volumus bona dilectione amicicie. Magis ergo amor amicicie ꝗ concupiſcentie confeſſores conſtituit in ſtatu perfectionis. cum iſte ſit perfectior illo

¶ Ad primum ergo eſt dicendum. ꝙ deum diligere vt ei velimus bonum poteſt intelligi dupliciter.

¶ Primo vt ei velimus bonum per ſui conſecutionem vt conſequamur aliquod bonū quo ipſe careat. ⁊ ſic planum eſt ꝙ nullum bonum poſſumus deo optare cum ſit bonum infinitū quod nec augeri nec minui poteſt.

¶ Secundo ꝙ velimus ei bonum per ſui communicationem et ſic ei velimus bonum. Dicit enim. Dyoniſius ꝙ amor mouet deum ⁊ non permittit eum manere ſine germine. ſed mouet eum ad communicandum ſua bona.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ caritas ⁊ bona ſpiritualia ſūt maxima bona formaliter quibus hō perficitur in vita ſpūali. ſed ſubſtantia

liter ⁊ finaliter terminatiue non diliguntur niſi propter nos ⁊ proximos noſtros quibus illa optamus.

¶ Ad tercium eſt dicendū ꝙ temporalia ⁊ que cūq; alia que poſſunt venire in noſtrum vſum nō poſſum⁹ diligere dilectione amicicie vt ibi terminetur dilectio. ſed diligimus ea tanꝙ inſtrumenta quibus nos vel proximi noſtri poſſunt virtuoſe agere ⁊ opera ſupererogatiōis exercere. ad cultum diuinum ipſa ordinando vel pauperibus erogando

¶ Ad quartum eſt dicendum ꝙ hominem. diligere propter ſe ⁊ non in ordine ad aliud poteſt intelligi dupliciter.

¶ Primo participatiue. ⁊ ſic ipſe homo per ſe diligitur. ⁊ eſt illud cui per ſe volumus bonū Eſt enim ipſe particeps imediate diuine beatitudinis.

¶ Secundo terminatiue. ⁊ ſic planū eſt ꝙ nō eſt finale bonum in quo terminatiue noſtram ſpem debeamus ponere. Secundū quem modum loquitur apoſtolus in verbo allega.

A d tercium ſic proceditur. Videtur enim ꝙ plus poſuerit cōfeſſores in perfectionis ſtatu temporalium carentia ꝙ corporis continētia. Dicit enim apoſtolus. i. Thy. vi. ꝙ radix omniū malorum eſt cupiditas Carentia ergo temporaliū eſt carentia cupiditatis tanꝙ carentia omnium malorum magis facit ad perfectionis ſtatū ꝙ aliquid aliud

¶ Preterea. perfectio ſtat⁹ ſumitur ex his que tenent ſe ex parte anime. ſed continentia cum ſit circa ſexuum diuerſificationem ⁊ corporum diuerſam complexionem. magis ſe tenent ex parte corporis. et per conſequens non potent facere ad perfectionis ſtatum.

¶ Preterea quod magis reddit hominem aptum ad perfectionis opera. magis facit ad perfectionis ſtatum. ſed hoc videtur eſſe ſobrietas Scribitur enim auctoritate Hieronimi. xxxv. di. an non confuſio ⁊ ignominia eſt Iheſū cruciſixum pauperem eſurientem fartis ⁊ plenis p̄dicare corporibus et ieiunorum doctrinam rubentes buccas tumentiaq; ora proferre ſi in loco apoſtolorū ſumus non ſolum ſermones eorum imitemur ſed conuerſationem ⁊ abſtinentiam.

¶ In contrarium eſt quod ſcribitur. Eccleſia. xxvi. Omnis ponderatio non eſt condigna cōtinentis anime.

¶ Rn. dicendum ꝙ continencia ceteris alijs virtutibus magis facit ad perfectionis ſtatum conſequendum et conſeruandum ꝙtum ad preſens propter quatuor.

¶ Primo propter maius exemplum.

¶ Secundo propter maius dominium

¶ Tercio propter maius auxilium.

¶ Quarto propter vincendum maius preliū

Sunt enim exiſtentes in ſtatu perfectionis lucentes in medio praue et peruerſe natōnis per ſanctitatis exemplum. quaſi luminaria mundi verbum vite continentes ad Philipē. ij. Nihil aūt eſt ꝙ magis vitā ſanctorū virorū habeat denigrare ne proximis lucis exempla monſtrent ſicut corporis incontinentia. Unde dicit Hieronimus in quadam epiſtola de vita clericorum ꝙ cum teſtimoniū oporteat habere bonum ab his qui foris ſunt cum ate feminarū genus non amputatur. das reprehendendi te locum. et ipſe te moribus detrahētiū tradidiſti. Et Auguſtinus ſuper illo verbo appſtoli. Spectaculum facti ſumus mundo. dicit ꝙ ſic vitam noſtram et famam noſtram cuſtodire debemus. vt nō erubeſcant de detractoribus laudatores. propter maius dominium. Per temporalium enim carentiam dominamur alijs extrinſecis a nobis. ſed per corporis continentiam dominamur nobiſipſis ⁊ ꝙuis magne virtutis ſit vt homo ſit victor omnium aliorꝫ mūdanorum. longe tamen maioris virtutis eſt. ꝙ homo ſit victor ſui ipſius quia parum eſt vt dixit ille ſanctus Conſtantinus barbaras nationes viciſſe. ſi homo a ſeipſo vincatur. eo ꝙ ille vincere virtus eſt populorum. ſed vincere peccata in ſeipſo eſt virtus morum propter maius auxilium. De nulla enim alia virtute ſic dictum eſt ſicut ſcribitur. Sapientie. vij. eſſe de ipſa cōtinentia dictum Non poſſum eſſe continens niſi deus det. Et hoc ipſum eſt ſapientie. ſcire cuius hoc eſt donum. que verba exponens Aug⁹ x. confeſſ. dicit Iubes nobis domine continentiam. da ergo quod iubes ⁊ iube quod vis. Et propter vincendum maius prelium. Nam cōtra alia vicia poſſumus bellare ſecundum noſipſos totos. ſed ad ſeruandam continentiam oportꝫ nos bellare contra noſipſos vt ſpiritus vincat carnem. vt non quecunq; illa vult faciat Quamuis ergo omnes virtutes fecerint ad p̄fectionem confeſſorum. plus tamen omnibus alijs continentia poſuit et tenuit eos in perfectionis ſtatu.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ concupiſcentia que eſt radix omnium malorum. vicium eſt generale communiter ſumptū pro omni inordinato amore cuiuſcunq; rei vt dicit Auguſtinus. xi. ſuper Geñ. Secūdū quē modū ipſa concupiſcentia carnis prohibetur nomine cupiditatis.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ corporis continentia conſiſtit in diuerſificatione ſexuum inſtrumentaliter et materialiter. ſed effectiue ⁊ imperatiue ꝙtum ad rationem meriti vel demeriti non conſiſtit niſi in voluntate, cuius totat⁹ ꝙto maior eſt in reſidendo alicui vicio informata caritate. tanto magis habet rationem meriti ⁊ perfectionis.

¶ Ad tercium ē dicendū ꝙ ſeruantes cōtinētiam. neceſſario ſeruant ſobrietatem ⁊ abſtinētiam. Unde dicitur in diſtinctione ſupradicta. Eccleſie pricipes qui delicijs affluūt inter epulas atq; laſciuas pudiciciam ſeruare ſe credunt propheticus ſermo deſcribit eijciendi ſint d ſpacioſis domibus lautiſq; conuiuijs. ⁊ multo labore conquiſitis epulis. ⁊ ſi vis ſcire quo eijciendi ſint propter malas cogitationes ⁊ opera ſua. euangeliū lege In tenebras exteriores ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentium.

A d quartum ſic proceditur Videtur enim ꝙ per humilitatem confeſſores non ſint conſecuti perfectionis ſtatum. quia qd eſt imperfectorum. non facit ad ſtatum perfectionis. ſed humilitas videtur eſſe imperfectorum. cum deo qui eſt p̄fectiſſimus non conueniat humiliari nec alicui ſubijci.

¶ Preterea iuſticia eſt preclariſſima virtutum ⁊ communiſſima. magis ergo poſuit confeſſores in perfectionis ſtatu iuſticia ꝙ humilitas.

¶ Preterea ſtatus perfectionis eſt ſupremus in eccleſia qui ſemper preſupponitur eſſe cum caritate. ſed non eſt iuſtum. ꝙ homo exiſtens ī caritate ſubiciat ſe peccatoribus. non ergo ſemper humilitas facit ad ſtatum perfectionis.

¶ In contrarium eſt quod ſcribitur Philip. ij. In humilitate ſuperiores ſibi inuicem arbitrātes. Super quo verbo dicit gloſa. ꝙ ideo apoſtolus ad humilitatem ſpecialiter inuitat. quia hoc ſentire videtur quod in chriſto fuit. Sed quicquid fuit in chriſto. fuit in ſanctis diſciplina morum ⁊ perfectionum.

¶ Rn. dicendum ꝙ inter omnes virtutes morales humilitas plus facit ad perfectionis ſtatum fundatiue ⁊ conſeruatiue propter quatuor

¶ Primo propter ſingulare magiſterium De nulla enim virtute tam ſingulare documentum dedit magiſter veritatis ſicut de humilitate. Dicit enim Auguſtinus ſuper illo verbo. Math. xi. diſcite a me quia mitis ſum et humilis corde Diſcite inquam a me, non mundum fabricare. non in ipſo mundo miracula facere. ſed quia mitis ſū ⁊ humilis corde. Nam ſi magnus es ⁊ ſi vis magnam fabricā celſitudinis conſtruere. de fundamento prius cogita humilitatis ⁊ quanto magis vis edificium ſupraponere. tanto altius humilitatis fundamentū conſtrue

¶ Secundo propter ſingulare de accuſatore ſupplicium. Diabolus enim qui eſt accuſator humani generis die ac nocte Apoc. xij. propter nullam aliam virtutem perdit in homine ſuam iuriſdictionē. vt dicit Auguſtinus niſi propter humilitatem Non propter ieiunium quia cibum ipſe non capit Non propter caſtitatē. quia feminam non cognoſcit. Nec propter orationis vigilias quia ipſe nunꝙ dormit. Nec propter dationem pecunie quia nūꝙ pecuniā in burſam ponit. Solum autem propter humilitatē quam videt hominem ſeruare in terris quam ipſe in celo ſeruare contempſit.

¶ Tercio propter ſingulare operis virtuoſi cōtrarium. nam contrarium humilitatis eſt ſuperbia que ſingulariter ſic deſtruit omnia op̄a virtuoſa vt etiam bonis operibus inſidietur vt pereant. Unde Auguſtin⁹ ſcribens ad comitem. Bonifacium. dicit. Singulariter tibi cauenda eſt ſuperbia. quia diabolus ſuperbia tumidus ſic ait. In celum conſcendā ⁊ ero ſimilis altiſſimo. Chriſtus benignitate humilis dicit Formam ſerui accipiam ⁊ habitu ero vt homo Diabolus per pharaonem ait. Neſcio dominum ⁊ iſrahel non dimittam. Chriſtus per humilitatē dicit Scio eum ⁊ ſi dixero neſcio eum ero ſimilis vobis mendax. Diabolus per ſuperbiam dicit. Mea ſunt omnia. ⁊ ego feci ea. Chriſtus dicit. A meipſo non poſſum facere quicꝙ ſed ē pater qui manet in me ⁊ ipſe facit omnia opera

¶ Quarto propter ſingulare premium. Exponens enim Chriſoſt. illud verbum Luce. xviij. Omnis qui ſe exaltat humiliabitur. ⁊ q̄ ſe humiliat exaltabitur. dicit ꝙ ſicut faſtus inflatio ab ipſis celis poteſt deprimere non cauentem ſic humilitas ab ipſo abiſſo peccatorem hominem habet ſublimare. Hec enim pre phariſeo publicanū ſaluauit. latronem ante apoſtolos in paradiſum induxit. ⁊ ſubdit. Si iuxta magna delecta humilitas poſita fuerit. tam facile currit. vt ſuperbie iuſticiam tranſeat. Si vero iuſticie ⁊ ſanctitati eam coniunxeris. quo non ibit Aſſiſtet enim ipſi tabernaculi diuino in medio angelorum cum multa fiducia. Ideo propter ſingulare magiſterium ⁊ propter ſingulare de accuſatore ſupplicium propter ſingulare operis virtuoſi contrarium. ⁊ propter ſingulare premium humilitas eſt ſingularis virtus in

ſet omnes alias. ⁊ ideo ſingulariter per ipſam confeſſores poſiti ſunt in perfectionis ſtatu.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ deus ſecundum naturam diuinam eſt ſimpliciter perfectus in quo aggregantur perfectiones omniuꝫ generum. ideo ſecundum naturam diuinam nõ conuenit ſibi humilitas. ſecundum vero naturaꝫ aſſumpta factus eſt obediens vſqꝫ ad mortem. homo vero quantũuis ſecundum ſuam naturaꝫ ſtatum. vel tempus poſſit dici perfectus in cõparatione tamen ad deum ſemper inuenitur deficiens. ideo reſpectu eius conuenit ei humilitas ⁊ omnibus propter ipſum.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ in quolibet homine poteſt conſiderari illud quod dei eſt ⁊ illud quod hominis eſt. Quantũ vero ad illũ quod dei eſt in quolibet homine ſi ſibi exhibet humilitas nõ exhibetur ſibi ſꝫ deo Quãuis vero ad illud quod hois eſt ⁊ ſi defectus et peccatum in ipſo videatur. ſemper tamen ſecundum Auguſtinum debemus in ipſo conſiderare eſſe aliquod donum quo nobis ſuperior eſt vt nõ fruſtra dicat apoſtolus In humilitate ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes quantumcunqꝫ donum quo ſuperiores eſſe videmur ſic manifeſtum eſt et donum quo nobis alij videntur inferiores ſic occultatum

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ iuſtitia illa legalis que eſt preclariſſima virtutuꝫ poteſt eſſe maior humilitate ordinatiue ⁊ obſeruatiue. Ordinat enim ⁊ precipit obſeruari omnes actus virtutum. Sed fundatiue ⁊ conſeruatiue humilitas excedit iuſticiam et omnes alias.

## Queſtio nonageſima ſexta quomodo apoſtolorum perfectio obſeruata eſt in virginibus.

D Einde conſiderandum eſt quomodo apoſtolorum perfectio obſeruata eſt in virginibus. Circa quod queruntur quatuor.

¶ Primo vtrum virginitas ſine voto ſeruata poſuerint virgines in perfectionis ſtatu.

¶ Secundo vtrum virginitas voto promiſſa fuerit apud deum maioris meriti in virginibus ꝗ ſine voto.

¶ Tertio vtrum virgini corruptorem volentem eam corrumpere violenter. liceat interficere.

¶ Quarto vtrum virgines que fuerint violenter corrupte a barbaris perdiderint aureolam.

A D primum ergo ſic proceditur. Videtur enim ꝙ virginitas ſine voto ſeruata poſuerit virgines in perfectionis ſtatu. quia quod eſt opus perfectionis ⁊ ſupererogationis. ponit ad perfectionis ſtatum. ſed virginitas eſt opus ſupererogationis ⁊ perfectionis ſicut patet. i. Corintheorũ. vij. ⁊ Math. xix.

¶ Preterea nullus diceret ꝙ virginitas ſine voto ſeruata non preferatur matrimonij ſtatui Virgines ergo ſine voto ſunt in perfectiori ſtatu ꝗ coniugati.

¶ Preterea apoſtolus dicit. i. Corintheoruꝫ vij. quod qui virginem tradit nuptui bene facit. qui vero ſeruat eam volenteꝫ continere. melius facit. ergo abſqꝫ omni voto virginitas eſt melior coniugali copula ⁊ ſic pertinet ad perfectionis ſtatum.

¶ In contrarium eſt. quia virgo ſine voto virginitatis emiſſo poteſt nubere. Voto vero obligata non ſolum nubere. ſed velle nubere eſt ſibi damnabile. vt dicit Hieronim⁹. ergo per virginitatem ſine voto non fit perpetua ſeparatio a cõmuni ſtatu coniugatorum.

¶ Rñ. dicendum ꝙ ſtatus perfectiõis duo importat

¶ Primo mutationem ratione ſtatus. non enĩ eſt tranſitus de vno ſtatu ad alium ſine aliqua mutatione.

¶ Secundo ſupererogationem ratione perfectionis Non enim quodlibet opus eſt perfectũ vel ponit hominem in perfectionis via. ſed ſolum quod eſt conſilij ⁊ ſupererogationis. mutatio ergo ſtatus de libertate ad ſeruitutem non fit ſine voto quia ſi virgo vel vidua vouet cõtinentiam ſeruare. priuant ſe libertate ducendi virum. Si autem abſqꝫ voto continentiam ſeruant. tali libertate non priuantur. Iſto modo accipiendo ſtatuꝫ. vt eſt conditio importãs mutationem de ſeruitute ad libertatem vel econuerſo ſolum facit voti promiſſio. vel priuata ꝗ̃tum ad deum. vel ſolemnizata ꝗ̃tum ad eccleſiam. Solemnizatur autem votum per habitus ſuſcepectionem vel ſubſcriptionem ⁊ teſtiuꝫ aduocationem. Vnde ſcribitur. xx. queſtione. i. profeſſionem viduitatis vel virginitatis faciant ⁊ habitum religionis ſumant que caſtitatem ſeruare proponunt. perfectio vero acquiritur per conſilij et ſupererogatiõis opus. Vnde dicenduꝫ ꝙ virginitas ſine voto ſeruata nõ poſuit virgines in perfectionis ſtatu. ſed in ꝑfectionis opere.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ virginitas opus conſilij ⁊ ſupererogationis eſt ponens virginem in perfectionis via ꝗ̃tum ad opus. ſicut abdicatio temporalium poſuiſſet illum adoleſcentem in perfectionis opere ſi ſua bona ſecundum conſilium ſaluatoris voluiſſet pauperibus elargiri ſic tamen non fuiſſet ille poſitus in perfectionis ſtatu. niſi chriſtum fuiſſet ſecutus per votum perpetue obedientie. aſtringendo ſe voto ad illam temporalium abdicationem modo quo apoſtoli fecerunt. Sic virgo vel vidua ſeruando continentiaꝫ non ponitur in perfectiõis ſtatu niſi per voti perpetuã obligationem.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ virgines ſeruantes continentiam ſine voto preferuntur cõiugatis in perfectionis opere. ſed non in perfectionis ſtatu. Vel in perfectionis actu. ſed non in perfectionis poteſtate. planũ eſt enim ꝙ virginitas perfectius opus eſt ꝗ matrimonium ex quo tamen in virginibus non adimitur poteſtas nubendi. non eſt ibi exceſſus ſtatus ꝗ̃tum ad poteſtatem ſed ſolum ꝗ̃tum ad actum. Et per hoc patet reſponſio ad tertium quia apoſtolus accipit ibi bonum ⁊ melius ꝗ̃tum ad actũ non ꝗ̃tum ad poteſtatem.

A D ſecundum ſic proceditur. Videtur enim ꝙ virginitas voto promiſſa non fuerit maioris meriti in virginibus ꝗ ſine voto. quia virginibus fatuis clauſa eſt ianua Math. xxv. Sed ſolennizare votum videtur pertinere ad fatuas virgines. cum in hoc requiratur hominum teſtimonium ⁊ fame gloria.

¶ Preterea virginitas Lucie ⁊ Cecilie magni meriti fuit. in tantum ꝙ virginitas in eis fecit martirium magis. ꝗ martirium virginitatem vt dicit. Ambroſius in libro de virginitate. ſed earum virginitas non fuit voto ſolennizata. ergo ad rationem meriti virginitatis non requiritur ꝙ ſit voto ſeruata.

¶ Preterea vt opus ſit meritorium requiritur ꝙ ſit voluntarium ⁊ ſecretum. vt dicente ſaluatore neſciat ſiniſtra quid faciat dextra. Maioris ergo meriti eſt virginitatem ſeruare ſine voto ꝗ cum voto.

¶ In contrariuꝫ eſt Auguſtinus ſuper illo verbo pſal. Vouete ⁊ reddite domino deo veſtro

¶ Rñ. dicendũ ꝙ vna operatio poteſt eſſe magis meritoria ꝗ alia propter tria.

Primo ſi fiat cum maiori conatu ⁊ cum ardentiori promiſſione Cum enim operatio non ſit meritoria niſi quia voluntaria. ꝗ̃to plus in operatione eſt de conatu ⁊ de auiditate voluntatis. tanto magis eſt meritoria. Ideo nanqꝫ dilectio Marie magdalene multum fuit meritoria quia multum fuit de conatu ⁊ de auiditate voluntatis.

¶ Secundo ſi fiat cuꝫ maiori oblatione Nam ceteris paribus pl⁹ meretur qui offert deo duo ꝗ vnum.

¶ Tertio ſi fiat cum firmiori obſeruatõne Secundum enim Auguſtinum. non incohaſſe. ſed perfeciſſe eſt opus perfecte virtutis. Propter iſta ergo tria poſſumus dicere ꝙ virginitas cuꝫ voto eſt magis meritoria ꝗ ſine voto

¶ Primo quia eſt cum maiori conatu ⁊ cum ardentiori promiſſione. Eſt enim votum promiſſio ſpontanea ⁊ voluntaria facta deo. igitur virginitas ſeruata cum voto eſt promiſſa ⁊ dedicata deo cum toto conatu ⁊ libera voluntatis operatione. Quia vouere libera operatio eſt voluntatis. ⁊ hinc eſt ꝙ qui non ſunt ſui iuris. vouere non poſſunt

¶ Secundo quia eſt cum maiori oblatione. Nam vouens ⁊ ſeruans virginitatem duo offert deo. ſcilicet voluntatem ⁊ opus. Seruans vero ſine voto. ſolum offert vnum puta opus. Si ergo plus meruit Petrus qui dimiſit omnia ⁊ ſecutus eſt chriſtum ꝗ Socrates philoſophus. qui ſolum temporalia dimiſit. vel alius qui dimitteret diuitias ⁊ chriſtum non ſequeretur. Sic plus meretur virgo virginitatem ſeruans cum voto ꝗ ſine voto. quia offert deo arborem ⁊ fructum. Seruans vero ſine voto ſolũ offert fructum

¶ Tertio quia fit cuꝫ perpetua et firma obſeruatione. Nam ſeruans virginitatem ſine voto poteſt reſilire a propoſito quando vult ſed vouentibus virginitatem ⁊ ſeruãtibus ipſam cũ voto. non ſolum nubere. ſed velle nubere eſt damnabile vt dicit Hieronim⁹. ⁊ ponitur. xvii queſtione. i.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ fatua virgo dicitur illa vel ille. que ſic deſiderat famari ⁊ laudari apud alios vt teſtimonium aliorum preferat teſtimonio dei ⁊ teſtimonio conſcientie ſue de continentia vel de quocunqꝫ alio bono opere quod facit. Talis enim non portat oleum ſecum. quia gaudium boni operis totuꝫ habet in teſtimonio aliorum. non in conſcientia ſua referendo in deum. de quibus dicitur. Iohan. xij. ꝙ dilexerunt gloriam hominuꝫ magis ꝗ dei. Vnde fatua virgo non nuncupatur

propter voti ſolennitatem. ſed magis propter conſcientie ⁊ intentionis vanitatem. cum ipſa virginitas non ordinatur nec ſeruatur propter finem debitum.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum. ꝙ q̄uis votum Lucie ⁊ Cecilie ⁊ multarum virginum non fuerit ſolenniʒatum per habitus ſuſceptionem vel conſcriptōeʒ ſeu ꝑ alia que accidentaliter ſe habent ad votum. fuit tamen voluntate firmatuʒ Non eſt enim aliud votum quod quātum ad deuʒ habet vim obligandi niſi mentis conceptio voluntate firmata. vt dictum eſt Lucie per Agatham de tali voto conſcientie. iocundum deo in tua virginitate habitaculum preparaſti. Et ſic intelligendum eſt de voto Cecilie ⁊ aliarum virginum.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ Auguſtinus in homini triplicem modum dicendi recitat de occultatione boni operis qua precipitur. vt neſciat ſiniſtra quid faciat dextra.

¶ Primus eſt vt per ſiniſtram intelligatur infidelis ⁊ ꝑ dexterā fidelis vt ſit ſenſus. ꝙ opus bonū factuʒ per fidelem. debet latere infideleʒ Hunc aūt modum reprobat. quia tunc nulla culpa eſſet de bono opere velle placere fidelibꝰ ſed ſoluʒ infidelibus. quod eſt falſum

¶ Secundus eſt vt per ſiniſtram intelligatur inimicus. ita vt cum quis facit bonum opus ſic debet occultare. vt eius inimicꝰ neſciat. Et hūc ſimiliter reprobat. quia chriſtus coram iudeis inimicis eius circumſtantibus miſericorditer ſanauit homines.

¶ Tertius eſt vt per ſiniſtrā intelligatur vxor ⁊ per dextram vir. vt quia vxor cōiter cupidior ē viro in faciendo elemoſinā q̄m q̄n elemoſinā hō vult facere vel aliquod bonū. opus debʒ occultare ne vxor eius ſciat propter domeſticam pacem habendam. ⁊ hunc modum reprobat. quia preceptū de faciendo elemoſinā ⁊ quodlibet bonum opus. datur communiter viro et vxori. Eſt ergo modus intelligendi verus vt ꝑ dexteram intelligatur recta intentio que nunq̄ debet miſceri ſiniſtre per humane laudis appetitionem. ſed ſemper referri in deum per conſcientie terminationem tanquam in finem.

AD tertium ſic proceditur. Videtur n. ꝙ virgini corruptoreʒ volentem ipſam violenter corrumpere liceat interficere. quia de duobus malis ſemper minus malum eſt eligendum. vt ſcribitur auctoritate. Greg. xiij. di. capitulo nerui teſticulorum. ſed minus malū eſt committere homicidium q̄ virginitatem perdere. cum virginitas ſit conſilij ⁊ ſupererogationis opus. q̄d preferatur cuicunq̄ꝫ bono quod ſub precepto ponitur.

¶ Preterea licet occidere hominem pro conſeruatione vite corporalis. ſi ſimul cum vita volentis occidere ſeruari non poteſt. ergo multo magis licet hominem occidere pro conſeruatione virginitatis. quia temporalia ſunt bona minima. corporalia vero bona media. Virtutes vero ⁊ bona ſpiritualia ſunt bona maxima. vt dicit Auguſtinus. ij. libro de libero arbitrio capitulo. xij.

¶ Preterea ſicut anima viuificatur a deo per bona ſpiritualia in ſpirituali vita. ſic corpus viuificatur vita corporali. ſed non tenetur quis vitam ſuam ſpiritualē perdere pro proximi corporali et naturali vita ſeruanda. ergo citius debet virgo perimere vitaʒ ſui corruptoris corporalem. q̄ ſuam ſpiritualem perdere amittendo virginitatem.

¶ In contrarium eſt quia maius malum ē homicidium q̄ fornicatio. ſed pro nullo bono cōſeruando licet homicidium perpetrare

¶ Rn. dicendum ꝙ iſtam queſtionem determinat Auguſtinꝰ. i. de ciuite dei capitulo. xviij vbi primo aſſignat rationem quare non licet pro ſeruanda pudicitia nec ſe nec alium occidere ¶ Secundo ſoluit obiectionem poſſibilem fieri in contrarium. Ratio ſua eſt iſta Supponit enim ꝙ continentia ⁊ virginitas conſiſtit ī integritate mentis. nō carnis. niſi materialiter ſolum. ⁊ pertinet precipue ad bona anime que nobis nolentibꝰ auferri non poſſunt Naʒ ſi nobis nolentibus poſſet auferri. iam non eſſet virtus animi ipſa pudicicia. nec contineretur inter bona anime. ſed bona corporis. Tunc ſic arguit Pro illa re que ſine conſenſu meo mihi auferri non poteſt. et que ſine detrimēto anime immo cum magno lucro anime per violentiam tolli poteſt. non licet mihi occidere homineʒ volentem ipſam auferre. Sed talis res eſt ipſa pudicicia ⁊ virginitas vel continentia que ſine conſenſu mentis a nobis auferri non poteſt ⁊ abſq̄ꝫ omni detrimento anime. immo cum magno lucro aīe poteſt tolli. eo ꝙ cuʒ immūdicie carnalium concupiſcentiarum non cedit animus. corporis ſanctificatur quantumcunq̄ꝫ violenter ſit oppreſſum nec violentia libidinis aliene poteſt tollere virginitatem vel ſanctitatem quam ꝯſeruat perſeuerentia proprie continentie. Ergo nec timore amittendi bonum mentis. quod eſt incertum. nec timore amittendi bonum carnis q̄uis hoc ſit certum licʒ virgini ſeipſam vel aliquem alium occidere.

¶ Secundo Auguſtinus ſoluit obiectionem poſſibilem ſibi fieri Poſſet eniʒ aliquis ſic obijcere. Timendum eſt ⁊ cauendum ne libidini hoſtili ſubditū corpus illecebriſſima voluptate animum alliceat conſentire peccato vt non iam propter alienum. ſed propter ſuum peccatum antequā virgo committat. debet ſe vel ſuum corruptorem occidere. Ad quod reſpondet Auguſtinus tripliciter.

¶ Primo ſic Si hoc eſſet licituʒ vt propter futurum peccatum vitanduʒ deberet homo ſe vel alterum occidere. hortandi ſunt homines ſtatim cum baptizati ſunt vt ſeipſos occidant q2 tunc eſt tempus cauendi omnia futura peccata cum ſint omnia preterita deleta. Quod ſi hoc non licet. nec illud.

¶ Secundo ſic. Magis eſt ſubiectus animus virginis timentis corruptorem deo eiuſq̄ꝫ ſapientie q̄ corporis concupiſcentie ſue vel aliene ergo magis debet confidere ne animus eius conſentiat libidini carnis ſue ex concitatione libidinis aliene q̄ diffidere.

¶ Tertio ſic Sanctius eſt de futuro adulteriū committere q̄ certum de preſenti homicidium. ergo non debemus nunc peccare ne forte poſtea peccemus. nec nunc perpetremus homicidium ne forte poſtea incidamus in adulteriuʒ

¶ Ad primum ergo eſt dicendum. ꝙ dictum Gregorij intelligitur in eo caſu. quando vtruʒq̄ꝫ malum eſt preſens ⁊ in actu eligendi. Tunc enim minus malum eſt eligendum propter vitationem maioris mali planum eſt. ſed quando vnum eſt preſens ⁊ reliquum futurum. cum illud quod futurum eſt non ſit. non ſunt facienda mala ſecundū apoſtoli ſententiam ad Ro. iij. vt eueniant bona vel vt euitentur mala que nondum ſunt.

¶ Ad ſecunduʒ eſt dicendum ꝙ q̄uis vita naturalis vel corporalis minus bonum ſit q̄ virginitas. non tamen poteſt vita corporalis ſeruari ſolo conſenſu mentis ſicut ipſa virginitas ideo non eſt ſimilis ratio.

¶ Ad tertium eſt dicendum eodeʒ modo ꝙ vita ſpiritualis anime per bonuʒ virginitatis poteſt ſaluari in conſenſu mentis. etiam in oppreſſo corpore. Et dato ꝙ aliquod detrimentuʒ pateretur vel de ipſo detrimento timeretur penitendo tamen poteſt ſaluari. Dicit enim Auguſtinꝰ ꝙ ſanctius eſt flagicium committere quod penitendo ſaluetur. quā tale facinus committere vbi locus ſalubris penitentie non relinquitur.

AD quartum ſic proceditur. Videtur enim ꝙ virgines corrupte a barbaris perdiderunt aureolaʒ. Dicit enī Hieronimus. Cum omnia deus poſſit. non poteſt virginem ſuſcitare poſt ruinā valet quidem liberare de pena. ſed non valet coronare corruptam.

¶ Preterea virginitas eſt integritas carnis dicente Auguſtino in libro de virginitate. Virginitas eſt continentia qua integritas carnis ipſi creatori anime ⁊ corporis vouetur ⁊ conſecratur. Corrupta ergo carne non erit amplius virgo. nec in numero virginum computando.

¶ Preterea Auguſtinus dicit. xviij. de ciuitate dei. Ideo deum permiſiſſe virgines chriſtianas a barbaris violenter deflorari. ne de bono virginitatis ſeu viduitatis ſuperbirēt. ⁊ dato ꝙ de tali bono cor inflatum tunc non haberent. tamen hoſtilem violentiaʒ in carne perpeſſe ſunt quia habebant aliquid latentius infirmitatis quod poterat in ſuperbie ſtatum extolli ſi hanc humilitatem in vaſtatione illa euaſiſſent. Videtur ergo ꝙ virginitatis coronam amiſerunt.

¶ In contrarium eſt. quod dicit Ambroſius ⁊ ponitur. xxxij. queſtōne. v. Tolerabilius eſt virginem caſtam mentem habere q̄ carnem. vtrūq̄ꝫ bonū eſt ſi licet. ſi autem non licet ſaltem nō homini caſtiſſimiꝰ. ſed deo. Et Lucia dixit Paſcaſio. Si me inuitam feceris violari. virginitas mihi duplicabitur ad coronam

¶ Rn. dicenduʒ. ꝙ Victorinus presbyter iſtā queſtionem fecit Auguſtino. quid ſentiendum eſſet de virginibus defloratis a barbaris. Ad quam ſic reſpondet ꝙ ſi ipſarum animus nulla conſenſionis turpitudine fuit maculatus. tota illa libido facientis fuit culpa. non patientis. Atq̄ꝫ omnis illa violentia non pro corruptionis turpitudine. ſed pro paſſionis vulnere eis deputabitur. quia tantum valet in mente integritas vt illa inuiolata. nec in corpore poſſit pudicicia violari. cuius membra potuerunt ſeparari. Si autem ſit dubium de ipſarum conſenſu poſt illam violentiam corruptionem ratam ipſam habendo ⁊ conſentiendo per voluptuoſam delectationem. puto ꝙ aureolam perdiderunt irrecuperabiliter. quia conſenſus in rem illam iam factaʒ non poteſt recuperari. nec ex toto de ipſo penitere Et dico ex toto. quia bene potuerunt penitere ꝙ ille conſenſus vel ratihabitio non imputaretur eis ad eternam penā quantū tamen ad recuperationem aureole vel illius premij accidentalis quod debetur virgi

nibus irrecuperabiliter perdiderunt. ¶ Si vero ſic violenter corrupte poſtmodum conſenſerunt in aliquam corruptionem fiendam. non ſic illam iam factam potuerunt vt puto de illo conſenſu penitere non ſolum vt eternam penam tranſirent verumetiam vt recuperarent aureolam ꝛ premium accidentale virginibus debitum quia ratihabitio non in futurum. ſed retro trahitur.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ Hieronimus loquitur de perditione virginitatis per mentis conſenſionem et carnis corruptionem que non poſſunt reſuſcitari poſt ruinam quantum ad premium illud accidentale virginitati debitum. ¶ Si vero loquatur de corruptione carnis violenter facta. intelligitur ꝙ non poteſt reſuſcitari virgo ꝙ non ſit facta talis corruptio reſuſcitatur tamen ꝙ illa corruptio ſibi non imputetur pro turpitudinis crimine. ſed pro paſſionis vulnere. vt dicit Auguſtinus. Quantum enim ad rationem meriti magis debet dici corporis ſanctificatio quam corruptio.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum. ꝙ delectatio venerea cui opponitur virginalis caſtitas accidentaliter importat ſignaculi virginalis violationem. materialiter vero ſeminum commixtionem ſed formaliter ſolum voluntatis conſenſionem Unde conſenſu voluntatis non exiſtente. virginitas nunquam perditur. nec inuiolata pudicicia mentis amittitur. cum nec in corpore poſſit pudicicia violari. quamuis membra ſignaculi virginalis poſſint ſeparari.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ non vult Auguſtinus illas virgines defloratas virginitatem amiſiſſe ſi non affuit conſenſus mentis. Sed dicit ideo deum illam deflorationem in eis permiſiſſe. propter humilitatis conſeruationem. Unde ſubdit inferius. Non ablata eſt in eis caſtitas. ſed humilitas perſuaſa. vt ſicut quedam morte rapiuntur ne malicia mutet intellectum earum. ita aliquid ab illis virginibus raptum eſt ne proſperitas mutaret earum modeſtiam.

## ¶ Queſtio nonageſimaſeptima quomodo apoſtolorum perfectio obſeruata eſt in monachis manibus laborantibus.

Nunc videndum eſt quomodo apoſtolorum perfectio obſeruata eſt in monachis manibus laborantibus. Circa quod queruntur ſex:

Primo vtrum monachi manibus laborantes fuerint in perfectionis ſtatu

¶ Secundo vtrum illa que acquiſierunt monachi ex labore ipſorum eis vel monaſterio fuerint acquiſita.

¶ Tertio vtrum licitum fuerit ꝛ ſit monachis aliquod proprium habere.

¶ Quarto vtrum monachi viuentes in ſocietate fuerint in perfectiori ſtatu quam ſolitarij.

¶ Quinto vtrum monachorum vita quanto ſit arctior. tanto fuerit perfectior.

¶ Sexto vtrum monachis vniuerſaliter ex precepto eſus carnium fuerit interdictus.

Ad primum ergo ſic proceditur. Videtur enim. ꝙ monachi manibus laborantes nõ fuerint in perfectionis ſtatu. Quod enim non eſt opus conſilij et ſupererogationis. non ponit hominem in perfectionis ſtatu. ſed laborare manibus nõ e opus conſilij et ſupererogationis. ſed magis iuxta preceptum apoſtoli. ij. Theſſal. vltimo Videtur eſſe de dictamine legis nature. vt qui nõ laborat. non manducet.

¶ Preterea nullum inuoluntarium pertinet ad perfectionis ſtatum. ſed laborem quilibet naturaliter reſpuit et interdum contra voluntatem aſſumitur. ergo non ponit aliquem in perfectionis ſtatu.

¶ Preterea quod ingerit ſollicitudinem ꝛ temporalium curam. non pertinet ad ſtatum perfectionis. ſed laborare manibus ingerit menti humane ſollicitudinem et temporalium curam. non ergo ſpectat ad ſtatum perfectionis.

¶ In contrarium eſt ſuper illo verbo pſal. Labores manuum tuarum quia manducabis beatus es et bene tibi erit. dicit gloſa. Beatus es hic per gratiã et bene tibi erit in futuro per gloriam.

¶ Rñ. dicendum ꝙ laborem manuum facere ad perfectionis ſtatum in monachis vel in quibuſcumque alijs religioſis poteſt intelligi dupliciter. Vel ad ſtatus perfectionis conſecutionẽ. Vel ad ipſius perfectionis ſtatus conſeruationem ¶ Primo modo planum eſt ꝙ ſtatus perfectionis vite apoſtolice non acquiritur niſi per tria vota ſuperius nominata. quia per illa fit mutatio ſtatus de libertate in perpetuam chriſti ſeruitutem in his que ſunt ſupererogationis opera. ſecundum quem modũ accipitur ſtatus ij. queſtione. vi. Cum ſ cauſa capituli vel ſtatus interpellatum fuerit. non per procurationem. ſed per ſeipſos appellantes cauſam ſuam agere oportet. Unde dicit Auguſtinus ſuper illo verbo Mathei. xix. Ecce nos relinquimus omnia. ꝙ de compunctione cordis procedit abrenunciatio ꝛ contemptus omnium facultatum. de qua procreatur humilitas ꝛ obediencia. De humilitate autem generatur mortificatio voluptatum. ꝛ de mortificatione voluptatum extirpantur atque marceſcunt vniuerſa vicia. Ex quorum expulſione et virtutum pullulatione acquiritur puritas cordis ꝛ apoſtolice caritatis perfectio. ¶ Sed ſecundo modo planum eſt ꝙ facit ad perfectionis ſtatus conſeruationem. Ordinatur enim corporalis labor ſpecialiter ad quatuor

¶ Primo ad peccatum precauendum. Non enim eſt inflictus homini labor ad inducendã nature triſticiam. ſed ad expellandam ſuperadditam nature maliciam. vt dicit Damaſcenus.

¶ Secundo ad peccatum puniendũ vel mortificandum. Dicit enim Auguſtinus ꝙ non ſufficit ſolum corporale ieiunium ad acquirendam perfecte caſtimonie puritatem. niſi preceſſerit contritio ſpiritus ꝛ oratio. contra hunc immundiſſimum ſpiritum perſeuerans. labor quoque ꝛ opus manuum inſtabiles cordis vagationes coercens ac reuocans.

¶ Tertio ad ocium fugiendũ. quod potiſſime habet locum in monachis vel in religioſis ſolitarijs Dicit enim Hieronimus Certum eſt neminem poſſe impugnationes ſolitudinis tolerare. niſi eum qui proprijs manibus victum ſibimet fuerit parare contentus.

¶ Quarto ad victum proprium conquirendũ modo quo fecit apoſtolus. Act. xx. Ad ea que mihi opus erant ꝛ his qui mecum ſunt miniſtrauerunt manus iſte omnia.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum. ꝙ laborare manibus ex ſuperioris obediẽcia et propter viciorum mortificationem et malarum temptationum expulſionem perfectionis opus eſt. ſaltem conſeruatiue. quia habet hominem in perfectionis ſtatu conſeruare

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ ſic Anſel. dicit in libro de ſimilitudinibus Nihil obeſt monacho quantum ad meritum cum ordinis difficultas cogit eum vigilare. laborare. iniurias multas pati quia prima voluntas qua ſe in chriſti ſeruitutem tradidit. omnia illa ſibi meritoria fecit.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ non omnis ſollicitudo repugnat perfectionis ſtatui ſed ſolum illa que ſic tenentis curis inheret vt euoluat mentem a dei amore. Unde dicit Auguſtinus ſuper illo verbo. Nolite ſoliciti eſſe quid manducetis ꝙ non iſta prohibita ſunt apoſtolis vt nõ procurarent quantum neceſſitas ſatis eſt. Unde honeſte viuere potuerunt ne propter iſta euangelizarent tanquam propter finem.

Ad ſecundum ſic proceditur. Videtur enim ꝙ illa que acquiſierũt monachi ex labore ipſorum eis. ꝛ non monaſterio ſint acquiſita. Homo namque naturali debito ꝛ ex precepto dei tenetur ſuſtentare parentes. quantumcumque ergo monachus ſit aſtrictus monaſterio per ingreſſum religionis ꝛ obligationis votum. quod acquiſiuit ex proprio labore poterit erogare parentibus in corum ſuſtentatione

¶ Preterea quilibet debet ſuorum domeſticorum curã habere. iuxta illud. i. Tymo. v. Qui ſuorum domeſticorum curam non habet. fidem negauit ꝛ eſt infideli deterior. Sed contingit quandoque monachum apoſtotare. ꝛ vxorem capere ꝛ filios generare. Poterit ergo acquiſita bona ex ſuo labore vxori ꝛ filijs relinquere. et non aſſignare monaſterio.

¶ Preterea propter inopiam et paupertatem debitor non abſoluitur a debito. niſi forte ad tempus quamdiu adeſt impoſſibilitas reddendi. ergo multo magis propter paupertatem monaſterij monachus non abſoluitur a debito parẽtum quin poſſit lucrum ſui laboris in parentũ ſuſtentationem conuertere

¶ In contrarium eſt quia donum eſt datio irreddibilis. ſed monachi ſe et ſua donant monaſterio. Ergo que acquirunt non eis. ſed monaſterio acquiruntur.

¶ Rñ. dicendum ꝙ perſonarum. Quedã plene quo ad omnia ſunt ſui iuris. ſicut homo liber ꝛ paterfamilias ꝛ tales poſſunt ſibi acquirere et acquiſita retinere. Quedam vero plene ſunt iuris alieni. vt ſerui Et tales nihil eis. ſed dominis eorum poſſunt acquirere.

Quedam vero partim ſunt ſui iuris. ⁊ partim alieni. vt qui ſunt de familia. ſicut vxor ⁊ liberi Et tales perſone partim ſibi ⁊ partim alijs acquirunt Vxor enim ex paternalibus ſibi acquirit. ex alijs autem ſaltem viro quo ad adminiſtrationem. Similiter filiuſfamilias ſibi acquirit de caſtrenſi peculio ⁊ quaſi. de alijs vero acquirit patri. Nunc autem eſt ita ꝙ monachus vel religioſus totaliter eſt iuris alieni. tam quo ad ſeipſum q̄ quo ad ſua Quia vt dicit Autenti. C. de ſacroſan. eccleſia. ingreſſi monaſteria ſe ⁊ ſua deo dedicant. Ideo dicendum ꝙ monachi quecunqꝫ acquiſierunt vel acquirunt ex laboribus ipſorum. vel quocunqꝫ iuſto alio titulo non eis. ſed monaſterio ſunt acquiſita.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ homo tenetur ex precepto parentibus ſubuenire ſi ſibi adeſt poſſibilitas. Unde ex licentia abbatis vel ex aliqua libera adminiſtratione poteſt parentibus ſubuenire de ſuo labore ⁊ de his quorum adminiſtrationem habet tenetur. Aliter ex quo de ſuo non habet nec adeſt ſibi facultas aliunde acquirendi quod ſuum ſit. abſoluitur ab executione precepti per impotentiam.

¶ Ad ſecundū eſt dicendum. ꝙ in tali caſu nō poteſt relinquere vxori lucrum ſui laboris nec filijs. quia vxor illa non fuit vxor. ſed concubina. vnde erat plene iuris ſui. non alieni. ⁊ filij non erant in poteſtate patris. cum non eſſent ex legitimo thoro nati. totum ergo quod acquirit apoſtate. tenentur monaſterio vel religioni aſſignare cuius ſunt. Quod autem vxor vel filij eorum acquiſierunt. eis tenentur relinquere

¶ Ad tertium eſt dicendum. ꝙ non eſt ſimile. quia ille qui manet in ſeculo de paupere poteſt fieri diues. ⁊ poteſt venire ad pinguiorem fortunam. Unde non abſoluitur a redditione debiti ſimpliciter. ſed monachus per introitum religionis de cetero quod acquirit. monaſterio acquirit. non ſibi. Unde vniuerſaliter abſoluitur a debito parentum. niſi de licentia abbatis vel de his quorum adminiſtrationē habet poſſit eis ſubuenire.

AD tertium ſic proceditur. Videtur enim quod licitum fuerit ⁊ ſit monachis aliquod proprium habere. Beatus enim Benedictus fuit pater monachorum. vt dicit Gregorius. iij. dyalogorum. Sed ipſe dicit in regula ſua capitulo De proprio. Monachus omnino nihil habeat niſi quod abbas dederit vel conceſſerit. Ex abbatis ergo diſpenſatione monachus proprium habere poteſt.

¶ Preterea non minoris perfectionis ſunt epiſcopi q̄ monachi. Sed epiſcopi proprium habere poſſunt. xij. queſtione. i. capitulo epiſcopi de rebus proprijs. Ergo multo fortius licitum eſt monachis proprium habere.

¶ Preterea non eſt dicendum ꝙ monachi bonis patrimonialibus priuentur propter religionis introitum. Sed talia nunq̄ fuerunt monaſterio acquiſita. ergo talia monachus poteſt ſicut propria retinere

¶ In contrariū eſt quod ſcribitur extra de ſta. mona. capitulo cum ad monaſterium. Prohibemus quoqꝫ diſtricte in virtute obedientie ſub obteſtatione diuini iudicij. ne quis monachorum proprium aliquo modo poſſideat.

¶ Reſpon. dicēdum quod aliqua ſunt ſub aliquo ſtatu monachali per que monachus eſſentialiter differt a ſeculari. Quedam vero ſunt accidētalia per que a ſeculari monachus accidentaliter differt. In primis ergo ſolus papa poteſt diſpenſare ſicut ſolus ipſe in caſu neceſſitatis poſſet de monacho facere non monachum. In alijs vero abbati relinquitur diſpenſatio conſtat autem ꝙ abdicatio proprietatis ſubſtantiale eſt monachatui. cum in hoc monachus a ſeculari differat. Scribitur enī auctoritate Hieronimi. xij. queſtione. i. ꝙ duo ſunt genera chriſtianorum. Unum eſt diuino officio mancipatum qui victu ⁊ veſtitu contenti nullam inter ſe proprietatem debent habere. ſed omnia communia Aliud eſt quod poſſidet iſta temporalia In habendo ergo proprium abbas cum monacho diſpenſare nullatenus poteſt Unde ſcribitur extra de ſta. mona. capitulo ſupradicto: nec eſtimet abbas ꝙ ſuper habenda proprietate poſſit cum monacho diſpenſare. quia abdicatio proprietatis ſicut ⁊ cuſtodia caſtitatis a deo eſt annexa regule monachali vt contra eā nec ſummus pontifex poſſit indulgere licentiā quod verum eſt regulariter. Sed caſum neceſſitatis nec lex diuina nec humana in diſpenſando excludit.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum q̄ aliud eſt habere rei proprietatem et dominationem. et aliud habere vſum ⁊ diſpenſationem vel adminiſtrationē. Monacho ergo prohibetur habere proprium primo modo. Unde dicitur extra in illo capitulo cum ad monaſterium. Monachus qui proprietatem aliquam habere fuerit deprehenſus. regulari monitione premiſſa. de monaſterio expellatur. Sed ſecundo modo abbas poteſt concedere monacho vſū librorū ⁊ aliarū rerū. ſecūdū quem modum intelligitur dictum beati Benedicti.

¶ Ad ſecundum eſt dicendū. ꝙ epiſcopi ſe nō obligant voto vt proprium habere non poſſint ſicut monachi. ideo ſimul cum perfectione ipſorum poteſt ſtare habere propriū. quia abdicatio proprietatis non facit eſſentialiter ad perfectionis ſtatum. q̄uis aliquo modo ſit perfectionis via.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ monachorū patrimonialia monaſterio ſunt acquiſita poſt eorum ingreſſum. cum ingreſſi monaſterium ſe ⁊ ſua offerant. ſicut ſupradictum eſt.

AD quartum ſic proceditur Videtur enim ꝙ monachi viuentes in ſocietate fuerint in perfectiori ſtatu q̄ ſolitarij. Status enim perfectio cōſiſtit potiſſime in voto obedientie. Sed monachi ſolitarij non viuunt ſub obedientia alicuius Teles enim anagorice dicebātur qui diuiſim in deſertis habitabant. vt Hieronimus dicit. Alij autem qui in ſocietate viuebant cenobite appellabantur.

¶ Preterea ſtatus eſt imperfectus quando periculis eſt expoſitus. Sed ſtatus ſolitudinis eſt periculis tentationum expoſitus. Dicit enī gloſa Geneſis. iij. ꝙ diabolus obſeruauit horam qua mulierem ſolitariā inueniret. quia cum viro exiſtente non fuiſſet auſus eam tentare. Ex qua cauſa ſcribitur auctoritate. Hieronimi de con. di. v. ꝙ egyptiorum monaſteria hunc morem tenent vt nullum abſqꝫ opere ⁊ labore ſuſcipiant. non tam propter victui neceſſaria. q̄ propter anime ſalutem. ne vagetur pernicioſis cogitationibus.

¶ Preterea ſtatus perfectio completur ex ſocietate chriſti cum homine. Sed ſcribitur Mat. xviij. Ubi fuerint duo vel tres cōgregati in nomine meo. ibi ſum in medio eorum. Maioris ergo perfectionis eſt monachorū vita ſocialis q̄ ſolitaria.

¶ In contrariū eſt de beato Benedicto ⁊ Anthonio. qui fuerunt monachorum patres qui vitam ſolitariam magis q̄ ſocialem elegerunt. Unde Auguſtinus in libro de operibus monachorum. illos monachos ſanctiores eſſe dicit qui a conſpectu hominū ſeparati. nulli ad ſe prebent acceſſum.

¶ Reſ. dicendum. ꝙ vel loquimur de perfectionis ſtatu vel de perfectionis opere. Utroqꝫ autem modo ſolitaria vita maiorem perfectionem requirit q̄ ſocialis. Socialis nanqꝫ vita eſt ſtatus volentium perfici ad inſtructionem in intellectu per monitionem in effectu. ⁊ per correctionem in effectu: cum contingit a perfectionis via deuiare. Sed ſolitaria vita eſt perfectorum ⁊ talium qui nullo iſtorum indigeant Solitarij enim aliorū conſortia ſpernentes ⁊ ciuiliter ⁊ ſocialiter non cōuerſantes. neceſſario. vt philoſophus dicit Uel ſunt vt beſtie vel ſunt homine meliores. Unde non ſolum ſecundum ſanctorum. immo ſecundum philoſophorū dogmata. ſolitarie et virtuoſe viuere perfectorū eſt Et magis tales debent dici quidam dij q̄ homines. vel tanq̄ ſupremi ⁊ perfectiſſimi homines ſunt honorādi ⁊ admirandi. Quanto ergo ſtatus perfectorū excedit ſtatum perficiendorum. tanto ſolitaria vita monachorum excedit vitam monachorum viuentium in ſocietate. Si vero loquamur de perfectionis opere. Idem patet. Opus enim ſolitarie vite eſt contēplatio. Socialis vero eſt actio Planum eſt autem ꝙ contemplatio preeminet actioni. ⁊ eſt opus magne perfectionis propter chriſti exemplum imitandum. de quo ſcribitur Luce. vi. ꝙ exijt in montem orare et erat pernoctans in oratione dei propter chriſti auxilium impetrandū Solitudo enim vbi deeſt auxilium humanum locus aptus eſt ad impetrandum diuinum. qꝛ cum ignoramus quid agere debeamus hoc ſolum habemus refugij vt oculos noſtros dirigamus ad deum. vt ſcribitur. ij. Paral. xx. Et propter tumultum ſeculi fugiendum. Deſerens enim mundum ⁊ tumultum ſeculi. et ſeparans ſe a iocunditate ⁊ voluptatibus mundi. Confortatur a chriſto. vt dicit glo. Apocalipſis. xij mulier fugit in ſolitudine.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum. ꝙ qui ſunt perfecti ⁊ traditi chriſto in perpetuam ſeruitutem. habent quidem obedientiam ad deum in operis executione. quantum vero ad alios obedientiam habent in animi preparatione. In operatione vero non indigent alijs obedire per inſtructionem in intellectu. vel monitionem in affectu. vel per correctionem in effectu cum preſupponantur iam perfecti ⁊ fixum animum habere in dei amore. Unde recitat Gregorius in dyalogo de quodam monacho qui in catena ferrea pedem fixerat. ne librum exitum haberet de cella. Cui beatus Benedictus ſcripſit. Si chriſti ſeruus es. non teneat te catena ferrea. ſed amor dei.

¶ Ad ſecundū eſt dicendū ꝙ viuentes vita ſolitaria. iā ſūt exercitati ⁊ ꝓbati in periculis tentationū. Non enī tales dicente apoſtolo. ignorāt

cogitationes ſathane. Unde ad eos tentandū accedere diabolus vehementer expaueſcat. modo inimici quo multū timent aggredi illos milites quos ſciunt eſſe exercitatos in bello. Unde talibus tentatio non eſt ad periculum: ſed ad gaudiū vt ſcribitur Jaco. i. Omne gaudium exiſtimate fratres cum in tentationes varias incideritis.

¶ Ad tertium eſt dicendum. ꝙ in ſolitudine viuentī ⁊ deum per amorem contemplantī chriſtus ſe ſociat per mutuam dilectionem. modo quo proximi ad inuicē ſociantur. quia qui manet in caritate in deo manet ⁊ deus in eo. i. Jo. iiij. Et per internam locutionem et refectionem iuxta illud Oſee. ij. Ego lactabo eam. ⁊ ducam eam in ſolitudinem ⁊ loquar ad cor eius.

Ad quintuꝫ ſic proceditur. Videtur enim ꝙ monachorum vita quanto ſit artior. tanto fuerit pfectior. Scribit enim Bern. in epiſtola ad flaminiſacenſes monachos Si quis de veſtris ad nos maioris perfectionis gratia ⁊ artioris vite deſiderio conuolauerit. non ſolum non cauſamur ſi ei in tali ſtudio conſulitis. ſed multū precamur vt hoc faciatis nec offenſos nos conquerimur. ſed valde eſſe in hoc adiutos fatebimur Idem ergo videtur monachorum vitam eſſe artiorem ⁊ perfectiorem.

¶ Preterea non indulgetur tranſitus niſi de imperfecto ad perfectum. ſed conceditur omnibus iure communi vt ad artiorem regulam poſſint tranſuolare. extra de tranſe. ad reli. capitulo licet. Ergo quanto monachorum regula ⁊ vita eſt artior. tanto perfectior.

¶ Preterea profitentibus regulam beati Auguſtini conceditur licentia tranſuolandi ad regulam beati Benedicti tanquam ad artiorem ergo tanꝗ̄ ad perfectiorem. quia propter frugē ſanctioris et perfectioris vite talis licentia indulgetur.

¶ In contrarium eſt quia perfectio humane vite conſiſtit in abdicatione temporalium propter chriſtum. ſed hec perfectio magis viget in religioſis mendicantibus ꝗ̄ monachis. ergo illorum religio eſt perfectior ꝗ̄uis ſit minꝰ arta.

¶ Rn. dicenduꝫ ꝙ iſta duo ſimul ſtant religionem eſſe artiorem ⁊ minoris perfectionis. Quod ꝗ̄tum ad preſens tripliciter oſtenditur.

¶ Primo per chriſti exemplum.

¶ Secundo per apoſtolorum documentum.

¶ Tertio per preſentis eccleſie experimentum Nulli nanqꝫ chriſtiano debet venire in dubium ꝙ vlla regula vel religio artior eſſe poteſt religione. Johānis baptiſte. de quo ſcribitur Mat. iij. ꝙ veſtimentum eius erat de pilis camelorū eſca autem eius locuſte ⁊ mel ſilueſtre. Super quo verbo dicit Hieronimus. ꝙ mirum erat in humano corpore tantam aſperitatem vite conſpicere. Nec ꝙ aliqua religio fuit perfectior religione chriſti. Unde Mathei. xi. dicit. Venit Johannes baptiſta non manducans nec bibens. ⁊ dixiſtis quia demonium habet. venit filius hominis manducās ⁊ bibens ⁊ dixiſtis Ecce homo vorax ⁊ potator vini. ⁊ iuſtificata eſt ſapientia a filijs ſuis. Super quo verbo dicit Auguſtinus. ꝙ ſancti apoſtoli intellexerunt regnum dei non eſſe in eſca ⁊ potu. ſed in equanimitate tolerandi. quos nec copia ſubleuat nec deprimat egeſtas. Religio ergo chriſti fuit minus arta ⁊ maioris perfectionis.

¶ Secundo hoc patet per apoſtolorum documentum. Tanta enim fuit perfectio vite apoſtolice ⁊ eccleſie primitiue. vt cunctis poſſeſſionibus abdicatis. omnia haberent in communi ⁊ precia poſſeſſionum ad pedes apoſtolorū ponebantur. A qua perfectione defecerunt poſteriores. quia poſſeſſiones in communi reſeruabant. Expreſſe enim dicit Auguſtinꝰ. iij. de doctrina chriſtiana. nullas eccleſias gentium feciſſe quod tempore apoſtolorum factum eſt et tamen monaſteria ex gentibus conuerſis congregata poſſeſſiones in communi ſeruantes artioris vite fuerunt ꝗ̄ religio apoſtolorū. Dicit enī Hieronimus in epiſtola ad Euſtachium De cibo. vero ⁊ potu taceo cū etiam languentes monachi aqua frigida vtantur et coctum aliquid comediſſe luxuria ſit. Fuerunt ergo monachi in primitiua eccleſia artioris vite ꝗ̄ apoſtoli. et minoris tamē perfectionis. cum per hoc ꝙ poſſeſſiones in communi ſeruabant. Auguſtinus. dicit eos a perfectione apoſtolorum defeciſſe.

¶ Tertio hoc declaratur per preſentis eccleſie experimentum. Communiter enim tenet eccleſia religionem epiſcoporum perfectiorem eſſe omni alia religione tam monachorum ꝗ̄ aliorum. et tamen experimentum docet ꝙ quelibet religio artioris vite eſt ꝗ̄ religio epiſcoporum. non ergo ſe concomitantur iſta. ꝙ religio ꝗ̄to artior tanto perfectior. Poteſt enim maior perfectio eſſe cum minori artitudine. ⁊ maior artitudo cum minori perfectione.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ Bernardus non loquitur de perfectione religionis ſimpliciter. ſed de perfectione expediente illi monachis de quo loquebatur. Sunt enim monachi et alij religioſi in ſtatu perficiendorum. non perfectorum. ſicut dicit Dyoniſius. vi. capitulo eccleſiaſtice ierarchie. ⁊ ſunt in via acquirendi perfectionis ſtatum. ad cuius acquiſitionem aliqua perfectio inſtrumentaliter expedit vni que non expedit alteri. vt ad reprimēdas paſſiones arta vita per abſtinentiam ⁊ exercitium laboris ⁊ vigiliorum expediret moleſtatis ab homini paſſionibus. qui non expediret alteri qui ex alio exercicio vel ex diuine gratie auxilio huius paſſiones iam viciſſet.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ eccleſia imitatur chriſtum ſponſum eius. qui nulli claudit viam ſalutis. ſed vnicuiqꝫ concedit viam quaꝫ credit ſibi magis expedire ad conſequendum ſue perfectionis ſtatum. Artiorem ergo vitam concedit religioſis exiſtentibus in latiori nō ꝙ credat eccleſia tanto religionem eſſe perfectiorem. quanto artiorem ſimpliciter. ſed credit artiorem perfectiorem eſſe inſtrumentaliter ⁊ ſecundum quid. reſpectu illorum qui per talem artitudinem dicunt commodius ſe poſſe peruenire ad perfectionis ſtatum.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ ſicut nulla regula poteſt eſſe perfectior regula apoſtolorum. ſic nulla regula poteſt eſſe perfectior regula beati Auguſtini. que non aliud eſſencialiter continet ꝗ̄ apoſtolorum documenta Profitentibus ergo regulam beati Auguſtini non conceditur licentia tranſuolandi ad regulam beati Benedicti tanꝗ̄ ad perfectioreꝫ ſimpliciter. ſed tanꝗ̄ ad exercitatiorem et perfectiorem huic. eo enim ipſo ꝙ artior eſt in eſu carnium et in alijs obſeruātijs. poteſt eſſe inſtrumentaliter magis via exercitandi ſe vt perueniat ad perfectionis ſtatum. Corporalis tamen exercitatio non facit ad perfectionem ſimpliciter. quia ad modicum vtilis eſt. Pietas autēꝫ ad omnia valet habens promiſſionem vite que nunc eſt ⁊ future. i. Thymo. iiij.

Ad ſextū ſic proceditur. Videtur enī ꝙ monachis vniuerſaliter ex pcepto eſus carniū ſit interdictꝰ Quod enim quis tenetur ex voto. tenetur ex precepto. Sed monachi ex voto obligantur ad ſeruandam regulā beati Benedicti. in qua continetur ꝙ monachi a carnibus abſtineant. Ex precepto ergo eſus carnium monachis interdicitur.

¶ Preterea. pena carceris non debetur monacho niſi pro tranſgreſſione precepti. ſed ſcribitur de conſe. dſ. v. capitulo tamen Si quis monachus violauerit et contra ſanctionem regule vſumqꝫ veterum veſci carnibus preſumpſerit. ſex menſium ſpacio retruſioni et penitentie ſubiacebit.

¶ Preterea ſi non tenerentur monachi ex precepto abſtinere a carnibꝰ nullum ſcandalum nec aliqua diſceptatio eſſet de eis magis ꝗ̄ de alijs religioſis.

¶ In contrarium eſt quia quod quis tenetur ex precepto ſeruare. non diſpenſatur cum eo ex quocunqꝫ caſu. ſed cum monacho diſpenſatur in eſu carnium ⁊ potiſſime circa egrotos.

¶ Rn. dicendum ꝙ aliqui dicunt monachos ad aliqua teneri ex voto. vt non habere proprium continentiam et obedientiam ſeruare et habitum monachalem portare. Ad aliqua vero propter votum vt abſtinere a carnibus ⁊ omia ſeruare que in regula beati Benedicti precipiūtur. Unde dicunt monachum ad epiſcopatū promotum veſci carnibus non licere. Sed durum eſt. illa que non ſunt mala niſi quia prohibita ſic reſtringere vt anime laqueo peccatorum ſepe capiantur. Puto ergo aliter eſſe dicendum ex precepto contento ſub voto monachis eſus carnium non eſt interdictus quod patet dupliciter.

¶ Primo ex modo profitendi. Nam quilibet monachus ⁊ religioſus ex voto non promittit ſeruare regulam. ſed vouet obedientiam ſecundum regulam Benedicti vel Auguſtini aut aliorum. vnde ex toto obligantur ad ſeruanda illa que ponūtur in regula tanꝗ̄ precepta ⁊ que prelatus ſecundum tenorem regule ſibi precipere voluerit. Illa vero que non continentur ī regula ſub precepto. ſed vel vt monitiones vel vt conſilia vel vt ordinationes vel ſtatuta. non cadunt talia directe ſub voto. Unde monachꝰ ipſa pretermittens non facit contra preceptum Abſtinere autem a carnibus non ponitur in regula Beati benedicti vt preceptum. ſed magis vt ſtatutum quoddam. ideo monachus comedens carnes. puto ꝙ non faciat contra preceptum ſed contra ſtatutum regule

¶ Secundo hoc patet ex modo diſpenſandi Si enim directe abſtinere a carnibus contineretur ſub voto monachalis regule ⁊ ſub precepto. modo quo continetur. non poſſe habere proprium. tunc nec abbas nec epiſcopus poſſet cum monacho diſpenſare in eſu carnium. ſicut non poſſunt diſpenſare cum eo de non habendo proprium. vt patet extra de ſtatu. monī. capitulo cum ad monaſterium. quod patet eſſe falſum. Quia non ſolum cum monachus-

aſſumitur ad epiſcopatum. immo cum aſſumitur per abbatē vel epm ad regendā eccleſiā ſecularē. diſpenſatur cum eo in eſu carniū. cū ſcḋm Auguſtinum ad quācunq̧ eccleſiam quiſquis venit. eius morem ſeruare tenetur. ſi cuiq̄ non vult eſſe ſcandalum. vt ponitur. xij. di. capitulo illa. Quiſquis enim rebus pretereuntibus reſtrictius vtitur ꝙ ſe habent mores eoꝝ cum quibus viuit. aut intemperatus eſt aut ſuperſticioſus. vt ponitur auctoritate Auguſtini. di. di.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum. ꝙ monachꝰ comedens carnes nec faceret contra votum. niſi faceret ex contemptu inobedientie. quia obedientiam vouit ⁊ abbati obedire ſecundum regulam.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum. ꝙ pena illa infligitur monacho contumaciter ⁊ inobedienter carnes comedenti.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ ſcandalum ⁊ diſceptatio pro tanto magis de monachis ꝙ de alijs religioſis fit. quia eſus carnium prohibetur in regula Benedicti. non autē prohibetur in regulis aliorum religioſorum. Profitentibus enim regulam beati Auguſtini non prohibetur eſus carnium ex aliquo precepto vel ſtatuto regule. ſed ex quibuſdam conſtitutionibꝰ ⁊ ordinationibus ipſorum.

# Queſtio nonageſima octaua quō apoſtolorum perfectio ſeruata eſt ī monachis cōtemplationi vacantibus.

Deinde videndum eſt quomodo perfectio apoſtolorum ſeruata eſt in monachis. contemplationi vacantibꝰ. Circa quod queruntꝰ quatuor.

¶ Primo vtrum monachi inſiſtentes contemplationi eſſent in perfectionis ſtatu.

¶ Secundo. vtrum monachi inſiſtentes contemplationi eſſent in ſtatu magis ſecuro ꝙ alij.

¶ Tertio. vtrum monachi inſiſtentes contemplationi eſſent in ſtatu magis meritorio.

¶ Quarto. vtrum monachi vacantes contemplationi eſſent in ſtatu magis vtili et neceſſario

Ad primum ergo ſic proceditur. Videtur enim ꝙ monachi inſiſtentes contemplationi non eſſent in perfectionis ſtatu. perfectio namq̧ ſtatus nō acquiritꝰ ſine caritate iuxta illud. i. Cho. xiij. Si habuero omnem ſcientiam ⁊ omnem fidem ita vt montes transferam. caritatem autē non habeam nihil ſum. Sed contemplatio ſolum nominat ſcientiam. non caritatem. Conuenit enim contemplatio homini ſecundum illud quod optimum eſt in ipſo puta ſecundum intellectum ſecundum ꝙ philoſophus dicit. x. ethycorum.

¶ Preterea illud magis facit ad perfectionis ſtatum. quod cōuenit magis perfectis ſed vita actiua conuenit epiſcopis quibus conuenit alios perficere. Magis ergo per actiuam vitam ꝙ per contemplatiuam monachi ſunt poſiti in perfectionis ſtatu.

¶ Preterea perfectiori et ſuperiori conuenit ordinare inferiores ⁊ imperfectiores. ſed actiuis de eccleſia conuenit ordinare de contemplatiuis. Magis ergo contemplatiua ꝙ actiua vita conuenit ad perfectionis ſtatum.

¶ In contrarium eſt yſidorus libro de ſummo bono. capitulo xx. Monachi qui pro dei amore ſeculo renunciant ⁊ tamen curis rerum familiarium implicantur. quanto ſe eorum ſtudiis occupant. tanto a caritate diuina ſe ſeparant.

¶ Rn. dicendum ꝙ ſtatus perfectio in abnegatiōe hominis ſuiipſius propter chriſtum cōſiſtit. ad quod quantum ad preſens tria requiruntꝰ.

¶ Primo mundialis vite abdicatio. non eſt enim aliud ſeipſum abnegare niſi proprijs voluptatibus renunciare. vt qui ſuperbus erat. fiat humilis. qui ſuperſticioſus ē. fiat manſuetus. qui incontinens fiat caſtus. Nam ſi quis ita renunciat omnibus que poſſidet. vt ſuis nō renunciet moribus. iam non eſt chriſti diſcipulus ſicut dicit Iſidorus de ſummo bono capitulo. xviij.

¶ Secundo requiritur ad deum per ſpeculationem acceſſio. Non enim acceditur ad deum paſſibus corporis. ſed mentis ſpeculationibꝰ. In hoc enim diſtinguitur vita actiua a contemplatiua. quia actiua vita eſt innocentia bonorum operum. Contemplatiua vero eſt ſpeculatio ſuperiorum. Unde illa eſt communis multorum. Iſta vero paucorum. vt Iſidorus dicit.

¶ Tertio requiritur ipſius dei per amorē cōtemplatio. Videtur enim Grego. ſuper Ezechielem omelia. iij. diſtinguere inter ſpeculationem purā ⁊ contemplationem. Exponens enī illud verbum Ezechiel. i. Quatuor facies vni ⁊ quatuor penne alteri. dicit ꝙ facies ad fidei ſpeculationem pertinet. penna vero ad contemplationē. Videtur enim contemplatio importare ſpeculationem. non cuiuſq̧ cognitiōis. ſꝫ talis que cum hoc quod eſt illuminatiua intellectus. ſimul eſt inflammatiua ⁊ accenſiua affectus. ſecundum quem modum Auguſtinus accipit contemplationem. i. de trinitate capitulo. viij. vbi dicit ꝙ cōtemplatio que nobis promittitur finis eſt omnium actionum noſtrarū ⁊ ibidem ſubdit ꝙ contemplatio eſt merces fidei et per conſequens merces pure ſpeculationis tenentis ſe ex parte intellectus. Iſta autem tria mundialis vite abdicatio. ⁊ ipſum deum per ſpeculationē acceſſio. ⁊ ipſius dei per amorem contemplatio ſic ſe habent ꝙ prima duo non faciunt ad perfectionis ſtatum ſine tertio. quia primum poteſt eſſe ſuperſticioſorum qui dicunt corpori non eſſe parcendum ad ſaturitatem vt alios guloſos appellent ⁊ in honore aliquo non curandū vt alios dicant ſuperbos vt apoſtolus dicit Coloſ. ij. Ad deum vero per ſpeculationem acceſſio quod erat. Secundum poteſt eſſe philoſophorum. qui per puram ſpeculationem ad deum accedentes multas veritates de ipſo tradiderunt. Sed tertiū ipſius dei per amorem contemplatio non eſt niſi ſanctorum ⁊ perfectorum. Unde dicendum ꝙ monachi contemplationi inſiſtentes fuerunt in perfectionis ſtatu.

reprobat: nec aliquā falſitatem admittit. ſed
ſicut in catholica veritate quicquid nouū eſt
ibi dānatur. quicquid vtile eſt ad ſalutē ibi in
uenit. ſic libros nō ſolū catholicoꝝ ymmo pa
ganoꝝ ſuis fidelib⁹ legendos ⁊ diſcutiendos
exponit ꝑ diſputationem ⁊ veritatis indaga/
tionē ⁊ ſic cōꝓbant ꝑ eccleſiā libri moder/
noꝝ doctoꝝ in quoꝝ dictis cuilibet ꝑticulari
non negat auctoritas improbandi: vel aliud
ſentiendi. ſi vel ꝑ canonicas auctoritates vel
ꝑ ꝓbabiles rōnes poſſit oſtendere quod a ve
ritate deuiat. ſm̄. n. hūcmodū Aug. dicta ſua
⁊ alioꝝ doctoꝝ exponebat diſcutiēda anteq̄
eſſent ꝑ eccleſiā comprobata. Dicēs in epl. ad
fortunatū. Neqꝫ quorumlibet diſputationes
quāuis catholicoꝝ ⁊ laudatoꝝ hominum velut
ſcripturas canonicas habere debem⁹. vt no/
bis non liceat ſalua honorificentia que illis
hominibus debet aliquid in coꝝ ſcriptis im
ꝓbare atqꝫ reſpuere ſi forte inuenerim⁹ ꝙ ali
ter ſenſerit quā veritas habet diuino adiutorio
vel ab alijs intellecta vel a nobis. Nam talis
ego ſum in ſcripturis alioꝝ quales volo eſſe
intellectores meoꝝ. libri ergo veteris ⁊ noui
teſtamenti in ſacro cano. contenti cōprobati
ſunt ꝑ eccleſiā ꝑ firmā adheſionē. libri vero
doctoꝝ receptoꝝ in eccleſia cōprobati ſunt per
ipſius eccleſie iudicij reſeruationē vt nō liceat
alicui ꝑticulariter temerarie impugnare. Sed
libri aliorum doctorum modernorum ⁊ quo
rumcunqꝫ ſcribentium cōprobantur ꝑ cuiuſli
bet in diſputando vel legēdo veritatis inqui
ſitionem. ⁊ quādiu non ſunt in eccleſia ⁊ recepti
⁊ eius iudicio reſeruati licitū eſt alijs illos im
pugnare vel approbare. Et ꝑ hoc patet reſpō
ſio ad rationes in oppoſitum.

Ad quintum ſic ꝓceditur. videt. n. ꝙ
illorum doctorum opa quos eccleſia
canoniſat ex hoc ſint ꝑ eccleſiam com
probata. Scribitur. n. Math. vij. Nō poteſt
arbor bona fructus malos facere. Si ergo ali
quis canonizatus ꝑ eccleſiam ⁊ approbatus
ipſo facto fructus eius ⁊ ſciētia ſua videtur
eſſe approbata

¶ P. eadē ratio eſt de approbatione ⁊ repro
batione. ſed ſi aliquis eſt damnatus ⁊ repro/
batus ꝑ eccleſiam reprobatur eius doctrina
ſicut patet de hereticis quos damnando dam
natur eoꝝ doctrina. ergo ſimiliter de appro
batione ꝙ canonizādo ⁊ approbādo aliquē
ipſo facto ei⁹ doctrina videt eſſe approbata.

¶ P. maioris auctoritatis ſūt dicta doctoꝝ
quos canoniſat eccl'a quā phoꝝ ⁊ paganoꝝ. ſꝫ
illa nō reprobat eccl'a. vt patet. xvij. di. auctē
ambro. ⁊ yſido. ergo nec dicta ſanctoꝝ que
ꝑ eccleſiā canoniſant. ¶ In ꝯtrā. eſt q2 ſciētia
nō approbat ꝑ ecclam niſi fuerit in canone re
cepta ſicut non habet canoniſat⁹ ſanctus niſi
ſit in cathologo ſanctorum ſcript⁹. ſed nō oīa
dicta ſcōꝝ quos eccleſia canoniſat ſunt in ca/
none recepta ergo nec approbata.

¶ R. dicendū ꝙ doctrina doctoꝝ quos ec/
cleſia canoniſat approbari ꝑ eccleſiam poteſt
intelligi dupliciter. ¶ Primo ꝑ conceſſionē
legendi. ¶ Secundo ꝑ ꝓhibitionē aliter opi
nando. vt ꝙ non liceat alicui ꝑticulariter ſen
tire aliter quā ipſi ſēſerint. Primo modo ex quo
ipſi in fide eccleſie vixerūt a principio vſqꝫ ad
finem ꝯcedit eccleſia eoꝝ dicta legi ⁊ teneri.
niſi aliquid ꝯtra fidem dictū in eorum dictis
inueniretur. ſicut patuit de abbate Joachim
de quo ſcribit extra de ſi. catho. dānamus ⁊ re
probam⁹ libellū ſeu tractatū quē abbas Joā
chim ꝯdidit ꝯtra magiſtrū Petrū lumbardū
de trinitate ſeu eſſentia trinitatis. ipſum tamē
Joachim eccleſia nō dānauit. q2 ſua ſcripta
iudicio ſedis apoſtolice approbanda ⁊ corri/
genda tranſmiſit in cedula quā manu ſua ſcri
pſit ꝯtinebat ſe illā fidem tenere quā tenet ec/
cleſia omniū fideliū mater eſt et magiſtra. Sꝫ
ſcḋo modo non pōt aliquis ꝓ ſancto canoni/
ſari ꝓpter ſanctitatem vite ⁊ choruſcationem
miraculoꝝ abſqꝫ eo ꝙ ꝓhibeatur vt nō liceat
aliter ſentire de ſcriptis eius quā ipſe ſenſerit. ⁊
abſqꝫ eo ꝙ eius opa recipiant in canone alio
rum doctoꝝ. ſicut eoꝝ quorundā doctoꝝ
dicta approbat eccleſia quos tn̄ non canoni
ſat. ſicut approbauit eccleſia ſētentiā magiſtri
Petri lūbardi. vt ptꝫ extra. de fide. trini. quē
tn̄ non canonizauit ⁊ recepit. ſimiliter eccleſia
aliqua dicta Origenis ⁊ ipſū tn̄ in cathalo
go ſanctoꝝ non ſcripſit.

¶ Ad primū ergo eſt dicendū. ꝙ ibi arbor bo
na accipit ꝓ voluntate cuius fructus non eſt
ꝓprie ſciētia: ſed magis eſt fructus intellect⁹
niſi forte impatiue. pōt. n. ſtare bonitas volū
tatis ſimul cū ignorantia intellectus. Quā/
uis. n. omnis malus fructus ſit ignorantia vt
phus dicit. intelligitur de ignorantia pruden
tie que eſt recta ratio agibilium vniuerſaliter
reſpectu debiti finis. Sed particulariter boni
tas voluntatis ſtare pōt cū ignorantia intelle
ctus. Et multi poſſunt ſurgere veritate ⁊ clari
tate intellectus cum prauitate volūtatis. ⁊ q2
bonitas voluntatis facit bonū hominem ſim
pliciter. veritas vero ⁊ claritas intellectus fa
cit bonū hominē ſm̄ quid. ideo eccleſia cano
nizando aliquem ꝓpter caritatē ⁊ ſanctitatē
vite non ſequitur ex hoc ipſo ꝙ eius doctrinā
approbet: illo modo approbationis quo ap
probata eſt doctrina illoꝝ doctorum quoꝝ
opuſcula in eccleſia ſunt recepta

¶ Ad. ij. eſt dicendum ꝙ ſi aliquis dānatur ꝑ
eccleſiā reprobat ſimiliter eius doctrina: ſi il/
lam ꝑtinaciter contra eccleſiā defendebat. pōt
tn̄ doctrina improbari ⁊ non auctor doctrine
ſicut dictū eſt de abbate Joachim. ſola. n. ꝑti
nacia facit hominē hereticum. ſic poteſt ali/
quis ꝓ ſancto canoniſari ⁊ eius doctrina nō
approbari.

¶ Ad. iij. eſt dicendū ꝙ non eſt ſimile de do/
ctrina phorum ⁊ de doctrina fidei. in illa. n. li
cet abſqꝫ detrimento ſalutis cōtrarie ⁊ diuerſi
mode opinari. ſed non ſic eſt de doctrina fi/
dei in qua ſicut laborioſius aliquid non que/
ritur ⁊ fructuoſius aliquid non inuenit. ſic ꝑi/
culoſius alicui non erratur. vt dicit Aug.

# Queſtio. ci. quō apo ſtoloꝝ perfectio repreſentatur in papa.

Viſum eſt quō ſtatus ꝑfectio in
xpo fuit exemplariter demon/
ſtrata. ⁊ quō ab eo in eius apo
ſtolos fuit deriuata. ⁊ qualiter
in primitiua eccleſia extitit ob
ſeruata. Nunc videndū quō in iuris eccleſia/
ſticis preſentis tpis eſt repreſentata accipien/
do eccleſiaſticos viros non ſolū illos qui aſſu
muntur. ſed eos qui ydoneitatē habēt. vt ad
gradū eccleſiaſticū aſſumi poſſint.

¶ Circa qḋ. xij. conſideranda occurrunt:
¶ Primo qualiter ſtatus ꝑfectio repreſentat
in papa.
¶ Scḋo quomodo in cardinalibus:
¶ Tertio qualiter in epiſcopis.
¶ Quarto quō in curatis ⁊ preſbyteris.
¶ Quinto quō in religioſis mēdicantibus.
¶ Sexto quomodo in religioſis in cōmuni
poſſeſſiones habētibus.
¶ Septiō quō in ſacre ſcripture p̄dicatorib⁹
¶ Octauo quō magiſtris ⁊ doctoribus.
¶ Nono quomodo in medicis.
¶ Decimo quomodo in notarijs.
¶ Undecimo quō in aduocatis.
¶ Duodecimo qualiter in iudicib⁹ ⁊ rectorib⁹.

¶ Circa primū querunt. viij. Primo vtrum
papa ſit in ꝑfectiori ſtatu quā aliqs epoꝝ. Se
cundo vtrū papa ꝑfectionis ſtatū xpi ⁊ apo/
ſtoloꝝ ꝑfectiori modo repñtet quā aliquis reli
gioſoꝝ. ¶ Tertio vtrū papa poſſit eſſe in ꝑ/
fectionis ſtatu abſqꝫ eo ꝙ ſit ꝑfect⁹ ¶ Quar/
to vtrū in papa exterior apparat⁹ diminuat
de eius ꝑfectionis ſtatu. ¶ Quinto vtrū in
papa adminiſtratio tpalium diminuat de ꝑ/
fectione ſtatus eius ¶ Sexto vtrū in papa de
terminatio cauſarū diminuat de eius ꝑfectio
nis ſtatu. ¶ Septimo vtrū in papa habere
dominiū ⁊ vſum rerū diminuat de ſtatu per/
fectionis eius. ¶ Octauo vtrū papa poſſit
omnis perfectionis ſtatum mutare.

Ad primū ſic ꝓcedit. videt. n. ꝙ pa
pa nō ſit in ꝑfectiori ſtatu quā aliquis
epiſcopoꝝ quia nō eſt in perfectiori
ſtatu rōne qua epūs aut rōne qua papa. Non
rōne qua epiſcopus quia in perfectionis ſtatu
omnes epiſcopi ſunt eqles. Nec rōne qua pa/
pa: quia in papatu non emittit votū ꝙ cura to
cius eccleſie habenda tunc eī nō poſſꝫ cedere
papatui. quāuis eī ſm̄ augu. vouere ſit volūta
tis reddere tn̄ eſt neceſſitatis. vnde in ꝑpetuū
cogeret curam ſuſceptam tenere. ¶ P. Berñ.
dicit ad eugeniū. ante oīa conſidera ſāctā ro/
manā eccl'iā cui deo auctore preees eccleſiarū
omniū matrē eſſe non dn̄am. te vero non dn̄m
epiſcopoꝝ. vnū ex epiſcopis. non ergo ipē in ꝑ
fectiori ſtatu quā vnus alter epiſcopus. ¶ P. ꝑ
fectio ſtatū epoꝝ ſtat in hoc vt ſint parat⁹ ꝓ oui
bus aīam ſuam ponere ſꝫ vltra illḋ nō pōt ſe ex
tendere caritas pape ſcḋm regulā datā a chri/
ſto io. xv. Maiorē caritatē nemo hꝫ vt ponat
aīaꝫ ſuaꝫ pro amicis ſuis. ¶ In ꝯtrariū eſt q2
in perfectiori ſtatu eſt ꝑficiens quā ꝑficiend⁹. Sed
oēs epiſcopi ꝑficiūt per papā. Cōmiſſe nāqꝫ
ſunt ſibi oues ⁊ paſtores. alijs autē epiſcopis
ſolum oues ⁊ nō paſtores. Sicut dicit glo. io
vlti. ſuꝑ illo verbo paſce. oues meas. ¶ R. di
cenḋ ꝙ ſicut dicit aug⁹. ad comitē bonifacium.
Quāto ardētius deus amator: tāto maior ꝑ/
fectio amantis demonſtrat. tanto ergo ſtatus
perfectio maior cenſetur in papa quā in quocūqꝫ
alio epiſcopo: quāto eius ſtatus maiorē ⁊ ꝑfe
ctiorem caritatem requirit quā ſtatus cuiuſcūqꝫ
epiſcopi vl' paſtoris. Et poſſum⁹ dicere ꝙ ſtat⁹
pape maiorem caritatem requirit. Inteſiue: ex
tenſiue ⁊ ꝑmanſiue. ¶ Intenſiue quidē Aug⁹
aſſignat quatuor gradus perfecte caritatis in
libello de q̄tuor virtutib⁹ caritas. exponens
illa v̄ba apoſtoli. prima corinth. xiij. Caritas
omnia tollerat. omnia credit. omnia ſperat om
nia ſuſtinet. Dicens ꝙ primus gradus caritat
eſt omnia ſufferre ꝑ aduerſitatis pacientiā.
¶ Secūdus eſt oīa ſibi a deo miſſa ꝯcedere ⁊
implere ꝑ carnalitat̄ extiaꝫ. ¶ Terti⁹ omnia
ſperare ꝑ volūtat̄ obedietiā. ¶ Quart⁹ ē oīa
ſuſtinere ꝑ ſalutis oim̄ cōcupiſcētiā. Prim⁹ gra/
dus caritatis vt ait oſtenſ⁹ eſt i noe. qui creſcē/
te hominis iniquitate ꝓnūciato ſibi diluuio ſta
ti cōfugit ad lignū vbi tollerauit celi fremitum
aquaꝝ ſonitus ⁊ fractus ſotius ſerpentum ac fe
rarum: non expauit ꝗt mergeretur quia chriſti

caritate firmatus ligno crucis portabatur.
¶ Secundus gradus oſtenſus eſt in abrahã
qui filio vnigenito nõ pepercit credens firmiter
filiũ ſuũ immolandũ ⁊ filio dei reſurrecturum
reſeruandũ. ⁊ eius ſemen ꝑ eũ poſtmodũ mul
tiplicandũ. ſicut ſibi ꝓmiſſum fuerat. ¶ Ter
tius gradus oſtenſus fuerat in populo iſraeli
tico qui terrã ei ꝓmiſſam firmiter ſperauit ⁊ ob
tinuit. Iuxta illud pſal. In te ſperauerunt pa
tres noſtri: ſperauerunt ⁊ liberaſti eos.
¶ Quartus gradus oſtenſus eſt in dño no-
ſtro ieſu xp̄o qui mortẽ ſuſtinuit vt mortẽ vin
ceret. Planũ eſt autẽ ꝙ papa vicem gerit om-
niũ ſupradictoꝝ. vñ eius caritas gradus ꝑfe
ctionis ſupradictos requirit. ¶ Extẽſiue autẽ
cũ ſit ſibi cõmiſſa cura non vnius eccleſie nec
vnius plebis ſed totius mundi. ad plures ſe
debet extendere eius caritas. ꝙ cuiuſcũꝗ epi
vel paſtoris. ſicut alioꝝ poteſtas certis coarta
tur limitibus. ſua vero ad ipſos qui pr̃atem
ſuꝑ alios accepãt ſe extendit. in cuius ſignũ
petrus cui⁹ ipſe ſucceſſor exiſtit. tunica ſuccin
xit ſe ⁊ proiecit ſe in mare. ⁊ ſic venit ad xp̄m.
alij autẽ nauigio venerunt quia non vnã na-
uim vt ceteri quiſꝗ ſuã. ſed totũ ſeculũ petr⁹
ſuſcepit gubernandũ. ¶ Q autẽ ꝑmanſiue ca
ritas ſit maior verbis ſaluatoris oſtendit Lu
ce. xxij. Ego ꝓ te rogaui Petre vt nõ deficiat
fides tua. ac ſi diceret: vt glo. di. Sicut ego tu
am fidẽ ne deficiat orando ꝓtexi. ita tu infir-
miores fratres ne de venia deſperent ꝯforta
re memento. ¶ Ad primũ ergo eſt dicendum
ꝙ papa eſt in ꝑfectionis ſtatu quacũꝗ ꝑticu-
lari paſtore ratione qua papa cui ꝯſentiendo
libere ꝑ legitimã electionẽ voto ſe aſtrigit ad
curã totius eccleſie fideliter exequendã poſſi
bilitate exiſtente. Nã impoſſibilitas exequen-
di mandatũ a mandato excuſat. ſic impoſſibi
litas implendi votũ: vel ratione ignorantie:
aut infirmitatis a voto excuſat. Non. n. cura
eccleſie ſuſcipitur vt eius regimen ꝑdicetur: ſ
vt ſaluet. vñ iuſta cauſa exiſtente papatui re-
nunciare poteſt. vt ſupra dictũ fuit.
¶ Ad ſcḋm eſt dicendũ. ꝙ Bern. negat papã
eſſe dñm omniũ epoꝝ ſubſeruiente humilita-
te ſm quẽ modũ dicit ad eundẽ Euge. ꝙ ſum-
mus pontifex ipſe nõ erat ſi ſe ſummũ puta-
bat. Sed imperante poteſtate ipſe ꝯfitet pa-
pam eſſe dñm epiſcopoꝝ ⁊ ſubditorũ. Dicit
enĩ ibi nõne ſi cauſa extiterit. in epiſcopo celũ
claudere. tu ipſum ab epiſcopatu deponere ⁊
ſathane tradere potes. ¶ Ad. iij. eſt dicendũ
ꝙ vltimus gradus caritatis eſt animã ꝓ oui
bus ponere. ſed cũ epiſcopi ſinguli in ꝑtem
ſollicitudinis ſint aſſumpti papa vero in ple
nitudinẽ poteſtatis vocatus ſit tanto ꝑfectiori
modo talis gradus caritatis in papa eſſe re-
quiritur quãto ꝓ pluribus ⁊ plurib⁹ modis
voto ſe obligat animã ꝓ ouibus ⁊ paſtorib⁹
ponere ꝙ quilibet epiſcopoꝝ.

AD. ij. ſic ꝓcedit. videt. n. ꝙ papa ꝑfe
ctionis ſtatũ xp̄i ⁊ aploꝝ non ꝑfectio
ri modo repreſentet ꝙ religioſi. Int
oĩa. n. que faciunt ad ꝑfectiõis ſtatũ eſt votũ
obedientie. ſ papa nulli homini obedire tene
tur: religioſi autẽ voto obedire homi ſe aſtrin-
gunt. ꝑfectiori ergo modo ipſi repreſentãt xp̄i
⁊ apoſtoloꝝ ꝑfectiõis ſtatũ ꝙ papa.
¶ P. abdicatio tꝑalium maxime repñtat ꝑfe
ctionẽ ſtatus xp̄i ⁊ apoſtoloꝝ. cũ petrus in ꝑ-
ſona ꝑfectoꝝ dixerit Math. xix. Ecce nos re-
linquim⁹ omnia ⁊ ſecuti ſum⁹ ⁊c. Sed in hoc
religioſi magł imitant xp̄m ⁊ aplos ꝙ papa.
¶ P. xp̄s predixit apoſtolos eſſe ieiunandus
poſt eius receſſum. Math. ix. Venient dies cũ
ſponſus auferet ab eis ⁊ tunc ieiunabunt. ſed
religioſi in ieiunijs ⁊ vigilijs magł ſequuntur
xp̄i ⁊ apoſtoloꝝ veſtigia ꝙ papa. magł ergo
repñtant xp̄i ⁊ apoſtoloꝝ ꝑfectionis ſtatum.
¶ In ꝯtrariũ eſt qꝛ nulli dictũ eſt a xp̄o paſce
oues meas loco mei. Io. vl. ſicut petro cuius
papa ſucceſſor exiſtit. null⁹ ergo ꝑfectiori mo-
do repñtat ꝑfectionis xp̄i ſtatũ ſicut ipſe.
¶ R. dicendũ. ꝙ repñtare xp̄i ⁊ apoſtoloꝝ
ꝑfectionis ſtatũ põt intelligi dupliciter. Pri-
mo ꝑ eorũ iam ꝑfectorũ ſucceſſionẽ. Scḋo ꝑ
ipſoꝝ apoſtoloꝝ quaſi ꝑficiendorum imitatio
nẽ. Primo modo religioſi nõ repñtant xp̄i et
apoſtoloꝝ ꝑfectiõis ſtatũ. ſed ſolũ papa ⁊ epi
Solus. n. ſummus pontifex: vt di. Bern. ad
Euge. repreſentatione eſt ſacerdos magnus
princeps apoſtoloꝝ. primatu abel: guberna-
tu noe: patriarchatu abrahã: ordine melchiſe
dech: dignitate aaron: auctoritate moyſes: iu
dicatu ſamuel: poteſtate petrus: vnctiõe xp̄s.
Sed ſcḋo modo quantũ ad illa que faciũt ad
acquirẽdũ ꝑfectiõis ſtatũ eſſentialiter adhuc
papa magł repñtat xp̄i ⁊ apoſtoloꝝ ꝑfectio-
nis ſtatũ ꝙ aliquis religioſorũ. obligat. n. ſe
voto ꝓ ouibus ⁊ paſtorib⁹ animã ponere. vl
tra quẽ gradũ caritas que eſt ꝑfectiõis vincu-
lum nõ ſe extẽdit. Sed quantũ ad illa que fa
ciunt ad acquirendũ ꝑfectionis ſtatũ inſtru-
mentaliter ſicut eſt tꝑalium abdicatio: in ieiu
nijs ⁊ vigilijs exercitatio. magis imitant apo
ſtoloꝝ veſtigia religioſi ꝙ papa vel epi. Sꝫ
hoc non eſt repreſentare apoſtoloꝝ ſtatũ iam
ꝑfectorũ ſed magis ꝑficiendorum. Dicebatur
enĩ ſupra ꝙ xp̄s prius vocauit aplos ad ſta-
tum religionis tanꝗ perficiendos ꝙ ad ſtatũ
prelationis tanꝗ iam perfectos: papa autem
non eſt in ſtatu perficiendorum. ſed in ſtatu ꝑ-
fectorum ſupremum gradum tenet.
¶ Ad primũ ergo eſt dicendũ. ꝙ obedire ho-
mini ꝓpter ſe nõ eſt ꝑfectionis ſed pot⁹ ſerui
lis timoris. Eſt ergo ꝑfectiõis obedire homi
ni ꝓpter deũ. vt qꝛ ꝓpter vnũquodꝗ tale ⁊ illud
magł. Ideo ſcribit Act. iiij. ꝙ obedire oportꝫ
deo magł ꝙ hominib⁹ tãto ergo ꝑfectiori mõ
papa voto obedientie aſtringit quanto ſua
obedientia ſumit reſpectu dei ſolũ cuius vica
rius exiſtit ¶ Ad. ij. eſt dicendũ. ꝙ maioris ꝑ
fectionis eſt eſſe patrẽ pauꝑum ꝙ rebus tꝑali
bus renunciare ⁊ eſſe in voluntaria pauꝑtate
quia primũ ꝓpriũ eſt ꝑfectoꝝ. ſecundũ autẽ
eſt ꝑficiendoꝝ. ¶ Ad. iij. eſt dicendũ ꝙ vigi-
lie ⁊ ieiunia ſunt quedã vie inſtrumentaliter
ꝑueniendi ad ꝑfectionis ſtatũ. Dicit. n. Augł.
in li. de ieiunio diei ſabbati. fieri. n. poteſt vt
ieiunet modo quõ eccła ſtatuit ieiunandum ⁊
tñ ieiuniũ ſoluit ſi quis ebrioſus in ipſa vna
cõmeſtione inebriet. ⁊ fieri põt vt non ieiune
tur ieiunio eccleſie. etiã ſi tꝑati ⁊ abſtinentes
ſint homines atꝗ modeſtiſſime prandeatur.
eſſentialiter ergo ad ꝑfectionis ſtatũ facit ca-
ritas que ſola vltimo fini hominẽ ꝯiungit: in
cuius ꝯiunctione vniuſcuiuſꝗ membri ecclie
perfectio conſiſtit.

AD. iij. ſic ꝓcedit. videt. n. ꝙ papa nõ
poſſit eſſe in ꝑfectiõis ſtatu abſꝗ eo
ꝙ ſit ꝑfect⁹. Dicit. n. Bern. ad Euge
De cetero teipſum conſidera: formã iuſtitie:
ſanctimonie ſpeculũ: pietatis exemplar: aſſer-
torẽ veritatis: fidei defenſorẽ: doctorẽ gentiũ:
xp̄ianoꝝ ducem: amicũ ſponſi: cleri ordinato
rem: paſtorem plebiũ: magiſtrũ inſipientium
refugiũ oppreſſoꝝ: pauꝑum aduocatũ: ſpem
miſeroꝝ: tutorẽ pupilloꝝ: iudicem viduarũ:
oculum cecoꝝ: linguã mutoꝝ: baculũ ſenum:
vltorem ſcelerũ: maloꝝ metũ: bonorũ gloriã
virgã potentũ: malleũ tyrannoꝝ: regũ patrẽ:
legum moderatorẽ: canonũ diſpenſatorẽ: ſal
terre: orbis lumen: ſacerdotẽ altiſſimi: vicariũ
xp̄i: ſed omnia iſta ſonant xp̄m fuiſſe ꝑfectũ.
⁊ in ꝑfectionis ſtatu. vnũ ergo iſtorũ ſine alte
ro eſſe non poteſt. ¶ P. ꝑfectũ hominẽ facit
ꝑfectio caritatis. ſed ad ꝑfectã caritatem ſpe-
ctat ꝙ quis cũ ſit liber ſe ſeruũ omniũ faciat ꝓ
pter chriſtũ. i. Corin. ix. Cũ eſſem liber ex om-
nibus omniũ me ſeruũ feci. ſed hoc facit qui
liber papa curã vniuerſalis eccleſie ſuſcipien
do. ¶ P. apoſtoli fuerunt ꝑfecti ⁊ in ꝑfectiõis
ſtatu. ſed papa gerit vicẽ capitis aploꝝ. ergo
ſic eſt in ꝑfectiõis ſtatu ꝙ tñ eſt ꝑfectus.
¶ In ꝯtra. eſt qꝛ nullus eſt ꝑfectus niſi ꝑ ca-
ritatem que eſt vinculũ ꝑfectiõis. ſed papa po
teſt ꝑdere caritatẽ cũ ſit purus viator nondũ
ꝯfirmatus in gratia ergo põt eſſe in ꝑfectiõis
ſtatu ⁊ tñ non eſt ꝑfectus. ¶ R. dicendum ꝙ
differt eſſe in ꝑfectionis ſtatu ⁊ eſſe ꝑfectum
quantũ ad preſens in tribus ¶ Primo qꝛ ꝑ
fectiõis ſtatũ facit voti ꝑpetua obligatione. ꝑ
fectũ vero facit voti impletio ⁊ executio.
¶ Scḋo qꝛ ad ꝑfectiõis ſtatũ facit tꝑalium
abdicatio ⁊ exercitatio eoꝝ que ſunt ſupero-
gationis opa. ꝑ hec. n. quis ꝯſtituit in perfe-
ctionis ſtatu Iuxta illud quod ſaluator dixit
Math. x. Si vis ꝑfectus eſſe. vade ⁊ vende
omnia que habes ⁊ da pauꝑib⁹ ⁊ veni ſeque-
re me. ꝑfectũ vero eſſentialiter facit ſolũ dei et
ꝓximi ſupexcedẽs dilectio. Nã ille ſcriba pla
nũ eſt ꝙ noluit ſequi xp̄m. Math. viij. Ma
giſter ſequar te quocũꝗ ieris. ꝑfectionem tamẽ
nõ meruit obtinere. qꝛ non ex dilectione ſ tem
poralis lucri acquiſitiõe xp̄m ſequi cupiebat.
vt Hiero. dicit ¶ Tertio qꝛ ꝑfectus quis põt
eſſe in omni vocatiõe in qua vocatus eſt. ſed
non in omni vocatione hõ põt eſſe in ꝑfectio
nis ſtatu. Contingit. n. aliquos in omni vo-
catiõi ꝑfectiõis opa facere ⁊ ſic ꝑfectio eſſe nõ
tñ vouentes ⁊ ſic non eſſe in ꝑfectionis ſtatu.
alios vero ꝯtingit totã vitã ſuã voto ſe obli-
gantes ad ꝑfectiõis opa ⁊ ſic eſſe in ꝑfectiõis
ſtatu. que ſi non implent que vouerũt cõſtat
eos ꝑfectos non eſſe. põt ergo papa ꝑfectus
non eſſe non obſtante ꝙ ipſe ſit in ſũmo ꝑfe-
ctionis ſtatu. ¶ Ad primũ ergo eſt dicendũ
ꝙ Bern. enumerat illa Eugenio pape. ad que
ipſe voto aſtringebat. cura eccleſie ſuſcepta. ⁊
que requirebant ad ꝑfectionis ſtatũ ad que
ipſe vocatus erat que ſi ipſe non implebat. ſic
erat in ꝑfectionis ſtatu ꝙ tñ non erat ꝑfectus.
¶ Ad ſcḋm eſt dicendũ ꝙ papa ſe facit ſeruũ
omniũ in his que ꝑtinent ad animaꝝ ſalutẽ
Dicit. n. Bern. ad Euge. Nũquid paulus ho
minibus inſeruiebat in acquiſitione turpis
queſtus. nũquid ad eũ de toto orbe ꝯfluebãt
ambitioſi: auari: ſymoniaci. ſacrilegi: ꝯcubi-
narij: inceſtuoſi. vt ipſius auctoritate aplica
vel obtinerent honores eccleſiaſticos vel reti-
nerent. planũ eſt autẽ ꝙ non fecit paulus ſe ſer
uum omniũ cui viuere xp̄s erat ⁊ mori lucrũ
vt plures lucri faceret xp̄o nõ vt lucra augeret
auaritie.
¶ Ad tertiũ eſt dicẽdũ. ꝙ apoſtoli poſtꝗ fue
runt in ꝑfectionis ſtatu a ꝑfectione deciderũt
qñ xp̄m negauerunt. quante. n. ꝑfectiõis fue-
rit Petrus aploſtoloꝝ caput cui⁹ papa ſuc-
ceſſor exiſtit ancilla hoſtiaria requiſita dicat:
vna enĩ mulieris voce pauiſſus dum mori ti-

muſt vitam negauit. Ut Gregorius dicit.
¶ Sed verum eſt ꝙ poſt receptionem ſpirit⁹ ſancti ſic fuerunt in perfectionis ſtatu ꝙ ſemꝑ fuerūt perfecti.

**A**d quartū ſic ꝓcedit. videtur.n.ꝙ in papa exterior apparatus diminuat de eius ꝑfectiōis ſtatu. Omne.n.illud in quo papa non ſuccedit petro diminuit de eius ꝑfectionis ſtatu. ſed in exteriori apparatu papa nō ſuccedit petro ſed magis Conſtantino. Dicit.n. Bern. ad Euge. Neſcitur petrus aliqñ ꝓceſſiſſe vel gēmis ornat⁹ vel ſericis nec tectus auro. nec vebit⁹ equo albo. nec ſtipatus militib⁹: nec circūſtrepitib⁹ ſept⁹ miniſtris. abſq; bis.n. ſatis credit poſſe implere ſalutare mādatū a xp̄o receptū. Si inqt amas me paſce oues meas. In talib⁹.n. Eugeni ſucceſſiſti nō petro ſ; cōſtan. ¶ P. papa ſicut chriſti officiū adminiſtrat ſic ei⁹ vite imitator eſſe debet. Sed de xp̄o ſcribitur Math.xx.ꝙ ingreſſus bieruſalē ſedit ſuꝑ aſinā. vbi di. Criſ. ꝙ nō ſedit in curru aureo ꝓcioſa purpura vulgens. nec aſcendit ſuꝑ feruidū equū diſcordie ⁊ litis amatorem ſed ſuꝑ aſinā trāquillitatis ⁊ pacis amicā ¶ P. ſcd̄m Hiero. illud verbū Math.xviij. Qui aūt ſcandaliſauerit vnū de puſillis iſtis qui in me credūt expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius. apoſtolis intelligitur eſſe dictū qui ſi in illo vicio ꝑmanſiſſent vt de dignitate dn̄andi ꝯtenderēt: poterant eos quos ad fidē vocabant ꝑ eorū ſcandalū ꝑdere dū apoſtolos vidiſſent inter ſe de bonore pugnare. Sed multi ſcādaliſantur de comitiua pape militū ⁊ armatoꝝ ⁊ curioſa paratura equoꝝ ⁊ veſtimentoꝝ ergo boc diminuit de eius ꝑfectiōis ſtatu. ¶ In ꝯtra. eſt quia papa ⁊ alij ep̄i vicē illoꝝ gerūt de qb⁹ dr̄ in pſal. Nimis bonorati ſunt amici tui de⁹ nimis ꝯfor. eſt prin. coꝝ. ¶ R. dicendū ꝙ ſicut omnis gloria filie regis puta ipſi⁹ eccleſie ſponſe xp̄i. eſt ab intus: ſic omnis gloria pape miniſtri xp̄i principalis ſponſi eccleſie ab int⁹ eſſe debet. Eſt aūt tūc gloria ab int⁹ ſ̄m Aug. qñ omne bonū qd̄ quiſq; xp̄i munere facit et de omni bonore ſibi impenſo in xp̄i gloriam refert. Pōt aūt papa exteriorē apparatū bonoris ⁊ magnificentie in xp̄i gloriā referre triplicter. ¶ Primo ꝓpter xp̄i ſacerdotij bonoris reuerentiā. ¶ Scd̄o ꝓpter populi ſubiecti obedientiā. ¶ Tertio ꝓpter maloꝝ reprimēdam maliciā. Planū eſt.n.ꝙ longe maioris dignitatis ⁊ excellētie eſt ſacerdotiū xp̄i ꝙ̄ fuerit ſacerdotiū leuiticū. cū bic nō carnes vituloꝝ ⁊ bircoꝝ ſed vera xp̄i caro imoletur ⁊ ſumatur. Quanta aūt exteriori paratura fuerit bonoratū ⁊ ornatū illud ſacerdotiū longus tractatus fit in exodo. ⁊ in alijs libris canonis ſacri. Scribitur.n. Sap.xviij.ꝙ in veſte poderis quā babebat Aaron totus erat orbis terrarum ⁊ parentū magnalia in quatuor gradib⁹ lapiduꝫ erant ſculpta. et magnificentia dei in dyademate capitis illius erat ſcripta. multo ergo magis dignū eſt xp̄i ſacerdotiū omni paratura bonoris ⁊ glorie adornari. ¶ Secūdo debet eius paratura ordinari ad populi ſubiectā obedientiā. Deſpectio.n. ꝓlatoꝝ in ſubditis qñq; parit ꝯtemptū ⁊ ideo decet xp̄i vicarium glorioſum in ꝯſpectu populi apparere. ne dum apud illos quos oportet eſſe ſubiectos ſi nimie deiectionis ſeruaret̄ būilitas regendi frangeret̄ auctoritas. ¶ Tertio ordinā da eſt talis paratura qñq; ꝓpter maloꝝ reprimendā maliciā. ne aliqui maliuoli attemptarent tyrannicā rabiē exercere in illum qui loco xp̄i poſitus eſt in malleū ⁊ tyrannorum flagellum. Semꝑ tn̄ in tali exteriori apparatu: temperātia ⁊ modeſtia eſt ſeruanda. ne in xp̄iano populo materia ſcandali inbuat̄ ⁊ ambitio ⁊ mūdi gloria querat̄. Dicit.n. Bern. ad Eug. ꝙ nullū venenū vel gladiū acutum tantū ſibi timebat quantū ambitionē ⁊ libidinē dn̄andi.
¶ Ad primū eſt dicendū ꝙ papa ſuccedit petro in exteriori apparatu quātū ad iuriſdictionem. Statim.n. receptis clauibus petrus loco chriſti verus ⁊ legitimus dn̄s fuit omnium tp̄alium ⁊ ſp̄ualium. Sed quantū ad actualē poſſeſſionē ⁊ adminiſtrationē verum eſt ꝙ in tali exteriori apparatu ſucceſſit Conſtantino. ita ꝙ illa q̄ Conſtātinus dei bn̄ficio recepit d̄ manu dn̄i bec ipſa tribuit ſilueſtro vicario ei⁹ modo quo dixit Dauid.i. Paralip.vlt. Tua ſunt dn̄e omnia. ⁊ que de manu tua accepim⁹ bec ipſa dedimus tibi.
¶ Ad ſcd̄m eſt dicendum ꝙ papa debet eſſe chriſti imitator in mētis bumilitate. ſic.n. chriſtus dixit: Math.xi. Diſcite a me quia mitis ſum ⁊ bumilis corde. Exteriorē tn̄ bonoris et reuerentie ꝓtātem in chriſti gloriā ipſe debet recipē ⁊ referre. vt quātū chriſtus in cruce fuit bumiliatus tantū ꝓpter crucē in eius vicario ſit bonoratus ⁊ exaltatus dicēdo ſemꝑ in mēte ſua cum ꝓpb̄a. Non nobis dn̄e nō nobis: ſ; nomini tuo da gloriā. Modeſtia tn̄ in ipa apparatura ⁊ equitatura eſt ſeruanda ꝓpter ſcandalū puſilloꝝ vitandū. Dicit.n. Chriſo. ſuꝑ Math.xxj. Mibi aūt videt̄ ꝙ nō ꝓpter miſteriū ſolū chriſtus ſuꝑ aſinā ſedit: ſed ⁊ mēſuram nobis ſapientie tribuens demōſtrauit ꝙ non ſuꝑ equos ferri neceſſe eſt. ſed ſufficit aſino. vt in eo quod neceſſitas eſt eſſe cōtentū.
¶ Ad tertiū eſt dicendū ꝙ ſi debita modeſtia ſeruet̄ in exteriori apparatu nō datur occaſio ſcandali. cū talia non impendant̄ bomini ſed chriſto cuius vicari⁹ exiſtit. ſūmo tn̄ opere ſtrepitus armatoꝝ vitandus eſt a papa. cū arma militie ſue non carnalia ſed ſp̄ualia eſſe debeant: niſi forte in caſu cū timerent̄ inſidie malignorum. fecit.n. Paulus act.xxiij. Cū equites ⁊ pedites armatos ſecum ire ꝑmiſit ne incideret manus illoꝝ qui deuouerant ſe nō mādicaturos ⁊ bibituros donec eū interficerent

**A**d.v. ſic ꝓceditur. videt̄.n.ꝙ in papa adminiſtratio tp̄alium diminuat de eius ꝑfectionis ſtatu. Nā ꝑfectio ſtatus ꝯſiſtit in dei ꝯtemplatiōe. Dicit.n. Bern. ad Euge. Contēplatio eſt que mētē purificat affectū regit: act⁹ dirigit: exceſſus corrigit mores cōponit: vitā boneſtat ⁊ ordinat: poſtremo diuinaꝝ pariter ⁊ bumanaꝝ ſciētiā ꝯfert. Sed tp̄alium adminiſtratio diſtrabit menteꝫ a ꝯtemplatione. ergo ſeparat papam a ſtatus perfectione.
¶ P. papa eſt ſucceſſor petri. ſed Petrus nō dimiſit pape tp̄alium adminiſtrationē. ſed ſolum eccl̄aꝝ ſollicitā gubernationē. Act.iij. argentū ⁊ aurū non eſt mibi: qd̄ aūt babeo tibi do. ergo talis adminiſtratio diminuit de perfectionis ſtatu.
¶ P. papa preeſt ꝯtemplatiuis ⁊ actiuis iuris de eccl̄a. qr ꝓeſt paſtoribus ⁊ ouibus religioſis aūt ⁊ clericis litteratis ⁊ laicis. ſed ꝑfectiori modo eis ꝓeſt ꝑ ꝯtemplationē ꝙ̄ ꝑ tēporalium adminiſtrationē. Dicit.n. Bern. ad Euge. Contemplatio ꝯfuſa diſcriminat: ſparſa colligit: ſecreta rimatur: vera inueſtigat: veriſimilia examinat: ficta ⁊ fucata explorat: q̄ agenda ſunt preordinat: acta recogitat: in ꝓſperis preſentit: aduerſa in aduerſis quaſi nō ſentit: nibilq; in correctū dimittit. ergo aſſiſtere in adminiſtratione tp̄alium diminuit de ꝑfectionis ſtatu.
¶ In ꝯtrariū eſt quia ſi adminiſtratio tp̄aliū diminuit de ꝑfectionis ſtatu tūc ꝓlati religioſoꝝ ⁊ alij officiales tp̄alia adminiſtrātes ⁊ ꝓcurantes caderent a ꝑfectionis ſtatu quod nō eſt dicendum.
¶ R. dicendū ꝙ exiſtentibus in ꝑfectiōis ſtatu ſollicitudo nō ꝓuidentia tp̄alium interdicitur. importat.n. ꝓuidentia tp̄alium ordinatam diſpenſationeꝫ. ſed ſollicitudo importat mentis diſtractionē que tribus modis poteſt fieri. Aut.n. talis ſollicitudo erga tp̄alia tāta eſt ꝙ tollit caritatis terminū ⁊ complementū. Aut talis eſt ꝙ tollit caritatis feruorē ⁊ augmentū. Aut talis eſt ꝙ tollit ꝓprie ꝯtemplationis ꝓ ſalute ꝓximoꝝ delectamentū.
¶ Primo modo ſollicitudo in tp̄aliū adminiſtratione eſt pcc̄m mortale. Si.n. ſic tp̄alia adminiſtrent̄ vt preponant̄ bonis ſp̄ualibus ⁊ ꝓfigurant̄ tanꝙ̄ finis. certū eſt ꝙ eſt peccatū mortale. Scd̄o mō eſt pcc̄m veniale. cū.n. appetitus ſenſitiu⁹ intent⁹ circa tp̄alia trabat appetitū intellectiuū ſicut ſpera mobil ſperā. nō pōt tp̄alium adminiſtratio fieri quin aliquo mō feruor caritatis inflāmantis voluntatem diminuat̄ vel remittat̄ ex quo tn̄ finis nō tollitur. ſed feruor tendendi in finē remittitur. veniale eſt non mortale. Sed tertio mō ſi quis tp̄alia adminiſtrat ꝓ ſalute ꝓximoꝝ vt tp̄alium adminiſtrationē ad bona ſp̄ualia ꝑducat. dato ꝙ ad tempus ſue ꝓprie ꝯtemplationis delectamentū ꝑdat̄ nō eſt tunc peccatum mortale nec veniale. Sed eſt ſūme ꝑfectionis ⁊ meritū ſalutare. Elegit.n. Paulus pbilip.ij. nō ſolū ꝯtemplatiōis ꝓñtis vite ymmo future beatitudinis delectamento ad temp⁹ carere ꝓ ſalute ꝓximoꝝ. Prima ergo ⁊ ſecūda ſollicitudo adminiſtratiōis tp̄alium in papa eſt deteſtanda. Sed tertia tāto magis in ipſo laudatur quāto ſupreme ꝑfectiōis gradus in ipſo eſſe dinoſcitur. ¶ Ad primū ergo eſt dicēdum ꝙ illa que Bern. enumerat ibi de ꝯtemplatiōe accipienda ſunt reſpectu finis. ille em̄ qui rectā exiſtimationē babet de fine diſponit ⁊ dirigit omnia in ordine ad ipſum. Un̄ pb̄i poſuerunt nullū ſpeculatiuū poſſe ꝑfici ⁊ felicitatē ꝯſequi non purgatū a paſſionibus ⁊ nō regulatū in agibilibus. qr īpoſſibile eſt vt dixerunt. nō entem bonū eſſe prudentē. cū prudentia ſit directa rō agibiliū in ordine ad finē ⁊ iſto modo tūc tp̄alia recte adminiſtrant̄ qñ ordinant̄ ad ꝯſecutionē finis. cū ſint quedam inſtrumenta virtuoſe agendi ⁊ ꝑueniendi ad finē. ¶ Ad.ij. eſt dicendū ꝙ papa ſucceſſit petro in adminiſtratione tp̄aliū nō ſolū ſp̄ualiū cū.n. precia agroꝝ ⁊ domoꝝ ponerentur ad pedes apl̄oꝝ erant illoꝝ diſpenſatoreſq; ñq; ꝑ ſe qñq; ꝑ yconomos quos elegerunt. qr chriſtus iudā yconomū babuit. Un̄ glo. exponēs illud v̄bum Act.iij. Argentū ⁊ aurum non eſt mibi. dicit verū eſſe petrū tunc ad mane non babuiſſe pecuniā quia nemo erat illius ꝓcepti. Nolite poſſidere aurū neq; argentū. babebat tn̄ pecuniā que ad pedes apl̄oꝝ ponebat̄ quā ſibi non recondebat ſed ad vſum pauperū reſeruabat: qui ſua patrimonia reliquerant.
¶ Ad tertiū eſt dicendū ꝙ Bern. non interdicit Eugenio temporaliū adminiſtrationē ſed inducit eū ꝓncipaliter ad cōtēplationē ꝑ quā poterat de fine ⁊ de bis que erant ad finē recte

diſponere.

Ad ſextū ſic ꝓcedit. videt̄. n. ꝙ in papa determinatio cauſarum diminuat de eius perfectiōis ſtatu. quia papa antiquoꝝ patrū veſtigia debet ſequi in ꝑfectionis ſtatu. Sed tempore quo barbari totam ytaliam inuaſerunt Greg. nō determinatiōe cauſaꝝ ſ3 expoſitione ſcripturaꝝ vacabat. tunc eñ obſcuriſſimā partē ezechielis diligenter ⁊ eleganter expoſuit. vt Bern. dicit ad Euge.

¶ P̄ illud diminuit de ꝑfectiōis ſtatu quod remouet a perfectiōis oꝑe. Dicit. n. Bern. ad Eugeniū: Denique qñ oramus: qñ docem⁹ populos: qñ edificam⁹ ecclesiā: qñ meditamur in lege dñi: quotidie perſtrepūt in palatio vertentes leges. Non lex dñi imaculata ꝯuertēs animas. ſed leges Juſtiniani que nō tam leges ſunt ꝙ̄ lites ⁊ cauillationes ſubuertentes iudiciū. Tu ergo paſtor ⁊ ep̄s animarū quamente ſuſtines corā te obſecro ſemper ſimile. illa garrire iſtas.

¶ P̄ quod impedit ordinē caritatis diminuit de perfectionis ſtatu. ſed inſiſtere determinationi cauſarum impedit ordinē caritatis. Dicit. n. Bern. ad Euge. Si ſapientib⁹ ⁊ inſipientib⁹ debitor es ⁊ ſoli negas te tibi recte nō agis. quia maledictus eſt qui ꝑtem ſuam deteriorem facit. Nā ſtultus ⁊ ſapiens ſeruus et liber: diues ⁊ pauper: vir ⁊ femina: ſenes ⁊ iuuenes: clericus ⁊ laicus: iuſtus ⁊ impius. oēs participant te ⁊ bibunt de fonte publico pectoris tui ⁊ tu ſtas ſeorſum ſitiens.

¶ In contrariū eſt quia papa lupos ſuſcepit domādos: Oues vero paſcendas nō opprimendas. Ut dicit glo. Job. x. quod non pōt fieri ſine diſcuſſione cauſaꝝ.

¶ R̄ dicendū ꝙ cauſarum queſtiones. Quedā ſunt garrule ⁊ litigioſe. Quedā vero difficiles ⁊ ſcrupuloſe. Quedam aūt quiete ⁊ fructuoſe.

¶ Prime ab audientia pape omnino ſunt remouende. Dicit. n. Bern. ad Eugeni. Miror nanque quemadmodū religioſe aures tue ſuſtinent diſputatiōes aduocatoꝝ ⁊ pugnas verborum que magis ad ſubuerſionē ꝙ̄ ad inuētionem perficiunt veritatis. Corrige prauum morem ⁊ preſcinde linguas vaniloquas ⁊ labia doloſa claude. Secunde vero cauſe in audientia pape ſunt diligenter examinande et diſcuciēde modo quo ille ſanctus moyſes fecit. Exo. xviij. ꝙ ad ſuggeſtionē Jetro cognati ſui minora ſenioribus populi cōmiſit determinanda. maiora vero ⁊ difficiliora ſue audientie diſcentienda reſeruauit. Sed tertie per ipſum papā abſque ſtrepitu iudicij breuiter et ſūmarie ſunt determinande. ⁊ hunc modū ſeruare in determinate cauſaꝝ non diminuit in papa perfectionis ſtatum ymmo auget.

¶ Ad primū ergo eſt dicendū ꝙ Bern. ſoluit ibi hoc argumentū dicens ꝙ inoleuit mos: dies alij ſunt ⁊ alij hominū mores. ⁊ tempora periculoſa nunc inſtant quia calumniatores multi. defenſor rarus. vbique potentiores opprimūt pauperes. ideo papa nō poteſt deeſſe oppreſſis nec negare iudiciū iniuriā patientibus. ⁊ planū eſt ꝙ niſi agitentur cauſe ⁊ audientur partes inter ipſas iudicari nō poteſt. ⁊ ꝙ̄uis hanc ſolutionem Bern. non approbet. ſolutio tñ eſt bona.

¶ Ad ſcd̄m eſt dicēdū ꝙ ꝓcul dubio queſtiones que poſſunt terminari ꝑ legem diuinaꝫ ⁊ ſacros canones ad leges recurrendū non eſt. Sunt. n. per eccleſiaſticos viros qñque in aditorū leges aſſumende: non principaliter tractande potiſſime in audientia vicarij chriſti magis leges euangelioꝝ ꝙ̄ imperatorum debent ſonare.

¶ Ad tertiū eſt dicendū ꝙ ꝓpter determinationem cauſaꝝ papa non debet ſeipſum relinquere in ſpūalibus ⁊ corporalib⁹ maxime qñ in determinatione cauſaꝝ nō ſubeſt cauſa fidei. ⁊ qñ non caritas ſed magis cupiditas eſt in cauſa. quod plerū contingit. Dicit. n. Bern. ad Euge. Queſo te quale eſt iſtud de mane vſque ad veſperā litigare aut litigantes audire ⁊ vtinam ſufficeret diei malicia ſua: non ſunt libere noctes. vix relinquitur neceſſitati nature ꝙ corporis pauſatiōi ſufficiat. ⁊ rurſū ad iurgia ſurgit. ⁊ dies diei eructant lites ⁊ nox nocti indicat maliciam.

Ad ſeptimū ſic ꝓceditur. videt̄. n. ꝙ in papa habere dominiū ⁊ vſum reruꝫ diminuat de ei⁹ ꝑfectionis ſtatu. Habere nanque dominiū rerū: eſt habere ꝓprium. Sed clericus interdicitur habere proprium. xij. q. i. c. duo ſunt. Cum igit̄ papa ſicut patet clericoꝝ non poterit ſimul cū ꝑfectiōis ſtatu rerum dominium habere.

¶ Preterea petro ⁊ alijs ap̄lis preceptuꝫ eſt Math. x. Nolite poſſidere aurū neque argentū Sed papa eſt ſucceſſor petri. ergo ſibi rerū dominium intelligitur eſſe interdictum.

¶ Preterea quod eſt ꝑfectiōis ſtatus in alijs debet eſſe in papa. Sed abdicatio tempaliū eſt perfectionis ſtatus in religioſis. ergo ſimiliter in papa. ¶ In contrariū eſt quia dominus rerum eccleſiaſticaꝝ xp̄iſt⁹ eſt. xij. q. ii. c. qui abſtulit. Sed papa xp̄iſti vicarius eſt ergo abſque detrimento ꝑfectionis ſui ſtatus habet rerum dominium ⁊ vſum

¶ R̄. dicendum quod planuꝫ eſt papam vice chriſti dominiuꝫ ⁊ vſum rerum habere non ſolum clericoruꝫ ymmo omniū laicorum. Eſt eñ ipſe chriſtus dñs eccleſie ⁊ omniuꝫ illorū quib⁹ eccleſia plena eſt. Sicut dicit glo. ſuper illo verbo pſal. Domini eſt terra ⁊ plenitudo: Sed papa tales ominium habeat ſimul cū ꝑfectionis ſtatu aliquid requirit̄ ex parte dominij ⁊ aliquid ex parte vſus.

¶ Ex parte quidē dominij requiritur vt ꝙ̄uis in operatione ⁊ iuriſdictione reꝝ dominium teneat ſemper tñ in animi p̄paratione paratus ſit carere ꝓ ſalute ꝓximorū non ſolum tp̄alia ymmo corp⁹ ꝓpriū paratus ſit exponere ⁊ cōterere ꝓ ſuis ouibus cū fuerit oportunum. Hec eſt. n. regula omniū eorū que ſunt ſupererogationis ⁊ ꝑfectionis opera ſcd̄z Aug. vt ꝙ̄uis ꝑfecti viri nō ſemꝑ ipſa teneat in actuali operatiōe. ſemꝑ tñ ipſa habere debent in animi preparatione. Cū. n. chriſtus dixit Math. v. Si quis ꝑcuſſerit te in vnā maxillā ꝑbe ei ⁊ alterā. ⁊ qui vult tecum in iudicio ꝯtendere et tunicā tollere dimitte ei et palliū. ⁊ quicūque te angariauerit mille paſſus vade cum eo alia duo. Planū eſt ꝙ perfecti viri in quoꝝ ꝑſona iſta dixit non ſemꝑ opere impleuerunt. Nō. n. chriſtus paſſus in vna maxilla ꝑcutienti prebuit alterā. ſed dixit. Si male locutus ſum teſtimoniū ꝑhibe de malo. ſi aūt bene cur me cedis: nec paulus cū ꝑcuteretur maxillā p̄buit. ſed dixit Act. xxiij. ꝑcutiet te de⁹. ⁊c. Sed ſemꝑ ꝑfecti viri huius ſuꝑerogationis oꝑa habuerunt in animi p̄paratione. cum. n. fuit oportunum non ſolum in maxilla ymmo in toto corpore chriſtus paratus fuit crucifigi. ⁊ paulus capite truncari. Sic papa dominiū rerū habere pōt in actuali oꝑatione ſimul cū ꝑfectionis ſtatu de modo ſemꝑ ipſarū carentiā teneat in animi preparatione.

¶ Ex parte vero vſus requirit̄ diſpenſatio nō ꝓprij lucrifactio in reb⁹. n. tempalibus vſus eſt bonus: abuſio mala. ſollicitudo peior. queſtus turpior. Ut dicit Bern. ad Eugenium.

¶ Ad primū ergo eſt dicendū. ꝙ habere rerū ꝓprietatem ⁊ dominiū non in ꝓpriū lucrum ſed in aliorū vtilitatis ſubſidiū: non derogat ꝑfectionis ſtatui. Sicut. n. papa non pōt negare ſe vicem chriſti nō tenere ſic nō poteſt negare ſe rerum dominium non habere.

¶ Ad ſcd̄m eſt dicendū ꝙ preceptū fuit ap̄lis vt nihil in via portarent ꝓpter ſollicitudineꝫ remouendā non ꝓpter dominiū et iuriſdictionem auferendā licitū erat eis ſumptum recipere ab illis quibus p̄dicabant maxime tale p̄ceptum datum eſt cū miſſi ſunt ad predicanduꝫ iudeis: apud quos ꝯſuetum erat vt doctores viuerent de ſtipendijs eorū quos docebant.

¶ Ad tertiū eſt dicēdū ꝙ illud quod facit ad ꝑfectiōis ſtatū eſſentialiter in alijs: facit in papa. ſicut eſt caritas. quod vero facit inſtrumentaliter: ſicut eſt abdicatio temporaliū: quod eſt via ꝑueniendi ad ꝑfectionis ſtatū. non requiritur ꝙ ſit in papa qui non eſt in ſtatu ꝑficiendorū ſed iā ꝑfectorū. Unde chriſtus cū Petro oues paſcendas cōmiſit: non exegit ab eo paupertatem: ſed caritateꝫ. dicens Joh. vl. Si diligis me paſce oues meas.

Ad octauū ſic ꝓcedit̄. videtur. n. ꝙ papa non poſſit omnis ꝑfectiōis ſtatū mutare. Stat⁹. n. ꝑfectiōis eſt de his que ſunt ſuperogationis oꝑa. Si ergo papa mutaret omnē ꝑfectionis ſtatū religioſorum ⁊ aliorū nulli remanerent qui opera ſuperogationis implerent.

¶ Preterea quod ſemel deo ꝯſecratū eſt: amplius in alios vſus commutari non poteſt. Sicut ſcribit̄ Leui. vl. Sed ſtatus ꝑfectio acquiritur cū quadā ꝯſecratiōe ſicut patet de ſtatu ep̄orum ⁊ religioſorum. ergo ſic deo ſacrata nunꝙ̄ in aliū vſum mutare poterunt.

¶ Preterea ſcribit̄ eccl. xxvj. Omnis ponderatio non eſt digna ꝯtinentis anime. Status ergo ꝑfectio acquiſita ꝑ votū ꝯtinentie nō poterit ex quacunque cauſa mutari.

¶ In contrariū eſt. quia tranſlatio ſacerdotis fit tranſlatio legis. Ut dicit ap̄lus ad Hebre vij. Mutato ergo ſolēni ꝑ cuius obligationē ſtatus ꝑfectio acquirunt̄. mutatur ſtatus ꝑfectio. pōt aūt papa in omni voto ſolēni diſpēſare ergo pōt omneꝫ ꝑfectionis ſtatū mutare.

¶ R̄. dicendū ꝙ ſicut dictū eſt ſupra: ſtatus ꝑfectio requiritur cū ſolennitate voti. Sicut dicit glo. Aug. ſuꝑ illo pſal. Uouete ⁊ reddite dño deo veſtro. Jlle ergo pōt oēm ꝑfectiōis ſtatū mutare qui pōt in omni voto ſolenni diſpenſare. Planū eſt aūt ꝙ oēs qui ſunt in corpore miſtico eccl̄e: cōꝑantur ad papā ſicut filij ad patrē. ⁊ ad patrē quidē nō corpoꝝ tñ ymmo animaꝝ. Nā filij tenentur parentib⁹ carnalib⁹ in his que ſunt corpoꝝ: qr patres ſunt corpoꝝ nō animarū Sed pape tenent̄ omēs chriſti fideles parere in his que ſunt corporū et animarū. Sicut dicit glo. ſuꝑ illo v̄bo apoſtoli Hebre. xij. Si patris quidē carnis noſtre habuim⁹ eruditores ⁊ reuerebamur eos nōne multo magis obtemꝑabimus patri ſpirituū ⁊ viuemus. Conſtat aūt ꝙ patres vota filioꝝ exiſtentiū ſub eoꝝ poteſtate mutare poterant.

Sicut patet Nume. xx. ergo multo magis papa vota omniũ fideliũ de eccleſia cuius curã ſuſcepit mutare põt. ⁊ ꝑ ꝯſequens poteſt caſu neceſſario ſuperueniente mutare omnem perfectionis ſtatum.

¶ Ad primũ ergo eſt dicendũ ꝙ in ſimili Hieronỹ. ſoluit argumentũ ꝯtra vigilantium. Si enĩ omnes virginitatẽ ſeruarent nuptie nõ eſſent ⁊ ſic interiret genus humanũ. Rara enim eſt virtus vt dicit Hiero. nec a pluribus appetitur. talis .n. timor. vt ait. ſtultus eſſet ac ſi aliquis timeret haurire aquã ne flumen deficeret. Conſimili caſu ille in quo papa de monacho faceret non monachũ in paucioribus euenit. ⁊ talis timor ne deficerent illi qui implerent opa ſuperogationis ſtultus eſſet. quia potens eſt deus de lapidibus ſuſcitare ſibi filios abrahe.

¶ Ad ſcḋm eſt dicendũ. ꝙ ſtatus ꝑfectio acquiritur quãq3 cum duplici ꝯſecratione. puta cũ ſacri ordinis ſuſceptiõe ⁊ iſta ſemꝑ manet. quia ſacerdos ſemꝑ manet ſacerdos. ⁊ eps̄ ſemper manet epiſcopus. Et ſcḋo cũ voti ꝑpetui obligatione. ⁊ quia votũ eſt ꝓmiſſio voluntaria facta deo. papa qui dei vicarius eſt tali ꝓmiſſione põt vti in obſequiũ dei in caſu neceſſario, vbi videt voluntati eccleſie expedire.

¶ Ad tertiũ eſt dicendum ꝙ ꝯtinentia ad ꝑfectionis ſtatũ facit tanq̄ corporalis exercitatio in qua corporali exercitatione nulla eſt ponderatior ⁊ dignior ipſa reſpectu tamẽ caritatis ⁊ obedientie ad modicũ vtilis eſt. longe enĩ eſt maioris meriti impletio voti obediẽtie q̄ paupertatis vel caſtitatis.

## ¶ Queſtio. CII. quõ ſtatus perfcõis repreſentatur in cardinalibus

Deinde conſiderandũ eſt quomodo ſtatus perfectio repreſentatur in cardinalibus.

Circa quod queruntur quinq3.

¶ Primo vtrũ cardinales repreſentent ſtatũ ꝑficientiũ vel perfectoꝝ.

¶ Secundo vtrũ cardinales in ꝑfectiõis ſtatu preferendi ſint epis.

¶ Tertio vtrum abdicatio tpaliũ magis requiratur ad ꝑfectionis ſtatum cardinalium q̄ epiſcoporum.

¶ Quarto vtrũ deroget ꝑfectionis ſtatui cardinaliũ vt omnes de vna patria ſint electi.

¶ Quinto vtrũ legatio in cardinalibus ſpectet ad eoꝝ ꝑfectionis ſtatum.

Ad primũ ſic ꝓceditur. videtur enĩ ꝙ cardinales repreſentent ſtatũ ꝑficientium non perfectoꝝ. Nam cardinales repſentant ſtatum apl̄oꝝ. vt chriſto principaliter alias preſentialiter aſtiterũt. Sed apl̄i principaliter aſtiterunt vt ꝑficiendi. non vt iã ꝑfecti. ꝑficiendoꝝ ergo non perfectoꝝ cardinales ſtatum repreſentant.

¶ Preterea vocatio cardinaliũ ſimilis debet eſſe vocationi apl̄oꝝ. Sed aplus. i. Corin. loquens de vocatione apoſtoloꝝ dicit. Videte vocationẽ vr̃am fratres quia non multi ſapiẽtes nõ multi potentes ſed que ſtulta ſint mũdi elegit deus vt ꝯfundat ſapiẽtes ⁊ infirma mundi elegit vt confundat fortia. ergo contẽptibiles ⁊ neſcientes debent ad cardinalium ſtatũ elegi ſed tales ſunt ꝑficiendi non ꝑfecti.

¶ Preterea ꝑfectoꝝ ſtatus eſt ꝑ ꝑfectã caritatem. ſed perfectã caritatẽ quis habet cũ paratus eſt ꝓ chriſto animã ſuã ponere quod apoſtoli nõ fecerunt chriſto aſſiſtentes ergo cardinales ſtatum aſſiſtentiũ repreſentantes nõ repreſentant ſtatũ perfectoꝝ ſed ꝑficiendorum.

¶ In ꝯtrarium eſt glo. ſuper illo verbo pſal. Conſtitues eos principes ſuꝑ omnẽ terram: que dicit apl̄os ꝯſtitutos eſſe principes non in vno loco vel in vna ciuitate ſed ſuꝑ terram quod de epis intelligi non põt qui habent determinatas dyoceſes. principes autẽ eccleſie non ꝑficiendoꝝ ſed ꝑfectoꝝ ſtatũ repſentant.

¶ R. dicendũ ꝙ Bern. in li. de ꝯſideratione ad Eugeniũ dicẽs. Hoc tibi ꝑſuade eos qui admittendi ſunt ad tuũ ꝯſilium difficile in curia poſſe ꝓbari. ⁊ ideo ſi fieri põt viros ꝓbatos oportet eligi non ꝓbandos. Nos enĩ3 in monaſterijs omnes recepimus ſpe meliorãdi ſed curia bonos facilius ꝯſueuit recipe q̄ facere. Nã plures in curia defeciſſe bonos q̄ malos ꝓfeciſſe ꝓbauim⁹ itaq3 nõ volẽtes nec currentes aſſumito ſed cunctantes ⁊ renuentes coge. ⁊ illos compelle intrare ⁊ cũ illis requieſcat ſpiritus tuus qui non ſint attrite frontis, ſed verecundi. non manus attendant ſed neceſſitates qui ſtent viriliter ꝓ. afflictis ⁊ iudicent equitatẽ ꝓ manſuetis terre qui ſunt compoſiti ad mores. cõprobati ad ſanctimoniaꝫ. parati ad obedientiam. ſubiecti ad diſciplinã rigidi ad cenſuraꝫ. catholici ad fidem. fideles ad diſpenſationem. concordes ad pacem. qui ſint in iudicio recti. in conſilio ꝓuidi. in iubẽdo diſcreti, in loquẽdo modeſti, in aduerſitate ſecuri: in proſperitate deuoti: in hoſpitalio nõ diſſoluti; in conuiuio non effuſi: in omnibus circumſpecti. iſta autem omnia conueniunt ꝑfectis ⁊ non perficiendis. ideo dicendum eſt ꝙ cardinales ſtatum non perficiendorum ſed perfectorum repñtant.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ apoſtoli xp̄o preſentialiter aſſiſtẽtes fuerunt perfecti ⁊ perficiendi. perficiendi quidem reſpectu perfectionis patrie: vel reſpectu perfectionis quaꝫ ipſimet apoſtoli habuerunt poſt receptioneꝫ ſpiritus ſancti. ſed ꝑfecti reſpectu turbe ⁊ aliorum perficiendorum per eos. Dicit. n. Criſo. Math. xiij. ꝙ ideo xp̄s fragmenta dedit diſcipulis ⁊ non turbis quia adhuc imperfectius diſpoſiti erant q̄ apoſtoli. per quos perfici debebant.

¶ Ad. ij. eſt dicendum ꝙ argumentuꝫ arguit contrarium quanto enim aliqui ſunt magis contemptibiles ⁊ magis deſpecti in mundo ⁊ in vita temporali tãto perfectiores ⁊ digniores ſunt in conſpectu dei ⁊ in ſpirituali vita. Unde xp̄s adoleſcenti volenti perfectiõis ſtatum acquirere indixit Math. xix. vt mundo ⁊ de his que erant in mundo renunciaret.

¶ Ad. iij. eſt dicendum. ꝙ apoſtoli xp̄o aſtiterunt ante paſſionem ⁊ poſt paſſionem. Et ãn paſſionem caritatem quidem perfectam habuerunt in animi preparatione. Ante enĩ dixit petrus: Si oportuerit me mori tecum non te negabo. non enim caritas perfectorũ intelligitur eſſe ꝑfecta vt non poſſit amitti. nõ enĩ3 tunc eſſet caritas viatorum ſed comprehenſorum. Sufficit enim ſic eſſe perfectum vt in animi preparatione habeatur pro chriſto animaꝫ ponere. Poſt paſſionem vero apl̄i non ſolum in animi preparatione ymmo in operis executione hanc perfectionem caritatis habuerunt.

Ad ſecũdum ſic proceditur videtur enĩ ꝙ cardinales i perfectionis ſtatu epiſcopis nõ ſunt preferendi. Dicit enim bern. ad eugenium hoc vnum dico ridiculum eſſe ꝙ veſtri dyaconi noſtri preſbiteris ſe autẽferre conanť. nõ hoc ratio habet. non antiq̃tas habuit nec hoc cõſentit auctoritas. ⁊ ſubdit rationem q̃m ipſi dyaconi cardinales aſſignant Nos ſumus inquiunt qui in omni celebritate domino pape coniunctiores aſſiſtimus ſedente ipſe propriores aſſedimus. procedẽte poſteriores ꝓcedamus hoc totum vt dicit bern. nõ eſt dignitatis priuilegium ſed ſedulitatis debitum. Si ergo cardinales non debent preponi preſbiteris multo fortius nec epiſcopis.

¶ P. inter cardinales multi ſunt diaconi. Sꝫ ſcribitur auctoritatẽ. hiero. xiiij. di. c. legimus ĩ iſa. ꝙ dyaconi preſbiteris ⁊ epis nullo modo preponantur. P. illi ſunt preferendi in perfectionis ſtatu quos chriſtus pretulit ⁊ honorauit Sed ſcribitur auctoritate cypriani. di. ſupradicta. dominus iheſus chriſtus rex ⁊ iudex vſq3 ad paſſionis diem ſeruauit honorem pontificibus ⁊ ſacerdotibus q̄uis illi nec timorem dei nec agnitionem chriſti ſeruaſſent.

¶ In contrarium eſt quia angeli aſſiſtẽtes p̄feruntur miſſis in celeſti ierarchia ergo ſimiliter in eccleſiaſtica ierarchia cardinales repreſentãtes ſtatum aſſiſtentium in perfectionis ſtatu p̄ferendi ſunt epiſcopis repreſentantibus ſtatũ miſſorum.

¶ R. dicendum ꝙ cardinales preferãdos eſſe epiſcopis in perfectionis ſtatu tripliciter poteſt intelligi.

¶ Primo vt preferantur eis in ordinis poteſtate

¶ Secũdo in loci dignitate.

¶ Tertio in ꝑfectiori caritate.

¶ Primo modo planum eſt ꝙ dyaconi cardinales nec dum epiſcopis ymmo quibuſcumq3 preſbiteris non preferuntur. quia poteſtas epiſcopalis ſuperior eſt ſacerdotali. ⁊ ſacerdotalis ſuperior eſt ad dyaconum. vnde dyaconi cardinales ad preſbiterium ⁊ epiſcopatum aſſumũť tanq̄ ad ſuperiorem ⁊ perfectioreꝫ ordinis poteſtatem.

¶ Secundo vero modo ſicut romana fides ẽ prior ⁊ dignior omni alia ⁊ eſt omniũ domina ⁊ magiſtra ſic congruum eſt vt clerici illius ſedis quadã ſingulari dignitate pre ceteris aliis fulgeant ita vt cardinales romane eccleſie omnibus aliis prelatis preferantur honoris dignitate.

¶ Sed tertio modo habent ſe ſecundũ excedẽtia ⁊ exceſſa quia in dilectione dei perfectiorem caritatem tenentur habere cardinales q̄ epiſcopi in dilectione vero ꝓximi maiorẽ caritatẽ epi q̄ cardinales ſtatũ apl̄oꝝ repñtant. n. cardiales xp̄o aſſiſtentium ⁊ eius ꝯtemplationi vacantium vnde ſicut ſeraphi ardentes interpretatur qui aſſiſtentes deo eius caritate ſunt accẽſi ſic cardinales ſtatũ aſſiſtentium repreſentantes ardentes in dei caritate eſſe debent epiſcopi vero qui ſtatum apoſtolorum repreſentant vt miſſi per vniuerſum orbem curam animarũ ſuſcipientes in perfecta caritate ꝓximi cunctos alios excedere debent verum quia dilectio dei ad cuius perfectionem principaliter ordinatur ſtatus cardinaliũ p̄eminet dilectioni proximi ad cuius ꝑfectionẽ principaliter ordinatur

ſtatus epiſcoporum ideo ſimpliciter in perfectiori caritate. cardinales epiſcopis pferendi ſūt.

¶ Ad primū ergo eſt dicendum ꝙ ſi bern. loquitur de dyaconibus cardinalibus reſpectu preſbyterorum ⁊ epiſcoporum cardinaliū. verum eſt ꝙ eis preferri non debent. Si vero loquitur de alijs epiſcopis ⁊ preſbiteris. In ordinis quidem poteſtate eis non preferuntur ſ; in locis vel honoris dignitate preferuntur eis propter ſingularitatem illius ſedis ſicut dictum eſt.

¶ Ad ſecundū ⁊ tertiū eſt dicendum ꝙ decreta illorum doctorum intelliguntur cōmuniter de prelatis aliarum eccleſiarum in quibus verū eſt ꝙ dyaconi preſbiteris ⁊ pontificibus non ſunt preponendi niſi forte quando dyaconi locum proprij epiſcopi ⁊ proprij patriarche tenerent: nec dyaconi cardinales preferuntur epiſcopis ⁊ preſbiteris in quantū dyaconi ſed in quantū cardinales per dignitatem ſtatus quē repreſentant vnde dignitas illius ſedis nō eſt trahenda ad conſequentiā aliarū eccleſiarum.

Ad tertium ſic proceditur. videtur enī ꝙ abdicatio temporalium non magis requiratur ad perfectionis ſtatum cardinaliū ꝙ̄ epiſcoporum laudatur enim temporalium abdicatio in religioſis ⁊ in illis qui volunt perfici in iam perfectis. vnde abrahe cui dictū eſt Gen. xvij. Ambula coram me ⁊ eſto perfectus. diues fuit ⁊ non pauper. ſed cardinales vt dictū eſt ſupra repreſentant ſtatum perfectorum non perficiendorum. nō ergo requiritur in eis tpalium abdicatio.

¶ P. cardinales preferendi ſunt epiſcopis in honoris reuerentia. vt dictum eſt ſupra. ergo eodem modo in temporalium abundantia ⁊ diuitiarum opulentia. que ſunt quedam inſtrumenta exhibitionis reuerentie ⁊ honoris.

¶ P. quanto miniſterium aliquorum eſt magis honorabile tanto eſt magis neceſſaria tēporalium abundantia. ſed miniſterium cardinalium eſt magis honorabile ꝙ̄ epiſcoporū cum aſſiſtant vicario ieſu xpi non ergo in eis requiritur tpalium abdicatio.

¶ In contrariū eſt quia in apl'is vt xpo principaliter aſtiterunt omnimoda fuit abdicatio temporaliū magis ꝙ̄ fuerit in eis vt poſtmodum miſſi in mundum vniuerſum predicare. ergo in cardinalibus qui ſtatum aſſiſtentiū repreſentant maior abdicatio temporaliū eſſe debet ꝙ̄ in epiſcopis.

¶ R. dicendum ꝙ cardinales in gradu eccleſie cui aſſiſtunt habēt primitatē. Eſt.n. romana eccleſia prima ſedes omniū eccliaꝝ. In ſtatu vero quem repñtant requirunt ardentē caritatem. repñtant.n. ſtatum perfectorū aſſiſtentiū. In officio vero quod miniſtrant requirunt iuſtitie equitatem. Sunt.n. ad tale officium vocati vt ſunt pape coadiutores ⁊ cōſiliarij ⁊ iudices orbis terre. omnib⁹ iſtis modis maior abdicatio tpalium requiritur in eis ad eorū pfectionis ſtatū ꝙ̄ in epiſcopis ⁊ quibuſcūꝙ alijs prelatis. ſi.n. prima radix malorū eſt cupiditas in prīa ſede que debet eſſe radix omnium bonorum primo eſt extirpanda ⁊ euellenda. Sicut.n. omne bonū egredit a romana ſede ſic ⁊ omne malum ꝓgreditur ab illa efficienter ⁊ exemplariter. Vt dicit Criſo. ſup Math. Si vero ardentē caritatem requirit ratione ſtatus quem repñtant. quia aſſiſtētes inter quos ſeraphin ponunt cui dicuntur ardentes. Cupiditas que dicente Aug. eſt venenum caritatis ⁊ toto ab eis eſt remouenda ⁊ iuſtitie equitatem tenent ſeruare ratiōe officij ad quod ſunt vocati cupiditatem tenentur deteſtari ꝑ quam contingit eos eſſe iuſtitie ꝑuerſores. ꝑ ſolam.n. cupiditatē ipſi ſub eſſe non ſuſtinent. preeſſe non noſcunt: ſuꝑiori eſſiciuntur infideles: inferioribus importabiles: inuerecundi efficiuntur ad petendum. ad negandum frontoſi: importuni vt accipiant: inquieti donec accipiant: ingrati poſtꝙ̄ acceperunt: docent linguam ſuā grandia loqui cū operent exigua: fiunt largiſſimi ꝓmiſſores: ⁊ parciſſimi exhibitores: blandiſſimi adulatores: ⁊ mordaciſſimi detractores: ſimpliciſſimi diſſimulatores. ⁊ maligniſſimi proditores vt dicit Bern. ad Euge. tanto ergo magis cardinalibus abdicatio temporaliū eſt neceſſaria quanto ipſorū tpaliū cupiditas ex quo mala ſupradicta ſequuntur magis repugnat eorum perfectionis ſtatui.

¶ Ad primū eſt dicendū ꝙ non ſic requiritur abdicatio tpalium in iam pfectis ſicut volentibus perfici ꝙ in iā pfectis non exiſtat alias in dño noſtro ieſu xpo qui fuit omniū pfectorum caput non fuiſſet tpalium abdicatio exēplariter demonſtrata. ſed ꝓ tāto dicitur requiri in volentib⁹ pfici magis ꝙ̄ in pfectis. quia abundantia tpalium non ſic eſt timenda perfectis ſicut pficiendis. vnde in abrahā ſimul cū pfectione erat tpalium opulentia.

¶ Ad. ij. eſt dicendū ꝙ tpalia ſunt inſtrumēta honoris ⁊ reuerentie. vtēdo eis ad virtuoſe agendum ⁊ ſupererogationis opera. nō aūt ad cupiditatis auaritiam. Vñ pħs dicit. v. Ethi. ꝙ homines neſciunt orare. nam orant vt diuitias habere poſſint. deberent aūt orare ſicut ait: vt eis bene vti valerent.

¶ Ad. iij. eſt dicendum ꝙ pauca tpalia requiruntur ad executionem ipſorū miniſterij ſicut virtuoſis pauca ſufficiunt. magnis aūt in cumulationibus tpalium eorum miniſteriū vituperet. non.n. dixit apoſtolus. ij. Corint. vi. Exhibeatis vos dei miniſtros in caſtris edificandis: in conſanguineis ditandis: in bonis tpalibus cumulandis: ſed in tribulatiōibus ⁊ neceſſitatibus: in anguſtijs: in ſcientia: in caritate: in verbo veritatis: veſtiti ꝑ arma iuſtitie. a dextris ⁊ ſiniſtris.

Ad quartū ſic ꝓceditur. videt.n. ꝙ nō deroget pfectioni ſtatui cardinalium vt oēs de vna patria ſint electi. Non eſt pfectior vocatio cardinaliū ꝙ̄ apoſtolorū Sed apoſtoli omnes fuerunt vocati de vna patria. quia omnes de iudea electi ſunt.

¶ P. ſicut aliqua patria videt eſſe excluſa vt de illa non vocetur aliquis ad cardinalatum ſicut alemania. ſic aliqua poteſt eſſe incluſa vt ſolum de illa eligatur.

¶ P. cardinales aſſumuntur vt ſint coadiutores pape. Si de ꝓpria aſſumuntur tanꝙ̄ ſibi notiores ⁊ fideliores.

¶ In contrarium eſt quia omnis acceptio ꝑſonarum derogat pfectionis ſtatui. ſed ſine ꝑſonarum acceptione fieri non poteſt vt cardinales omnes de vna patria aſſumantur: qui de toto orbe ſunt eligendi.

¶ R. dicendū ꝙ papa pōt ſibi aſſumere cardinales in ſuum adiutorium ⁊ conſiliū vnde vult ⁊ quos vult ⁊ quales vult. vnde ſibi imputantur ad meritū vel demeritū ſi boni ſint vel mali: iuuenes vel ſenes: docti vel indocti: Nam ſi boni ſunt ⁊ ſapientes accreſcet ei⁹ meritum. quia multitudo ſapientum ſanitas eſt orbis terrarum. ¶ Si vero mali ſunt ⁊ irraſabiles in his que ſunt de eius meritum decreſcit. quia modicum fructum poteſt afferre ſolius pape iuſtitia qñ ſententia preualet multorum aliter affectorum. verum tñ de congruo Bern. aſſignat tres rationes in libro de conſideratione ad Euge. ꝙ non de vna patria ſed de toto orbe terrarū cardinales eligendi ſunt

¶ Primat ꝓpter iuſtitiam ſeruandā quilibet enī melius cognoſcit conditiones ſue patrie ꝙ̄ alius. ⁊ quia vnuſquiſꝙ bene iudicat de his que nouit ⁊ ſuoꝝ eſt bonus iudex. i. ethi. Ideo dicit an non eligendi ſunt de toto orbe orbem iudicaturi.

¶ Secunda ꝓpter carnalem affectionem remouendam. ſi.n. de vna patria omnes eligantur: nō opinatur nec creditur ꝙ aliter fiat niſi vel precum interuentione: vel carnis ⁊ ſanguinis affectione ex quo vt dicit ſequitur ſcandalum non ſolum puſillorum ymmo maiorum de eccleſia.

¶ Tertia propter vnitatem populo xpiano nutriendam. Contemptus.n. eſt cauſa diuiſionis ⁊ ſciſmatis in eccleſia. Principale enī motiuum ſciſmatis grecorum fuit eorum contēpt⁹ ꝙ ad honores eccleſiaſticos nō aſſumebantur. ſi ergo de qualibet patria cardinales non aſſumuntur diuiſio ⁊ ſciſma in eccleſia generantur.

¶ Ad primum ergo eſt dicendū ꝙ de iudea ſolū apoſtoli fuerunt vocati ꝓpter duo. Primo qꝛ eccleſia ibi primo fundata fuit. De alia vero patria aſſumi non poterant nondum fide chriſti ibi predicata ⁊ eccleſia ibi non fundata. Secundo quia xps ſm carnem ſolū ex iudeis natus eſt ideo eius apoſtoli per quos ipſe cunctis gentibus erat nunciandus ſolū ex iudeis vocandi erant.

¶ Ad ſecundū eſt dicendū ꝙ nulla patria excluditur ex qua ad cardinalatum aliquis vocari non poſſit. Sed quia de alemania cōſuetū eſt vt eligatur Imperator qui eſt miniſter eccleſie ne ſecreta eccleſie ſuis miniſtris pandentur. ⁊ ne quos oportet eſſe ſubiectos habeāt in eccleſia ex ſua patria vel genere dominos ⁊ iudices defendentes. ideo non conſueuit eccleſia de alemania cardinales vocare. ſimiliter nec aliqua patria ſic includitur vt de qualibet non poſſint eligi ꝙ̄uis de terris peculiaribus eccleſie magis ſit conſuetum aſſumi tanꝙ̄ liberiores ad conſilia ferenda ⁊ iudicia aſſequenda.

¶ Ad. iij. eſt dicendum ꝙ tūc papa eligit magis in ſuos coadiutores cardinales quāto ꝓ republica eccle ſunt vtiliores ⁊ prudentiores cum ipſe non quod ſibi vtile eſt ſed quod eccleſie eligere teneatur.

Ad. v. ſic ꝓceditur. videt.n. ꝙ legatio non ſpectat ad cardinaliū perfectionis ſtatū. Omnis.n. tpalium pertractatio repugnat perfectionis ſtatui. qui.n. tāgit picem inquinatur ab ea. Sed legatio raro fit ſine temporaliū pertractatiōe ⁊ munerū receptione ex quo ſequitur ꝑditio rigoris iuſtitie. Scribit.n. yſa. lviij. Miſiſti legatos tuos ꝓcul. ⁊ humiliata es vſꝙ ad inferos nō ergo legatio pertinet ad eorum perfectiōis ſtatum.

¶ P. quo conuenit miſſis nō pertinet ad perfectionis ſtatū cardinalium qui ſunt aſſiſtentes ſed legatio conuenit miſſis derogat ergo perfectionis ſtatui cardinalium.

¶ P. omnis ſimulatio ⁊ perſuaſio repugnat

perfectionis ſtatū. ſed in legatiōe multa q̄n̄q̄
ſimulant ⁊ perſuadent. Dicit. n. glo. ſuper illo
Gen. xxxij. Mitto q̄ nunc legationē ad dn̄m
meū vt inueniam grām in cōſpectu tuo q ad
placandum hoſtis iram pſunt aliquando ꝑ
ſuaſibilia humane ſapientie verba.
¶ In contrariū eſt. q: opus quod xp̄o attri/
buitur ptinet ad pfectionis ſtatū. Sed lega/
tio xp̄o attribuitur. Iere. xlix. Auditum audi/
ui a dn̄o ⁊ legatus ad gentes miſſus eſt.
¶ R. dicendū q in pſona pfectorum loquit̄
apl̄us. ij. Corinth. v. qn̄ dicit p xp̄o ergo pu/
ta vice xp̄i q̄ fuit legat᷒ dei legatiōe fungimur
tanq̄ deo exhortante ꝑ nos. fungi ergo p xp̄i
legatione non derogat pfectionis ſtatum car
dinaliū dūmodo adminiſtret̄ modo quo ad/
miniſtranda eſt. quas aūt ꝯditiones debeāt
habere cardinales qui in legatiōe mittuntur:
narrat Bern. ad Euge. dicens: Tales tibi ex
pedit in legatione mittere qui miſſi poſt aurū
non erant. ſed xp̄m ſequant̄ qui queſtum lega
tionem non exiſtiment: nec requirant datū: ſed
fructū qui regibus exhibeant ſe. Iohannem
egyptus Moyſen: fornicātibus finees ydo/
latris Heliā. auaris Heliſeum. Petrū men/
tientibus. Paulū blaſfemantibus. negotian
tibus xp̄m. qui vulgū non ſpernant: ſed doce
ant. diuitē non palpant. ſed terreant pauperē
non grauent ſed foueant. minas principū nō
paueant ſed ꝯtemnant. qui eccl̄as nō ſpoliāt
ſed emendent. qui marſubia nō exhauriant:
ſed corda reficiant ⁊ crimina corrigant. qui nō
de dote vidue ⁊ patrimonio crucifixi ſe vel ſu
os ditare feſtinent. qui ad te reuerſi fatigati
quidem ſed non ditati glorientur. non q glo/
rioſa ſumptuoſa que q̄ terrarū attulerint. ſed
q reliquerint pacem regnis. legem barbaris.
quietē monaſterijs. eccleſijs ordinē. clericis
diſciplinā. deo populum acceptabilem ſecta
torum bonorum operum.
¶ Ad primū ergo eſt dicendū q magne pfe/
ctionis eſt temporalia pertractare ⁊ eorum cu
piditate non contaminari. ſicut narrat Bern.
ad Euge. de Martino qui dū eſſet cardina/
lis factus legatus in dacia tam paup remea
uit vt pene expenſis ⁊ equis deficientib᷒ vix
pueniret florentiam. vbi cum ep̄s loci donaret
ſibi viuum equū. elapſo tp̄e cum in curia habe
ret cauſam dixit ſibi: Decepiſti neſciebā in cu
ria tibi imminere negotiū. tolle equū tuū ecce
in ſtabulo eſt. vere vt Bern. dicit res alteri᷒ ſe
culi eſt. rediſſe de terra auri ſine auro. tranſiſſe
ꝑ terram argenti ⁊ argentū neſciuiſſe. donum
etiā quod poterat eſſe ſuſpectū illico reieciſſe
p̄bet nanq̄ nihil recipe in legatione preter ta
xata diſpendia. ſecuritatem in conſcientia. in
locutione audientiā in iudicijs rectā iuſticiam
¶ Ad. ij. eſt dicendū q q̄uis regulariter aſſi/
ſtentibus nō cōueniat mitti ex ſuborta cauſa
aſſiſtentes qn̄q̄ mittunt̄ ſicut patet de illo an
gelo qui miſſus eſt ad purgandū labia yſaie
qui fuit de ordine ſeraphin. vt patet yſa. vi.
¶ Ad. iij. dicendū eſt q ſicut dicit ibi Aug.
Iacob angelos in ſuo comitatu habuit ⁊ tn̄
legatos ad placandū fratrē ſuū miſit cuius ex
emplo admonemur vt q̄uis credam᷒ in deū
⁊ ſperemus eius conſiliū nobis nō deeſſe. tn̄
faciamus que facienda ſunt ex parte noſtra in
ſalutis ſubſidium.

## Queſtio. CIII. quō ſtatus perfectō repreſentatur in epiſcopis.

Nunc videndū eſt quō ſtatus per
fectio repreſentatur in ep̄is. Circa
quod queruntur quinq̄. Primo
vtrū epiſcopi pfectiori modo rep̄
ſentent ſtatū apoſtoloꝝ q̄ religioſi. Secūdo
vtrū ad pfectionis ſtatū acquirendum magis
religio q̄ ep̄alis prelatio ſit pcuranda. Ter/
tio vtrum in ep̄is cura tp̄alium diminuat de
eorum pfectionis ſtatu. Quarto vtrū ep̄i de
bonis eccleſie poſſint condere teſtamenta.
Quinto vtrū ep̄i bona eccleſiaſtica nō erogā
tes pauperibus maneant in pfectionis ſtatu.
Ad primū ergo ſic pceditur. videtur
enī q ep̄i non pfectiori modo repre/
ſentēt ſtatum apoſtolorum q̄ religio
ſi. apoſtolorū. n. pfectio fuit in hoc q reliq̄ue
runt oīa ⁊ ſecuti ſunt xp̄m. Iuxta illud Mat.
xix. Ecce nos reliquimus omnia ⁊ ſecuti ſum᷒
te. Sꝫ religioſi pfectiori modo in hoc apl̄os
rep̄ſitant q̄ epiſcopi.
¶ P. Ambro. dicit ſup illo verbo. i. Thi. vi.
Tu aūt homo dei hec fuge. Nihil. n. tā aſpe
rum tam pnicioſum q̄ ſi vir eccleſiaſticus ma
xime qui ſublimē tenet locum diuitijs hui᷒ ſe
culi ſtudeat. quia non ſolum ſibi ipſi ſed ⁊ cete
ris obeſt quibus contrariā dat formam. Sꝫ
epiſcopi diuitijs ⁊ tp̄alibus maxime ſtudent
apl̄oꝝ ergo pfectionis ſtatum non rep̄ſitant.
¶ P. Bern. dicit ad Euge. apoſtolorum for/
ma hec eſt vt intelligatur eis eſſe interdicta do
minatio ⁊ iniuncta miniſtratio. Sed in mini/
ſtratione pfectiori modo imitatur apoſtolorū
ſtatum religioſi q̄ ep̄i

¶ In contrarium eſt quia illi perfectiori modo
repreſentant ſtatū apoſtolorum qui ſuccedunt
eis in regimine eccleſie. dicit enī apoſtolus act.
xx. attendite uobis ⁊ vniuerſo gregi in quo ſpi
ritus ſanctus poſuit epiſcopos regere eccleſiā
dei quam acquiſiuit ſanguine ſuo.
¶ R. dicendū quia ſicut dyoni. dicit. v. c. ec
cleſiaſtice ierarchie. epiſcoporum eſt pficere eoꝝ
autem qui pficiuntur uniuerſorum altior ordo
eſt monachorū ⁊ religioſorū. fuerunt autem
quatuor apoſtolis collata a chriſto que pfecti/
onem oſtendebat in quibus epiſcopi ſunt eoꝝ
ſucceſſores.
¶ Primo uirga poteſtatiua in ſuſceptione tē/
poralium ſtipendioꝝ. Mar. vi. precepit eis ne
quid tollerent in uia niſi uirgā tantū. vt noīe
virge poteſtatem a chriſto receptam recipiendi
temporalia ſtipendia intelligamus vt auguſti.
exponit.
¶ Secundo claues in adminiſtrationis iuriſ/
dictione ſacramentorum. Math. xvi. Tibi da
bo claues regni celorum.
¶ Tertio inflatio ſpiritus ſancti in remiſſionē
peccatorū. ioh. xx. inſuflauit ⁊ dixit eis. Acci/
pite ſpiritum quorū remiſeritis peccata remit
tūtur eis. ſuper quo verbo dicit. Greg. liber in
tueri ad quantum culmen glorie pducti ſint a/
poſtoli vt vice dei quibuſdam peccata retineāt
quibuſdam relaxent ⁊ quorū vota nūc in eccle
ſia epiſcopi locū tenent.
¶ Quarto diſperſio linguarū in predicatiōe
euangeliorum act. i. apparuerunt illis diſpdite
lingue tanquā ignis ſeditq̄ ſupra ſingulos
eorum. vt foris apparentibus linguis igneis
Intelligamus intus corda eorū facta eſſe fla
mantia in dilectione dei ⁊ proximi. Quia qui
charitatē dei ⁊ pximi non habent. Euangelij
predicationē nullatenus aſſumere debent. vt
greg. dicit. In iſtis autē quatuor ſoli epiſcopi
apoſtoloꝝ perfectionis ſtatum repreſentant. nō
autē religioſi.
¶ Ad primū ergo eſt dicendū q epiſcopi. non
ſunt ſucceſſores apoſtoloꝝ in voto paupertatis
niſi tenendo ipſā in animi pparatione ſcd̄m
quē modum omnes exiſtentes in perfectionis
ſtatu debēt eſſe pauperes ſpiritu. In voto enī
paupertatis planum eſt quod magis religioſi
ſunt eorū ſucceſſores quam epiſcopi. Cum a/
poſtoli prius fuerint vocati ad ſtatū religiōis
quam prelationis. vt ſupra dictum fuit. Sunt
autē eorum ſucceſſores epiſcopi in iudiciaria
poteſtate quantū ad illa quatuor que ſuperi᷒
dicta ſunt in quibus perfectiori modo ep̄i re/
preſentant apoſtolorum ſtatū quam religioſi.
¶ Ad. ſecundum eſt dicendum q epiſcopi tē/
poralibus adherentes ⁊ mundi gloriam que
rentes in pfectionis quidem ſtatu ſunt ſed p/
fectionis opus non implent. Dicit. n. Greg.
in paſto. Sacrū quippe ep̄ale officiū nō ſolū
non diligit ymmo neſcit qui ad culmen regi/
minis anhelans in occulta meditatione cogi/
tationis ceterorum ſubiectione paſcitur laude
ꝓpria letatur. ad honorem cor eleuat. rerū af/
fluentiū abundantia exultat. ⁊ mundi lucrū
querit ſub eius honoris ſpecie quo mundi de
ſtrui lucra debuerunt.
¶ Ad. iij. eſt dicendū q forma apl̄orū vtrūq̄
requirit. dn̄ationem in poteſtate ⁊ miniſtratio
nem in mentis humilitate ⁊ quiſquis apoſto
lorū ſucceſſor tanto fit humilior atq̄ ad ſeruiē
dum deo promptior quanto ſe obligatorem
eſſe conſpicit in reddenda ratione.
Ad. ij. ſic pceditur. videtur. n. q ad ac
quirendum perfectionis ſtatum ma
gis ep̄alis prelatio q̄ religio ſit pro
curanda. Maioris. n. perfectionis eſt ep̄alis
prelatio q̄ religio. ſed religio pter perfectio
nis ſtatum quem habet annexum licite procu
ratur. ergo multo magis epiſcopalis prelatio
¶ P. ſcribitur extra de elec. nihil eſt quod ec/
cleſie dei magis obficiat q̄ q indigni prelati
aſſumantur ad regionem animarū. licite enim
ergo poſſunt cogi eligentes ꝑ principes terra/
rum vt eligant epiſcopum dignum ⁊ ſufficien
tem ſi indignum volunt eligere.
¶ P. perfectio caritatis eſt pcurare ſalutē ani
marum. ſed religioſi vt in pluribus ad ſalutē
animarum pcurandā q̄ clerici ſeculares magis
videtur eſſe idonei ⁊ auidi licitum eſt ergo eis
pcurare ep̄alem ſtatum ꝑ ſe ⁊ per mundi prin
cipum procurationem.
¶ In cōtrariū eſt qd̄ dicit Greg. in paſt. vir
tutibus pollens coactus ad regimen ep̄ale ve
niat. virtutib᷒ vero vacuus nō coact᷒ accedat.
¶ R. dicendū q ſtatus ep̄alis quatuor inclu
dit quibus religio caret. Primo habet ep̄alis
prelatio coniunctam honoris reuerentiā. Se
cundo preſupponit in ſuſcipiēte caritatis ab
undantiā. Tertio habet in adminiſtratiōe tē/
poralium affluentiam. Quarto exponitur ad
periculorū imminentiam. Non eſt. n. aliud pote
ſtas culminis niſi tempeſtas mētis: in qua cō
gitationū ſemper pcellis vani cordis quatit̄
huc atq̄ illuc inceſſanter impellitur vt per repen
tinos exceſſus oris ⁊ operis quaſi per obuien
tia ſaxa frangatur ſicut dicit Greg. in paſtor.
pcurare ergo honoris reuerentiā eſt ābitioſi
tatis. putare vero ſe habere caritatis abundā/

tiam eſt temeritatis. requirere autem tpalium affluentiã eſt cupiditatis. Exponere vero ſe ad periculorum imminentiam eſt mentis tempeſtatis. Quieto nanq̃ mari imperitꝰ nauta nauim dirigere poteſt turbo aũt tempeſtatis fluctibus etiam peritus nauta ſe confundit ⁊ ꝑturbat. ſicut dicit Greg. in paſto. Ad acquirendum igitur perfectionis ſtatum religio que omnibus iſtis caret licite ⁊ ſalubriter ꝓcurat. Epalis vero prelatio minime. ⁊ per hoc patꝫ reſponſio ad primum.

¶ Ad. ij. eſt dicendum ꝙ non ſufficit bonum ꝓcurare niſi procuretur ꝑ bona media vnde quantũcunq̃ eligentes indignum eligant in epm̃ cogendi non ſunt vt eligãt magis dignũ ne ſit electi principum ſecularium fauore. Dicant illud quod ſcribitur Amos. vi. In fortitudine noſtra aſſumpſimus nobis cornua. ymmo quiſquis electioni de ſe facte ꝑ ſecularis poteſtatis abuſum aſſentire preſumpſerit cõtra canonicã libertatem ⁊ effectu electionis carere debet. ⁊ ineligibilis fieri. vt ſcribit extra de electione.

¶ Ad. iij. eſt dicenduꝫ ꝙ ſicut dicit Greg. in paſto. Multi fingunt ſe de bono opere amare quod non amant. de mundi gloria nõ amare quod amant cumq̃ precepti principatus perfrui officio ſeculariter ceperint: libenter obliuiſcuntur quicquid ante religioſe cogitauerunt. Quantũcunq̃ ergo religioſi iudicantur eſſe magis idonei vel auidi ad ſalutẽ animarum ꝓcurandam ꝙ clerici ſeculares. Deteſtabile eſt in eis vt ipſi ingerant ſe ad procurandum prelationis ſtatum.

Ad tertium ſic ꝓceditur. videtur. n. ꝙ in epis temporalium cura diminuat de eorum perfectionis ſtatu quia qđ deteſtatum eſt a phis: ne impedirentur a contemplatione naturalis phie deteſtandum eſt ab ipſis epis ne impediantur contemplatiõe ſuperne theologie. Sed Hierony. dicit cõtra Ieronimianum ꝙ Socrates ille thebeꝰ princeps phoꝝ proiecto in mare non paruo auro pondere: abite inquit peſſime: cupiditatẽ ego vos mergam ne ipſe mergar a vobis.

¶ P. ij. Thi. ij. apoſtolus dicit ꝙ nemo militans deo implicat ſe negotijs ſecularibꝰ. Sꝫ epi ſunt xpi milites ergo temporalium implicatio diminuit de eorum perfectionis ſtatu.

¶ P. quod eſt cauſa prouocatiõis ad luxuriã ⁊ cupiditatis auaritiã eſt remotio a perfectionis ſtatu. Sed implicatio tpaliũ eſt cauſa ꝓuocationis ad luxuriã ⁊ cupiditatis ad auaritiam. vnde in pſona prelatoꝝ curis tpalium vacantium ſcribitur Amos. vi. Ve vobis qui opulenti eſtis in ſion ⁊ confiditis in monte ſamarie optimates capita populoꝝ ingredientes pompatice domũ iſrael qui dormitis in lectis eburneis ⁊ laſciuitis in ſtratis.

¶ In contrariũ eſt quia epiſcopi tenent paſcere gregem eorum non ſolum verbo ⁊ exemplo ymmo tpali ſubſidio. ſicut dicit glo. ſuꝑ illo vbo. i. Petri. v. Paſcite qui eſt in vobis gregẽ dei. ſed hoc nõ poſſũt facere ſine tpaliũ adminiſtratione. non ergo tẽporaliuꝫ cura diminuit de eorum perfectionis ſtatu.

¶ R. dicendũ ꝙ ad pfectionis ſtatum epalis aliquid eſt deſiderio appetenduꝫ. aliquid vero eſt ꝓpter aliorum ſalutem tollerandum. et aliquid eſt exemplariter demonſtrandum.

¶ Ex deſiderio nanq̃ eſt appetendum ſpiritualium contemplatio. tolleranda vero eſt temporalium adminiſtratio.

¶ Exemplariter vero damonſtranda eſt omnium temporalium abdicatio. multum. n. decidit a perfectionis ſtatu vita epoꝝ ſi ex deſiderio ipſi temporalibus inſeruiunt. Dicit enĩ Greg. in paſto. exponens illud verbũ Treñ. iiij. Diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omnium platearum. ꝙ tũc lapides ſanctuarij diſperſi in capite omnium plateaꝝ iacent: qñ ſacrorum ordinum viri terrenis actibus ex deſiderio inſeruiũt. ex quorum prius officio ſanctitatis gloria ſtare videbatur ꝓ ſalute tamẽ aliorum interdum tolleranda eſt tpalium adminiſtratio. Dicit. n. Greg. ibi ꝙ ſecularia negotia aliquando ex cõpaſſione tolleranda ſũt nunq̃ tñ ex amore requirenda. Nam ſunt nõnulli epi qui gregis curam ſuſcipiunt ſed ſibimet vacare ad ſpũalia appetunt vt rebus exterioribus nullatenus occupentur qui cum curare corporalia funditus negligunt ſubditoꝝ neceſſitatibus minime occurrunt quoꝝ nimirum predicatio plerũq̃ deſpicitur quia ⁊ ſi facta delinquentium corrigunt tamen cum eis neceſſaria preſentis vite nõ tribuũt. nequaq̃ libenter audiunt quia egentis mentem doctrine ſermo non penetrat ſi hunc apud eius animũ manus miſericordie non cõmendat. Sed ſemꝑ ſic exemplariter per epiſcopos demonſtranda eſt omnium temporalium abdicatio vt de ipſorum cupiditate nullatenꝰ apud ſubditos vocari poſſint. vt. n. ibi dicit Gre. Tot mortibꝰ digni ſunt prelati quot ad ſuos ſubditos perditionis exempla tranſmittunt.

¶ Ad primũ ergo eſt dicendum ꝙ temporalium cura non aſſumitur ab epiſcopis vt eoꝝ implicatiõe demergantur: ſꝫ vt caritatis amore pauperibus adminiſtretur.

¶ Ad. ij. eſt dicendũ. ꝙ epi tpalium curã nõ debent ex amore conſiderare ſed interdũ ex cõpaſſione aliorum tollerare. ⁊ ſi quem defectuꝫ patiuntur in tali tolleratione hoc ipſum eſt eis ad meritum ⁊ ad augmentũ perfectiõis ſtatꝰ.

¶ Ad. iij. eſt dicendũ. ꝙ illa verba dicuntur in perſona illoꝝ prelatorum qui ſic diuitijs affluunt vt non curent nec compatiuntur ſuꝑ cõtritionem Ioſeph quia ſi quis de populo decem tribuũ perit contemnunt: quaſi moriant bruta animalia. vt ibi dicit glo. de quibus ſimiliter dicit Greg. in paſto. exponens illud verbũ Treñ. iiij. Mutatus eſt color optimꝰ: dicens ꝙ color optimus tũc mutatur cũ quorundam qui agere religioſe credebantur ante concepta extimatio minuitur: nam cum quilibet poſt ſanctitatis habituꝫ terrenis ſe actibꝰ inſerit per cupiditatis auariciaꝫ quaſi colore permutato ante humanos oculos eius reuerentia deſpectã paleſcat.

Ad quartũ ſic ꝓceditur. videtur. n. ꝙ epi de bonis eccleſie poſſint teſtamẽtum condere. Eps nãq̃ poteſt pecuniam acceptam de portione ſibi debita donare cui placet. eodem modo poteſt de illa pecunia emere poſſeſſionem ⁊ illam poſſeſſionẽ relinquere per teſtamentum quibus vult.

¶ P. bona eccleſie aliquando ſunt indiſtincta a bonis ꝓprijs epi. cum igitur omnia ſint in diſpenſatione epi poterit in caſu de omnibus teſtari.

¶ P. de illis homo poteſt teſtari que ſunt in eius poteſtate. ſed ſcribit. xij. q. i. c. precipimꝰ. res eccleſie in poteſtate ſua eps habeat. ſi enĩ anime hominum precioſe illi ſunt tradite multo magis oportet eum curam gerere de pecunijs ita vt poteſtate eius indigẽtibus omnia diſpenſentur.

¶ P. que homo poteſt donare poteſt in teſtamento relinquere. ſed epiſcopi aliqua donare poſſunt. vt ſcribit extra de dona.

¶ In contrarium eſt quod ſcribitur. xij. q. v. Si eps condito teſtamento aliquid de eccleſiaſtici iuris ꝓprietate legauerit aliter non valebit niſi tantum de ꝓprijs facultatibus ſuppleuerit.

¶ R. dicendum ꝙ bona epoꝝ quantum ad preſens in triplici genere ſe habere poſſunt.

¶ Quia quedaꝫ ſunt ſua propria ex paterna hereditate vel ꝓprio lucro ſibi acquiſito.

¶ Quedam vero ſunt eccleſie bona immobilia in poſſeſſionibus ⁊ animalibus quorum fructus ipſe percipit ⁊ diſpenſat.

¶ Quedam vero ſunt mobilia ſicut ſunt pecunia veſtes ⁊ alia huiuſmodi. De primis vero vt de rebus patrimonialibus vel proprio lucro ſeu ex doctrina ſibi exquiſitis eps teſtari poteſt ⁊ illa relinquere ſuis heredibus dũmodo non ſint heretici vel precisi ſeu excõmunicati. ſicut patet. xij. q. i. c. epi. De bonis vero eccleſie ſtabilibus eps non poteſt teſtari. nec illa heredibus relinquere cũ alienari nequaq̃ poſſint quia res eccleſiaſtice non ſunt ſue niſi quo ad vſum. Unde ne ſanctuariũ dei videatur iure hereditario poſſideri ꝓuide ſtatutum eſt vt ſi quis eps de eccleſiaſtici iuris ꝓprietate legauerit aliquid alicui nullius valoris ſit niſi tantundem de proprijs facultatibus ſuppleat. De bonis vero mobilibus eps in vita ſua ⁊ in egritudine ſua conſtitutus dũmodo ſit compos ſue mentis moderate non ratione teſtamenti ſed ratione elemoſyne poteſt conferre pauperibus ⁊ locis religioſis ⁊ illis qui ſibi viuente honeſte deſeruierũt ſiue ꝯſanguinei ſunt ſiue alij ſicut patet extra de teſta. cap. relatum.

¶ Ad primum ergo eſt dicẽdum. ꝙ poſſeſſio empta ſtatim facta eſt eccleſie ex quo fuit empta de pecunia eccleſie ⁊ poſſeſſio eccleſie non poteſt alienari niſi ꝓ vtilitate eccleſie ⁊ cũ conſenſu epiſcopi ⁊ clericorum. ideo ſingulare eſt hoc in pecunia eccl'e vt res inde empta cuiuſcunq̃ nomine ematur ſit eccleſie ⁊ eccleſie directam vendicationem habet ad eam petendaꝫ Secus aũt eſt ꝺ rebus mobilibus quas eps habet ad ſuum vſum quas poteſt eps in vita ⁊ in mortis articulo alienare in ſuis vſibus ⁊ in vſus conuertere pietatis. non per modum teſtamenti ſed per modum elemoſyne ſicut dictum eſt ſupra.

¶ Ad. ij. dicendum ꝙ vel eſt certum epm̃ habere vel habuiſſe bona ꝓpria tempore ordinationis vel poſtea aut non eſt certuꝫ. Si nõ eſt certum ſemper preſumitur ꝙ totum eccleſie ſit indiſtincte donec probetur contrarium. Si vero certum eſt reſtitui debent illis quibꝰ eps ea legauit. quia cui voluit propria bona potuit conferre. ſiue ante epatuꝫ ſiue in epatu ſit hereditaria ſucceſſione vel aliquo iuſto titulo fuerint ſibi acquiſita nomine ſuo. non nomine eccleſie. Si aũt ſine teſtamento decedit: hereditas eius eccleſie cui prefuit deuoluitur

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ bona eccleſie ſunt in poteſtate epi quantum ad diſpenſationem non quantũ ad dñationem niſi quãtum ad vſum. Ideo regulariter teſtari nõ poteſt niſi de licentia pape apud quem dominũ

rerum eccleſiaſticarum dinoſcitur reſidere. Ut
ſupra dictum eſt.
¶ Ad tertiū eſt dicēdum. ꝙ donatio illa quā
poteſt facere eps intelligitur modeſte de rebꝰ
mobilibus non per modum teſtamenti. ſed ꝑ
modum elemoſyne in pios vſus: ⁊ in remune
rationem illorum qui ſibi vel eccleſie honeſte
ſeruierunt.

Ad quintū ſic ꝓceditur. videt. n. ꝙ bo
na eccleſiaſtica non erogātes paupe-
ribus in perfectionis ſtatu nō rema-
nent. ſuper illo: n. verbo Amos. iiij. audite ver-
bum hoc vacce pingues que eſtis in monte ſa
marie. glo. dicit ꝙ ꝓpheta loquit ad epos et
ad optimates decem tribuum vt audiant ver
ba dei quos nō boues aratores ſed denſorie
vaccas pingues vocat. quia reſidentes domi
gule ⁊ ventri ſubſeruiunt opprimētes egenū
⁊ pauperem dum bona illis debita in ſuos
vſus redigunt. non ergo remanent in ꝑfectio-
nis ſtatu epi qui bona eccleſiaſtica pauperibꝰ
non erogant.
¶ P. illud quod fraudat hominē eterna mer
cede derogat perfectionis ſtatui. Sz Ambro.
dicit in libro de offi. loquens epo neq̄. n. pro
pterea te deo dicaſti vt tuos diuites facias: ſꝫ
vt tibi vitam perpetuam fructu boni operis
acquiras ⁊ precio miſerationis peccata tua re-
dimas. putant ſe parum paſcere predium. que
runt tuum vite tue fructum adimere. conten-
dunt ⁊ accuſant ꝙ eos diuites non feceris. qm̄
te velint illius eterne vite fraudare mercede.
¶ P. quod eſt in alterius poteſtate, nō poteſt
teneri ſine detrimento ſalutis ſed omnia bo-
na eccleſiaſtica pauperum ſunt. ſicut dicit Am
broſius. ⁊ exponitur. xviij. q. viij. c. concilior
Sunt. n. bonoꝝ eccleſie paupēs legitimi he-
redes ⁊ poſſeſſores. epi aūt ſolum diſpenſato
res. ſi ergo illa non diſpenſant eis non rema-
nent in perfectionis ſtatu.
¶ In contrarium eſt quia nullus militat pro
prijs ſtipendijs. vt dicit apl's. i. Corinth. ix.
Sed epi ſunt milites ⁊ miniſtri eccleſiarum li
cite ergo poſſunt de bonis eccleſie viuere ⁊ il-
la non tenentur pauperibus erogare.
¶ R. dicendum ꝙ ſicut ſcribitur auctoritate
Greg. xij. q. ij. Mos eſt apoſtolice ſedis or-
dinato epo precepta tradere vt de omni ſtipē
dio ac de bonis eccleſie quatuor debeant fieri
portiones.
Una que conferatur epo ⁊ familie eius
Alia clero.
Tertia pauperibus.
Quarta eccleſijs reparandis.

¶ De portione ergo epo ꝓ vita ſua ⁊ eius fa
milia: eo modo tenetur eps ſubuenire paupē
ribus quo tenetur ſubuenire de bonis ſuis ꝓ
prijs. ⁊ ſicut quilibet alius xp̄ianꝰ tenet pau-
peribus ſubuenire ſeruato debito ordine cari
tatis. De portione vero que debetur pauperi
bus vel eccleſijs reparādis ſeu clero que om-
nia iſta quādoq̄ indiſtincta ſunt, ⁊ omnia po
nunt eſſe in adminiſtratiōe epiſcopi ſi de eis
eps aliquid fraudat. planū eſt ꝙ decidat a ꝑ-
fectionis ſtatu ⁊ tanq̄ infidelis diſpēſator eſt
iudicandus. Si vero predicta bona ſint indi
ſtincta ⁊ epi fidei cōmittantur eorum diſpenſa
tio ⁊ diſtributio ⁊ ex certa conſcientia exceſſum
faciat fraudulenter in talibus ſubtrahēdo no
tabiliter de portione debita pauperibus vel
eccleſie reparande cum etiā illa in caſu neceſſi
tatis pauperibus debeant erogari eodem mo
do ſine detrimento ſue ſalutis fieri non poteſt

¶ Ad primū ergo eſt dicendum ꝙ ꝓpheta lo
quitur in perſona illorum prelatorum qui nō
ſolum bona eccleſiaſtica pauperibus non ero
gant: ymmo propria bona ipſorum pauperū
per violentiam miniſtrorum ſubripiunt. Un̄
ibi dicit glo. loquens in perſona miniſtrorꝫ
permittite tantum ⁊ iubete ⁊ nos ſpoliabimꝰ
domos pauperum vt bona illorū in noſtros
vſus redigamus. niſi. n. maiores dederint po
teſtatem: minores quod deuorant non habe-
rent. planum eſt aūt ꝙ vtroq̄ modo ſubtrahe
re bona pauperū derogat perfectionis ſtatui

¶ Ad. ij. eſt dicendum ꝙ conſanguineis epi
bona eccleſie non tenentur conferre: niſi ſicut
⁊ alijs pauperibꝰ ſeruato debito caritatis af-
fectu niſi forte ſint aliqua bona ſua propria:
que poteſt conſanguineis vel alijs quibꝰ pla
cet tribuere. ſicut ſupra dictum eſt.
¶ Ad tertium eſt dicendū ꝙ bona eccleſie ſūt
bona pauperum quantum ad illam portio-
nem eis taxatam quam ſi eſt in poteſtate epi
hac eis diſtribuere ⁊ eis ſubtrahere. planum
eſt ꝙ peccat ⁊ decidit a perfectionis ſtatu.

# Queſtio. CIIII. quomo do ſtatus perfectiōis repreſentatur in preſ biteris et in curatis.

Ulterius conſiderandū eſt quō
ſtatus ꝑfectiō repreſentatur in
preſbyteris curatis. Circa qd̄
queruntur quatuor.
Primo vtrū preſbyteri repre-
ſentent diſcipuloꝝ xp̄i perfectionis ſtatum
¶ Secundo vtrum preſbyteri in perfectiōis
ſtatu ſint preferendi religioſis
¶ Tertio vtrum preſbyteri in regiminis cu-
ra preferendi ſint regibus.
¶ Quarto vtrum preſbyteri veteris teſtamē
ti preferendi ſint preſbyteris noui teſtamenti

Ad primū ergo ſic ꝓceditur. videtur
em̄ ꝙ preſbyteri non repñtēt diſci-
pulorum xp̄i perfectionis ſtatū. Sa
crilegi. n. non repreſentant perfectionis ſtatū
diſcipulorum xp̄i. ſed omnes preſbyteri vidē
tur eſſe ſacrilegi. Dicit Hier. ꝙ res pauperꝫ
non pauperibus dare par ſacrilegij crimē eſſe
dinoſcitur. Facultates aūt eccleſiarum patri-
monia pauperꝫ ſunt quicquid ergo miniſtri
diſpenſatores non vtiq̄ domini nec poſſeſſo
res vltra victum accipiunt ⁊ veſtitum: ſacrile-
ga eis crudelitate ſubripitur.
¶ P. aut preſbyteri repreſentant diſcipulos
xp̄i in numero aut in qualitate. Non numero
quia illi fuerunt. lxxij. iſti aūt plures. Nec in
qualitate quia illi fuerunt diuina ſapientia il
luſtrati iſti autem denudati.
¶ P. diſcipulis xp̄i fuit cōmiſſa cura multaꝝ
eccleſiarum quia miſſi ſunt in omnem ciuita-
tem ⁊ locum quo xp̄s erat venturus. Luce. iiij.
Iſtis aūt cura vnius eccleſie tantum quia nul
li licet eccleſias plures curatas habere vt ſu-
pra dictum eſt.
¶ In contrarium eſt Beda Luce. x. vbi dicit
ꝙ ſicut duodecim apoſtolos formam epiſco-
porum demonſtrare nemo eſt qui dubitet: ſic
manifeſtum eſt. lxxij. figuram preſbyterorum
pura ſacerdotum ſecundi ordinis geſſiſſe.
¶ R. dicendum ꝙ preſbyteros repreſentare
xp̄i diſcipulos quantum ad preſens dupli-
citer poteſt intelligi. vel in perfectionis opere.
vel in perfectionis ſtatu.
¶ In perfectionis ergo opere planum eſt ꝙ
ſic repreſentant. n. eos in poteſtatis dominio
in adminiſtrationis officio. in caritatis vincu
lo. ⁊ in honoris preconio. Poteſtatis. n. do
minium receperunt a xp̄o diſcipuli quādo di
ctum eſt eis Luce. x. ca. Ecce dedi vobis po-
teſtatem calcandi ſuper ſerpentes ⁊ ſcorpio
nes ⁊ ſuper omnem virtutem inimici: et nihil
vobis nocebit. ac ſi diceret. dedi vobis pote

ſtatem eijciendi omne genus immundorū ſpi
rituum ab obſeſſis corporibus. et hoc ne pu-
taretur eſſe dictum de beſtijs. Ut Criſo. expo
nit illud autem repreſentant preſbyteri in ſa
cramentorum adminiſtratione.

Adminiſtrationis vero officium receperunt
quando dictum eſt eis: in quamcunq̄ domū
intraueritis primo dicite pax huic domui. qr
bonorum omnium pax mater eſt ſine quā ce-
tera inania ſunt. Ideo xp̄s primo diſcipulis
pacem iuſſit offerre tanq̄ bonorum omnium
initium quorum miniſtros eos faciebat. Ut
Criſo. dicit. hoc autem repreſentant preſbyte
ri in euangelij predicatione in quo primo nū
ciāda eſt pax. Iuxta illud ad Ro. x. q̄ ſpecioſi
ſunt pedes euāgeliſantiū pacē euāgeliſantiū
bona. Caritatis autē vinculꝫ receperunt quā
dum miſſi ſunt in omnem ciuitatem ⁊ locū in
ſignum ꝙ qui caritatem dei ⁊ proximi nō ha
bet officiū predicationis nullatenus aſſume
re debet. Ut Greg. exponit. Iſtud autem re-
preſentant preſbyteri in plebis curae ſuſceptio
ne pro qua ipſam animam ⁊ vitam propriā
tenentur exponere. Sed honoris preconium
receperunt quando reuerſi cum gaudio dixe-
runt: Domine demones etiam ſubijciūtur no
bis in nomine tuo. gaudebant etiam vt glo.
dicit. ꝙ quaſi ſublimes effecti terribiles homi
nibus ⁊ demonibus erant. hoc autem repre-
ſentant preſbyteri in ſubditorum iuriſdictiōe
a quibus ſi bene eis preſunt, duplici honore
debent haberi vt dicit apoſtolus. i. Thimo.
v. Repreſentant ergo preſbyteri xp̄i diſcipu-
los in perfectionis opere ſed in perfectionis
ſtatu non repreſentāt xp̄i diſcipulos qui ſe vo
to in perpetuam xp̄i ſeruitutem tradiderunt.
cum ipſi preſbyteri plebis ⁊ parrochie nō ſu-
ſcipiant curam cum perpetue obligatiōis vo-
to quia eam deſerere poſſunt propter religio
nis introitum.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ preſby-
teri vel ſunt facultatum eccleſie diſpēſatores
⁊ ſic ſacrilegij crimen incurrūt ſi illa que pau-
peribus debentur ſubtrahunt. Si vero cōdu
cti ſunt ad determinata ſtipēdia poſſunt illa
retinere ⁊ in vſum ſuum conuertere ſeruato er
ga pauperes caritatis affectu.
¶ Ad. ij. eſt dicendū. ꝙ ſeptuagintaduo fue-
runt illi diſcipuli xp̄i ſicut ſeptuaginta ſeniores
dati fuerunt Moyſi ad regendum populꝫ
iſraeliticum. vt patet Exo. xviij. ⁊ hoc propter
ſeptiformem gratiaꝫ ſpiritus ſancti que eſt ne

ceſſaria ad obſeruationem decem preceptorū
Septies.n.decem ſeptuaginta faciūt omnes
ergo predicatores euangelij quantū ad hoc
ad talem numerum redeuntur inquantum ob/
ſeruatio preceptorum ꝑ gratiam xp̄i mandat
in euangelica predicatiōe. In qualitate vero
planum eſt ꝙ predicatores euangelij minime
ad perfectionem illorum non attingunt. vt di
cit Greg. quod non ſine graui merore loqui
poſſum⁹ ꝙ ſaluator dixit: operarij aūt pauci.
quia ⁊ ſi ſint qui bona audiant deſunt qui di
cant: Ecce.n.iam mūdus totus plenus eſt ſa
cerdotibus: ſed tamē in meſſe dei rarus valde
inuenitur operator. quia officium quidem ſa
cerdotale ſuſcipimus: ſed opus officij nō im/
plemus.

¶ Ad.iij.eſt dicendum. ꝙ diſcipulis xp̄i cura
cōmiſſa eſt multoꝝ congregandorum in eccle
Erāt.n.tūc multi agri ſpicati ⁊ pauci meſſores
⁊ multi crediturī ⁊ pauci doctores. nūc aūt tam
multis in eccleſia ꝯgregatis oportet ꝙ determi
natis doctoribus aſſignentur determinati au
ditores. quia.n.pauci merito: multi tamē nu
mero hodie officium ſacerdotale ſuſcipiūt qui
bus determinatos greges oportet aſſignare ꝑ
eos paſcendos predicationis verbo ⁊ ſancti/
tatis exemplo ne confuſio fiat in eccleſia.

Ad ſecundū ſic ꝓceditur. videtur.n.ꝙ
preſbyteri preferendi ſint religioſis
in perfectionis ſtatu. bonum nanq̄
publicum preferendum eſt bono priuato. ⁊ vi
ta actiua magis eſt ſtudioſa q̄ contemplatiua
Nullum.n.ſacrificium eſt deo magis accepta
bile q̄ zelus animarum. ſed preſbyteri inten/
dunt vtilitati cōmuni multitudinis zelo ſalu
tis animarū in actiua vita fructificantes. ergo
preferendi ſunt religioſis qui ſaluti ꝓprie ſtu
dent in vita contemplatiua deo ſeruientes.

¶ P. Helias perfectior fuit quocūq̄ religio/
ſo. cuius probatio eſt quia xp̄s Iohannē quo
inter natos mulierum non fuit maior. imper/
fectionē eius inducit Luce.i. Ipſe precibit an
illum in ſpiritu ⁊ virtute Helie. ⁊ Math.xi.
Si vultis ſcire ipſe eſt Helias. ſed Criſo.di/
cit. Si talem mihi aliquē inducas monachū
qualis vt ſm exaggerationem dicam Helias
fuit non tamen illi comparandus eſt qui tra/
ditus populis ⁊ multorum peccata ferre com
pulſus immobilis ꝑſeuerauit ⁊ fortis.

¶ P. cui amplius cōmiſſum eſt magis mere
tur ſi bene adminiſtret q̄ ille cui minus cōmiſ/
ſum eſt. Sed preſbyteris amplius eſt cōmiſſū
q̄ religioſis ergo amplius merentur.

¶ In contrariū eſt quod ſcribitur. xix.q.i.ca.
duo ſunt. Si quis in eccleſia ſua ab ep̄o po/
pulum retinet ⁊ ſeculariter viuit: ſi afflat⁹ ſpi/
ritu ſancto in aliquo monaſterio vel regulari
canonico ſe ſeruare voluerit quia lege priuata
ducitur nulla ratio exigit vt publica conſtrin/
gatur. ſed lex priuata que eſt lex ſpiritus ſancti
vt ibi ſubditur: nunq̄ ducit hominem de ſta/
tu magis perfecto ad ſtatum minus perfectū
ſed facit hominem ad aſcenſiōes in corde ſuo
diſponere. vt ſcribit in pſal. religioſi ergo pre
ſbyteris preferuntur in perfectionis ſtatu.

¶ R. dicendū ꝙ preferri religioſos preſbyte
ris in ꝑfectionis ſtatu quātum ad preſens tri/
pliciter poteſt intelligi.

¶ Primo quantum ad conatus voluntatē.
¶ Secundo quantū ad operis qualitatem.
¶ Tertio quantū ad radicis primitatem.

¶ Primo modo prefertur op⁹ operi vel ſta/
tus ſtatui ex volūtate operantis qui.n.promp
tiori voluntate ⁊ cū maiori conatu facit op⁹
ad quod tenetur: maioris perfectionis ⁊ ma/
ioris meriti eſt. Si ergo modo opera religio/
ſorum ⁊ preſbyterorum ad inuicem cōparent
incertum eſt quorum opera ſint maioris meri
ti ⁊ perfectionis. quia planum eſt ꝙ illoꝝ opa
maioris meriti ⁊ ꝑfectiōis ſunt que cū promp
tiori volūtate ⁊ cum maiori conatu ipſi ope
rantur.

¶ Secundo vero modo quantum ad operis
qualitatem: virginitas preponitur coniugali
vel viduali continētie in bono. in malo vero
homicidium preponitur furto. Similiter vita
actiua preponitur cōtemplatiue. quia fructuo
ſior. Contemplatiua vero preponitur actiue.
quia merito maior ⁊ perfectior ſm quem mo/
dum comparando aliqua opera particularia
que faciunt preſbyteri ſunt perfectiora aliqui
bus particularibus operibus que religioſi fa
ciunt. ſicut magis eſt intendere ſaluti anima/
rum q̄ ieiunare vel ſilentium tenere ⁊ aliqua
opera que faciunt religioſi ꝑfectiora ſunt qui
buſdam operibus que faciunt preſbyteri.

¶ Sed tertio modo comparando opera reli/
gioſorum ad opera preſbyterorum in ordine
ad primam radicem a qua ꝓgrediuntur pu/
ta in ordine ad radicem illam quam religioſi
per totam eorum vitam deo vouerunt ⁊ ſe et
ſua in xp̄i obſequium ꝑpetuo tradiderūt lon/
ge ſunt perfectiora quocunq̄ ſingulari opere
preſbyterorum. Et eodem modo in ꝑfectione
vita religioſorum ad vitam preſbyterorū cō/
paratur ſicut infinitū ad finitū. vt di. Anſhel.
in libro de ſimilitudinib⁹. Quāuis.n.in bo
no abſtinentia ſumptionī cibi preferatur. ſu/
mere tamen cibum cum aliquo ꝓpter carita/
tem prefertur abſtinētie. In malo vero q̄uis
adulterium preferatur furto. Furari tamē gla
dium ad occidendum eſt grauius q̄ adulte/
rium. Sic q̄uis preſbyteri in aliquo particu
lari opere poſſint preferri religioſis ex radiū/
cta tamen radice ꝑpetue obligationis qua ſe
in xp̄i obſequium religioſi tradiderūt. ſimpli
citer in perfectionis ſtatu preſbyteris prefe/
rendi ſunt.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ q̄uis ab
ſolute intendere bono publico ſit maioris ꝑ
fectionis q̄ intendere bono priuato loquen/
do in genere operis. Intendere tamen perfe/
cte bono priuati ⁊ ſaluti ꝓprie prefertur illi
qui imperfecte intendit bono publico. zelus
etiā animaꝝ eſt ſacrificium acceptum deo ſi or
dinate fiat. vt ꝙ quis primo habeat curā ſa/
lutis ſue ⁊ poſtmodum aliorum. Quia vt ſcri
bit Math.xvi. Quid prodeſt homini ſi mū/
dum vniuerſum lucretur. ⁊ anime vero ſue de
trimentum patiatur.

¶ Ad.ij. vero dicendum eſt ꝙ Criſo. non lo/
quitur de ſimplici preſbytero ſed de epiſcopo:
vel ſi loquitur de ſimplici preſbytero: non in/
tendit preferre ſtatum preſbyteri ſtatui religio
ſi. Sed ꝙ periculoſior eſt ſtatus habentis cu
ram animarum q̄ monachi vel religioſi viuē
tis in contemplatiua vita. ⁊ ꝙ in maiori peri
culo ſe innocentem ſeruare. maioris virtutis
eſt argumentum. Sed q̄uis maior virtus re
quiratur ad hoc ꝙ aliquis conſeruet ſe a pec/
cato immunem inter populos q̄ in religione
maioris tamen virtutis eſt vitare pericula reli
gionem intrando q̄ non vitare pericula inter
populos viuendo.

¶ Ad.iij. eſt dicendum. ꝙ bene adminiſtrare
aliquid eſt dupliciter. Si.n.ille cui plus eſt cō
miſſum maiora faciat ⁊ plus ſeruiat ꝓcul du
bio plus meretur q̄ ille cui minus cōmittitur
⁊ minus facit. Sed ſi ille cui minus cōmittit
maiora faciat opera. ⁊ plus ſeruiat magis me
retur q̄ ille cui magis cōmittitur ſi minus fa/
ciat ⁊ minus ſeruiat.

Ad tertiū ſic ꝓceditur. videtur.n.ꝙ pre
ſbyteri in regiminis cura non ſint pre
ferendi regibus. regimen.n. quanto
eſt cōmunius tanto eſt bonum diuinius ⁊ ꝑ/
fectius. Sed regimen regale eſt magis cōmu
ne q̄ regimē ſacerdotale. ergo maioris ꝑfectiōis.

¶ P. ſtatus perfectio acquiritur cum quadā
conſecratione. ſicut epiſcopi in epiſcopali cō
ſecratione ⁊ religioſi in habitus benedictiōe
ſeu ꝓfeſſione acquirunt perfectionis ſtatum.
Sed reges iniunguntur ſicut preſbyteri. ergo
preferuntur in regiminis cura quantum ad ꝑ
fectionis ſtatum.

¶ Preterea quod precedit alterū temporis
duratione precedit vt videt ſtatus perfectione
Sed regimen regale precedit ſacerdotale tem
poris duratione. quia ante tribum leuiticam
ex qua electi ſunt ſacerdotes fuit regimen re/
gale. precedit ergo ſimiliter in ſtatus ꝑfectiōe

¶ In contrarium eſt quod ſcribitur auctori/
tate Greg. xcvi. di. Quis dubitat ſacerdotes
xp̄i regum ⁊ principum omniūq̄ fidelium pa
tres ⁊ magiſtros cenſeri.

¶ R. dicendū ꝙ ſacerdotes in regiminis cu/
ra preferuntur regibus quantum ad preſens
in quatuor.

¶ Primo in temporis diuturnitate.
¶ Secundo in operis qualitate.
¶ Tertio in honoris dignitate.
¶ Quarto in iuriſdictionis poteſtate.

Fuit.n. regimen ſacerdotale prius regimine
regali in cuius figura tribus leui qui fuit geni
tus ante iudam de quo reges ſunt electi. fuit
electa ad miniſterium ſacerdotij. Signanter
tamē tert⁹ filius Jacob qui fuit Leui ad ſa/
cerdotium electus: magis q̄ primus vel ſecū/
dus. ſicut dicit glo. ſuper illo verbo Exo.vi.
Hec nomina filiorum Leui ad cōmendandū
ſacramentum trinitatis. ait.n.ꝙ non primam
tribum vel ſecundam ſed tertiam elegit deus
in ſacerdotium. quia in nomine ſancte trinita
tis conſecrati ſunt ſacerdotes vt eius fidem in
ſe ſeruare ⁊ alios docere ſtudeant. In operis
vero qualitate preferuntur eis. quia cura regi
minis regum extendit ſe ſolum ad temporalia
regiminis autem cura ſacerdotiū reſpicit ſpi
rituale bonum ⁊ illa que ſunt perfectiōis ope
ra. dicuntur.n. ſacerdotes quaſi ſacra dantes
vel ſacra recipientes vel ſacra adminiſtrantes
In vero in honoris dignitate eis preferantur
patet auctoritate Ambro. xcvi. di. c. duo ſunt
quippe. honor fratris ⁊ ſublimitas ep̄alis vel
ſacerdotalis. nullis poterit comparationibus
adequari. ſi regum fulgori compares ⁊ prin/
cipum dyademati longe erit inferius q̄ ſi plū
bi metallum ad auri fulgorem compares. In
iuriſdictionis etiam poteſtate: planum eſt ꝙ
eis preferuntur. cum iuriſdictio regum ſolum
ſit ſuper temporalia
Sacerdotum vero poteſtas ad temporalia ⁊
ſpiritualia ſe extendit. quibus.n. precioſe ani
me traduntur eorum poteſtate indigentibus
bona temporalia diſpēſantur. vt ſcribitur.xij.
q.i.c. precipimus.

¶Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ bonū cō
mune preferatur bono priuato in eodem gene
re operis: bonum.n. matrimoniale eſt magis
publicum ⁊ cōmune ꝙ̄ bonum cōtinentie vir/
ginalis ⁊ tamen iſtud non prefertur illi cum
illud ſit conſilij ⁊ ſupererogationis opus nec
tamen eſt verum ꝙ regimen regale ſit magis
cōmune ꝙ̄ ſacerdotale ymmo illud vniuerſa/
lius eſt cum ad temporalia ⁊ ſpiritualia ſe ex/
tendat vt ſupra dictum eſt.

¶Ad ſecundū eſt dicēdum ꝙ reges inungun
tur in cure regiminis regalis ſuſceptione ſicut
epiſcopi iunngūtur in ſuſceptione cure paſto/
ralis. non tamen reges dicuntur eſſe in perfe/
ctionis ſtatu ſicut epiſcopi. quia illorum cura
reſpicit ſolum temporalia. Iſtorum aūt ſuper
bis que ſunt perfectionis opera. Sacerdotes
vero inungūtur ad conſecrandum corpus xp̄i
quorum vnctio ſemꝑ manet: quia ſemꝑ ma/
nent ſacerdotes non tamen inungūtur in cure
prochialis ſuſceptione quia curam illam non
recipiunt cum obligatiōis voto ſicut epiſcopi

¶Ad.iij. eſt dicendum ꝙ ꝙ̄uis alie tribus de
quibus fuerunt reges priores fuerunt tempo
re tribu leuitica de qua electi ſunt ſacerdotes:
eo ꝙ ſimeon fuit genitus ante leui. non tamē
ex hoc regimen regale fuit ante ſacerdotale. q̄r
Hiero. dicit Omnes primogeniti a Noe vſq̄
ad Aaron fuerunt pontifices. ⁊ omnes maio/
res natu induti veſte ſacerdotali cum benedi/
ctione patris decimas deo velut pōtifices of
ferebant. ita ꝙ iſte due dignitates coniuncte
erant ad inuicem ꝓpter ſuam excellentiam vt
qui erat ſacerdos eſſet rex ⁊ econuerſo.

Ad quartum ſic ꝓceditur videtur.n. ꝙ
presbyteri veteris teſtamenti in perfe
ctionis ſtatu preferendi ſint presby/
teris noui teſtamēti. quia Moyſes ⁊ Aaron
ſacerdotes fuerunt veteris teſtamenti. ſed iſti
fuerūt perfectiores alijs. Dicit.n. glo. ſuꝑ illo
verbo pſal. Moyſes ⁊ Aaron in ſacerdotib⁹
eius. hos imitamini quia magni fuerunt. iſti
enim xp̄m predicauerunt.

¶P. apoſtolus dicit ad Hebre.vij. de Mel
chiſedech. Hic eſt.n. Melchiſedech ſacerdos
dei ſummi. Sed ipſe fuit in lege nature nedū
in veteri lege que fuit perfectior lege nature.

¶P. imꝑfectum remittitur ad perfectum. Sꝫ
xp̄s qui fuit caput ſacerdotuꝫ noui teſtamenti
curatos per eum remiſit ad ſacerdotes veteris
teſtamenti tanq̄ꝫ perfectiores.

¶In contrariū eſt ap̄lus.ij. Corinth.iij. qui
ſe ⁊ alios miniſtros noui teſtamēti prefert mi
niſtris veteris teſtamenti dicens. Qui ydone
os nos fecit miniſtros noui teſtamenti: nō lit/
tera ſed ſpiritu. ⁊ ſtatiꝫ ſubdit ꝙ ſi miniſtratio
mortis litteris deformata in lapidib⁹ fuit in
gloria ita vt non poſſent intendere in faciem
Moyſi filij iſrael ꝓpter gloriam vultus ei⁹
que euacuatur. multo magis miniſtratio ſpūs
erit in gloria.

¶R. dicendū ꝙ ap̄ls ad Hebre. in quatuor
prefert ſacerdotes noui teſtamēti ſacerdotib⁹
leuiticis. Primo in deriuatione. Secundo in
duratione. Tertio in perfectione. Quarto in
hoſtie oblatione. Fuit.n. ſacerdotium xp̄i ⁊ ſa
cerdotiuꝫ noui teſtamenti figuratum in ſacer
dotio Melchiſedech qui fuit in lege nature.
Cum igitur ſacerdotium xp̄i fuerit cauſa ſacer
dotij leuitici: ſicut figuratum eſt cauſa figure:
ſequitur ꝙ ſacerdotium leuiticum a ſacerdotio
gentilium ſit deriuatum. Ut glo. dicit ad He
breos.vij.

¶In duratione vero. quia ſacerdotes leuiti
ci ſine iureiurando facti ſunt ſacerdotes. ſacer
dotium vero xp̄i cum iureiurando per cuꝫ qui
dixit ad eum. Iurauit dominus ⁊ non penite
bit eum: tu es ſacerdos in eternum ſc̄m ordinē
Melchiſedech.

¶In perfectione autem. quia ſacerdotiuꝫ le/
uiticum non poterat ſupra conſcientiam perfe
ctam facere ſeruientem ſolūmodo in cibis ⁊ po
tibus ⁊ varijs baptiſmatibus. Xp̄i aūt ſacer
dotium in perpetuuꝫ ſaluare poteſt accedens
per ſemetipſum ad deum ſemꝑ viuens ad in
terpellandum pro nobis.

¶In hoſtie vero oblatione. Quia illi offere/
bant hoſtiam terrenam: iſti autem hoſtiam ce
leſtem. Offertur.n. nuꝫc per ſacerdotes noui
teſtamenti celeſtis hoſtia quatuor modis.

¶Primo principaliter ⁊ effectiue. Quia illa
perſona que primo obtulit ⁊ in cuius virtute
alij offerunt: non terrena ſed de celo fuit.

¶Secundo formaliter ⁊ quiditatiue. Quia
caro illa vera que offertur zelo diuinitatis eſt
formaliter alias perſonaliter coniuncta.

¶Tertio materialiter ⁊ ſubiectiue. Quia in
vtero virginali non terreno ſemine. ſed celeſti
ſpiramine caro que offertur fuit formata.

¶Quarto finaliter ⁊ terminatiue. Quia ob
latio ſacerdotis noui teſtamenti celum aperit
quod nō poterat aperiri oblatio ſacerdotij le/
uitici. Iſta autem quatuor per ordinem tāgit
Aug.iiij. de trini. c.xiiij. dicēs: Quid tam iu
ſtus ⁊ ſanctus ſacerdos ꝙ̄ vnicus dei filius:
quantum ad cauſam efficientem. Et quid tā
aptum immolationi ꝙ̄ caro humana morta/
lis: quantum ad cauſam formalem.
Et quid tam mundum pro mundandis vicijs
mortaliū. quā ſine vlla contagione carnalis
concupiſcētie caro in vtero nata virginali quā
tum ad cauſam materialem. Et quid tam gra
te ſuſcipi poſſe quam caro ſacrificij noſtri effe/
cta corpus ſacerdotis noſtri. quantum ad cau
ſam finalem.

¶Ad primū ergo eſt dicendum ꝙ quantūcūq̄
Moyſes ⁊ Aaron eſſent ꝑfecti ſacerdotes in
ſe: in columna tñ nubis loquebatur ad eos il
la dicta que xp̄m preſignabant. ad illos ergo
loquebatur in nube qui iam nobis loquitur
in ſcabello. puta in carne ꝑſonaliter aſſumpta
ꝙ p̄te ſicut glo. ibi dicit.

¶Ad.ij. eſt dicendum. ꝙ Melchiſedech fuit
ſacerdos ſummus. quia ſummi ſacerdotis fi
guram geſſit figurauit.n. xp̄m ſummū ſacer/
dotem. vnde ſicut figuratum excedit figuram
ſic iſtud ſacerdotium excedit illud.

¶Ad.iij. eſt dicendū ꝙ xp̄s nō remiſit ad ſa
cerdotes mundatos per ipſū veteris teſtamē/
ti tanq̄ꝫ ad ꝑfectiores. ſed innuit ꝙ mūdari in
terius ꝑ infuſionem gratie eius tūc doctrina
imbuendi ꝑ ſacramenta ⁊ cathechiſandi ꝑ ſer/
monem. poteſtas miniſtris eccleſie tributa eſt
Ut dicit Aug.

# Queſt. cv. quō ſtatus perfectō repreſētatur in religioſis mendic.

Deinde videndum eſt quō ſtatus
ꝑfectio repn̄tatur in religioſis mē
dicantibus. Circa quod queruntᷣ
nouem. Primo vtrū religioſi mē
dicantes ſint in ꝑfectiori ſtatu ꝙ̄ alij ¶Scd̄o
vtrū religioſi mendicantes cum ꝑfectionis ſta
tu poſſint eſſe de collegio ⁊ numero magrōꝵ
Tertio vtrū religioſi mendicantes cum perfe
ctionis ſtatu poſſint eſſe de collegio ⁊ nume/
ro ſtudentium ſecularium. Quarto vtrum plu/
res magiſtros eſſe in vno religionis collegio
deroget eorum ꝑfectiōis ſtatui. Quinto vtrū
religioſi mendicantes cum perfectionis ſtatu
poſſint eſſe teſtamentorū executores. Sexto
vtrū religioſi mendicantes cum ꝑfectiōis ſta/
tu poſſint eſſe regum ⁊ reginarū confeſſores.
Septimo vtrū religioſi mendicantes in per/
fectionis ſtatu poſſint eſſe ſeculariuꝫ principū
officiales. Octauo vtrū religioſi mendican/
¶ Ad .ij. eſt dicendū. ꝙ religioſi habētes poſſeſſiones in cōmuni de eis litigare vel diſcordiam habere nō debent. Primo quidē quia ipſi voluntariā pauꝑtatem aſſūpſerunt. Secundo qꝛ pudibundū eſt de tꝑalibus litigare qui tꝑalia cōtempſerunt. Tertio quia de eis non niſi in victu ⁊ veſtitu neceſſaria requirere debent. Quarto qꝛ non ſunt eoꝝ ꝓprie ſed a xpi fidelibus eis conceſſe.

¶ Ad .iij. eſt dicendū ꝙ eccleſie eſt ordinare religioſos ad diuerſos fines ꝓ fideliū vtilitate vñ ſi cōtingat aliquos religioſos ordinatos eſſe ad hoſpitalitatē faciendā ⁊ contingat eos illā non ſeruare tanꝗ tranſgreſſores ſunt puniendi ⁊ ad reſtitutionē cogendi eorū que in alium vſum expendunt. que a xpi fidelibꝰ ꝓ illa cauſa erogata ſunt.

Ad .iij. ſic ꝓcedit. videt. n. ꝙ religioſi habentes poſſeſſiones in cōmuni cū eoꝝ ꝑfectionis ſtatu nō poſſunt mendicādo elemoſynas recipere. Elemoſyne. n. dant ꝓpter indigentiā ſupplendā non ꝓpter ſuꝑfluitatem agendam. Sed vt Bern. ait in quadā epi. dicit ⁊ veraciter credit ſanctos patres illam vitā inſtituiſſe. ⁊ vt in ea plures ſaluarent vſq; ad infirmos regule temꝑaſſe rigorem non regulam deſtruxiſſe. Et ſubdit. abſit aūt vt credā tantā eos quantum video in pleriſq; monaſterijs vanitatē ... cepiſſe vel conceſſiſſe. Mirandum eſt. n. vnde inter monachos tanta intemꝑantia in cōmeſſationibus ⁊ potationibus in veſtimentis ⁊ lectiſternijs ⁊ equitaturis ⁊ conſtruendis edificijs moleſcere potuit.

¶ P. abſtinentibus tꝑalibus non ſunt tꝑalia conferenda. Sed Bern. dicit de abbatibꝰ monachoꝝ in quadā epi. vt cetera taceam tanta pompa ⁊ equitatura vidi abbatem incedere ⁊ tantis hominum circuitu ſtipari obſequijs quatinus duobus epis vnius abbatis ſufficeret multitudo. mentior ſi non vidi abbatē ſexaginta equos ⁊ eo amplius in ſuo ducere comitatu ita vt tranſeuntes nō patres eos dicerent eſſe monachoꝝ: ſed dños caſtelloꝝ. non rectores animaꝝ ſed principes ꝓuinciarum.

¶ P. Greg. recitat in dyalogo de monacho yſaac ꝙ cum ſibi poſſeſſiones ⁊ multa tꝑalia offerrent ille ſue pauꝑtatis cuſtos fortem ſententiam tenebat dicens. monachus qui in terra poſſeſſiones querit monachus non eſt.

¶ In ꝯtrarium eſt. qꝛ qui poſſunt bona ſtabilia cū ꝑfectionis ſtatu recipe poſſunt bona mobilia mendicando querere. Sed religioſi habentes poſſeſſiones in cōmuni recipiūt bona ſtabilia cū eoꝝ ꝑfectiōis ſtatu vt ſupra dictum eſt. ergo eodem modo poſſunt alias elemoſynas mendicando recipere.

¶ R. dō. ꝙ in religioſis duo conſiderare poſſumus. Primo ſtatus ꝑfectionem in quo ponunt. Scđo finē ad quē ꝑ eccleſiā ordinant.

¶ Quantū ergo ad primū cum in ꝑfectiōis ſtatu religioſi ponant ꝑ obligationē triū principalium votoꝝ. Omne illud repugnat ꝑfectiōis ſtatui ipſoꝝ quod repugnat alicui triū principaliū votoꝝ. Suꝑfluitas aūt tꝑalium planū eſt ꝙ repugnat voto paupertatis. ideo omnis exceſſus vel in poſſeſſiōibus multiplicandis vel in ſuꝑfluis elemoſynis mendicandis repugnat eoꝝ perfectionis ſtatui. Si vero tanta ſit paucitas poſſeſſionū ꝙ non ſufficiāt vt inde in victu ⁊ veſtitu neceſſaria habere poſſunt. ſicut ꝯtingit aliqua monaſteria habere vnā vineā nō aūt frumentū. ⁊ alia neceſſaria. licite poſſunt mendicando alias elemoſynas querere ex quibus eoꝝ neceſſarijs poſſint ſubuenire. vouentibus. n. pauꝑtatem voluntariā neceſſaria ſubtrahenda non ſunt.

¶ Quantū vero ad ſcđm religioſi qui ordinant ꝑ eccleſiā ad hoſpitalitatem tenendā ⁊ ad alia opera pietatis exercenda non debent elemoſynas mendicare ex quo ad hunc finem ordinati ſunt ꝑ eccleſiā vt mendicantibus debeāt ſubuenire. Si. n. d̉ bonis eccleſiaꝝ vna pars ſequeſtranda eſt vt pauꝑes foueant. ⁊ alia vt hoſpites recipiant multo magis hoc intelligendū eſt eſſe fiendū de bonis religioſorum quibus ad hoc a xpi fidelibus poſſeſſiones ⁊ alia bona immobilia offerunt. vñ exceſſus ⁊ ſuꝑfluitates in talibus facere non ſolū repugnat eorum ꝑfectionis ſtatui ymmo directe eſt contra finē ad que predicti religioſi ordinant. Et ſm hunc intellectū intelligēde ſūt auctoritates Bern. ſupra inducte. eodem mō ſi aliqui religioſi ordinant ad predicationem euāgelij ⁊ ſacre ſcripture expoſitionē ⁊ vt quietius ⁊ liberius hunc finem cōſequi poſſint ꝓuiſum eſt ꝑ eccleſiā quatinus mendicando de his que a xpi fidelibus offerunt in vite neceſſarijs poſſint ſuſtentari non debent eſſe poſſeſſionum cultores vel domoꝝ vel vinearum curatores. vt veliut ꝯtra ꝓceptū legis Deutro. xxij. arare in boue ⁊ aſino. Quia ⁊ ſi hoc nō repugnat ꝑfectiōis ſtatui repugnat tamen fini ad quem ꝑ eccleſiam ſunt ordinati.

Ad .iiij. ſic ꝓcedit. videt. n. ꝙ religioſi ꝓfeſſi in vna religione cū ꝑfectionis ſtatu poſſint ꝑfici in prelaturā alteriꝰ religionis. Status. n. ꝑfectiō ꝯſiſtit in obligatione triū votoꝝ. Sed in omni religione ꝓfitet homo hec tria vota. ergo quilibet religioſus poteſt eſſe in qualibet religiōe ꝑlatus

¶ P. eps prelatus eſt omniū religioſoꝝ exiſtentiū in ſua dyoceſi niſi ſint exempti. Sed eps qñq; eſt clericus ſecularis multo ergo fortius ꝓfeſſus in vna religione poteſt eſſe prelatus in altera.

¶ P. moꝝ diuerſitas non pōt aliquē religioſum ꝓfeſſum in vna religiōe reddere indignū ne efficiat prelatus in alia. Recitat. n. Greg. de beato Benedicto. ij. dyalogoꝝ. ꝙ cū quidam religioſi prefatū beatum benedictum rogarent vt eis deberet preeſſe ⁊ ipſe diu reſiſtēdo ⁊ predicendo ꝙ ſui mores eoꝝ moribꝰ cōuenire non poſſent finaliter tñ conſenſum prebuit ⁊ factus eſt eoꝝ prelatus.

¶ In contrariū eſt quod ſcribit extra in cōſtit. de. de ele. ⁊ electi ptāte. Cū rationi non congruat vt homines diſparis ꝓfeſſiōis vel habitus ſimul in eiſdē monaſterijs ſocientur ꝓhibemus ne religioſus aliquis in abbatē vel prelatū alterius religionis vel habitus de cetero eligatur. Quod ſi ſecus actū extiterit ſit eo ipſo irritum ⁊ inane.

¶ R. dicendum ꝙ quicunq; in prelatū aliorum eligitur caput eorū conſtituitur. Caput autem cum membris debet habere.

¶ Primo conuenientiam vt ſint vnius moris ⁊ vnius modi viuendi.

¶ Secundo in habitu apparentiam vt non coniungatur cauſaliter ⁊ indifferenter caput hominis cum membris leonis ſicut aliqui philoſophi eſſe poſſibile tradiderunt. Sed ordinare caput hominis collo ⁊ membris hominis coniungatur.

¶ Tertio influentiam. Influit enim caput in membra motum ⁊ ſenſum. quod ſi eſſet alterius nature ⁊ alterius profeſſionis minime facere poſſet.

¶ Quantum ergo ad conuenientiam prelatus cum ſubditis debet eſſe eiuſdem moris ⁊ eiuſdem modi viuendi.

¶ Quantum vero ad apparentiā debet eſſe eiuſdem habitus. Apparet. n. diſtinctio vniꝰ religionis ab alia potiſſime per habitum. vñ cum quis religionem profitetur habitus eiꝰ benedicitur. ⁊ cum quis religioſus ad prelationem aſſumitur eius habitum deſerere non debet

¶ Quantum autem ad influentiam debent eſſe eiuſdem profeſſionis. Propter ergo iſta tria congrue prouiſum eſt ne aliquis religioſus profeſſus in vna religiōe in abbatem vel in prelatum alterius religiōis vel habitus de cetero eligatur.

¶ Ad primum ergo eſt dicendū ꝙ ſicut participatione ſpeciei omnes homines ſunt vnꝰ homo. diſtinguuntur tamen proprijs qualitatibus ⁊ accidētibus. Sic profeſſione ⁊ obligatione illorum triū principalium votorum omnes religiones poſſunt dici vna religio. diſtinguuntur tamen proprijs habitibꝰ ⁊ ſm ſpecialia ſtatuta ipſorum.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ epiſcopus eſt prelatus communis religioſorum ⁊ clericorum. Conſtitutio autem illa ſe extendit ſolum ad prelatum ſpecialem. Unde in eadem conſtitutione ſubditur ꝑ hoc aūt quin religioſus in epiſcopum ſecularis vel cuiuſlibet regularis eccleſie licite poſſit eligi. non intendimus prohibere.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ morum diuerſitas poteſt attendi quantum ad duo.

¶ Primo quantum ad maliciam vel bonitatem.

¶ Scđo quantū ad modi viuēdi diuerſitatē ꝗuis ergo ꝑ diuerſitatē morū penes maliciā ⁊ bonitatē non impediat religioſoꝝ in prelaturā electio eo ꝙ in qualibet religione ſunt aliqui boni moris ⁊ aliqui mali, impedit tñ pe

nes modi viuendi diuerſitatē. q̄ꝛ p̄lati cum ſubditis debent eſſe eiuſdē ꝓfeſſionis ⁊ eiuſdem modi viuendi.

Ad .v. ſic procedit. videt em̄ ꝙ ingredientes religionē elapſo profeſſiōis āno nō tenet in religione ꝑmanere ſicut ꝓfeſſi. Monacho em̄ nō licʒ votū vouere ſine licentia abbatis ⁊ ſi vouerit frāgedū eſt votuʒ perſēm. vt ſcribit. xx. q. iiij. ergo ſtādo vltra ꝓfeſſiōis annū. dato ꝙ vouerit remanere ex quo ꝙ in manibꝰ abbatis ꝑ ꝓfeſſionē votū nō fecit de eius cōſenſu poterit ad ſeculū reuerti.

¶ P. ſcribit. xx. q. iij monaſterijs oībꝰ ſinitas vrā interdicat diſtinctius. vt eos quos ad conuerſationē ſuſceperit priꝰ ꝙ bienniū in conuerſatione cōpleuerit nullo mō audeant tōſurare nō ergo elapſo ꝓfeſſiōis āno tenētur in monaſterio remanere ſicut ꝓfeſſi.

¶ P. nullꝰ aſtringit ꝑmanere in religione niſi ꝑ profeſſionē ⁊ obligationē voti ſi ergo quis nō faciat ꝓfeſſionē in aliqua religione nō obligatur ex voto ibi ꝑmanere.

¶ In contrariū eſt qḋ ſcribit. xx. q. iij. ꝓpoſitū monachi proprio arbitrio ⁊ voluntate ſuſceptum deſeri non pōt abſqꝫ peccato.

¶ R. dicendū ꝙ in foro conſcientie quantū ad deū ſtatim cū quis ingredit religionē cū ꝓpoſito firmo ꝑmanēdi voto in ꝯſcientia emiſſo vel de intrando vel poſtq̄ intrauit de ꝑmanēdo aſtringit in ꝑpetuū votū ſeruare. Quantum aūt ad eccleſiā in foro exteriori non compellitur niſi fuerit etatis ꝑfecte ⁊ ꝑ annū religionem expertus. elapſo vero anno profeſſionis ex quo non diſſentit. ꝯſentire intelligitur. Sic. n. voluntas intelligit firma ꝑ diſſenſum in bono ſicut ꝑ diſſenſum in malo. ſicut. n. errori cui voluntas non contradicit approbare ipſum ꝯuincitur. vt ſcribit. lxxxiij. di. Sic bonum ꝓpoſitum cui non diſſentit qn̄ diſſentire poteſt ipſum approbare intelligit. ideo ſtatutum eſt extra de regu. ⁊ tranſeū. ad religi. ꝑ cōſtitutionē cleme. Eos qui deinceps in diſcretionis etate conſtituti nouicioꝝ habitū in aliqua religione ꝑ annum portauerint hoc ipſo religionē illā decernimus eſſe profeſſos.

¶ Ad primū ergo eſt dicendū. ꝙ illud decretum non intelligit de voto quo quis ligatus eſt. vel ad intrandū vel ꝑmanēdū in religione. ſed de votis auſterioris vite vel peregrinationis ſeu quibuſcunqꝫ alijs conſuetudinibꝰ humane vite ſpectantibus qui ꝑ abbatē reuocari poſſunt etiā ſi ante introitū religiōis huiuſmodi vota emiſit. ſicut vir pōt reuocare poſt factum votum ab vxore.

¶ Ad .ij. eſt dr̄. ꝙ ibi loquit Grego. de illis qui nondū habitū monachalē ſumpſerūt ſed in habitu ſeculari in monaſterijs exiſtentibus mores vitāqꝫ eoꝝ eis ꝓbare ꝑmittit. de quibus p̄cipit vt ante bienniū nō debeāt tōſurari ne quis eoꝝ aut nō ſit contemptus quod vouit aut ratuʒ habeat quod elegit.

¶ Ad .iij. eſt dicendū. ꝙ ſtatim elapſo profeſſionis anno voto ligatus eſt religioſus in religione ꝑmanere ex quo non diſſentit tpe quo diſſentire tenet. etiā dato ꝙ ante non vouerit quia ſi ante vouit vel de intrando vel de permanendo abſqꝫ tranſgreſſione diuini p̄cepti fieri non poteſt vt ipſum non impleat.

## Q. CVII. quō ſta. perfe repre. i euan. predica.

OEinde ꝯſiderandū eſt quō ſtatus ꝑfectio repreſentat in euangelij p̄dicatoribus. Circa quod queruntur quatuor. Primo vtrū predicatores abſqꝫ peccato poſſint in predicatione euangelij aliqua verba hūane leticie immiſcere. Secundo vtrū predicator abſqꝫ peccato poſſit conatū apponere in cōplacendo auditoribus. ¶ Tertio vtruʒ predicatores euangelij abſqꝫ peccato poſſint curā apponere in ornatu verboꝝ. Quarto vtrū abſqꝫ peccato poſſint populi ſcelera tacere nō ꝓnunciando eis.

Ad primū ergo ſic ꝓcedit. videt. n. ꝙ p̄dicatores ſemꝑ peccant mortaliter in p̄dicatione euangelij aliqua v̄ba hūane leticie immiſcendo. Que. n. ſine peccato non poſſunt p̄dicatores ꝓponere nec auditores audire ſine peccato in p̄dicatione euangelij nō miſcent. Sed fabulas in quibus homines delectant p̄dicatores ſine peccato non poſſunt ꝓponere nec auditores audire. Scribitur enim .ij. Petri. i. c. Non indoctas fabulas ſecuti notā fecimus vobis dn̄i nr̄i ieſu xp̄i virtutē. Et .ij. Thi. iiij. A veritate quidem auditū auertent ad fabulas aūt conuertentur.

¶ P. in fabulis auditores maxime prouocantur ad riſū ⁊ in alijs hūane leticie verbis. Sʒ Augꝰ. dicit ſup Geū. ad litterā. ꝙ turpe eſt ꝑ nimis ꝑniciosum xp̄iano ſic delirare in expoſitione ſacre ſcripture. ꝙ infidelis audiens riſū tenere vix poſſit.

¶ P. ſcribitur auctoritate Greg. lxxxvi. di. ꝙ in doctrina ſacre ſcripture auctoritateʒ debet ꝓferre non ſeculariū litteraꝝ peritiā oſtendere ep̄s. quia non eſt ep̄alis officij grāmaticā exponere ne laudes iouis ꝯſonēt ora pōtificis.

¶ In contrariū eſt quia p̄dicator ſine peccato poteſt vti modo loquendi quo vtitur ſacra ſcriptura. Sed in pleriſqꝫ locis ſacra ſcriptura vtit verbis ſignificatiuis trāſumptiuis ⁊ methaforicis. Iuxta illud iudicū .ix. Ierūt ligna vt vngerent ſuper ſe regem.

¶ R. dicendū ꝙ vti fabulis ⁊ humane leticie verbis in predicatione euangelij tribus modis poteſt contingere. Primo quantū ad ſacre ſcripture expoſitionem. Secundo quantū ad moꝝ informationē. Tertio quātum ad auditorum recreationē. ¶ Primo modo ſacra ſcriptura nullā mixtionem recipit. vnde ſuper illo verbo Deutro. xxij. non ſeres vineam tuaʒ altero ſemine. dicit glo. ꝙ pura debet eſſe expoſitio ſacre ſcripture ſine admixtione hereſis ⁊ ſine admixtione ſecularis ſcientie. ⁊ ſine admixtione inanis glorie. quia dicēte apoſtolo i. Corinth. v. Modicum fermentū totaʒ maſſam corrumpit. ¶ Secundo modo interduʒ gratia exemploꝝ aliqua ad informationē morum induci poſſunt. quia exempla ponimus non vt ita ſit ſed vt ſentiat qui diſcit. ¶ Sed tertio modo ad auditoꝝ recreationeʒ Augꝰ. in li. de cathezizandis rudibꝰ. ponit quinqꝫ modos quibus auditores in faſtidio releuandi ſunt ꝑ predicatores vt conſueta audire nō faſtidient eos ſed delectent. Primo vt illa breuius debeant cōplicare. Secundo vt lucidiꝰ debeant explanare. Tertio vt contraria debeant remouere ⁊ extirpare. Quarto vt aliqua mira ⁊ ſtupenda debeant enarrare. Quinto vt aliqua honeſta hilaritate condita debeant recitare.

¶ Ad primū ergo eſt dicendum ꝙ ſicut glo. dicit ꝑ fabulas ibi apo. tangit paganos ⁊ hereticos. Nam pagani quicquid eos delectabat deum appellare nō timuerunt. heretici vero acceptis dei veri miſterijs de cetero non diuinis ſcripturis attendere. ſed potius ad ſenſum erroneum has male interpretando tranſferre ſtuduerunt. talium ergo fabulas predicator nec ad moꝝ informationem nec ad auditorum delectationē debet exponere. ſed ad diſcētium exterminationem.

¶ Ad .ij. eſt dicendū ꝙ notabiliter dicit in expoſitiōe ſacre ſcripture ꝙ abſqꝫ dubio in hoc mixtio nulla eſt faciēda. ſed illorum ſententia inducenda qui non ꝓprio ſenſu nec ꝓpria interpretatione ſed ſpiritu ſancto inſpirati locuti ſunt.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ Gregꝰ. ibi reprehendit quendam ep̄m qui doctrinam auctorum ⁊ poetarum grāmatice populo exponebat. quod erat multuʒ rep̄henſibile ſacrā ſcripturam pretermittere ⁊ fabulas poetaruʒ proponere.

Ad ſecundum ſic proceditur. videtur enim ꝙ predicator abſqꝫ peccato nō poſſit conatum apponere in complacendo auditoribus. Dicit. n. Hierony. in ꝓlogo libri Heſter in ꝑſona predicatorum ⁊ expoſitorum ſacre ſcripture. Nec affectamus laudes hominum nec vituperationes expaueſcimus. deo enim placere curantes minas hominum penitus non timemus. quia diſſipat deus oſſa eorum qui hominibus placere deſiderant.

¶ Preterea p̄dicator in populo eſt ſicut cōcionator. Sed vt ph̄s recitat ex dicto cuiuſdaʒ mulieris perſuadentis ſuo filio vt non deberet in populo concionari. quia tacendo veritatem diſpliceret dijs. loquendo veritatem diſpliceret populo. Cum igitur predicator ſemꝑ teneatur loqui veritatē non videtur ꝙ debeat conatum apponere in placendo auditoribus.

¶ Preterea in dubijs ſemper tutior pars eſt eligenda. Sed Hiero. dicit in ſermone de aſſumptione Marie virginis. Satis timeo ⁊ valde pertimeſco duʒ veſtris cupio parere vel placere profectibus ne forte ſicut improbꝰ ita ⁊ indignus laudator inueniar.

¶ In contrarium eſt Augu. iiij. de doctrina xp̄iana. vbi dicit ꝙ oportet doctorem eccleſiaſticum precipue circa tria attēdere. Primo vt doceat. Secūdo vt delectet. Tertio vt flectat. Nam docere eſt neceſſitatis. delectare ſuauitatis. ⁊ flectere eſt victorie.

¶ R. dicendum ꝙ conatus predicatoris in complacendo auditoribus poteſt ꝓcedere ex malo ⁊ ex bono fonte.

¶ Ex malo quidem ſi hoc faciat ſui nominis ⁊ ꝓprie fame diuulgatione. modo quo ſcribe ⁊ phariſei faciebant. quia ad hunc finem dirigebant omnia eorum opera vt viderentur ab hominibus vt ſcribitur de eis Math. xxiij.

¶ Secundo turpis lucri acquiſitiōe. tales. n. priuati ſunt veritate. quia exiſtimant queſtum eſſe pietatem. ſicut dicit apo. i. Thi. vi.

¶ Tertio alicuius veritatē ad ſalutē ⁊ informationē moꝝ ꝑtinentis dimiſſiōe. In hoc. n. gloriabit Paulus Act. xx. ꝙ nec ex timore male humiliante nec parcens vicijs aliquorū ex cōplacētia male inflāmante nūq̄ dimiſerat aliquid annūciare ſuis auditoribus ad eorū ſalutem ſpectans. Sic. n. ait ibi. Cōteſtor vos hodierna die quia mundus ſum a ſanguine omniū veſtrū. non. n. ſubterfugi quo minꝰ an

nunciare vobis eſſe conſilium dei. Similiter tribus modis ex bono fonte poteſt ꝓcedere.

¶ Primo talem complacentiã intendat propter auditorũ caritatiuã dilectionẽ. Dicit enĩ Augꝰ. in li. de cathezizandis rudibus. ꝙ quãto magis diligimus eos quibus loquimur tãto magis eis cupimus vt placeant que ad eorum porrigunt ſalutẽ. ꝙ ſi non ſuccedit cõri/ſtamur ⁊ in ipſo curſu debilitamur ⁊ frangi/mur quaſi fruſtra opera conteramus

¶ Secundo vt hanc intendat ꝓpter dei veritatis manifeſtationẽ. Et tertio ꝓpter eternã retributionẽ. Rationes ſuperius facte ſolute ſunt ꝑ ea que dicta ſunt.

Ad tertiũ ſic ꝓceditur. Videt̃. n. ꝙ predicatores euãgelij abſ ꝗ peccato nõ poſſint curã apponere in ornatu verborum. videtur. n. ornatus verborum ꝑtinere ad fauſtum ſupbie. ſed ſacra ſcriptura humilimo loquendi genere ſe cũctis prebet. vt dicit Augꝰ. Non ergo in ꝑdicatione ſacre ſcripture debet homo vti ornatu verborum.

¶ P. Paulus fuit ꝑcipuus doctor ⁊ predicator euãgelij. ſed ipſe ꝗuis fuerit peritꝰ ſciẽ/tia non tñ ſermone. vt ipſe dicit. ij. Chorin. xi. Nulla eſt ergo cura apponẽda predicatori in ornatu ſermonis

¶ Preterea Moyſes excuſauit ſe de imperitia ſermonis ⁊ lingue. Exo. iiij. ⁊ tñ ex tali imperitia non eſt remotus a ducatu populi iſraelitici. ornatus ergo vel eloquẽtia non eſt in ꝑ/dicatione conſideranda.

¶ In contrarium eſt quod ſcribit Eccle. xv. Lingua ſapientum ornat ſcientiam.

¶ R. dicendũ ꝙ hãc queſtionem determinat Augꝰ. iiij. de doctrina xp̃iana. c. ij. ſic dicens. hic forſitan aliquis querit. vtrum auctores noſtri quorũ ſcripta diuinitus inſpirata canonẽ nobis ſaluberrima auctoritate fecerunt ſapiẽ/tes tantũmodo an eloquentes nuncupandi ſunt. que quidẽ queſtio apud meipſũ ⁊ apud eos qui ſentiunt mecum qꝺ dico facilime ſol/uitur. Nam vbi eos intelligo non ſolum nihil eis ſapientius verum etiã nihil eloquentius mihi videri poteſt ⁊ audeo dicere omnes qui recte intelligunt ꝙ illi loquunt̃ ſimul intelligere non aliter eos loqui debuiſſe. hanc autẽ ſo/lutionem Augꝰ. in eodẽ li. ex tribus confirmat

¶ Primo ex parte finis ad quem ſacra ſcri/ptura dirigitur. ¶ Secundo ex parte auditorum quibus proponitur. ¶ Tertio ex parte eorum a quibus traditur. Dirigitur. n. tota ſacra ſcriptura ad dei laudem tanꝗ ad finẽ. Si ergo regina Heſter orauit ꝓ ſue gẽtis tempotali ſalute locutura apud regem vt in os eiꝰ decongruum ſermonẽ daret ornatum ⁊ bene ſo/nantem in lingua ſua. multo magis orare debet vt tale munus accipiat qui ꝓ omnium hominum ſalute in verbo ⁊ doctrina laborat. ex parte illorum quibus ꝓponitur. videmus. n. in corporali theſauro ꝙ vbi amplius diuitiarum cernitur ibi offerunt̃ libentius. quia au/ro textis reſeratis reliquiis ſignanter oculi ⁊ loculi aperiuntur oſtenditur pulcerrima forma ſancti vel ſancte alicuiꝰ ⁊ eo creditur ſanctior quo coloratior currũt homines ad oſculandũ inuitant̃ ad donãdũ ⁊ magis interdũ mirant̃ pulcra ꝗ venerent̃ ſacra. Eodem modo in theſauro ſacre ſcripture quẽ dicente apoſtolo ha/bemus in vaſis fictilibus quanto ornatꝰ eloquentius intelligibilius ⁊ potentius ꝓponit̃ auditoribus tanto magis ꝓponens intelli/genter libenter ⁊ obedienter auditur.

¶ Tertio hoc patet ex parte eorꝝ quibus proponitur. Dicit. n. Augꝰ. eodem li. ꝙ eloquẽtes quidem non ſolũ ſapiẽtes canonicos noſtros auctores doctoreſ ꝗ fatemur tali eloquentia qualis perſonis illis cõgruebat. quod potiſ/ſime apparet de eloquentia ꝓphetarum. Vbi ꝑ tropologiam multa obtegunt̃. que quanto magis tranſlatis verbis videntur aperiri tãto magis cum fuerint aperta dulceſcunt. qꝺ ſpe/cialiter patet ex illius ꝓphete libro qui ſe pa/ſtoralem vel armentariũ fuiſſe teſtatur.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ humane ſcientie habent modũ ꝯtrariũ modo tradendi ſacre ſcripture. Que. n. ſunt ardua ⁊ difficilia ſacra ſcriptura tradit modo humili ⁊ facili. humana vero ſcientia que ſunt facilima ⁊ leuia tradit modo ampuloſo ⁊ quodam faſtu ſuperbie. habet. n. hoc ꝓpriũ doctrina arrogantium ſm Gregꝰ. vt humiliter neſciant inferre quod docent ⁊ recta que ſapiunt recte miniſtrare nõ poſſunt ornatum ergo humane ſcientie ampuloſum cum faſtu ſupbie ſacra ſcriptura dete/ſtatur. ſed ornatũ decentem ſcõs viros imitat̃.

¶ Ad ſecundũ eſt dicendum ꝙ paulus non fuit imperitus eloquẽtia que eſt neceſſaria ad ſacre ſcripture expoſitionem. ſicut in omnibus epiſtolis eius patet ⁊ precipue in epiſtola ad Hebre. vbi ornate ⁊ eloquenter locutus eſt. Sed in exteriori locutione ad euitandum fa/ſtum ſuperbie gentilium ⁊ pſeudo apoſtolorꝝ eloquentia in ampuloſitate ſermonis nõ vtebatur. Dicit. n. i. Corinth. ij. Ego cum veniſſẽ ad vos fratres veni non per ſublimitatem ſermonis aut ſapientie. annuncians vobis teſtimonium xp̃i. non. n. iudicaui me ſcire aliquid inter vos niſi ieſum xp̃m ⁊ hunc crucifixum.

¶ Ad. iij. eſt dicendum ꝙ ſicut dicit Augꝰ. iiij de doctrina xp̃iana. Quedam eſt eloquentia que magis decet etatem iuuenilem. quedam vero magis ſenilem. eo ꝙ eloquentia dicẽda non eſt ſi perſone non congruat eloquẽtis ita vt quedam eloquentia eſt que decet viros ſũmos auctoritate digniſſimoſ pleneꝗ diuinoſ Moyſes ergo eloquens fuit illa eloquentia que decebat eum vt aſſumebatur mediator inter deum ⁊ hominem aaron ⁊ alios prelatos leuitici generis. Eloquentia vero que erat neceſſaria ad eloquendum populum fulgebat Aaron qui in adiutorium Moyſi aſſumptus eſt ad hoc officium exequendum.

Ad quartum ſic ꝓceditur. videt̃. n. ꝙ ꝑdicatores abſ ꝗ peccato non poſſũt tacere ſcelera populi non nunciando eis. predicatio nanꝗ euangelij ꝑtinet ad veritatem doctrine. Sed ſm Hiero. veritas do/ctrine ſanctitas vite ⁊ equitas iuſticie etiam ꝓpter ſcandalum dimittenda non ſunt.

¶ P. predicatori dicitur Iſa. lviij. Clama ne ceſſes quaſi tuba exalta vocem tuam ⁊ annũ/cia populo meo ſcelera eorum. abſ ꝗ peccato ergo predicator ſcelera populi tacere non põt

¶ P. ſcribitur auctoritate Gregꝰ. lxxxiij. di. c. error. Negligere quippe cum poſſis peruerſos ꝑturbare nihil aliud ẽ ꝗ fauere. nec caret ſcrupulo ſocietatis occulte qui manifeſto facinori deſinit obuiare.

¶ In contrarium eſt quia non ſunt perfectio/res predicatores preſentis tꝑis ꝓphetis veteris teſtamenti. Sed illi multa ſcelera obmittebant populo non nunciando ſicut patet de repudiatione vxorꝝ. quod nunꝗ fuit ſm Augꝰ. a deo conceſſum. ſed ſolũ ꝑ Moyſen ⁊ alios ꝓphetas propter euitationem maioris mali permiſſum. Scribitur. n. Malachie. ij. vxorẽ adoleſcentie tue noli deſpicere ſed cum odio habueris eam dimitte illam.

¶ R. dicendum ꝙ quedam per predicatores ꝓponuntur tanꝗ credenda.

¶ Quedam vero tanꝗ operanda ⁊ obſeruãda vt omnia diuina precepta.

¶ Quedam autem ſicut corrigenda vt que ſunt contra informationem bonorum morum ꝯfalſitates ergo ⁊ errores que opponũtur cre/dibilibus ⁊ his que ſunt de integritate fidei ⁊ ſacre ſcripture predicator tacere non debet. Tranſgreſſiones vero diuinorum mandato/rum eodem modo tacenda ⁊ non ꝓnuncian/da eſſe peccata damnoſa peſtis eſt. In perſo/na. n. talium ſcribitur. Treñ. i. Prophete tui viderunt tibi falſa ⁊ ſtulta nec aperierunt ini/quitatem tuam. quia tales ex grauioribus le/uiora quaſi diuina auctoritate peccantibus nunciant. dicentes bonum malum ⁊ malũ bonum. ſicut glo. ibi dicit. Sed que ſunt contra bonorum morum informationem corrigẽda propter vitationem quandoꝗ maioris mali ⁊ ne auditores peiores fiant quandoꝗ ſunt diſſimulanda. quia ſm Criſo. Cum hominũ prauam voluntatem cohibere nõ poſſumus: ſalubriter permittimus mala ne peiora fiant Et auctoritate Gregꝰ. inducitur. iiij. di. c. quadrageſima. ꝙ cum homines a praua ſua conſuetudine auerti non poſſunt cum venia ſuo ingenio relinquendi ſunt. ne forte peiores exiſtant ſi a tali conſuetudine prohibeantur. vñ non peccat eccleſia ⁊ predicatores euangelij: vt puto ſi diuino conſilio ducti interdum diſſimulant nunciare in populo aliqua eſſe peccata ⁊ tanꝗ mala dimittenda vel corrigenda ſi probabiliter credant ex dimiſſione illorũ peiora eſſe fienda:

¶ Ad primum ergo eſt dicendum. ꝙ veritas doctrine non eſt dimittenda propter ſcanda/lum aliquorꝝ particulariter. ſed ſi omnes ſcandaliſarentur dimittenda eſſet ꝓ tunc. Eſt enĩ regula vniuerſalis ꝙ ſi opus eſt tam bonum ꝙ preponderet damno ſcandali nõ debet di/mitti propter ſcandalum. Si vero econuerſo dimittendum eſt. Vel dicendum eſt ꝙ non propter ſcãdalum. Sed quia propter maius malum ⁊ propter maius periculũ quod inde poteſt accidere puta ſciſma vel contemptus quandoꝗ veritas vel iuſticie equitas dimit/tenda eſt.

¶ Ad ſecundem eſt dicendum ꝙ ſcelera ſemꝑ ſunt nuncianda. important. n. ſcelera peccata enormia ⁊ manifeſta contra mandata dei. ſed aliqua minora peccata quãdoꝗ tacenda ſũt ne peiora fiant ſicut prophete prouide diſſi/mulauerunt diuortium ꝓpter vitandum ho/micidium.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ predicator obuiat manifeſto facinori quando diſſimulatur minus malum ne fiat maius.

## Queſti. CVIII. quomõ ſtatus perfectio repreſentatur ĩ doctoribus et ſacre ſcripture expo

Tertius videndum eſt quomodo ſtatus perfectio repreſentatur in doctoribus ⁊ ſacre ſcripture expoſitoribus. Circa quod queruntur quatuor.

¶ Primo vtrum dignus magiſtrari in theologia teneatur ſcire omnes humanas ſciētias

¶ Secundo vtrū dignus magiſtrari in theologia teneatur ſcire omniū gentiū linguas

¶ Tertio vtrū dignus magiſtrari in theologia teneatur ſcire ius canonicum.

¶ Quarto vtrū dignus magiſtrari in theologia ſi non magiſtratur ꝑdat aureolam.

Ad primum ergo ſic ꝓceditur videtur enī ꝙ dign⁹ magiſtrari in theologia nō teneatur ſcire humanas ſcientias Dicit.n. Augu.xiiij. de trini. ꝙ nō quicquid ab homine ſciri poteſt in rebus humanis vbi plurimum ſuperflue vanitatis ⁊ noxie curioſitatis eſt. ſacre eſt ſcripture imbuendum. Sed illud tantummodo quo fides ſaluberrima que ad veram beatitudinem ducit: gignitur: nutritur: defenditur ⁊ roboratur.

¶ P. illa non tenetur ſcire dignus magiſtrari in theologia pro quorum ſtudio infligitur ſibi pena. Sed Hierony. recitat de ſeipſo in epi. ad Euſtachium ꝙ in extaſi poſitus vehementer verberatus fuit. ita vt liuentes ſcapulas habuiſſet ⁊ plagas ſenſiſſet ꝑ multos dies ꝓ eo ꝙ codices Ciceronis ⁊ humanarū ſcientiarum legerat.

¶ P. humane ſciētie deriuate ſunt a ſacra ſcriptura. Dicit.n. Augu.ij. de doctrina xp̄iana. platonem tempore Ieremie ꝓphete ꝓfectū fuiſſe in egyptum vbi tunc ille ꝓpheta erat ibiq; per dictum Ieremiam noſtris litteris fuiſſe imbutum vt illa poſſet docere ⁊ ſcribere que ſure a multis laudantur. ergo non dignus magiſterio in theologia tenetur humanas ſcientias ſcire cum ab ipſa ſint deriuate ⁊ non econuerſo

¶ In contrarium eſt quia dignus magiſtrari in theologia tenetur loqui ⁊ docere inter perfectos. Sed ſapientia quam aplus.i. Corinth. ij. docet eſſe loquendam ⁊ docendā inter perfectos eſt rerum humanarum diuinarūq; ſciētia. vt dicit Augu.iiij. de trini. tenetur ergo ſcire humanas ſcientias.

¶ R. dicendum ꝙ ad magiſterium ſacre ſcripture aſſumptus. ipſam diuinam ſcripturam tenet declarare intelligibiliter. docere eloquēter ⁊ contra impugnātes defendere fideliter. Ad que ma plurimum valent humane ſcientie. valent.n. ad ipſam intelligendum ſcientie mathematice: methaphiſice ac omnes ſciētie diſſinſendi ⁊ diuidende rhetorice polliſcite ⁊ ethice. ſicut Augu. probat de ſingulis.ij. d' doctrina xp̄iana. valent ſimiliter ad docendum ⁊ contra impugnantes ipſam defendendam quia qualiter pijs opituletur ⁊ contra impios defendatur. plurima ab ipſis humanarū ſcientiarum traditoribus contra eos accipere poſſumus. vt dicit Damaſ.iiij. libro.

¶ Ad primū ergo eſt dicendum ꝙ ſicut dicit Augu.ij. de doctrina xp̄iana. in humanis ſciētijs eſt aliquid inſtitutum ab hominib⁹ tanq̄ ſupſtitioſum vanum ⁊ curioſuꝫ vel quod eſt inſtitutum ad colenda idola vel ad conſultationes ⁊ pacta queda ſignificationum cū demonibus placita atq; federata qualia ſunt volumina magicarum artiuꝫ. Omnes.n. tales artes vel nugatorie vel noxie ſupſtitioſe ex quadam peſtifera ſocietate hominū ⁊ demonū cōſtituta penitus ſunt repudianda ⁊ fugienda cuilibet xp̄iano. aliquid vero eſt in humanis ſcientijs tanq̄ verum vtile ⁊ fructuoſum. ⁊ q2 omne verum ab illo eſt qui ait. Ego ſum via veritas ⁊ vita. Ideo omnia cōmoda ⁊ neceſſaria homini que cū hominibus inſtituta ſunt ⁊ que ad vſum humane vite neceſſariū ꝓficiūt non ſunt fugienda xp̄iano ymmo intuēda diſcenda ⁊ memoria retinenda.

¶ Ad.ij. eſt dicendū ꝙ magiſtris iam ꝑfectis in humanis ſcientijs cum iam ad ſtudiū ſacre ſcripture ꝑueniunt. dannoſum eſt ⁊ curioſum tempus apponere in lectione vel ſtudijs humane ſcientie. Sic.n. vt dicit Augu.ij. de doctrina xp̄iana. Sentire debet quiſq; diues de egypto exiens. ꝙ tū niſi paſca egerit ſaluum ſe eſſe non poſſe exiſtimet. Paſca aut noſtruꝫ xp̄s eſt. vnde cū dign⁹ magiſtrari in ſacra ſcriptura ad eā ꝑſcrutandā accedere ceperit illud apoſtolicum cogitare non ceſſet. ſciētia inflat caritas vero edificat

¶ Ad.iij. eſt dicendū ꝙ ſicut dicit Augu.ij. de doctrina xp̄iana. Credibile eſt cōſiderans temporibus ꝙ ph'i de litteris noſtris habuerunt quecunq; bona ⁊ quecunq; vera dixerunt maxime cum ante litteras gentis hebreoꝝ in quas vnius dei cultus emicuit ex qua ſm carnē venit dn̄s noſter. Nec ipſe quidem pictagoras fuit a cuius poſteris platonici theologiam didiciſſe aſſeratur. vnd' ſi qua vera ⁊ fidei noſtre accomoda dixerunt ab eis tanq̄ ab iniuſtis poſſeſſoribus accipienda ſunt.

Ad ſecundū ſic ꝓcedit. videt.n. ꝙ dignus magiſtrari in theologia non teneatur ſcire omniū gentiū linguas. loqui.n. diuerſis linguis eſt donum ſpiritus ſancti ſicut patet.i. Corinth.xij. Sꝫ dona ſpiritus ſancti habere non eſt in poteſtate hominis. nullus ergo debet conari hoc a ſeipſo habere ſed a deo humiliter expetere.

¶ Preterea quod ꝓuenit ex peccato homo non tenet ſcire vel docere. Sed diuerſitas linguarum ex peccato cōſtituta eſt. vt dicit Augu. xvi. de ciuita. dei. Dignus ergo magiſtrari in theologia non tenetur hoc ſcire vel docere.

¶ Preterea loqui diuerſis linguis ad hoc ē neceſſarium vt ſacra ſcriptura cōmunicet infidelibus. Sꝫ xp̄s ꝓhibuit Math.vij. ſanctū dari canibus ⁊ margaritas ꝓijci ante porcos. Dignus ergo magiſtrari in theologia non tenetur hoc ſcire.

¶ In contrarium eſt. quia dignus magiſtrari in ſacra ſcriptura ex officio ad quod aſſumitur efficit debitor grecis ⁊ barbaris. ad Ro.i. Sed debitū eis reddere non poteſt niſi ſciat eorum linguas.

¶ R. dicendum ꝙ teneri ad aliqua poteſt intelligi dupliciter. vel ex neceſſitate vel quadā congruitate.

¶ Ex neceſſitate ergo dign⁹ magiſtrari in ſacra ſcriptura non tenetur ſcire omnium gentiū linguas ſed ſolum linguam illorum cum quibus commititus eſt. Sicut.n. eſt in vita politica ⁊ morali in qua cum omnibus homo ꝓdeſſe non poſſit. Illis tamen potiſſimum cōſulendum eſt qui ꝓ locorum ⁊ temporum vel quarumlibet rerum oportunitatibus conſtrictius ſibi quaſi quadam ſorte iunguntur. Vt dicit Augu.i. de doctri. xp̄iana. Sic eſt in vita ſpeculatiua ⁊ ſpirituali cuius actus eſt docere in qua cum homo omnibus conſulere nequeat illos tamen docere tenetur qui vel iuriſdictione vel officij adminiſtratiōe ſeu familiari conuerſatione ſibi quadam ſorte iungunt.

¶ Sed quadam congruitate. Planuꝫ eſt ꝙ vtile eſſet ſcire plurimum gentium linguas ꝓpter tria.

¶ Primo ꝓpter fideliū ꝯuerſationē vel conuerſioneꝫ. Dicit.n. apl's.i. Corinth.xiiij. ꝙ genera linguarum ſigna ſunt data infidelibus. ad eorum cōuerſionem ad quorum inſtructionem vt ſine erroris admixtione in ſacra ſcriptura imbuantur maiorem ydoneitatem habent magiſtri in theologia q̄ alij.

¶ Secundo propter ſacre ſcripture pleniorē intellectionem. Dicit.n. Augu.ij. de doctrina xp̄iana. ꝙ ad ſacre ſcripture cognitionem propter ignota ſigna: vtile eſt ſcire diuerſas linguas. ad minus tres. grecam hebraicam ⁊ latinam.

¶ Tertio propter docentis fructificationem magiſter.n. ſacre ſcripture doctor efficitur vniuerſalis ſcientie que omnibus eſt cōmunicanda. vniuerſaliter autem ipſaꝫ cōmunicare nō poteſt ſi linguis omnium non loquatur. Sicut.n. ſi incertam vocem dederit tuba nullus parat ſe ad bellum. ita niſi doctor per linguā manifeſtum ſermonem dederit non intelligit illud quod docet. ſicut dicit apl's.i. Corinth. xiiij. Ex hac ergo cōgruitate vt doctrina fidei vbiq; diuulgeretur ꝓuide ordinatum eſt. extra de magiſ. ꝑ conſtitutionem Clemē. vt pariſius optime Bononie. Salamantie ⁊ in Romana curia teneantur aliqui habentes grece hebraice arabice ⁊ caldaice linguaruꝫ notitiā per quos alij inſtructi in huiuſmodi linguis fructum ſperatū poſſint deo auctore ꝓducere

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ ſicut dicit Augu.i. de doct. xp̄iana. loqui diuerſis linguis donum fuit ſpiritus ſancti in apoſtolis qui vno momento temporis adueniente ſpū ſancto omnium gentium linguis locuti ſunt ſed quod illis cōceſſum eſt vno temporis momento abſq; doctore ꝑ temporis ſpatium duce homine ⁊ tradente alijs conferri poteſt...

¶ Ad.ij. eſt dicendum ꝙ diuerſitas linguaꝝ eſt inducta in penam peccati ſicut ignorantia ex peccato cōſecuta eſt. vnde ſicut ad remouendam ignorantiā: predicanda eſt doctrina euāgelica ne ex ipſa impediatur humanum gen⁹ ab eterna ſalute. ſic neceſſarium eſt ſcire diuerſitatem linguarum per quarum ignorantiam euangelice doctrine predicatio impeditur.

¶ Ad tertium eſt dicendum ꝙ canibus rabioſis ⁊ contemnentibus panem ſalutis eterne: ſacra ſcriptura non eſt predicanda. nec margarite porrigende. ſed canibus iam famelicis et cupientibus ſaturari de micis que cadunt de menſa dn̄i non eſt ſacra ſcriptura deneganda

Ad tertium ſic ꝓceditur. videtur.n. ꝙ dignus magiſtrari in theologia non teneatur ſcire ius canonicum. Scientia.n. iuris canonici videtur eſſe quedam practica theologica. ſed dignus magiſtrari in theologia non tenetur ſcire theologicam practicā cum finis eius non ſit praxis. ſed contemplatio veritatis. vt dicit Augu.i. de trini

¶ P. ſciens ſcientiā ſubalternanteꝫ non tenetur ſcire ſcientiam ſubalternatam. alias ph's naturalis teneretur ſcire ſcientiam medicine ⁊ alias ſcientias que ſubalternant ei. Sed ius canonicum ſubalternatur theologie. Dignus ergo magiſtrari in theologia non tenetur ipſū ſcire.

¶ P. in iure canonico multe queſtiones determinantur per leges ⁊ iura ciuilia. ſcribitur eñ. x. di. Si in adiutorium noſtrorum terreni imperij leges aſſumendas putatis non reprehendimus. ſed dignus magiſtrari in theologia non tenetur ſcire leges ⁊ iura ciuilia.

¶ In contrarium eſt quia eiuſdem ſcientie eſt conſiderare finem ⁊ ordinem miniſtrorũ ſubſeruientium illi fini. ſicut eadem lex moſaica: que determinauit de ordine multorum ſeruientium in cultu illo. Sed tota ſcientia iuris canonici eſt de ordine miniſtrorum ⁊ eccleſiaſticorũ negotiorum ꝑut pertinet ad cultum dei. ergo theologus qui conſiderat de deo tanꝙ de fine p̄cipue habet de talibus conſiderare.

¶ R. dicendum ꝙ diſtinctio vnius ſcientie ab alia nõ accipitur penes rem que cognoſcatur: ſed penes diuerſum modum ſciendi. vnde penes diuerſum modum conſiderandi ph̃s. vi. metha. poſuit diſtinctionem ſcientiarum. Illa ergo eadem que tractantur in theologia tractantur in iure canonico ⁊ illi idem canones qui recipiuntur in theologia recipiuntur in iure canonico. ⁊ que reſpuuntur ibi: reſpuuntur hic. Scribit. n. auctoritate Augu. xi. di. Omnia que neqꝫ in ſanctorum auctoritatibus cõtinentur nec in conſilijs ſanctorum patrum inueniuntur nec conſuetudine vniuerſalis eccleſie roborata ſunt. ſine vlla dubitatione reſecanda eſtimo. Differunt tamen in modo conſiderandi quantum ad quinqꝫ.

¶ Primo quidem: quia a theologo determinatur modo ſubtili ⁊ quaſi ꝓpter quid. ⁊ modo quo ꝓpter quid in theologia aſſignari poteſt. In iure vero canonico modo groſſo ⁊ ſolum quia.

¶ Secundo quia a theologo determinantur principaliter ꝓpter veritatis contemplationẽ a canoniſtis vero magis principaliter ꝓpter actionem ⁊ queſtionum occurrentiũ ſolutionẽ.

¶ Tertio quia a theologo determinãtur principaliter de cultu dei ⁊ de his que ſpectãt ad integritatem fidei vnius dei. A canoniſtis vero magis de ordine miniſtrorum ⁊ eccleſiaſticorum negotiorum ſpectantiũ ad talem cultum

¶ Quarto quia a theologo determinant̃ canones qualiter pijs opitulentur ⁊ contra impios defendantur. In iure vero canonico tãgitur modus quo opitulẽtur pijs ⁊ defendãtur contra impios.

¶ Quinto quia a theologo determinant̃ magis vniuerſaliter ⁊ in foro conſcientie in quo agitur cauſa inter hominem ⁊ deum. A canoniſtis vero magis particulariter applicando ad particularia negotia in foro exterioris iudicij in quo agitur cauſa inter hominem ⁊ hominem. Et quia ſermones vniuerſales in materia morali parũ ſunt vtiles. vt dicit. i. Ethi. Ideo puto ꝙ ꝓuida ordinatio eſſet vt dign⁹ magiſtrari in theologia poſt lecturam libri ſententiarum teneretur legere librum decretorum quatinus magis tritus ⁊ expertus aſſumeret̃ in his que ſunt neceſſaria ad conſulendum ſaluti animarum fidelium

¶ Ad primum ergo eſt dicendũ ꝙ praxis nõ ſubterfugit determinationẽ theologie ymmo aliqui ponunt eam principaliter ſpeculatiuã ⁊ principaliter practicam. ꝓ eo ꝙ contemplatio dei ad quam ordinatur theologia tãꝙ ad finem acquiri non poteſt niſi ꝑ caritatem ⁊ opera virtuoſa ⁊ obſeruationem mandatorũ dei.

¶ Ad. ij. eſt dicẽdum ꝙ ſcientia ſubalternãs tradit principia ſcientie ſubalternate. ideo eadem conſiderantur in vtraqꝫ ſcientia nõ tamẽ eodem modo. ſed ibi vniuerſaliter ⁊ ſcientifice hic autem particulariter ⁊ modo groſſo. ſic illos canones tenẽtur ſcire theologi quos tradunt canoniſte ⁊ ſm̃ veritatem illorum queſtiones debent determinare non quidem modo iuriſtarũ in foro exterioris iudicij vbi agitur cauſa inter hominem ⁊ hominem ſed magis modo theologico ⁊ in foro conſcientie in quo agitur cauſa inter hominẽ ⁊ deum.

¶ Ad. iij. eſt dicendum ꝙ ſicut theologia nõ reſpuit ſcientias ph̃orum que pluribus erroribus ſunt admixte ꝙ̃ leges imperatorum. ita nec in ſe nec in iure canonico ſibi ſubalternato reſpuit leges terreni imperij. quia vbicunqꝫ ⁊ vndecunqꝫ inſonuerit veritas ab illo eſt qui dicit: Ego ſum via veritas ⁊ vita. vt dicit Augu. vnde ſicut dignus magiſtrari in theologia tenetur ſcire primitiuas ſcientias humanas vt clarius ⁊ ſubtilius poſſit ſacram ſcripturam intelligere. Sic multo magis tenetur ſcire ſanctorum canones vt melius ⁊ fructuoſius poſſit ſaluti animarum conſulere.

AD quartum ſic ꝓceditur. videt̃. n. ꝙ dign⁹ magiſtrari in theologia ſi non magiſtretur perdat aureolam. Iudicium. n. eccleſie militantis eſt conforme iudicio eccleſie triumphantis. Sed dignus magiſtrari in theologia ſi non magiſtretur non approbatur iudicio eccleſie militantis. ergo non approbatur iudicio eccleſie triumphantis vt ſibi aureola debeatur.

¶ P. predicare ⁊ docere conuenit ex officio ſolum epiſcopis ⁊ prelatis. ergo ſolum eis ⁊ nõ alijs conuenit aureola.

¶ Preterea aureola debetur illis per quorũ documẽta dyabolus expellitur a cordibus fidelium. Sed per documenta multorum ſanctorum dyabolus a cordibus fidelium expellitur. ergo eis ⁊ non ſolum doctoribus debet̃ aureola.

¶ In contrarium eſt quia virgo non approbata per eccleſiam dũmodo ſit vere virgo nõ amittit aureolam. ergo dignus approbari ꝑ eccleſiam ad magiſterium dato ꝙ non approbetur non perdit aureolam

¶ R. dicendum ꝙ aureola eſt quoddam accidentale premium correſpondens bono creato ꝓ aliqua ſingulari victoria. Eſt autem triplex impugnatio in preſenti vita. vna carnis alia mundi. ⁊ tertia dyaboli.

¶ Prima vniuerſaliter vincit̃ ꝑ virginitatẽ.

¶ Secunda vincitur per martyrium. Nihil em̃ delectabilius ⁊ amabilius eſt in mundo ꝙ̃ corporalis vita que cõtemnitur per martyriũ

¶ Tertia vincitur per doctrinam. ideo aureola debetur virginibus martyribus ⁊ doctoribus. Requirunt̃ tamen tria vt talis aureola doctoribus debeatur.

¶ Nam primo ex parte doctrine requiritur ꝙ doceant ſacram ſcripturam neceſſariam ad ſalutem ⁊ pertinentem ad informationem morum vt dicente apoſtolo. ſit vtilis ad docendum. ad arguendũ. ad corrigendum. ⁊ ad erudiendum. per talem. n. doctrinam dyabolus expellitur a cordibus fidelium. dicente apoſtolo ad Ephe. vi. Induite vos armaturã dei vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias dyaboli. ⁊ qualis ſit iſta armatura ſtatim ſubdit. Gladium ſpiritus quod eſt verbum dei.

¶ Secundo ex parte docentis requiritur ꝙ actu doceat ⁊ actu predicet. non. n. habentib⁹ habitum vel officium certandi debetur corona. ſed actualiter certantibus ⁊ actualiter pugnantibus dicente apoſtolo. ij. ad Thimo. ij. Non coronabitur niſi qui legitime certauerit.

¶ Tertio ex parte finis requiritur ꝙ talem doctrinam ordinet principaliter ad gloriam dei Dignus ergo magiſtrari in theologia quantumcunqꝫ nõ magiſtret̃ ſi ſacrã ſcripturã actualiter docet ⁊ predicat ad laudem dei aureola non priuatur.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum ꝙ dignus magiſtrari in theologia ſi non magiſtratur nõ eſt defectus ſuus ſed eſt defectus eccleſie. Dato tñ ꝙ non eſſet dignus magiſtrari ſed eſſet in ſtatu cõmunis lectoris ex quo actu docet ⁊ predicat ad laudẽ dei aureolam non amittit.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ aureola nõ debetur habenti ſtatum docendi vel habitum doctrine. ſ3 debetur actui vnde quantũcunqꝫ prelati ſint in ſtatu docẽdi ⁊ aſſumpti ad magiſterium habeãt habitum ſcientie ſi actu nõ docent ⁊ non predicãt aureolã non ↄſequunt̃

¶ Ad. iij. eſt dicendum ꝙ aureola non debet̃ niſi ſingulari victorie. vnde nõ ſi per quecũqꝫ documenta dyabolus expellitur ab aliquo quis meretur aureolam. ſed quando per publicam doctrinam de tota multitudine dyabolus expellitur ſicut xp̃o predicante demones cum clamore a cordibus fidelium expellebãt̃

# Queſtio. cix. quomõ ſtatus perfectio repreſẽtatur ĩ medicis

DEinde conſiderandum eſt qualiter ſtatus perfectio repreſentatur in medicis. Circa quod queruntur decem. Primo vtrũ medici ſint honorandi p̄ alijs profeſſoribus aliarum artiũ. Scd̃o vtrũ medici ſi non ſint de legitimo thoro nati poſſint ſine peccato medicorum officium exercere. Tertio vtrum tutius ſit ꝙ homo medicis practicis ꝙ̃ theoricis ſe in cura cõmittat. Quarto vtrũ tutius ſit habere vnum medicum in cura ꝙ̃ plures. Quinto vtrum medici peccent dãtes medicinas non in debitis ſignis aſtrorũ. Sexto vtrum medici peccent accipientes ſtipendium pro infirmitate quam ſciunt eſſe incurabilem. Septimo vtrum medici peccent non monentes infirmos vt animarum medicos debeãt ante omnia conuocare. Octauo vtrum medici ex precepto teneant̃ gratis pauperibus ⁊ religioſis auxilium ⁊ conſilium impendere. Nono vtrum medicine ars clericis ⁊ religioſis ſit interdicta. Decimo vtrum medici dantes aliquam medicinam vel facientes aliquam inciſuram ex qua ſequitur mors ſint irregulares.

AD primum ergo ſic proceditur videt̃ enĩ ꝙ medici ſint honorãdi pre alijs profeſſoribus aliarum artium. quia vna ſcientia prefertur alteri ratione finis. Sed ſcientia medicine ordinatur ad conſeruationem vite qua nihil eſt homini carius. Scribitur. n. Can. viij. ꝙ ſi dederit homo omnẽ ſubſtantiam domus ſue pro dilectione ſue vite: quaſi nihil deſpiciet eam.

¶ Preterea ſciẽtie ſpeculatiue ſũt digniores

⁊ honorabiliores practicis. Sed ſcientia medicine cum ſubalternetur phie naturali videt̄ eſſe ſpeculatiua. legalis vero ⁊ militaris videntur eſſe ſcientie ſubalternate politice ⁊ ſic medicina dignior eſt eis.

¶ Preterea vna ſcientia eſt dignior alia aut nobilitate ſubiecti aut certitudine demõſtrationis. vt ſcribitur .i. de anima. Sed vtroq̧ mõ ſcientia medicine videt̄ preferri alijs ſcientijs ergo profeſſores eius preferendi ſunt profeſſoribus aliarum.

¶ In contrarium eſt quia in perſona profeſſorum iuris ſcribitur Sap. iij. Iudicabũt nationes ⁊ dominabunt̄ populis terre. Et. viij c. ſcribitur ꝓpter hanc puta iuſticiam habebo claritatem ad turbas ⁊ honorem apud ſeniores ⁊ in conſpectu potentiũ admirabilis ero.

¶ R. dicendum ꝙ ſacra ſcriptura Eccl. xxviij tripliciter honorem ⁊ reuerentiam videtur tribuere medicinalis ſcientie profeſſoribus.

¶ Primo ꝓpter deum efficientẽ. ⁊ ipſaʒ ad ſalutem hominum ꝓducẽtem. quia altiſſimus de terra creauit medicinam ⁊ vir prudẽns nõ abhorrebit illam. Cum. n. opera dei ſint bona valde quilibet tenetur honorare ⁊ nõ ſpernere que conſtat creatorem ad vtilitatem hominum feciſſe. ſicut glo. ibi dicit.

¶ Secundo ꝓpter medicum ipſam fideliter adminiſtrantem. quia diſciplina medici exaltabit caput illius. in preſenti vita ⁊ in futura ſicut glo. ibi ait in conſpectu magnatoꝝ collaudabitur.

¶ Tertio ꝓpter infirmum ipſam recipientẽ. quia ibi dicitur honora medicuʒ ꝓpter neceſſitatem etenim illum creauit altiſſimus. Sup quo verbo dicit glo. ꝙ ſũt medici corporales ⁊ ſpirituales. Corpales namq̧ medici corpa. ſpũales vero animas curant. vtriq̧ ḡ honorandi ſed ſpũales ſũt preferẽdi. Ad intellectũ tñ ſolutionis queſtiõis eſt ſciendũ. quia vnã ſcientiam eſſe digniorẽ alia tripliciter ↄtingit. Primo ex parte rei conſiderate. Secundo ex parte modi conſiderandi. Et tertio ex parte finis ad quem ordinatur. Nam ex parte ſubiecti vel rei cõſiderate methaphiſica eſt dignior omni alia cum eius ſubiectum ſit ens inquantum ens. Ex vero modo ↄſiderãdi methaphiſica eſt dignior naturali phia. cuiuſmodo abſtractioni conſideretur. Sed ex pte finis architectonice ſunt digniores ſubſeruiẽtibus. ſicut militaris eſt dignior frenefactiua. Scientia ergo medicine ex parte ſubiecti videtur eſſe dignior alijs ſcientijs practicis cum ſit de corpore ſano ergo ⁊ neutro quod eſt organum anime ⁊ omnium actuum humanoꝝ. Ex pte vero finis dignior videtur ſcientia legalis ⁊ militaris cum ordinetur ad ↄſeruationeʒ boni publici quod preferatur bono cuiuſlibet ſingularis perſone. Sed ex pte modi conſiderãdi vel ex certitudine tradendi videtur ſe habere ſicut excedentia ⁊ exceſſa. quia ſicut regula medicinalis varianda eſt ex varietate complexionum: ſic regula iuriſperitorum varianda eſt ex varietate populi conditionũ. vt dicit Aug. i. libro de libero arbitrio.

¶ Ad primũ ergo eſt dicendũ. ꝙ ſicut virtuoſi eſt corporalem vitam ꝓ conſeruatione boni publici morti exponere ſic finis ad quem ordinatur medicina: ordinatur ad finẽ legalis ſciẽne. vñ ex hoc videtur iſta dignior eſſe illa.

¶ Ad ſecundum eſt dicenduʒ ꝙ ſicut ſcientie ſpeculatiue diſtinguuntur a practicis ratione finis. quia finis theorice veritas. practice vero opus. vt ſcribitur. ij. Metha. medicina vero non ſubalternatur phie naturali rõne finis ſed magis ratiõe ſubiecti quia corpus humanum quod conſideratur a medico continetur ſub corpore mobili ſimpliciter quod conſideratur a naturali pho.

¶ Ad. iij. eſt dicendum. ꝙ dignitas in ſciẽtijs practicis magis accipitur ratione finis ꝙ rõe ſubiecti vel modi conſiderandi. vnde dato ꝙ in his duob⁹ medicina excedat alias ſciẽtias practicas non tñ ex hoc ſequitur ꝙ omnibus ſit ſimpliciter dignior.

AD. ij. ſic ꝓceditur. videtur. n. ꝙ medici ſi non ſint de legitimo thoro nati: ſine peccato poſſint medicoꝝ officiũ exercere. quia dignior eſt cura animarũ ꝙ corporum. Sed nõ ſolum illegitime nati: ymmo filij ſacerdotum non ꝓhibentur ad ſũmum ſacerdotium peruenire ſi non fuerint paterne incontinentie imitatores. vt ſcribitur. lvi. di. c. preſbyterorum.

¶ P. nullus debet excludi ab executione alicuius legitimi actus niſi pro peccato ⁊ culpa ꝓpria. ſed illegitimatio accidit ſine culpa propria illius qui illegitime naſcitur non ergo iuſte priuari poteſt executione alicuius legitimi actus.

¶ P. magis debet quis puniri ꝓpter actum vitioſũ ſuuʒ ꝓpriũ ꝙ ꝓpter actũ vitioſũ aliorum. ſed nullus excluditur ab executione alicuius officij ꝓpter adulterium ꝑ eum cõmiſſũ ergo nec propter adulterium ſuorum parentũ multo magis.

¶ In contrarium eſt. quia idem iudicium eſt de medicis animarum ⁊ corporum. Sed ſcribitur Decreto. xxiij. de ſcorto natus non ingredietur eccłam. ḡ medici illegitime nati in eccleſia ad curã animaꝝ ⁊ corpoꝝ admitti non dñt.

¶ R. dñ. ꝙ medici quibus curatio corporum committit̄ cõmuniter a populo ciuitatis debet eſſe electi vt certi de ꝓbitate moꝝ ⁊ ſciẽtie ꝑitie eligant ipſi ciues illos medicos quibus ſe liberoſq̧ ſuos in egritudine corporũ cõmittãt: ſicut iuriſconſultus dicit. ex quo ſequit̄ ꝙ ſint officio reipublice deputati. ⁊ quia illegitime nati non poſſunt eſſe decuriones ⁊ miniſtratores reipublice vt idem iuriſconſultus ponit. ſequit̄ ꝙ medici nõ nati de legitimo thoro medicine officiũ exercere nõ valent. Similiter qr officiũ reipublice fideliter eſt exercendũ ſequit̄ ꝙ recepto iuramento practicandi officium eſt ipſis medicis cõmittendũ. ita ꝙ ꝓpter experientie ꝓbationẽ cõmuniter a populo debent medici eſſe electi. ꝓpter vero reipublice adminiſtrationẽ debent eſſe legitime nati. Sed propter officij fidelẽ executionẽ dñt licẽtiari iurati.

¶ Ad primũ ḡ eſt dicendũ ꝙ filij ſacerdotuʒ ⁊ illi qui illegitime nati ſunt ad curã animarũ aſſumi poſſunt cũ diſpenſatione. ſic eodẽ mõ medicis illegitime natis cum diſpenſatione cura corporum cõmitti poteſt.

¶ Ad. ij. eſt dñ. ꝙ illi qui ꝑponunt̄ publicis officijs quadam claritate moꝝ ⁊ fame fulgere debent: que obſcurant̄ aliquo modo ex vicioſa origine. ideo abſq̧ ꝓprio peccato ab adminiſtratione reipublice excludit̄ niſi diſpẽſetur cum eo per illum qui eſt reipublice ꝓuiſor.

¶ Ad. iij. eſt dñ. ꝙ non eſt ſimile. quia mala que qs cõmittit ꝑ ꝓprium actũ ſuũ ꝑ ↄtrariũ actũ doloris ⁊ contritionis aboleri poſſunt. Sed mala que ſequunt̄ naturam non poſſũt deleri ꝑ ꝓprium actuʒ ſed remanet in illo deformitas manente natura.

AD tertiũ ſic procedit̄. videtur. n. ꝙ tutius ſit ꝙ homo medicis theoricis ꝙ practicis ſe in cura cõmittat. qr null⁹ debet ſe caſui ⁊ fortune ſupponere. Sed cum medici practici ignorent ꝓpter quod caſualit̄ curant. non eſt ergo tutum ꝙ homo ſe eorum cure committat.

¶ P. medicus non curat ex ſe ſed ratiõe artis medicine. Cum ergo artẽ medicine ſolũ theorici ſciant. tutius eſt ꝙ homo in cura theoricis ſe cõmittat ꝙ practicis habentibus experientiam ſine arte.

¶ P. phs dicit. i. metha. ꝙ ruſtici circũdati ab inimicis qñq̧ faciunt bonas plagas ⁊ fortes ictus non tñ propter hoc ſunt eligendi in cura bellorum eodeʒ ergo modo experti medici dato ꝙ quãdoq̧ faciant bonam curam nõ tñ ꝓpter hoc debent aſſumi ignorantes arteʒ ad curam infirmorum.

¶ In contrariũ eſt phs. i. metha. vbi dicit ꝙ habentes artem ⁊ ſcientiã medicine ſunt magis ſcientes ꝙ habentes experimentum. expertos tñ medicos magis ꝓficere videmus in cura ꝙ habentes ſcientiã ſine experimento.

¶ R. dñ. ꝙ experientia medicoꝝ ex duobus poteſt inſurgere. vel ex eoꝝ originis diſpoſitione. vel ex particularium applicatione. ⁊ quolibet modo talis experientia habet̄ adiunctam cognitionem ꝓpter quid non in ſe ſed in ſua vniuerſali cauſa. Sic. n. ex originis diſpoſitione aliqui habent aptitudinẽ ad dominandum: aliqui vero ad bellandũ: ſic aliqui ex tali originẽ habent aptitudinem ad curandum. cuius cure effectus ꝙuis ignoret̄ cauſa in particulari agente. cognoſcitur tñ in agẽte vniuerſali: a quo originata eſt natura cum tali aptitudine ad talem effectum. Cum. n. Allexander ſcripſiſſet Ariſtoteli ſe inueniſſe in perſia quoſdam homines habentes intellectum penetrabilem aptos ſup alios dominari ⁊ regnũ acquirere ex quo ꝓpoſitũ habeat ſi eius cõſilio videret̄ vniuerſos illius regionis homines interficere. ne eius imperiũ auferre auderent attemptare. Reſcripſit ſibi Ariſto. ꝑ hũcmodũ. Si potes mutare illius terre aereʒ atq̧ aquã inſup diſpoſitiones loci ⁊ ciuitatũ imple tuũ ꝓpoſitum. Sin aũt: dñare ſup eos cum bonitate ⁊ exaudi eos cũ benignitate ⁊ ꝑ amorem quẽ habebunt in te dominaberis in eis pacifice cũ triumpho. Quod ſic fecit ⁊ facti ſunt ꝑſes magis obedientes imperio Allexandri ꝙ omnes nationes. Similiter experientia que inſurgit ex particularium applicatione non ꝓcedit omnino ex ignota cauſa quia iſto mõ ars medicine inuenta eſt. Ex multis. n. particularibus experimentis inuẽtores medicine habuerunt vniuerſale principium artis ⁊ ſcientie. vt quia reubarbaꝝ viderunt purgare coleraʒ in hoc particulari ⁊ in illo dederunt regulam vniuerſalẽ ꝙ ꝓpriuʒ eſſet reubarbaro purgare coleram. Iſtis ḡ duobus modis medicis expertis. vel ex originis diſpoſitione. vel ex particularium applicatione. puto ꝙ tutius eſt vt homo ſe cõmittat in curam medicis expertis practicis ꝙ medicis theoricis non habentibus taleʒ experientiaʒ. Si aũt ſint aliqui medici qui vnã medicinã velint applicare ad omnes egritudines abſq̧ cauſe cognitione ⁊ multoꝝ particularium applicatione tales non debent dici medici ſcientes nec experti. quia ſolum caſualiter

quandoq; curant egritudinem aliquã in iſto vel in illo. Ex per hoc patet reſponſio ad rationes in oppoſitum.

AD quartũ ſic pcedit̃. videt̃.n. ꝙ tutius ſit vnũ medicũ habere in cura ꝙ plures. Sicut.n. nouitas timenda eſt in moribus hominũ ne pariat litẽ ⁊ diſcordiam ſic timenda eſt in eoꝝ humoribꝰ. Sed vbi ſũt plures medici plures nouitates conant̃ inducere vt vnuſquiſq; de ſuo aliquid videat̃ apponere. non eſt ergo tutum plures medicos in cura habere.

¶ P. ſicut eſt in ſcientijs ſpeculatiuis ſic ſuo mo eſt in practicis. ſed in ſciẽtijs ſpeculatiuis in paucioribus eſt via ſecurior ⁊ tutior. vnde dicit phus .i. metha. ſcia que ſe habet p additionem ad aliã vt Ariſmetrica ad Geometriã eſt minus certa. Semp.n. que ſunt ex paucioribꝰ certiores ſũt. ex additiõe dictis vt ibi ait.

¶ Preterea in omni actione quãto conatus eſt maior tãto actio eſt fortior ⁊ virtuoſior. ſed vnus medicus ex toto conatu laborat ad curationẽ egritudinis. Cũ vero plures ſunt vnꝰ ſub ſpe alterius retardat̃ a ſuo conatu.

¶ In ꝯtrariuꝫ eſt phs in epi. ad Allexandrũ vbi ait: O Allexander in vno medico non cõfidas. qm̃ vnus medicus potens eſt ad nocendũ ⁊ de facili audet nephas preſumere ⁊ ſcelꝰ deducere ad effectum. ſi itaq; põt fieri ꝙ ſint decem non minus ſint. ⁊ fac eos oẽs in vnuꝫ conuenire. ⁊ ſi ſumẽda fuerit medicina noli ſumere niſi de conſilio plurimorum.

¶ R. dd. ꝙ in egritudinis cura ꝯſiderãda eſt ꝯditio artis medicine: cõditio egritudinis et conditio ſtatus pſone. Planũ eſt.n. ꝙ medicina ſicut quelibet ars inuenta eſt p iuuamentum vnius ad alterũ. vt p iuuamentũ poſteriorum ad priores. quia ſemp poſteriores p additionem ſe habent ad priores. vt phus dicit ij. metha. vñ ſicut cõplementũ ſciẽtie artis medicine inuentum eſt p multoꝝ experientiã ſic cõpletior egritudinis cura debꝫ fieri naturaliter p multoꝝ medicoꝝ colloquiũ ⁊ ſcientiam.

¶ Similiter ꝯſideranda eſt ꝯditio egritudinis que qñq; eſt occulta vni medico per ſigna que apparent. cuius cãm vel p illa ſigna vel p alia alius medicꝰ poteſt cognoſcere. ¶ Eodẽ modo ꝯſideranda eſt conditio ſtatus pſone. quanto.n. aliqui ſunt in ſtatu ſublimiori tãto in periculo maiori verſant̃ poſiti in odio vel emulatiõe plurimoꝝ ⁊ ꝓpter dignitatẽm quã habent ⁊ ꝓpter iuſticiã quam exercent. Recitat.n. phs in illa epiſtola ad Allexandrũ reginã Iudoꝝ multa encenia ⁊ dona miſiſſe Allexandro imꝑatori inter que miſit venuſtiſſimã puellã veneno nutritam ⁊ iã verſam in naturam ſerpentũ quaꝫ ſi cognouiſſet Allexander non premonitus p phm in ardore coitus eiꝰ mors eius ſtatiꝫ fuiſſet ſecuta. vnde ad omnẽ ſuſpitionem malam remouendã ⁊ ad diligentiorem curã apponendã tutius eſt magnos viros plures medicos habere i eoꝝ cura ꝙ vnũ.

¶ Ad primũ ergo eſt dd. ꝙ plures medici nõ debent inducere nouitatẽ ſed vnitatẽ. vt viſis ſignis ⁊ ꝯſiderata cauſa egritudinis collatiõe ad inuicem ꝓhibita in cura illa ad inuicem cõcordent. que magis egritudini videat̃ expediẽs.

¶ Ad .ij. eſt dicendũ ꝙ nõ eadẽ certitudo eſt expetenda in oibus vt phs dicit .ij. metha. in ſciẽtijs namq; que circa vniuerſalia ſpeculant̃ requirit̃ certitudo demonſtrationis. ſed in ſciẽtijs que verſantur circa particularia ex quorũ applicatione requirit̃ experimentum quod eſt principiũ artis ⁊ ſcientie requiritur certitudo cuiuſdam inductionis ex collatione plurium ad inuicem.

¶ Ad .iij. eſt dicẽdũ ꝙ medici in cura magnorum viroꝝ omnes poſſunt bene remunerari et ideo non eſt timenduꝫ ꝙ conatus vnius ſub ſpe alterius debeat retardari.

AD quintũ ſic pcedit̃. videt̃.n. ꝙ medici non peccent dantes medicinã non in debitis ſignis aſtrorũ. Quod.n. ꝓhibetur p eccleſiã medici nõ tenet̃ ſeruare in egritudinis cura. Sed ſcribit̃. xxvi. q. v. Non liceat xpianis habere traditiones gentiliuꝫ ⁊ obſeruare vel colere elementa aut lune aut ſtellarum curſus aut inanẽ ſignoꝝ fallaciam pro domo facienda vel p ſegetes vel arbores plãtandas: vel coniugia ſocianda: nec in collectione herbaꝝ que medicinales ſunt aliquas obſeruationes attendere.

¶ Preterea que infallibiliter veniunt ſtultũ eſt ea preuidere vt poſſint euitari. Sed omnia ꝓuiſa a diuina ꝓuidentia neceſſario ⁊ infallibiliter eueniunt ſuperuacuum eſt ergo illa per medicos preuideri.

¶ Preterea fruſtra hõ cognoſcere nitit̃ quod impoſſibile eſt ſcire. ſed habere cognitionẽ planetaꝝ ⁊ ſignoꝝ aſtroꝝ eſt impoſſibile. dicit.n. cõmentator .xij. metha. Credebã.n. ꝙ cognitio aſtrologie p me compleretur. ſed ammodo ſenui ⁊ deſperaui de ipſa.

¶ In ꝯtrariũ eſt quia peccant medici curã habentes aĩaꝝ ſi negligunt ſcire que faciunt ad animarum curam. ergo eodem modo peccant medici corporum.

¶ R. dd. ꝙ medicos peccare dãtes medicinã non in debitis ſignis aſtroꝝ dupliciter põt intelligi. Primo peccato artis ignorãtie p eorũ negligentiam. Secũdo peccato culpe ꝯſcientie p eoꝝ maliciam. Primo modo certuꝫ eſt ꝙ peccant. quia ſicut neceſſario corpã humana ſubdunt̃ influentie corpoꝝ ſupceleſtiuꝫ. ſic neceſſario requirit̃ debitoꝝ ſignoꝝ influentia in egritudinũ corpalium curatiõe. vnde ſi medici dant medicinã in ſignis colericis parum ꝓficiunt. quia corpus nihil vel parum mouebitur. Si vero in ſignis flegmaticis medicina ſumpta faciliter corpꝰ laxat. ꝓpter quod ſicut medici in curatiõe egritudinũ obſeruant dies creticos qui determinantur ſm curſum ſolis ⁊ lune. ita in datione medicinaꝝ debent obſeruare debita ſigna aſtroꝝ. Ideo ſcripſit phus ad Allexandruꝫ. vt nec comederet nec biberet nec aliquam medicinam ſumeret ſine conſilio periti in arte aſtrorum. Secundo peccato culpe conſcientie ſimiliter peccant ſi ex certa malicia obmittant illa que faciunt ad egritudinuꝫ curaꝫ. Quis.n. medicus non ſemp ſanet: ſicut nec rhetor ſemp pſuadet. Si tñ ex negligẽtia vel ex certa ſciẽtia nihil obmittit de contingẽtibus: perfectus in arte dicitur ⁊ a peccato excuſatur.

¶ Ad .i. dicitur ꝙ illud decret. intelligitur de illis qui ſupſtitioſe ſm varias doctrinas hominum ſm Augꝰ. fauſta vel infauſta exiſtimabant tpa. Contra quos dicit apo. Gall. iiij. dies obſeruatis ⁊ tpa ⁊ annos ſup quo verbo dicit Augꝰ. ꝙ culpantur illi qui conſtellationes ſequuntur. non qui naturales effectus aſtroꝝ ⁊ elementorum nouerunt. vt in tempeſtate nõ nauigent: vel non ſeminent nec ſanguinẽ minuant: vel medicinam ſumant. niſi in ordinatiſſima diſpoſitione ſiderum.

¶ Ad .ij. dicitur ꝙ neceſſaria ⁊ contingentia ſimul ſtant cum diuina prouidentia vnde dato ꝙ multa neceſſaria eueniant ſi preſciantur leuius tollerantur ⁊ prudentius declinantur vt ſi preſciatur hiems futura fore frigida poſſunt homines preparare hoſpitia calida: indumẽta: carbones ⁊ ligna. Prudenter.n. Ioſeph preuidendo annos vbertatis euitauit annos future ſterilitatis.

¶ Ad .iij. dicitur ꝙ ſicut dicit phus in epi. ad Allexandrũ. fides adhibenda nõ eſt illis qui ponunt ſcientiam planetaꝝ ſic eſſe difficilẽ ꝙ nemo poſſit ad ipſam pertingere tales.n. neſciunt quid dicunt quia apud potentiaꝫ intellectus nihil eſt difficile ⁊ cuncta ſunt poſſibilia in via rationis.

AD ſextum ſic procedit̃. videtur.n. ꝙ medici peccent accipiẽtes ſtipendiũ p infirmitate quam ſciunt eſſe incurabileꝫ. dicit.n. glo. Luce. viij. ſup illo verbo Mulier quedam erat in fluxu ſanguinis que in medicos erogauerat omnem ſubſtantiam ſuam nec ab illis potuit curari. ꝙ medici diuitias eius conſumpſerant nec eam curauerant: vanas ꝓmiſſiones ſibi facientes. ſed vana ꝓmiſſio non caret peccato.

¶ P. aduocatus non põt accipe iuſtũ ſtipendium niſi preſtet iuſtũ patrociniũ. ergo nec medicus niſi conferat verum ꝯſiliũ. ſed non ꝯfert verum conſiliũ infirmitatẽ incurabilem dicendo eſſe curabilem.

¶ P. medici animaꝝ peccant ſi peccata mortalia dicant eſſe venialia vel non mortalia. g eodem modo medici corpoꝝ dicendo egritudinem incurabilem eſſe curabilem.

¶ In contrariũ eſt Augꝰ. iij. de trini. c. iij. vbi ait: ꝙ medicus verã cauſam ꝓximã egritudinis curationis vel non curationis ꝓnunciare põt. ſed primã ⁊ ſupiorẽ ſcire non valet. et ſic non peccat ſtipendiũ accipiendo de egritudine quã ſm omnes cauſas non poteſt ſcire eſſe curabilem vel incurabilem.

¶ R. dd. ꝙ medicus eſt inſtrumentũ nature: tamdiu g inſtrumentũ medicine nõ eſt ex toto ſubtrahendũ infirmo ꝙdiu natura ex toto nõ ſuccumbit. ideo non peccat medicus accipiendo ſtipendiũ de cura egritudinis quã p principia artis medicine credit eſſe incurabilẽ niſi forte malicioſe non indicando illis qui illius curã habent. vel ſupfluos ſumptos faciendo vel eum curare omnino ꝓmittendo. ſed indicata veritate quam nouit de egritudinis cura tamdiu iuſte põt recipe ſuũ ſtipendiũ ꝙdiu exhibet ſe in eius cura fidele miniſterium ⁊ veꝝ conſilium. Et per hoc patet reſponſio ad rationes ſuperius factas.

AD ſeptimũ ſic pceditur. videtur.n. ꝙ medici non peccent ſi infirmos corã nõ moneant vt animaꝝ medicos añ omnia debeant ꝯuocare. Nulli nãq; eſt dãda materia deſperandi. Sed frequẽter infirmi in lecto iacentes cũ eis a medicis ſuadetur vt de animaꝝ ſalute diſponant: in deſperatiõis articulũ incidũt. vñ facilius mortis periculũ incurrunt. medici ergo non tenentur in hoc infirmos ãmonere. cũ ipſi teneantur egroꝝ corpa curare ⁊ mortis periculũ euitare.

¶ P. nihil eſt indicandũ infirmo quod poſſit in eo malã alteratiõnẽ inducere. ſed ſm phm accidentia anime habent corpus alterare ima

gnationibus. n. anime obedit corpus huma
nū3 quantū ad mutationē vel alterationē licz
non quantū ad figurationē. non ḡ indicandū
eſt infirmo aliquid vnde poſſit eius corp⁹ in
malum alterari.
¶ P. medici animaꝶ non tenentur ſe intromit
tere de ſanitate corpoꝶ. ḡ eodē modo nec me/
dici corpoꝶ tenentur ſe intromittere de ſanita
te animarum.
¶ In contrariū eſt. qꝛ peccatū eſt ꝑceptum ec
cleſie non ſeruare. ß extra de pe. ꝛ remiſ. ꝑcipit
oībus medicis corporum quatinus cum eos
ad infirmos vocari ↄtingit: ante omnia debe
ant eos monere ꝛ inducere vt animarum me/
dicos debeant aduocare.
¶ R. dō. ꝙ ſicut hō magis eſt intellectus ꝙ̄
ſenſus ꝛ magis anima ꝙ̄ corpus. vt ſcribitur
ix. Ethi. ſic ordine nature ꝛ caritatis prius cu
randa eſt anima ꝙ̄ corp⁹. Sequitur aūt quan
tū ad preſens tria bona ſi ante corporis cura/
tionē aīa pri⁹ purgeꝶ a culpa ꝛ diuina offenſa
¶ Primo cauſe infirmitatis remotio. Sup
illo. n. verbo Job. v. Ecce ſan⁹ factus es: va
de ꝛ amplius noli peccare: ne deteri⁹ tibi ali/
quid contingat. Dicit Criſo. ꝙ hoc ideo xp̄us
dixit illi. quia infirmitas illa euenerat ei ꝑpter
ſuum peccatū. Contingit ergo hominē3 qñq3
corporaliter infirmari: vel ex peccato ſue negli
gentie: vel perpetrate malitie: vel guloſitatis
vel luxurie ꝛ multis alijs modis. ꝛ quia effe/
ctus remoueri non pōt manente cauſa: medici
qui ad curam corpis vocantur: prius debent
eos inducere ad curam animarū. Secundo ſe
quiꝶ ſanitatis acquiſitio. aīa. n. ſobria exiſten
te ꝛ ſana aliquo mō huiuſmodi ſanitas ꝛ ſo/
brietas redundat in corpus. quia ſicut grauis
infirmitas corporis ſobriam facit animam:
vt ſcribiꝶ Eccle. xxxi. ſic ſecura mēs eſt quaſi iu
ge conuiuiū. ꝛ letaꝶ homo ꝛ omnes ſenſus ei⁹
reficiunꝶ in leticia ꝛ ſerenitate conſcientie. Ut
ſcribiꝶ Prouer. xv. Tertio interdū ſequiꝶ pre
ſentis vite augmentatio. addidit. n. deus xv.
annos Ezechie regi ſupra curſū preſentis vi/
te, ꝓ eo ꝙ ad vocem Iſa. dicentis ſibi: diſpo
ne domui tue quia morieris tu ꝛ non viues.
Et tunc ↄuertit faciem ſuā ad parietē ꝛ fleuit
fletu magno. vt ſcribitur Iſa. xxxviij.
¶ Ad primū ergo dicaꝶ ꝙ nō daꝶ infirmo ma
teria deſperandi. ſed poti⁹ de diuino auxilio
ↄfidendi. nō. n. debet homo triſtari ſed vehe
menter letari: cū inducitur ad increpationem
ꝛ ↄtritionem ſuoꝶ peccatoꝶ. Juxta illud quod
ſcribiꝶ Job. v. increpationē dñi ne reprobes.
quia ipſe vulnerat ꝛ medetur percutit ꝛ man⁹
eius ſanabunt.
¶ Ad. ij. dicaꝶ ꝙ nulla mala alteratio inducitꝶ
in corpe ex hoc ꝙ inducaꝶ vt prius aīas ꝙ̄ cor
p⁹ debeat curare. cū ipe magis debeat ſperare
de diuino auxilio qui eſt medicus animaꝶ et
corpoꝶ ꝙ̄ de auxilio medicoꝶ. Scribitur. n. ij
Paralip. xv. ꝙ cum Aſa rex dolore pedum ve
hementiſſime egrotaret, ꝓ eo ꝙ in infirmitate
ſua non queſiuit dominū ſed magis medicoꝶ
arte confiſus eſt: mortuus eſt. ꝛ ſepultus cum
patribus ſuis.
¶ Ad. iij. dicaꝶ ꝙ medici animaꝶ nō tenentur
ſe intromittere de ſanitate corpoꝶ quantū ad
miniſterij exhibitionē ſi artis medicine peritiā
non habent: ſed quantum ad inductionē cu/
rati anima ad curā corpis debent eos induce
re ꝛ vt medicos corpoꝶ debeant aduocare. ſic
eodem modo medici corporum tenentur ſe in
tromittere de cura animarum.

Ad octauū ſic procediꝶ. videtur. n. ꝙ
medici non teneuꝶ gratis pauperib⁹
ꝛ religioſis auxiliū ꝛ conſilium impē
dere. contingit qñq3 pauperē infirmū vel ex
verecundia vel ex deſperatione paupertatis me
dicinā reſpuere ꝛ nec velle curari. vel medico
curare volenti obedire: vel in aliquo obligari
tales ergo pauperes medici non tenentur cu/
rare, cū nulli ſit preſtandū bñficiū ipſo inuito
¶ S. ↄtra rationē eſſe videꝶ vt aliquis cogaꝶ
ꝙ de ſuo ꝓprio alicui preſtet beneficiū3. ſicut
ſcribiꝶ. x. q. ij. c. precario. Non ergo teneuꝶ me
dici ſuis ꝓprijs ſtipendijs pauperibus ꝛ reli
gioſis beneficiū curationis impendere.
¶ P. quod iniuſte negaꝶ alicui: iuſte ab illo
petitur. Sed ſm Augꝰ. ad macedoniū. ꝛ po/
nitur. xiiij. q. v. c. non ſane. merces ſua iniuſte
negaꝶ medico: iuſte ergo ab eo petitur ꝛ ſic nō
gratis pauperibus ꝛ religioſis teneꝶ ſeruire.
¶ In contrariū eſt quod dicit Simach⁹ pa/
pa. lxxxiij. di. nō grandis differentia eſt vt mor
tem inferas. vel admitti patiaris mortē3 ergo
medicus languentis ꝓbatur iugere quādo
hanc cum poſſit non excludit.
¶ R. dō. ꝙ curare infirmos paupes ad op⁹
pietatis pertinet. Omne aūt opus pietatis in
cludit circūſtantias virtuoſi actus vt fiat qñ
oportet ꝛ ſicut oportet ꝛ cui oportet ſm ordi/
nem caritatis. Planū eſt aūt ꝙ medicus non
teneꝶ omnes paupes infirmos curare. qꝛ nec
ſunt omnes ſibi noti. nec in quacunq3 egritu/
dine eis ſubuenire pōt. qꝛ nec facultates ꝛ vi
res eius ſufficerent. tenetur ergo illis pauperi
bus infirmis auxiliū impendere qui ad eū re/
curſum habent: ꝛ qui eius patrociniū implo
rant ꝛ de cura illius egritudinis a qua nec per
ſe nec ꝑ alios releuari poſſunt. Nam ↄſeruatio
vite ꝓximi eſt de iure naturali. Appropriatio
vero lucri medicine ꝛ cui⁹libz artis medicie ſi
cut ap ꝓpriatio aliaꝶ iuſte acquiſitarū eſt de
iure poſitiuo. Ubi ḡ vita pauperū in curatiōe
egritudinū eſt aliter poſſibilis releuari ꝙ̄ ꝑ cu
ram illius medici. quia tunc ſimul ſtat ius na/
turale cū ꝓcuratione ꝛ appropriatione ꝓprij
lucri quod eſt de iure poſitiuo non tenetur me
dicus ſpeciale auxiliū impendere nec ſingula
rem curā aſſumere. vbi aūt non eſt aliter rele/
uabilis teneꝶ ex iure naturali ꝛ ex ordine cari/
tatis. De religioſis aūt puto aliter eſſe dicēdū
quia cū dicente apoſtolo. recipientes ſpūalia
teneanꝶ ex debito carnalia impendere. ex quo
medici corporū recipiunt a religioſis medici
nam ſpūalem ꝛ animaꝶ curationē. ex quodam
debito tenenꝶ in curatione corꝑalium egritu/
dinū auxilium ꝛ ↄſilium eis impendere.
¶ Ad primū ergo eſt dicendū ꝙ multa bene/
ficia impendēda ſunt homini ipſo inuito cor/
ꝑaliter ꝛ ſpūaliter violenter. n. angeli traxerūt
Loth ꝛ totam eius familiam extra ciuitatē in
ſubuerſione Sodomoꝶ ne ipſi ſimul cū eis ꝑ
irent. vt ſcribiꝶ Gen. xix. ꝛ Augꝰ. dicit ad Boni
faciū ꝙ furenti frenetico ꝛ indiſciplinato filio
ſalubriter medicus ꝛ pater beneficia preſtant
eis inuitis. medicus illū ligando. ꝛ pater illū
verberando. vnde in neceſſitatis articulo tene
tur medicus pauperi infirmo eo inuito medici
nā exhiberi ꝛ eum curare ſi poteſt.
¶ Ad. ij. diciꝶ ꝙ medicus in caſu neceſſitatis
ſupra dicto. cogitur beneficiū curatiōis pau/
peri impendere ex iure nature. quo beneficia
ſpūalia ꝛ tꝑalia ſunt continua ꝛ ex ordine ca/
ritatis ſine qua nec ſibi nec alijs pōt eſſe ſal⁹.
¶ Ad tertiū dicaꝶ ꝙ merces iniuſte negaꝶ me/
dico ab illis qui ſunt in ſtatu quo poſſint ſibi
ipſam dare. paupes aūt nō ſunt in ſtatu quo
poſſint mercedē tꝑalem medicis dare. ſed ma
gis vt ab eis debeant eam recipere.

Ad nonū ſic ꝓcediꝶ. videtur. n. ꝙ me/
dicine ars clericis ꝛ religioſis non ſit
interdicta. officium. n. quod xp̄s exer
cuit abſq3 peccato a quolibet exerceri poteſt cū
ipſe in omnibus diſciplina morū fuerit. vt di
cit Augꝰ. Sed ipſe exercuit officiū medici non
ſolū ſpūaliter ymmo corporaliter. quia ſpūa/
liter ꝛ corꝑaliter infirmos curauit. vt ſcribitur
Luce. vi.
¶ Preterea apo. ſcribens Thimo. aſſumēs
medici officiū. dicit. i. Thimo. v. Noli adhuc
aquā bibere ſed modico vino vtere ꝓpter ſto
machū tuū ꝛ frequentes infirmitates tuas et
multos infirmos ſcriptura teſtatur corꝑaliter
ꝑ apoſtolos eſſe curatos.
¶ Preterea ſuper illo verbo pſal. Nunquid
mortuis facies mirabilia. aut medici ſuſcita/
bunt ꝛ ↄfitebunꝶ tibi. Dicit Augꝰ. hoc eſſe pl
cum in ꝑſona ſanctoꝶ qui vere dicunꝶ medi
ci eo ꝙ viuentes eoꝶ miniſterio curare poſſūt
ꝙ̄uis mortuos non ſuſcitare.
¶ In ↄtrariū eſt quia idem iudiciū dat aſtro
logus de curatione egritudinis quod dat me
dicus ꝙ̄uis non eodem modo. quia medicus
dat iudiciū3 de ſanitate vel morte infirmi ſm
cauſas ꝓximas puta ſm virtutē nature ꝛ vir/
tutem morbi. Aſtrologus vero ſm cauſas re/
motas vt ſm poſitionē ſiderū. Sed ars aſtro
logie interdicta eſt clericis ꝛ religioſis ſicut pz
xxvi. q. i. ergo eodem modo ars medicine.
¶ R. dō. ꝙ medicinā artem eſſe interdictam
clericis et religioſis dupliciter poteſt intelligi
Primo quantū ad conſiliū. Secūdo quantū
ad practicū exercitiū3. Primo modo non in/
terdiciꝶ illis qui peritiā3 artis medicine plene
nouerūt quin viſis ſignis ſm principia artis
poſſint conſilium dare ſuꝑ curatione egritudi
nis que eis ꝓponitur ymmo hoc eſt laudabi
le ꝛ virtutis opus. Sed ſecūdo modo potiſſi/
me conſtitutis in ſacris interdiciꝶ practicū exer
citiū3 ꝓpter tria que in tali practico exercitio
medicine artis includuntur. Primū eſt negō/
tium ſeculare. practicū. n. exercitiū artis medi/
cine ſeculare negotiū eſt. quia que medicorum
ſunt medici dicunt: tractāt vero fabrilia fabri
Ut Hierony. dicit. Negotijs aūt ſecularibus
ſe immiſcere ꝓhibeꝶ clericis ꝛ religioſis. vt pz
extra ne cle. vel mo. ſecu. nego. ſe immiſc. Secū
dum eſt lucrū tꝑale. eſſe aūt turpis lucri ſecta/
tores ꝓhibetur clericis ꝛ religioſis. Tertium
eſt periculū mentale potiſſime quantū ad pte3
illam que cirurgia vocatur. vñ ſicut ſententiā
ſāguinis dictare vel ꝓferre ꝓhibetur clericis
ſic eis inhibetur vt nullā cirurgie partem ſub
dyaconus ꝛ ſacerdos exerceant. Quantū ve/
ro ad partem phiſicam poſſet interdum cū mi/
ſerabilibus perſonis ꝛ honeſtis ꝛ coniunctis
gratis abſq3 periculo clericus exercere.
¶ Ad primū ergo eſt dicendum ꝙ xp̄s ſana/
bat corporaliter egrotos abſq3 omni exteriori
adminiculo. ꝛ ſi qñq3 vſus eſt exteriori re vel
exercitio. quia liniuit lutum ſuꝑ oculos ceci na
ti. vt patet Job. ix. Et ad ſuſcitationē filij vi/
due tetigit loculum Luce. vij. Et ad ſuſcitan/
dam filiam archiſynagogi tenuit manū puel/
le, hoc fecit ad oſtendendū ſue diuinitatis po

tentiā ⁊ aſſumpte hūanitatis efficaciam. Nā ꝑ hoc ꝙ lutū liniuit ſuꝑ oculos ceci nati: oſtēdit ſe illū eundē deū qui luto vſus fuit ad formationem corporis primi hominis. ꝑ hoc vero ꝙ tetigit loculum ⁊ manū puelle tenuit. oſtendit humanitatē aſſumptā efficaciā habere ad preſtandā verā ſanitatē. vt ſicut ferrum adiunctum igni perficit opus ſic caro coniuncta verbo quod viuificat omnia. ipſa quoqꝫ erat viuificatiua ⁊ mortis expulſiua. vt Cri ſo. dicit. vñ xp̄i medicina non ordinabat ad negotium ſeculare: nec ad lucrum temporale nec ad periculum mentale

¶Ad. ij. eſt dicēdū verū eſſe apoſtolos fuiſſe medicos animarū ⁊ corporū: non tñ artis medicine peritia. ſed xp̄i virtutis gratia. vnde diuina oracula ⁊ apoſtolorū miracula: non ſunt conuertēda ad negotia ſecularia ⁊ ad preſentis vite vanitatem. ꝑ poſitionem. n. manuū apoſtolorum curabantur egri. ⁊ ad vmbram petri ſanabātur infirmi. quod ſubterfugit virtutē medicine artis.

¶Ad. iij. dicitur. ꝙ Aug. ibi loquitur de medicis ſpūalibus qui miniſterialiter poſſūt viuentes curare ſed mortuos non ſuſcitare. quia ſola xp̄i gratia mortui reuiuiſcunt ad fidem.

AD decimū ſic ꝓceditur. videtur. n. ꝙ medici dantes medicinā vel facientes aliquā inciſurā ex qua ſequit mors ſint irregulares. Magis. n. quis efficitur irregularis ex eo ꝙ ſequit periculū mortis ꝙ̄ ex eo ꝙ ſequitur truncatio alicuius mēbri. Sed ſcribitur extra ne cle. vel mo. ſecu. nego. ſe immiſce. ꝓhibemus ne aliquā truncationem mēbrorū clerici ꝑ ſe faciant aut iudicent inferendas. ſi quis tale quid fecerit honore priuetur ⁊ loco.

¶P. magis eſt ſanguinē effundere ex cuius effuſione ſequitur mors ꝙ̄ ſanguinis ſententiam iniuſte ꝓferre vel dictare. ſed contingit qñqꝫ ꝙ ex minutione ſanguinis quā barbitonſor facit ⁊ medicus facit fieri: minutus debilitatur ⁊ moritur. ergo tales magis ſunt irregulares ꝙ̄ iudices dictātes ſanguinis ſententiam vel proferentes.

¶P. qui cām mortis dat mortem dediſſe ꝓbat. ſed contingit qñqꝫ ꝙ ex medicina data alicui infirmo ꝓpter corruptionem ⁊ ſophiſticationē rerum que ibi ponunt infirmus moritur medicus ergo qui talem medicinā dedit irregularis efficitur.

¶In contrariū eſt. quia ſic nulli medici poſſent ad ordines promoueri. cum vel ex medicinis datis vel ex inciſuris factis: non omnes infirmi ſanantur. ſed multi moriuntur.

¶R. dd. ꝙ ad hoc ꝙ medici vel ꝓpter medicinas datas vel inciſuras factas non ſint facti irregulares ex quo impediantur ne ad ordinem valeant ꝓmoueri requiruntur tria. Primo recta ſcientia. vt non operentur caſualiter. ſed ſint experti ⁊ operentur ſcḋm principia artis medicine. Quāuis. n. ignorantia facti interdum excuſat a culpa. ignorantia tñ iuris ⁊ ſciētie quā quis ſcire tenet excuſationē nō recipit. Secūdo requirit recta conſcientia vt nō fraudulenter nec negligenter ſed fideliter eorū officium exequāt. Tertio requirit rei decentia. vt ꝙ nō immiſceant ſe rei illicite ⁊ ꝓhibite ꝑ eccleſiam cui ſi mixti fuerint facti ſint irregulares. Iſtis ergo tribus ſeruatis ſiue mors ſiue aliud ſecutum fuerit ex medicinis datis vel inciſuris factis ꝑ medicos ſeculares: non efficiuntur irregulares: nec impediunt ꝙ ad ordines ꝓmoueri non poſſint. Dicit. n. Aug. ad publicolā Abſit vt que ꝓpter bonum ac licitum facim⁹ ſi quid ꝑ hec preter noſtrā voluntatē cuiꝙ̄ mali acciderit nobis imputetur.

¶Ad primū ergo eſt dicendū ꝙ truncatio membri ordinatur ad ꝓximi offenſionē ⁊ vite eius priuationē. Sed medicina vel inciſura que fit a medico ex quo facit ſcḋm artem nihil de contingentibus obmittens: ordinatur ad infirmi curationem ſcḋm ſuā rectā intentionem. Si autē mors ſequatur: conſciētia eius ſincera remanet. ex quo ſcḋm principia ſue artis operatus eſt

¶Ad. ij. eſt dicendū ꝙ iudices dictantes vel ꝓferentes ſententiā ſanguinis non efficiuntur irregulares ꝓpter culpe ꝑpetrationem ex quo iuſte proferunt. ſed ꝓpter ſacramenti ſignificationē. non. n. in hoc ſe conformant xp̄o crucifixo: cuius ſanguis innocenter effuſus eſt ſed magis xp̄i crucifixoribus. Minutio vero ſanguinis non ordinatur ſcḋm intentionem medici vt acquiratur mortis periculum. ſed magis ſalutis remedium ideo non eſt ſimile.

¶Ad. iij. eſt dd. ꝙ omnē diligentiā quā poſſunt medici debeāt apponere vt in medicinis quas eorū infirmis dant res bone non corrupte non ſophiſticate miſceantur. ⁊ appoſita debita ⁊ ſolita diligentia: ſi periculū eueniat eorum conſcientia poteſt remanere illeſa.

## Queſtio · cx. quomō ſtatus perfectio repſentat in notarijs.

NUnc videndū eſt quō ſtatus pfectio repreſentatur in notarijs. Circa quod querūtur ſex. Primo vtrū ſolum habens iuriſdictionē temporalem poſſit publicos notarios facere. Secundo vtrum ad notariatus officium debeāt aliqui admitti niſi iurati. Tertio vtrum notarius poſſit ſuum officium delegare. Quarto vtrum notarius gerat vicē vnius teſtis in inſtrumentis factis ꝑ eum. Quinto vtrum notarius factus religioſus poſſit notariatus officium exercere. Sexto vtrum clerici poſſint notariatus officium exercere.

AD primum ergo ſic procedītur. Videtur. n. ꝙ non ſolū habens iuriſdictionē tꝑalem poſſit publicos notarios facere. Scriptura. n. notarij inducitur ad confirmationē veritatis. Sed omnis veritas vndecunqꝫ inſonuerit ab illo eſt qui dicit: Ego ſū veritas ſcḋm Aug. ergo magis pertinet ad habentem iuriſdictionē ſpūalem ꝙ̄ tꝑalem notarios facere.

¶P. notarij dicūtur tabelliones ſiue tabellarij eo ꝙ antiquo in tabulis ſcribebātur contractus ⁊ confederationes vnius cōmunitatis vel vni⁹ ciuitatis cū alia. vij. ſ. Macha. ſcribitur ꝙ in tabulis ereis Romani ſcripſerunt confederationem ſocietatis cū iudeis vt eſſet ibi ꝑpetuum memoriale pacis ⁊ ſocietatis quelibꝫ ḡ cōmunitas vel ciuitas poteſt ſibi notarios inſtituere.

¶P. notarius inducit ad faciendā fidē ſuꝑ his que ꝓponunt. ſed maior fides eſt adhibenda ſcripture ꝓprie ꝙ̄ aliene. quilibet ergo pōt inſtitui notarius in ꝓprijs negotijs.

¶In contrariū eſt. quia officiū notariatus eſt officiū ſeculare ⁊ tꝑale. ergo ad habentem tꝑalem vel ſecularē iuriſdictionem ꝑtinet tale officium conferre.

¶R. dd. ꝙ notari⁹ eſt ꝑſona publica habēs officiū ſcribendi inſtrā ſuꝑ contractibus aut ſuꝑ alijs negotijs ad faciendā fidem ſuꝑ eiſdem illius ḡ auctoritate notarij inſtituendi ſunt q̄ totius reipublice curā habet vel ꝑ vniuerſalē iuriſdictionē. ſicut papa. vel ꝑ immediatam adminiſtrationē ſicut impator. Et ideo ſolū papa ⁊ impator poſſunt notarios publicos facere. vel illi quib⁹ auctoritate pape vel impatoris eſt conceſſum. Dicunt aūt aliqui ꝙ ep̄s in eccleſiaſticis negotijs pōt notarios conſtituere ꝑ totā ſuā dyoceſim eo ꝙ ep̄o cura toti⁹ dyoceſis cōmiſſa eſt ꝑ eū regenda ⁊ gubernanda: ſicut pꝫ. x. q. i. c. regenda. ⁊. xij. q. i. c. ep̄s. non tñ debet eccleſiaſticus notari⁹ inſtrm̄ cōficere in negotijs ſecularib⁹: nec ſecularis in negotijs eccleſiaſticis eo ꝙ conuerſatio vtrorūqꝫ dꝫ eē ſecreta ⁊ diſcreta. ſicut patꝫ. ij. q. vij. ca. laicos

¶Ad. i. ḡ. eſt dd. ꝙ ꝙ̄uis oīs veritas ſit a veritate increata effectiue. multe tñ ſūt veritates hūane formaliter diſtincte q̄ mltis falſitatib⁹ miſceri poſſunt. vñ ad habendā aliquā certitudinē in actib⁹ hūanis qualis hri pōt in foro exterioris iudicij neceſſariū eſt induci teſtimoniū ꝑ ꝑſonā publicā q̄ fideliter teſtes ⁊ cōtractus ſcribat ⁊ in publicā formā redigat

¶Ad. ij. eſt dd. ꝙ ſicut de iure papa ⁊ impator p̄ſunt toti reipublice ⁊ cuilibet cōitati ita de iure ſolū illis ꝑſonis ⁊ cōitatib⁹ conuenit notarios facere quibus per ſedem apoſtolicam vel per imperatorem eſt conceſſum.

¶Ad. iij. eſt dd. ꝙ notari⁹ inſtituit ad ſcribendū conuētiōes hominū vel contrahentiū vel emētiū vel vendentiū aliquid ad inuicē. null⁹ aūt contrahit vel emit aut vendit aliquid ſibiipſi. ⁊ ideo ſicut nullus inſtituit iudex in cā ꝓpria ſic nulli⁹ ſcripture in negotijs ꝓprijs credit niſi forte in cā teſtamentaria q̄ etiā in foro iudicij non admitteret niſi per teſtes ibi ſcriptos vel vocatos

AD. ij. ſic ꝓcedit. videt. n. ꝙ ad notariat⁹ officiū nō requirit ꝙ admittant ſolū iurati. iuramentū. n. inducit ad tollendā controuerſiā. partiū iuxta illud apo. ad Hebre. vi. Ois controuerſie finis ad confirmationē eſt iuramentū. ſed controuerſia nō tollit ꝑ notariū. ſed magis ꝑ teſtes ḡ n̄ requirit ei⁹ iuramētū

¶P. maioris ꝑiculi eſt ſcribere ṽba dei ⁊ ſacrā ſcripturā ꝙ̄ verba hominū. ſed qui ſcribunt verba dei ⁊ ſacrā ſcripturā nō admittunt iurati. ḡ nec notarij ſcribētes contract⁹ ⁊ verba hominum iurati admitti debent.

¶P. ad notariat⁹ officiū nō debent admitti: niſi ꝑſone libere. dicit. n. iuriſcōſul. C. de ſcri. in. l. generali. li. x. tabularij liberi hoies ordinent neqꝫ vlli deinceps ad hoc officiū pateſcāt adit⁹ qui ſit obnox⁹ ſeruituti. ſed inſtrā facta a notario ſeruo fidē ꝓſtant documētis nec repellunt. ḡ ſimiliter iuramentū non requiritur ꝙ inſtrā facta a notario iurato firmitatē habeāt.

¶In contrariū eſt. q2 notarij officiū eorū ab imperatore recipiūt vt ſupra dictū eſt. Sꝫ impator iuramentū p̄ſtat ſuo officio fideliter exequēdo. vt patet. lxiij. di. c. tibi dn̄o. ergo eodē mō ipſe ſuos officiales iuratos admittere debet.

¶R. dd. ꝙ notari⁹ i ſuo officio requirit publicā adminiſtrationē. eſt. n. ꝑſona publice vtilitati deſeruiens. Secundo requirit liberam actionem vt habeat dominium ſui actus.

¶Tertio requirit executionē. Igitur ꝓpter publicam adminiſtrationē notarij debent eſſe de legitimo thoro nati. quia qui vitioſa origine obſcurantur non poſſunt eſſe decuriones. i. nec reipublice preeſſe in aliquo officio vel dignitate ſine ſuperioris diſpenſatione. ꝓpter li-

beram vero actionem requirit ꝙ non ſint ob/
noxij ſeruituti ſed perſone libere. Sed ꝓpter
fidelem executionem requirit ꝙ iuramentum
preſtent vt eorum officium fideliter exequant.
¶ Ad primū dicit ꝙ ꝯtrouerſia tollitur per te
ſtium preſentiam. que cum non poſſint ſemꝑ
haberi inducitur inſtrumentū in quo eoꝝ teſti
monium ſcribit. ad cuius fidelē ꝯſcriptionem
⁊ ipſius contractus vel negocij fidelem publi
cationem requirit iuramentū vt non liceat no
tario iā preſtito iuramento aliter īmutare vel
agere niſi ſm formā ſibi datam. Sicut.n. te/
nere ꝯtinentiā ante votum eſt volūtatis poſt
votum vero eſt neceſſitatis. ſic tenere formam
a ꝯtrahentibus datā ante iuramentū eſſet vo
luntatis. poſt vero iuramentū eſt neceſſitatis.
¶ Ad.ij. eſt dr̄. ꝙ falſo mō ſcribere verba dei
dupliciter poteſt intelligi vel ex ſubrepciōe vel
ꝑ ſenſus corruptionem ⁊ eoꝝ impugnatiōem
ſicut heretici faciunt. Nā quantum ad iſtum
modū omnes xp̄iani in baptiſmo iuramentū
preſtant fidē ipſam integram tenere. nec vnꝙ̄
ipſam corrūpere vel impugnare qn̄ renunciāt
dyabolo ⁊ pompis eius. ⁊ ſi poſtmodū cor/
ruptores fidei inueniant tanꝙ̄ falſarij ⁊ per/
iurij puniēdi ſunt multo magis ꝙ̄ notarij fal/
ſa inſtrumenta conficientes.
¶ Ad.iij. dicit ꝙ ſi aliquis ſeru⁹ dicit ſe eſſe li
berū ⁊ nomine libere ⁊ publice ꝑſone exerceat
notariatus officiū: in ciuitate forte in qua ortus non eſt: ſi poſtmodū denunciet ſeruus pla
num eſt ꝙ inſtrumenta ab eo prius facta vale
būt. quia liberā actionē habuit a domino do
nec ipſum ſeruū eſſe ꝓnunciauit. Iuramentū
aūt non requirit ꝓpter liberam actionem ſed
ꝓpter fidelem executionē. ideo non eſt ſimile.

AD tertiū ſic ꝓcedit. videtur.n. ꝙ no/
tarij poſſunt eoꝝ officiū delegare. qꝛ
vel ꝓpter egritudinē: vel ꝓpt alias
occupationes: qn̄ꝙ rationabiliter impediunt
vt inſtrumenta ꝑ eos inchoata cōpleri neque
ant. rōnabiliter ergo poſſunt eorum officium
alijs committere.
¶ Preterea ſm ordinem caritatis: homo de/
bet ſe omni petēti cōmunicare. Sed ex frequē
tia hoīm petētiū notarios infdū: tot ꝯtract⁹
recipiunt ꝑficiendos quod ſoli ipſi complere
non poſſunt. valent ḡ ad hoc alios delegare
¶ Preterea ſm phm quod per ſocios ⁊ ami
cos facimus ꝑ noſipſos facere dicimur. ergo
qđ notarij faciunt ꝑ eoꝝ diſcipulos ⁊ ſocios:
firmitatem habere debent ac ſi ipſi feciſſent.
¶ In ꝯtrariū eſt qđ ſcribit in auctē. de tabel.
¶ R. dr̄. ꝙ ſicut dicente apo. i. Corinth. vi.
multa licent que non expediunt. ſic multa fiūt
que fienda non ſunt. notarij ergo eorum offi/
cium delegare non debent ꝓpter tria inconue
niencia que interdum ſequuntur. Primo ſe/
quitur ex parte iudicis qui non poteſt plene in
formare de veritate contractus quando ꝑ di/
uerſos notarios inchoatur ⁊ perficitur. Se/
cundum eſt ex parte perſonarum que contra/
hunt que cum aliquando ſint laici ⁊ rudes lit
teram neſcientes: faciliter poteſt eis negari ve
ritas per illa que ſubſequunt vel ponuntur in
inſtrumento priori notario nō preſente. Ter/
tium eſt ex parte ipſi⁹ notarij. Cū.n. perfectio
rei conſiſtat in principio medio ⁊ fine vt phs
dicit. i. celi ⁊ mundi. Nullius opus ꝑfectū eſſe
poteſt niſi per eum ſit inchoatum mediatū ⁊
terminatum. Non debent ergo notarij delega
re aliquos ad cōponenda inſtrumēta inter cō
trahentes maxime cum ipſi profiteant inſtru/
menta manu ſua ꝯſcribere. ſi tñ fecerint puniē
di ſunt. documenta vero non viciant. vn̄ ſcri/
bitur extra de fi. inſtru. Cum tabellio morte ꝓ
uentus quidam nō ꝑfecerit inſtrumenta que
in notā redacta fuerant ab eodem ad petitio/
nem eoꝝ ad quos pertinet auctoritate ordina
rij iudicis poteris ea fideliter in publicā for/
mā redigere. habitura ꝑ hoc ꝑpetuā firmitatē
¶ Ad primū ḡ eſt dicendū. ꝙ in cāu egritudi
nis nō alteri⁹ rōnabilis occupatiōis: dūt ipſi
notarij ꝯtrahentes admonere vt ꝑ ſeipſos cō
pleant eoꝝ ꝯtract⁹. non.n. ꝓpter illa que raro
ꝯtingunt eſt aliquod inſtituendū quod impe
dimentū faciat vniuerſis maxime cū nihil int
homines ſic exiſtat indubitatū vt nō poſſit li/
cet aliquid ſit valde iuſtiſſimū ſuſcipe quādā
ſollicitā dubitationem.
¶ Ad.ij. dicit. ꝙ hō debet ſe omni petenti cō
municare cuius petitionē iuſte ⁊ rōabilit pōt
ꝑficere ⁊ ꝯſūmare. meli⁹ eſt.n. vt ponit iuriſcō
ſultus pauca agere caute ꝙ̄ multis intereſſe ꝑ
iculoſe. ⁊ Eccle. xi. ſcribit. fili ne in mltis ſint
actus tui. quia ſi diues fueris non eris immu
nis a delicto.
¶ Ad.iij. dicit. ꝙ ſicut in agibilibus res que
vadunt ꝑ diuerſas man⁹ faciliter diſtrahunt.
ſic in ſpeculabilib⁹ ꝑ mutatiōes ſcripturarū
multe deceptiōes cōmittunt. vn̄ ſecurius eſt ꝙ
notarij per ſeipſos compleant contractus ⁊ in
ſtrumenta ꝙ̄ per alios.

AD quartū ſic proceditur. videtur.n.
ꝙ notarius non gerat vicē vnius te
ſtis in inſtrumentis factis per eum.
Non.n. eſt maioris dignitatis iudex ꝙ̄ nota/
rius. Sed ſcripture ⁊ teſtimonio iudicis non
creditur ḡ nec teſtimonio notarij eſt credendū.
¶ P. ſi teſtimonium notarij valet: aut hoc eſt
rōne ſui aut rōne qua numerat cū alijs: nō rōe
ſui. quia teſtimoniū vnius: teſtimoniū nulli⁹
nec rōne qua cōnumerat cū alijs. quia ꝓpter
preſentiā notarij numer⁹ teſtiū qui requiritur
ad preſtandā fidē documentis non auget nec
diminuitur.
¶ P. teſtes qui requirunt ad preſtandā fidē
in inſtrumento ſubſcribunt. nec alij admittun
tur niſi qui ſcripti ſunt. Sed notarius nō ſcri/
bitur vt teſtis. ergo nec eſt ei⁹ teſtimonium ad
mittendum.
¶ In ꝯtrariū eſt quod ſcribit extra de fide in/
ſtru. tabellionē quoꝙ qui ꝯfecerat inſtrumen
tum vnū ex teſtibus in inſtrumento ſubſcriptis
ad id probandum induxit.
¶ R. dr̄. ꝙ nullus repellendus eſt a teſtimo
nio. niſi vel ꝓpter ſuā maliciā. ſicut infidelis
infamis ⁊ criminoſus: vel ꝓpter inimiciciā
vel ꝯiunctā amicitiā. ſicut inimicus ⁊ ꝑſona
ꝯiuncta ⁊ domeſtica. vel ꝓpter libertatis ca/
rentiā ſicut ſeruus: vel ꝓpter boni temporalis
indigentiā ſicut pauper. Nullo aūt iſtoꝝ mo/
doꝝ notarij teſtimoniū eſt repellēdū. maxime
cum ipſe ſit auctor inſtrumenti ⁊ ſubſcriptiōis
teſtium. vnde valet teſtimoniū eius non ſolū
tanꝙ̄ teſtis ſed ſicut auctoris teſtium ⁊ inſtru/
menti ⁊ documenti.
¶ Ad primū ergo eſt dicendū ꝙ officium iu/
dicis non eſt informare ⁊ fidē documento ꝓ
ſtare. ſed potius informari de his que ꝓpo/
nunt. pertinet aūt informare ad notarium. iō
teſtimonio notarij ⁊ ſcripture ſue creditur non
autem iudicis.
¶ Ad.ij. eſt dr̄. ꝙ valet teſtimonium eius vt
cōnumeratur cum alijs. Si.n. ſm leges hūa/
nas in negotio aliquo requirunt ſeptē teſtes
ſufficiunt ſex cum teſtimonio notarij. ſi quinꝙ
cum teſtimonio notarij ſufficiunt quatuor. ſm
vero legem canonicā ⁊ diuinā vbi requirunt
duo vel tres teſtes: teſtimoniū notarij cū ſub
ſcriptis teſtibus in inſtrumento inducitur.
¶ Ad.iij. eſt dicendum ꝙ notarius non ſub/
ſcribitur vt teſtis. quia ſemꝑ intelligitur eſſe ꝓ
ſens per preſentiam inſtrumenti. Subſcribit
tamen vt auctor ſubſcriptionis teſtium inſtru
menti ⁊ documenti quando dicit: Ego talis
oīb⁹ his interfui māu mea ſcripſi ⁊ publicaui.

AD quintū ſic procedit. videtur.n. ꝙ
notarius factus religioſus nō poſſit
notariatus officiū exercere. quia ho/
mo mortuus mundo non pōt exercere officiū
viuentium in mundo. ſed notarius factus re/
ligioſus mortuus eſt mundo ⁊ actibus ciuilis
vite. ergo non poterit exercere notariatus offi
cium ciuiliter ⁊ ſocialiter viuentiū in mundo.
¶ Preterea ſcribit Gal. v. Si ſpū ducimini
non eſtis ſub lege. ſ notarius factus religio/
ſus ductus eſt ſpiritu dei. ergo abſolutus eſt a
notariatus officio qđ eſt officiū legis hūane.
¶ Preterea ad officium notariatus requirit
ꝙ homo ſit liber ⁊ habeat dominium ſui act⁹
vt ſuperius dictum eſt. ſed notarius factus re
ligioſus non habet propriū velle: nec ꝓpriū
nolle. ḡ non poterit tale officium exercere.
¶ In ꝯtrariū eſt quia religioſus poteſt eſſe
teſtis ⁊ eius teſtimonium recipitur. ḡ eodem
modo poterit conficere inſtrumentum in quo
conſcribuntur teſtes qđ ꝑtinet ad notariatus
officium.
¶ R. dr̄. ꝙ notarius factus religioſus non
amittit poteſtatē ꝯficiendi inſtrumenta. ſicut
ſacerdos nunꝙ̄ amittit poteſtatem ſacerdocij
poſtꝙ̄ factus eſt ſacerdos. quia ſi diſpēſaretur
cum eo ꝑ illum qui pōt facere de religioſo ſe/
cularem non oporteret ꝙ itez fieret notarius
amittit ergo per introitum religionis executio
nis officium in actibus ⁊ contractibus ciui/
lis vite. quia non remanet in mūdo ⁊ ſub do
minio mundane poteſtatis vt actus ſecularis
vite exercere cogat non tñ ex toto perdit execu
tionē talis officij in negocijs ſpūalib⁹. vnde
puto ꝙ de licētia ſui ſuperioris ⁊ ad manda/
tum ſpūalis iudicis ⁊ in negocijs eccleſiaſti/
cis poteſt notarius factus religioſus exercere
notariatus officium.
¶ Ad primū ḡ eſt dicēdū ꝙ̄ duplex eſt mors.
Una naturalis que eſt mors ſimpliciter. vnđ
ꝑ ipſam hō totaliter abſoluitur ab actibus vi
uentiū. Alia ſpūalis que eſt mors ſm quid.
vnde ꝑ eā hō non abſoluit ab omnibus acti/
bus viuentium. ſed ſolum ab actibus repu/
gnantibus ſpirituali vite. Non.n. abſoluitur
religioſus ab actib⁹ diuinoꝝ preceptoꝝ ⁊ ab
obedientia eccleſie prelatoꝝ ſed ſolū ab acti/
bus ſecularium negocioꝝ ⁊ ab obedientia tem
poralium dominorum.
¶ Ad.ij. eſt dicendū ꝙ qui ſpiritu ducitur nō
eſt ſub legis ſeruitute: vel ſub legis mundane
coactiōe. Eſt tñ ſub legis diuine ⁊ canōice ob
ligatione. vn̄ ad preceptum eccleſiaſtici ꝑlati
in foro eccleſiaſtici iudicij poteſt ⁊ tenetur rece
pte poteſtatis officium exercere.
¶ Ad tertium dicitur ꝙ ideo requiritur velle
et preceptum ſuperioris ad exequendum pre
dictum officium. quia ipſe proprium velle nō
habet.

Ad ſcḋm ſic ꝓceditur. videtur .n. ꝙ clerici nō poſſint exercere notariatus officium. Clerici enim non poſſunt exercere ſine tranſgreſſione mandati quod eis interdicitur ⁊ prohibetur per eccleſiam. Sed ſcribitur extra ne cle. vel mo. nego. ſe. immiſ. Clericis in ſacris ordinib⁹ ↄſtitutis tabellionat⁹ officiū interdicas ꝑ ſubtractionē eoꝝ bñficioꝝ.

¶ Preterea clerici aſſumpti ſunt ad miliciam xpi. ſed nemo militans deo implicat ſe negotijs ſecularibus. vt ſcribitur .ij. Thi. iiij. Non ergo poſſunt tabellionatus officium exercere. quod eſt ſeculare negocium.

¶ Preterea notariatus officiū ordinatur ad lucrū tpale ſicut iudiciū aduocati ⁊ ꝓcuratoris. Sed ſcribitur extra in decre. ſupra alleg. Sacerdotibus clericis tuis denuncies publice ne miniſtri laicoꝝ fiant nec in rebus eorum ꝓcuratores exiſtant.

¶ In contrariū eſt quia cōſuetudo ꝑ eccleſiā approbata ꝓ lege tenēda eſt ſm Augꝰ. ſed in quibuſdā ciuitatibus clerici ⁊ ſacerdotes exercent notariatus officium.

¶ R. dō. ꝙ ſicut ſcribitur. xcvi. di. c. cū ad verum. homo xp̄s ieſus mediator dei ⁊ hominū actib⁹ ꝓprijs ⁊ dignitatib⁹ diſtinctis ꝓpria officia vtriuſqȝ poteſtatis ſecularis ⁊ ſpiritualis diuiſit. In ſecularibus ergo negocijs planum eſt ꝙ clerici tabellionatus officium exercere non debent. nec epi diſſimulantes in eoꝝ dyoceſibus vt eoꝝ clerici exerceant notariat⁹ officium in negocijs ⁊ cōtractibus ſecularib⁹. ꝓpter tenuitatem beneficioꝝ a peccato excuſari poſſunt cum ipſi contra cōmunem ꝓhibitionem ſedis apoſtolice diſpenſare nequeant: In eccleſiaſticis tn̄ negocijs ⁊ in foro eccleſiaſtico puto ꝙ clerici notariatus officiū poſſunt exercere. ⁊ ipſi epi ad tale officium exercendū poſſūt eos inſtituere. vt ſicut iudices ſeculares in actibus ⁊ contractibus ſecularibus habent notarios ſeculares: ſic iudices ſpirituales in negocijs ⁊ cōtractibus ſpiritualibus clericos ⁊ non ſeculares admittant.

¶ Ad primū ergo eſt dicendum ꝙ illa decret. inſerit ſub illa rubrica Ne mo. vel cle. immiſ. ſe nego. ſecu. vnde ꝓhibitio illa videtur ſe extendere vt ſolum in negocijs ſecularibus clerici tabellionatus officium exercere non debeāt in eccleſiaſticis vero eo ipſo ꝙ nō prohibetur videtur eſſe conceſſum.

¶ Ad .ij. eſt dō. ꝙ ſicut gl. dicit ſuper illo verbo negocia ſecularia ſunt cum animus occupatur cura colligende pecunie ſine labore corporis vt negociatores vel mercatores faciunt quibus negocijs occupari ex toto clericis interdicitur. iuſta tamen ⁊ eccleſiaſtica negocia propter diuerſas neceſſitates tractare non interdicitur clericis. quia legimus ſāctos apoſtolos negociatos fuiſſe. ⁊ in regula beati Benedicti precipitur prouideri per quoꝝ manus negocia monaſterij ꝓcurant. Sicut in decre. ſupra inducta inducitur.

¶ Ad .iij. dicitur ꝙ illa ꝓhibitio ꝓcuratoris fit clericis vt procurationes villarum aut iuriſdictiones ſeculares ſub aliquibus principibus vel ſecularibus viris nullatenus aſſumere ⁊ exercere debeant. quia indignū eſt illis ab eccleſijs ſubueniri per quos conſtat in eccleſia ſcandalum generari.

## Queſtio .cxi. quomō ſtatus perfectio repreſentatur in aduocatis

Tercius conſiderādum eſt quō ſtatus pfectio repreſentatur in aduocatis. Circa quod queriuntur ſeptem. Primo vtrum clerici abſqȝ peccato aduocatiōis officium poſſint exercere. Secundo vtrū oēs laici indifferenter ad officiū aduocationis ſine peccato poſſint admitti. Tercio vtrum aduocati teneantur ex precepto dei negare patrocinium in cauſa iniuſta. Quarto vtrum aduocati ſine peccato contra aduerſariū poſſint vti inſidijs ⁊ fallacijs. Quinto vtrū aduocati teneantur ad reſtitutionem recepti ſtipendij ſi ex eorum negligentia perdatur cauſa quam aſſumunt. Sexto vtrum aduocati accipientes ſalarium vltra quantitatē in iure taxatā teneāntur ad reſtitutionem. Septimo vtrum aduocati ſine peccato poſſint pactum facere cum litigatore de media vel quarta portione litis.

Ad primum ergo ſic procēditur. videt̄ enī ꝙ clerici abſqȝ peccato nō poſſint aduocationis officium exercere. Si enī clerici poſſent eſſe aduocati vbiqȝ ⁊ in qualibet cauſa poſſent aduocare. Sed ſcribitur extra de poſtula. Clericis qui contra eccleſiam a qua beneficium obtinet pro extraneis aduocatus vel ꝓcuratori eſſe preſumit tanqȝ ingratus debet eiuſdem eccleſie beneficio expoliari.

¶ Preterea aduocatio non poteſt fieri ſine litigatione. Sed ſcribitur .ij. Thi. ij. quia ſerui dei nō debent litigare ſed māſueti eſſe ad oēs. Clericis ergo qui ad dei ſeruicium aſſumūtur interdictum eſt aduocare.

¶ Preterea ſcribitur extra de poſtulatiōe clericis ⁊ ſubdyaconi ⁊ ſupra in ordinib⁹ quoqȝ minoribus ſi ſtipendijs eccleſiaſticis ſuſtententur coram ſeculari iudice aduocati fieri nō preſumant.

¶ In ↄtrariū eſt quia aduocare ꝓ iuſticia eſt opus pietatis. de quo ope bt̄us Job ſe cōmedabat cum dicebat Job. xxix. pater erā pauperū ⁊ cām quā neſciebā diligētiſſime inueſtigabam. ↄterebā molas iniqui ⁊ de dentib⁹ illi⁹ auferebam predam. tale autem opus exercere maxime conuenit clericis.

¶ R. dō. ꝙ clericos aduocatiōis officiū ſine peccato poſſe exercere dupliciter pōt intelligi. Primo ꝙ ſint aduocati corā iudice ſeculari: ⁊ ſic planū eſt eis vniuerſaliter interdictū eſſe vt patet ex decre. ſuperius inducta. niſi ꝓprias cām vel eoꝝ eccleſie ꝓſequant̄ aut tale officiū aſſumant ꝓ miſerabilibus perſonis que proprias cauſas adminiſtrare non poſſunt. Secundo ꝙ fiant aduocati corā iudice eccleſiaſtico. Et ſic puto ꝙ poſſint huiuſmodi officium ſine peccato exercere quatuor ↄditionibus dūtaxat ſeruatis. Primo ꝙ diuinū officiū cui deſeruiūt ꝑ talē aduocationē in nullo impediatur. Secūdo ꝙ talis aduocatio ſine lite ⁊ clamore ⁊ ſine nimio ardore tpalis lucri exerceat̄. Tercio ꝙ nullū negocium ſeculare in tali aduocatione aſſumat̄. Quarto ꝙ de licētia ſuperioris tale officium exequatur.

¶ Ad primū ergo eſt dicendū. ꝙ ſicut aduocatus fiſci ↄtra fiſcum aduocare non debet ſic beneficiatus in aliqua eccleſia ſiue laicus ſit ſiue clericus beneficio illius eccleſie expoliari poteſt ſi ↄtra illam deprehenſus fuerit aduocare. Si quis aūt beneficiū habeat in duab⁹ eccleſijs. dicunt aliqui ꝙ ꝓ illa eccleſia aduocare tenetur in qua habet beneficiū cū aliqua dignitate. Sed verius eſt dicere ꝙ ꝓ illa tenetur aduocare que habet iuſticie equitatē. Nec puto ꝙ aſſumens aduocationē capituli cōtra epiſcopum. vel epiſcopi cōtra capitulum: vel vnius canonici ↄtra alium: deberet ex hoc beneficio illius eccleſie expoliari. quia cū omnes iſti ſint de vno corpore vnus non debet reputari extraneus reſpectu alterius maxime cum agitatur cauſa de iure epiſcopi vt eps eſt. ⁊ canonicoꝝ vt canonici ſunt. Secus autem eſſet ſi agitaretur cauſa de bonis hereditarijs.

¶ Ad .ij. eſt dō. ꝙ clamor ⁊ litigatio non eſt de ratione aduocationis. ymmo vt dicit yſidorus in libro de ſummo bono. verboſi ⁊ clamoroſi aduocati vt ſapiētes videantur nō diſcutiunt cauſas ſed aſſerunt ⁊ ſic conturbant iudicij ordinem.

¶ Ad .iij. eſt dō. ꝙ decre. illa exponit ſeipſam ꝓhibet .n. clericis ne corā iudice ſeculari in negocijs ſecularib⁹ aduocare pſumāt. Eo ergo ipſo ꝙ eis non prohibetur aduocare corā iudice eccleſiaſtico ⁊ in cauſis eccleſiaſticis intelligitur eis eſſe conceſſum.

Ad ſecundū ſic ꝓceditur. videtur .n. ꝙ omnes laici indifferenter abſqȝ peccato ad aduocationis officiū admitti poſſunt. Dicit .n. apo. i. Corinth. vi. Secularia iudicia ſi habueris contemptibiles qui ſunt in eccleſia illos conſtituite ad iudicandū ⁊ appellat contemptibiles homines qui ſunt in eccleſia minoris meriti. ⁊ nullis magnorū donorum virtutibus pollent. vt Grego. exponit. ergo omnes laici indifferenter cuiuſcunqȝ meriti ⁊ conditionis exiſtant aſſumi poſſunt ad aduocādū ⁊ iudicādū in negocijs ſeculařib⁹.

¶ Preterea pſona que non repellitur a iudicio: non eſt reuocanda ab aduocatione. quia maius eſt iudicare ꝙ aduocare. ſꝫ in veteri teſtamento mulieres quandoqȝ conſtitute ſunt ad iudicandū. vt patet. iij. Regū. de Jezabel. ergo non debent repelli ab aduocatione.

¶ Preterea omnibus conceditur poſſe aduocare ꝓ ſeipſis ergo eodē modo ꝓ alijs. cuibꝫ teneatur diligere ꝓximū ſicut ſeipſum.

¶ In contrarium eſt quod ſcribitur .iij. q. vij. capi. tria ſunt.

¶ R. dicendum. ꝙ aduocati quantū ad preſens quinqȝ debent hr̄e vt verū ⁊ iuſtū patrocinium preſtare poſſint in cauſa quam defendendam aſſumunt. Primo nanqȝ eſt neceſſarium vt in intellectu habeant ſcientiam. ⁊ ſic pueri ⁊ ſtulti ⁊ furioſi repelluntur ab aduocatione. quia conſtat eos cognitione carere. Secundo vt in affectu habeant conſtantiā ⁊ ſic mulieres ſicut non admittuntur ad predicandum ſic nec debent admitti ad aduocandum magis enim ex ipſarum colloquio habent ꝓuocare ad luxuriam ꝙ ad iuſticiam. Tercio in allegatione eloquentiam. ⁊ ſic ſurdi ⁊ muti arcentur ab aduocatione. Quarto in reſponſione clementiam. ⁊ ſic precio pugnantes cum beſtijs: vel infames: ſeu criminoſi ab aduocatione repellūtur. quia qui ſibi ipſis crudeles ſūt alijs clementes eſſe non poſſunt. Quinto in executione liberā licentiā ⁊ ſic ſerui qui non habent dominiū ſui actus ad aduocationē non admittunt̄. Nā ꝓpter ſcientiā aduocati non decipiunt̄. ꝓpter conſtantiā nō peruertunt̄. ꝓpter eloquentiā non ↄfunduntur. ꝓpter clementiā non iraſcuntur. ⁊ ꝓpter libe

tam licentiam non repelluntur.

¶ Ad primũ ergo eſt dõ. ꝙ ꝯtēptibiles ſibi apoſtolus appellat cõiter oẽs ſeculares reſpectu clericoꝝ ⁊ religioſoꝝ qui ſunt maioris meriti. ⁊ maioribus officijs obligãtur ꝙ ſeculares. vñ ex hac de cauſa arcentur ipſi ab aduocationis officio corã iudice ſeculari ⁊ in negocijs ſecularibus inter ipſos tñ ſeculares aliqui ſic ſunt cõtemptibiles. vel ex impotentia: vel ex ignorantia: ſeu ex ꝑpetrata malicia ꝙ eis ꝑ iura officiũ aduocationis eſt interdictum.

¶ Ad. ij. eſt dõ. ꝙ in veteri teſtamẽto ex cã potuit eſſe ꝑmiſſũ vt femine iudicarẽt illũ effeminatũ populũ. nũc aũt ꝓhibent̃ docere ⁊ iudicare ꝑ ſe ſed non ꝑ alios. Si. n. ſunt regine ducĩſſe vel cõmitiſſe ꝑ alios iudicare vel aduocare poſſunt.

¶ Ad. iij. eſt dõ. ꝙ maior imminet neceſſitas homini patrocinari cãe ſue ꝙ cãis aliorũ. cuꝫ alij poſſint ſibi aliter ſubuenire. vñ non ſic arcet hõ aduocare in cã ꝓpria ſicut in cã aliena

AD tertiũ ſic ꝓcedit̃. videt̃. n. ꝙ aduocati ex precepto dei non teneant̃ patrociniũ negare in cã iniuſta. Ignorantia. n. excuſat a peccato. Iuxta illud. i. Thi. i. Miſericordiã ꝯſecut᷒ quia ignorãs feci. Sꝫ cãm iuſtã aduocatus certitudinaliter ſcire nõ poteſt cũ hũane iuſticie ad examen diuine iuſticie deducte pannus menſtruate appellatur Iſaie. lxiiij.

¶ P. aduocatus in nullo cãu tenet̃ fauere ꝑti ꝯtrarie cui᷒ cãm defendendã recipit ymmo tenetur ſecreta omnia ſibi celare. ſed ſi aduocat᷒ deſereret cãm ſuſceptã cognito ꝙ eſſet iniuſta ſã ipſo facto fauorẽ impenderet aduerſario.

¶ P. aduocatio eſt quedã diſputatio. ſed nõ eſt peccatũ in diſputatione adducere rõnes ꝓ ⁊ ꝯtra veritatẽ quã quis nouit. ergo eodẽ mõ in aduocatione adducere rões ꝓ ⁊ ꝯtra veritatem quã quis nouit ſine peccato fieri poteſt.

¶ In ꝯtrariũ eſt quod ſcribit̃ ꝓuer. xvij. qui iuſtificat impiũ ⁊ qui ꝯdemnat iuſtũ abhominabilis eſt vterq; apud deum.

¶ R. dõ. ꝙ preſtare patrociniũ in cã iniuſtã põt ꝯtingere ex cã triplici aggrauãte peccatũ. Primo ex cupiditatis auaricia. multi. n. ſolũ ꝙ poſſint lucrũ habere dicunt malũ bonũ ⁊ iniuſtũ iuſtũ. ponẽtes lucẽ tenebras ⁊ tenebras lucem. de quibus ſcribit̃ Iſa. iiij. Ve qui iuſtificatis impiũ ꝓ muneribus. ⁊ iuſticiã iuſti aufertis ab eo. Secũdo ex certa ſciẽtia. multi. n. ſciunt cãm eſſe iniuſtaꝫ ꝓ qua aduocant. ſed vel ex carnali affectiõe. vel ex amicitie copulatione ſcienter in tali cã iniuſta patrociniũ preſtant quibus iſta irã dñi merent̃. Iuxta illud. ij. Paralip. xix. Impio ꝓbes auxiliũ ⁊ his qui oderunt dominum amicicia iungeris. ⁊ idcirco irãm dñi merebaris. Tertio ex quadam inani gloria. multi. n. cupientes videri periti in iure ⁊ famoſi haberi in ꝑplo iniuſtã cãꝫ defendendam aſſumunt ⁊ cupientes videri habere intellectum iuris ſcientiã non curant in detrimentum alterius ꝑdere in voluntate iuſticiã. His ergo tribus modis puto ꝙ aduocati preſtantes patrociniũ in cã iniuſta ad reſtitutionẽ tenentur totius damni quod ꝯtra iuſticiã altera pars incurrit ꝑ eoꝝ auxiliũ. Si vero huiuſmodi patrociniũ preſtant ex ignorantia: excuſari poſſunt. eo modo quo ignorãtia excuſare habet a toto vel a parte.

¶ Ad primũ ergo eſt dõ. ꝙ aduocati non tenent̃ ſcire cãm eſſe iuſtã ſm diuine legis ſententiam ſed ſolum ſm hũane legis iuſticiã. Planum eſt. n. ꝙ multa lex punit ⁊ impunita relinquit que ꝑ diuinam legem iudicabuntur ſm Augꝰ. tenentur ergo ſcire cauſam eſſe iuſtã vel iniuſtã ſm humanam legem ⁊ ſm ꝙ agitatur in hũano iudicio corã temporali iudice.

¶ Ad. ij. eſt dicendũ ꝙ aduocati ſi poſtꝙ ſuſcipiunt cauſam cognoſcant cauſam iniuſtam debent inducere illum cuius cauſam agũt ad cedendum in lite ⁊ ad componendum cũ aduerſario ſine ipſius damno. vel tenentur ipaꝫ deſerere. nec ex hoc preſtant parti contrarie fauorem. quia multis modis cã exiſtente iuſta: aduocati poſſunt officium aduocationis admittere.

¶ Ad tertium dicit̃ ꝙ in diſputatiõe adducuntur rationes ꝓ ⁊ cõtra veritatem vt ex ſolutione dubitatorum magis veritas eluceſcat. Sꝫ in aduocatione adducunt̃ obiectiones pro et contra vt cauſa determinetur pro altera parte. ideo ſi ex obiectionibus adductis cauſa iniuſta determinatur pro vno leditur iniuſta pars oppoſita. vnde non eſt ſimile.

AD quartũ ſic ꝓcedit̃. videt̃. n. ꝙ aduocati abſq; peccato poſſint vti inſidijs ⁊ fallacijs contra aduerſariũ. Quid enĩ ſancti patres fecerunt dei auctoritate ſine peccato obſeruari põt. Sꝫ ſcribit̃ Ioſue. viij. ponite inſidias poſt ciuitatẽ vobiſq; fugientibus ⁊ illis ꝑſequentibus ꝯſurgetis de inſidijs ⁊ vaſtabitis ciuitatem.

¶ P. defendere cãm iuſtam ſemper eſt licituꝫ Sed contingit qñq; aduerſariũ ad impugnandam cauſam iuſtam falſos teſtes introducere. ergo ad defendendam cauſam iuſtam videtur licitum eſſe ꝙ falſi teſtes introduci poſſunt.

¶ P. ſimulatio vt Hierony. dicit ⁊ ponit̃. xxij. q. ij. qñq; eſt vtilis ⁊ tempore et loco aſſumenda. ergo in cauſa iuſta ſine peccato aduocati poſſunt inſidias ⁊ fallacias diſſimulare vt in cauſa non ſuccumbant.

¶ In contrariũ eſt quod dicit Aug. in lib. de honeſtate clericoꝝ. vbi dicit ꝙ callidi argumẽtatores: ⁊ iuriſperiti fallaces: dum cupiũt preuaricari controuerſias actiõeſq; cauſarũ: etiã ipſa iura tranſuertunt ⁊ cũ volunt competentibus cohercere iuſſiõibus legum ad illudendos iudices: inconuenientibus exemplis velut ſimiles coniecturas iuris obijciunt.

¶ R. dicendum ꝙ ſicut dicit phs. ij. Ethico. iuſti non ſunt qui iuſta faciunt ſed qui iuſte. poſſunt. n. iniuſti iuſta exercere. ſed non iuſte. Ad hoc ergo ꝙ aduocati ſine peccato eorum officium exequantur expedit ꝙ non ſolum in cauſa iuſta patrocinium preſtent: ymmo requirit̃ ꝙ iuſte ⁊ ꝑ iuſta media hoc faciãt. puta ꝙ nõ ꝓducant falſa inſtrumenta: vel falſos ⁊ corruptos teſtes: vel ꝙ inducant mendacia falſa et falſas leges. ſeu indebitas facti probationes Tales. n. Aug. callidos argumentatores et iuriſperitos fallaces appellat.

¶ Ad primũ ergo eſt dicenduꝫ ꝙ in iuſto corporali bello licet inſidijs vti eo ꝙ iudex belli ea que facere intendit non tenet̃ hoſtibus pandere nõ tñ debet fidem ꝓmiſſã hoſtibus frangere. ſic aduocatis defendẽtibus cauſã iuſtã licitũ eſt prudẽter occultare illa quibus impediri poſſunt eoꝝ ꝓceſſus non tñ eſt eis licituꝫ aliqua falſitate vti.

¶ Ad. ij. eſt dõ ꝙ teſtes ſemꝑ admittunt̃ iurati. ideo quantũcunq; in cauſa iuſta introducerẽtur teſtes falſi ꝑiuriũ non euitatur. puto tñ ꝙ ſi cauſa ẽ pecuniaria vt ꝙ pecunia iniuſte ſubtracta ſit ab aliquo non tenet̃ quis ad reſtitutionẽ ſi ꝑ media inconueniẽtia ⁊ ꝑ falſam aduocationẽ cã vincat̃. quis tñ aduocati ꝙ alij conſcij predicte falſitatis aliter ſint puniendi.

¶ Ad. iij. eſt dõ ꝙ ſimulatio tpe ⁊ loco eſt vtẽda non ad nocendũ fraudulẽter alicui. ſed vel ad aliquod ꝑiculũ euitandum. ſicut dauid ſimulauit ſe eſſe fatuum ⁊ furioſum vt euaderet mortẽ. vel ad aliquid vtile ꝯſequendũ ad cultũ dei ꝑtinẽs. ſicut iheu ſimulauit ſe velle colere baal vt interficeret ſacerdotes eius q̇ populũ dei ad idolatriã inducebãt. vt ꝑꝫ. iiij. reg. x

AD. v. ſic ꝓcedit̃. videt̃. n. ꝙ aduocati non tenent̃ ad reſtitutionẽ recepti ſtipendij ſi ex eoꝝ negligentia cãm quã aſſumũt ꝑdant. Cauſa. n. nõ põt vinci ſine leſione alteri᷒ ꝑtis. Sed ſcribit̃ auctoritate Ambroſij. xiiij. q. v. Denique ſi non põt alteri ſubueniri niſi alter ledat̃ cõmodius eſt neutrum iuuari ꝙ grauari alterum.

¶ P. aduocati nõ tenent̃ ſe ꝑiculo exponere. ſed qñq; ſi ipſi nimis auide ⁊ ſollicite cãm aſſumptã ꝓcurant ꝑiculo ꝑſonaꝝ ſe exponunt. cũ in ꝑiudiciũ alteri᷒ ꝑtis hoc videant̃ agere.

¶ P. aliqñ cauſa iuſta perdit̃ ex malicia iudicis vel ex falſis teſtibus inductis. nõ ergo aduocati tenent̃ ad reſtitutionẽ recepti ſtipendij.

¶ In ꝯtrariũ eſt q: qui cãm damni dat ipſũ damnũ dediſſe videt̃. ſed aduocati vident̃ eſſe cã damni ex quo cã ꝑdit̃ ex eoꝝ negligentia.

¶ R. dõ. ꝙ tribus modis quantũ ad ꝑſens ex negligentia aduocatoꝝ põt iuſta cã perdi. Primo ex eoꝝ neſcientia. Si. n. dicũt ſe ſcire iura quibus in cã poſſit patrociniũ ꝑſtari: ⁊ neſciunt: vel ſi ſciunt nolunt laborare plene de cã ſe informando: vel ſtudendo in libris ⁊ diſputando ſi neceſſe eſt cũ alijs parti aduerſe, vt puto ad reſtitutionẽ tenent̃. Non. n. iuriſperitus rectũ ꝯſilium iuſte vẽdere põt niſi rõne laboris quẽ in ꝯſulendo patit̃. niſi forte eſſet talis ingenij vel tante experientie ꝙ abſq; ſuo magno labore poſſet rectũ ꝯſiliũ dare ⁊ iuſtũ patrociniũ in cã preſtare. Scdo ex eoꝝ pigricia. ſi. n. nollẽt cõparere die a iudice ꝯſtituta quia vel eſſet allegandũ in cã ex certa forte malicia vt eoꝝ ſalariũ augmentaret̃ ⁊ ex hoc cauſa perderetur ad reſtitutionẽ tenent̃. Tertio ex eorũ fraudulentia. Si. n. fraudulenter agant vt dicant iura illius cuius cãm aſſõmunt nõ valere: corrupti forte muneribus ꝑ aduerſariũ eodẽ mõ ad reſtitutionẽ tenent̃. Sed ſi nihil obmittunt de ꝯtingentibus eoꝝ que ꝑtinent ad aduocationis officiũ: quantũcũq; cã ꝑdat̃ ad reſtitutionem non tenent̃.

¶ Ad primũ ergo eſt dõ. ꝙ dictũ illud Ambroſij intelligit̃ de clericis ⁊ ſacerdot. h᷒ quibus prohibitũ eſt corã iudice ſeculari aduocare. vñ ibi ſtatim ſubdit̃ in cãis pecuniarijs interuenire nõ eſt ſacerdotale. in quib᷒ non põt fieri quin frequenter alter ledat̃ qui ꝯuincat̃. eo ꝙ ſacerdotis eſt nulli nocere ⁊ prodeſſe vniuerſaliter oibus. Vel põt dici dictũ Ambro. intelligi de illis qui nõ ſunt aſtricti ex ꝓmiſſione aliorum iuuare ⁊ patrociniũ in cauſa eius ꝑſtare. Sed qñ ex ꝓmiſſiõe obligati ſũt abſq; peccato poſſunt ⁊ tenent̃ ꝑtem quã defendendã aſſumũt iuuare. ſi cauſã iuſtã ſciunt habere. Vel tertio nõ põt dici ꝙ iuuando hũ rem iuſtã cãm ꝯtra aliũ ille non ledit̃ quis ledi ſe dicat. Ex quo enĩ iniuſtã cãꝫ vult defendere: magis ledit ꝙ ledatur. ⁊ ſi ledit̃ in rei tpalis quã iniuſte detinebat ſpoliatiõe: iuuat̃ tñ potius ꝙ ledat̃ in iuris alieni reſtitutione.

¶ Ad ſecundum dicitur ꝙ aduocati non debent procaciter ⁊ conuiciando vel aduerſarios condemnendo ⁊ vituperando aduocare. que habent interdum ipſos aduerſarios ad odiū ⁊ rancorem aduocatorum inducere. ſed inducendo veras leges ⁊ vera teſtimonia ⁊ cauſaꝫ iuſtam humiliter ⁊ prudenter defendendo. nō exponunt ſe periculo effectiue cauſam periculi prebendo niſi forte paſſiue. quia non recipiunt ſtulti verba iuſticie ⁊ prudentie. niſi dicantur illa que verſantur in cordibus eorum. vt ſcribitur ꝓuer. xviij.

¶ Ad tercium patet ſolutio. quia ſi non perditur cauſa ex eorum negligentia vel malicia iuſte poſſunt retinere receptum ſtipendium

Ad ſeptium ſic proceditur videtur. n. ꝙ aduocati accipientes ſalarium vltra quantitatem in iure eis taxatam teneantur ad reſtitutionem. Sicut. n. non licet iudici agere contra legem ſic non licet aduocatis recipere vltra quantitatem eis taxatam a legiſlatore. ſed legiſlatores ſunt papa ⁊ imperator ⁊ vterqꝫ taxat eis quantitatem determinatam. Nam Gregl. x in cōſtitutione edita in conſilio Lugduñ. taxat aduocato. xx. lib. turonenſes ꝓcuratori vero. xij. Imperator vero digeſtis denarijs dicit computandum eſſe id quod datum eſt cū eo quod debetur. neutrūqꝫ compoſitum licitam quantitatem excedit. licita autem quantitas intelligitur pro ſingulis cauſis vſqꝫ ad centum aureos.

¶ Preterea iudex non poteſt aliquid accipere ꝓ ſuo iudicio. nec teſtis pro ſuo teſtimonio ergo nec aduocatus pro ſuo patrocinio.

¶ Preter[illegible] ſpirituale non poteſt vendi pro re temporali. Sed conſilium ⁊ patrocinium preſtare eſt quid ſpūale. quicquid ergo inde recipitur tanqꝫ ſymoniacum retinere non poteſt

¶ In contrarium eſt quod dicit Augl. in epi. ad macedonium. iuſte aduocatus vēdit rectū patrocinium ⁊ iuriſperitus verum conſilium

¶ R. dicendum ꝙ iniuſticia diſtributiua nō culpatur ſi maius beneficium confertur vni ⁊ minus alteri conſideratis conditionibus perſonarum laborum negociorum temporum et locorꝫ. Dicit. n. Leo papa. lxi. di. c. miramur ꝙ ſicut ad honores mundi ſine ſuffragio temporis ſine merito laboris indignum eſt peruenire. ⁊ vocari ambitus ſolet quos probitatis documenta non adiuuant. ſic pro laboribus plurimis pro moribꝰ caſtis pro actibus ſtrenuis celſioris loci premium debetur. Eodem modo in iuſticia commutatiua non peccatur ſi maius ſalarium detur vni aduocato ⁊ minus alteri. penſatis conditionibus perſonaꝝ quātitate negociorum: qualitate laborum: exigentia temporum: ⁊ conſuetudine locorum.

¶ Ad primuꝫ dicitur ꝙ taxatio illa facta per papam vel imperatorem: intelligēda eſt vniuerſaliter. puta ꝙ moderatum ſalariꝫ ab aduocatis ⁊ iuriſperitis petatur. particulariter ēt poteſt augeri ⁊ minui ſm augmentuꝫ ⁊ diminutionem dignitatis perſonarum ⁊ cauſaruꝫ ⁊ aliarum conditionum ſuprapoſitarum.

¶ Ad ſecūdum dicitur ꝙ ſicut Augl. dicit ibi non ideo debet iudex iuſtum iudicium vendere ⁊ teſtis verum teſtimonium. Quia aduocatus vendit rectum patrocinium ⁊ iuriſconſultus verum conſilium. Quia illi inter vtranqꝫ partem ad examen adhibentur iſti aūt ex vna parte conſiſtunt. iuſta autem iudicia ⁊ vera teſtimonia vendenda non ſunt.

¶ Ad tercium dicitur ꝙ quis ſciētia iuris ſicut ⁊ quelibet ſciētia ſit quoddā ſpūale. vſus tamē eius opere corporale exercetur. Ideo ꝓ recompenſatione laboris poteſt homo recipere pecunias moderate tamen ſm conditiones ſuprapoſitas. Si autem immoderate aduocati per improbitatem vel nimiam cupiditatem vltra debitam quantitatem reciperent Augl. dicit ꝙ tenentur reſtituere illis a quibus extorquent.

Ad ſeptimum ſic procedit videt. n. ꝙ aduocati abſqꝫ peccato poſſunt pactum facere cum litigatore de media vel quarta portiōe litis. Idem. n. videtur eſſe iudicium de aduocato ſpirituali ⁊ temporali Sed aduocatus ſpiritualis vt ſacerdos parrochialis poteſt petere quartam vel mediam portionem a ſuis parrochianis qui in ſua eccleſia non eligūt ſepeliri de bonis relictis ab eis. vt patet extra de ſepul. ergo eodem modo licet aduocato temporali petere mediam vel quartam partem rei que defenditur vel petit.

¶ Preterea aduocatus poteſt paciſci cum litigatore de ſalario ſm quantitatem determinatam. ergo eodē modo determinata quantitate litis que aſſumitur defendenda paciſci poteſt.

¶ Preterea qñqꝫ nullum pactum interueniſt inter aduocatum ⁊ litigatorem. ergo in tali caſu de aliqua parte litis terminate debꝫ aduocato prouideri.

In ꝯtrarium eſt quod ſcribitur. iij. q. vij. R. dicendum aduocatus nō inducitur in cauſa litis vt perceps iuris. ſed vt coadiutor ⁊ locator operis artis ſue per rectum conſiliuꝫ ⁊ per iuſtū patrociniū. ideo nō licet aduocato nullum contractum inire nullam pactioneꝫ conferre cum litigatore ꝙ in propriam recepit fidem. Sicut patet. iij. q. vij. c. ſi quis ꝓ taxa nec ad induſtria iurgium debet ꝓtrahere. talia enim interdicuntur aduocatis ad reprimēdam cupiditatem ⁊ turpe lucrum ⁊ ſtipendiū deforme. Nam ſi ipſi lucro pecuniarū capiantur velud abiecti ⁊ degeneres inter vīliſſimos numerabuntur.

¶ Ad primum ergo dicitur ꝙ de iure naturali ⁊ diuino eſt vt adminiſtrās ſpiritualia portionem aliquam bonorum temporalium illorum quibꝰ adminiſtrat recipere poſſit mediā vel quartam ſeu terciam ſm ꝯſuetudinē loci. Unde de iure naturali eſt vt eligētes ſepulturam alibi ꝙ in eccleſia parrochiali ipſa parrochialis eccleſia canonicam portionem habeat de relictis ab illis defunctis ꝓ aīimabꝰ ſuis illi eccleſie in qua eligunt ſepulturam de relictis dico pro funeralibus exequijs. Nam ꝺ relictis ꝓ fabrica vel ꝓ alijs pijs cauſis ſeu pro ſingularibꝰ perſonis canonica portio nō debetur niſi papa qui eſt iuris naturalis interpres ⁊ iuris poſitiui conditor duxerit aliter ordinanduꝫ qui ſicut ius cōmune poteſt aliquibus ſingulariter erogare. ⁊ de nullo portionē ſoluāt. Sic poteſt infra cōmune ius aliquibꝰ ſubtrahere vt ipſi de omnibus canonicā portionem ſoluant ſicut fecit Bonifacius. viij. in illa decretali extrauaganti. ſuper cathedrā. de fratribus minoribus ⁊ predicatoribus. quibꝰ ſicut per ſedem apoſtolicam quandoqꝫ ſupra ius cōmune fuit indultum vt de nullo portionem canonicam ſoluerent. ita in alia decretali infra cōmune ius eſt eis ſubtractum ſingulariter: ne de omnibus dictam portionem ſoluāt Alij vero religioſi mendicantes ⁊ vniuerſaliter dericí illi decretali nullatenus ſunt aſtricti Quia vt ſcribitur extra de regulis iuris que a iure cōmuni exorbitant nequaqꝫ ad conſequētiam ſunt trahenda.

¶ Ad ſecundum dicitur ꝙ nullus militat pro prijs ſtipendijs. Ideo iuſte poteſt aduocatus petere determinatam partem moderatam tñ pro ſuo ſalario non tamen litis vel rei que defenditur propter cauſam ſuperius aſſignatā.

¶ Ad tercium dicitur ꝙ quando nullum certū pactum factuꝫ eſt de ſalario poteſt iuſte aduocatus implorare tunc officium iudicis vt pro modo ſue facundie ⁊ ſcientie ⁊ ſm conſuetudinem patrie ⁊ ſm quantitatem ⁊ qualitatē negocij vel laboris ſibi ſalarium tribuatur.

## Queſtio. cxii. quō ſtatus perfcō repreſentater in iudicibus.

Quarto videdum eſt quomodo ſtatus perfectio repreſentatur in iudicibus. Circa quod querunturquinqꝫ.

Primo vtruꝫ iudex poſſit mutare penam in lege taxatam. Et videtur ꝙ nō Dicit enim Ambroſius in libro de officijs. ꝙ bonus iudex nihil ex arbitrio ſuo facit ſed iuxta leges ⁊ iura pronunciat. penam ergo in iure ſtatutam non licet iudici ꝓ ſuo arbitrio mutare.

¶ Preterea virtus eſt in medio determinato a ſapiente. vt habetur. ij. Ethi. Medium aūt determinatum a ſapiēte eſt pena taxata in lege. Cum aūt non liceat declinare a virtute ſm exceſſum ⁊ ſm diminutionem non licebit iudici penam impoſitam augere vel minuere

¶ Preterea ſicut dicit Augl. in glo. Joſue. ſe Reprehenſi ſunt ſeniores Iſrael cū ipſo Joſue. qui mutauerunt penam mortis determinataꝫ in lege Gabaonitis ⁊ Cananeis. ergo non licet iudici penam legis quantumcunqꝫ rigidam mutare.

¶ Preterea pena a lege taxata iuſta eſt. Sed iudex non debet a iuſticia deuiare. ergo nō debet penam legis mutare

¶ In contrarium eſt. Quia ſicut determinate ſunt pene a legibus in iudicio temporali. ita alique pene ſunt terminate a canonibus in iudicio ſpirituali. Sed non obſtante taxatione canonum pene in iudicio ſpirituali ſunt arbitrarie. ergo non obſtante taxatione leguꝫ erūt arbitrarie pene in iudicio temporali.

¶ R. Dicendum ꝙ differt iudiciuꝫ legis a iudicio iudicis. quia iudicium legis eſt vniuerſale ⁊ de vniuerſalibꝰ caſibus. vniuerſalia autem ſunt inuariabilia. ideo iudicium legis de criminibꝰ ⁊ variabilibus eiuſdem generis eſt vnum ⁊ inuariabile. Judicium vero iudicis eſt particulare. ⁊ de particularibus caſibus. particularia vero variantur ſm diuerſas circumſtantias vel intrinſecas vel extrinſecas. Ideo iudicium iudicis oportet eſſe variabile. Tenetur tamen quantum poteſt conſequi iudicium legis. Uerum quia non poteſt in omnibus: neceſſe habet aliquando mutare. aut ꝗ in caſu particulari de quo iudicat iudex concurrunt circumſtātie notabiliter caſum mutantes ⁊ contrahentes a ſua generali malicia aut

non. Si non vt puta quando aliquis cõmiſ/
ſit homicidium. ſi non ſunt ibi circũſtantie no
tabiliter aggrauantes vel extenuantes factuꝫ
in ipſo negocio vel extra. Et tunc iudex debet
ſequi iudicium legis ⁊ penam legis imponeſ/
re. Aut ſunt circũſtantie notabiliter caſum ag/
grauantes. vt ſi aliquis occidit fratrem ſuum:
vel amicum proditorie: poteſt tunc rationabi
liter aggrauare. aut notabiliter attenuãtes vt
ſi quis prius iniuriatus ⁊ vulneratus aliquẽ
occidit poteſt rationabiliter attenuare.

¶ Ad primum ergo eſt dicendũ ꝙ bonus iu/
dex ſemꝑ iudicat ſm leges puta ſm legis in/
tentionem: non tamẽ ſemper ſm legis verba.
Nam vt dicit iuriſconſultus: Scire leges nõ
eſt hec verba earũ tenere ſed vim ac poteſtatẽ.

¶ Ad ſecundum dicitur ꝙ mediũ pene in cri/
minibus determinatum eſt a ſapiente legiſla
tore prout determinari poteſt puta in vniuer/
ſali non in particulari. vnde niſi addatur ali/
quid notabiliter mutans caſum debet iudex
penam legis infligere. Si vero aliquid nota
biliter additur vel diminuitur poteſt ipſe ad/
dere vel diminuere ꝙ ſic fuit legiſlatoris in/
tentio.

¶ Ad tertium dicitur ꝙ Joſue ⁊ ſeniores Iſ/
rahel rationabiliter reprehenſi ſunt eo ꝙ ſine
cauſa ⁊ indiſcrete penam mutauerunt cũ eadẽ
cauſa eſſet in Sabaonitis que erat ĩ alijs po/
pulis qui ab introitu terre promiſſionis filios
iſrahel impediebant.

¶ Ad quartum eſt dicẽdum ꝙ pena a lege ta
xata eſt iuſta in generali non autem in quoli/
bet caſu particulari occurrente. vnde ſi nõ ad/
ditur aliquid notabile in particulari ſm legẽ
iudicandum eſt. Si vero aliquid additur vel
diminuitur addendum eſt vel diminuendum
Quia licet verba legis hoc non ſonent: talis
tamen fuit ſapientis legiſlatoris intentio.

Q Eeundo queritur vtrum iudex plus
ad clementiam ꝙ̃ ad rigidaꝫ iuſticiã
debeat declinare. Et videtur ꝙ non.
Scribitur. n. auctoritate Greg. xlv. di. c. diſci
plina ineſſe debet rectoribus ⁊ iuſte conſulẽs
miſericordia ⁊ pie ſeuiẽs diſciplina. ita ꝙ mi/
ſceatur leuitas miſericordie cum ſeueritate iu/
ſticie. vt fiat ex vtroꝗ temperamentum vt neq̃
multa aſperitate exulcerentur ſubditi neq̃ ni/
mia benignitate ſoluantur. nõ ergo magis ad
clementiã ꝙ̃ ad iuſticiã iudex debet declinare.

¶ Preterea vel iudex aliquis dimittit de cul
pa punienda vel nihil. Si nihil ergo ex toto
punit ſeruando iuſticiã ſine miſericordia. Si
vero aliquid dimittit. ergo iniuſtus eſt. quia in/
iuſtus cenſetur. ille qui aliquid malum dimit
tit impunitum. ⁊ aliquod bonũ irremuneratũ

¶ Preterea iudex debet imitari quantũ põt
iudicium dei. Sed deus punit peccantem ſe/
ueritate iuſticie ſine bonitate miſericordie. quia
cum damnato ⁊ in inferno nulla fit miſericor
dia ex parte durationis pene cũ illa ſit infinita

¶ In contrarium eſt quod ſcribitur extra de
tranſacti. c. vltimo. Semper procedas equita
te ſeruata in humaniorem partem declinãdo
ſm ꝙ perſonas ⁊ cauſas tempora ⁊ loca vidẽ
ris poſtulare. Et Greg. dicit ꝙ culpa eſt in iu
dice totam culpam exigere.

¶ R. Dicendum ꝙ iuſticia quantum ad pre/
ſens quatuor modis conſiderari poteſt

¶ Primo quantũ ad iudicis ꝯdecentiam
¶ Secundo quantum ad ipſius rei punien
de exigentiam.

¶ Tertio quãtum ad culpe correſpondentiã
¶ Quarto quantum ad ipſius clementie cõ/
uenientiam.

¶ Omnibus autẽ iſtis modis probari põt
ꝙ tutius ⁊ ſecurius eſt iudici declinare magis
ad leuitatem clementie ꝙ ad ſeueritatem iuſti
cie. Sicut. n. ſm Aug. deus ſemper punit ſm
condecentiam ſue bonitatis: puta ſemper mi
nus ꝙ̃ meruit ille qui puniendus eſt punit eo
ꝙ ſic non condecet bonitateꝫ eius punire ſm
exigentiam meritorũ. quia ſic eius iuſticia nõ
eſſet clementia. Sic ſemper decet bonum iudi
cem minus punire reum ꝙ̃ ẽ puniendus. Sic
ſm iuſticiam rigoroſã. quia ſemper miſericor
dia ſuperexaltat iudicio. vt ſcribitur Ja. ſuper
quo verbo dicit Aug. ꝙ ſupponitur miſericor
dia iudicio ⁊ quaſi illuminat iudicium quod
eſt cum miſericordia. Quia per ipſam cõmen
dabilius eſt ⁊ magis placet.

¶ Hoc idem patet ſecundo ſi comparetur iu
ſticia ad meritum illius qui puniendus eſt ſm
exigentiam meritoruꝫ. Sicut. n. deus ſemper
punit citra condignum ⁊ nunꝗ̃ punit ſm to/
tam exigentiam culpe illius qui puniendus
eſt. Sic iudex in puniendo hunc modum de/
bet ſeruare. vnde ſuper illo verbo Jacobi. ij.
iudicium ſine miſericordia fiet illi qui non fa/
cit miſericordiam. Dicit Aug. ꝙ ſemper iudex
debet miſericorditer agere. quia ſi potuit ⁊ nõ
fecit miſericordiam anteꝗ̃ iudicaretur ſine mi
ſericordia iudicabitur.

¶ Tertio iſtud patet ſi compeꝛ iuſticia ad cul
pe correſpondentiam. verum eſt. n. ꝙ iuſte ſic
pena correſpondere debet culpe. vt minori
culpe minor pena ⁊ maiori culpe maior pena
correſpondeat.

Sed non ſic iuſte pena debet correſpõdere cul
pe. quia iuſticia ſine clementia miſceatur. ym
mo ſemper in humaniorem partẽ puta in par
tem clementie eſt declinandum. quia licet miſe
ricordia ⁊ iuſticia cuſtodiant regeꝫ: roboratur
tamen clementia thronus eius. Ut ſcribit pro/
uerbiorum. xx.

¶ Quarto hoc patet ſi cõparetur iuſticia ad
ipſius clementie conuenientiam. Juſticia. n.
quam iudex ſeruare tenetur eſt iuſticia legalis
que ſm Philoſophum eſt omnis virtus nõ
formaliter quia tunc ſuperfluerent alie virtu/
tes. Sed dicitur eſſe omnis virtus effectiue vel
preceptiue. quia precipit omnia ſeruare que mã
dat lex. ⁊ quia lex precipit operari fortiter tem
perate ⁊ clementer. ⁊ vniuerſaliter omnia que
ſecunde virtutes dicunt. Ut dicit philoſophus
primo magnorum moralium. Jdeo iuſticia le
galis includit clementiam ⁊ omnes alias vir
tutes inquantum precipit omnes virtutes ſer/
uari.

¶ Ad primũ ergo dicitur verũ eſſe ꝙ ex vtroꝗ
fiendum eſt quoddam temperamentum. plus
tamen miſcendum eſt in tali temperamẽto de
clementia ꝙ̃ de iuſticia. Sicut in temperamẽ
to medicine plus miſcetur de vna re ꝙ̃ de alia
ſm quem modum Moyſes iudex populi Iſ
raelytici in puniendo predictũ populum de
peccato idolatrie quod cõmiſerãt temperamẽ
tum fecit de miſericordia ⁊ iuſticia. plus tamẽ
miſcuit de miſericordia ꝙ̃ iuſticia. Quia ſex/
centa millia exiuerunt de Egypto qui fuerũt in
culpa. vt ſcribitur Exo. xij. Non tamen fuerũt
puniti vel occiſi niſi. xxiij. millia. ſicut ſcribitur
Exo. xxxij.

¶ Ad ſecundum dicitur ꝙ non eſt inconueni
ens aliquid remanere impunitum diuerſis re
ſpectibus. De pena. n. debita ⁊ condigna ſm
quantitatem culpe peccantis ſemper remanet
⁊ debet remanere aliquid impunitum. ſed de
pena condigna ſm condecentiam iudicis iu/
dicantis. quia ſemper condecet eum clementer
agere nihil remanet impunitum.

¶ Ad tertium dicitur ꝙ duratio pene damna
ti duplicem habet terminũ ex pte poſt ⁊ ex pte
ante. Quamuis aũt non dimittatur aliquid
de duratione eius ex parte poſt. dimittitur tñ
ex parte ante. quamcito enim peccator peccat
meretur vt ſtatim in inferno puniatur. ſed de⁹
ex ſua miſericordia expectat vt ipſe cõuertatur.

Q Ertio queritur vtrum iudices teneantur
ad reſtitutionem eorum que reci/
piunt vltra taxatum eis ſtipendium
Et videtur ꝙ non. Sicut enim iudex tenetur
iuſtum iudicium pro vtraꝗ parte. ſic aduoca/
tus tenetur preſtare pro vtraꝗ parte iuſtũ pa
trocinium. ⁊ iuriſconſultus pro vtraꝗ parte
verum conſilium. Sed ſm Auguſtinum iuſte
poteſt aduocatus pro ſuo patrocinio ſalariuꝫ
recipere. ⁊ iuriſconſultus pro vero conſilio. ergo
eodem modo iudex iuſte poteſt recipere pro iu
ſto iudicio.

¶ Preterea officiales ⁊ miniſtri qui ſunt infe
rioris gradus quantumcunꝗ ſint improbi ſi
eoꝝ importunitate ⁊ improbitate aliquid reci
piunt a partibus litigantibus nõ tenentur ad
reſtitutionem. ymmo poſſunt de eis facere ele
moſynam tanquam de ſuis bonis ſm Augu
ſtinum ad macedonium. Ergo eodem modo
iudices.

¶ Preterea quandoꝗ aliquis cõmittit cul/
pam per quam puniendus eſt pena mortis ⁊
iudex condemnat ipſm pena pecuniaria. ergo
teneretur ad reſtitutioneꝫ illius pecunie. quia
vendidit iuſtum iudicium. quo reus iudican
dus erat.

¶ In contrarium eſt Ambroſius ſuper illo
verbo Luce. iij. Contenti eſtote ſtipendijs ve
ſtris dicens: Jdcirco ſtipendia conſtituta eſſe
iudicibus ⁊ militibus: ne dum ſumptus que
ritur predo creſcatur.

¶ R. dicendum. ꝙ queſtio non eſt de ſtipen/
dio taxato iudicibus ordinarijs vel delegatiſ
a cõmunitate reipublice. Planum eſt enim ꝙ
talia ſtipendia iuſte iudices poſſunt recipere.
Quia nullus militat proprijs ſtipendijs. vñ
dicit Gregorius ſuper illo verbo Luce. iij. cõ/
tenti eſtote ſtipendijs veſtris quod ſtipendiuꝫ
dominus appellat prouiſionem imperialem
deputatam per legem dignitatibus miniſtrã
tibus reipublice. Eſt ergo queſtio ſi preter ta/
lia ſtipendia a cõmunitate reipublice eis ta/
xata aliquid recipiunt a partibus litigantibus:
ad reſtitutionem eius teneãtur. Et eſt dicendũ
ꝙ vel recipiunt pro iudicio iniuſto ⁊ iniquo:
vel pro iuſto ⁊ equo. vel pro neutro. Omni/
bus autem iſtis modis ad reſtitutionem tenẽ
tur Cum enim quatuor modis peruertatur iu
dicium. vt ponitur. xi. q. iij. timore. cupiditate
⁊ amore. Quolibet iſtorum modoruꝫ iniquẽ
iudicantes reſtituere tenentur non illi a quo ac
ceperunt ſed illi in cuius iniuriam ⁊ cõtra quẽ
iniquam ſententiaꝫ protulerunt. ⁊ cum hoc p
ipſa fraudulentia eſt eis alia penitentia iniun
genda. Si vero pro iuſto iudicio pecuniã re/
cipiunt reſtituere tenentur illi a quo acceperunt
Tales enim vt dicit Auguſtinus ad macedo
nium ſolet ablatam ſibi pecuniam repetere.

Quia iuſtū iudicium emit quod venale eſſe non debuit. Similiter tercio modo negando iudicium ſi aliquid recipiunt: ad reſtitutionē tenentur. Quia qui veritatem vel iuſtum iudicium pro pecunia negat. deum negare vel vendere probatur. vt ſcribitur. xi. q. iij. c. vnicuiqꝫ.

¶ Ad primum ergo eſt dicendum: falſum eſſe ꝙ aduocatus teneatur patrocinium preſtare ꝓ vtraqꝫ parte ⁊ iuriſconſultus verum cōſilium maxime poſtquā illum cuius cauſam defendendam aſſumpſit in propriam ſuſcepit fidē. Ex tunc enim propria iura ⁊ ſecreta cauſe illi⁹ ex quibus poſſet eius proceſſus impediri aduerſario pandere non debet. Dato tamen ꝙ vtraqꝫ parte patrocinium preſtaretur vel conſilium. patrocinium tamen ⁊ conſiliū facit ad iudicis informationem. ſed ad iudicium iudicis facit ad cauſe determinationem ⁊ deciſionem. ideo non eſt ſimile.

¶ Ad ſecundū eſt dicendum ꝙ officiales ſm Auguſtinum ex more conſueuerunt aliquid recipere. Ideo per tollerabilem conſuetudinem ab eis receperā nō conſueuerunt repeti tanꝗ̄ aliena ſed magis in elemoſynas poſſunt ipſa diſpēſare tanꝗ̄ ſua.

¶ Ad tercium dicitur ꝙ in tali caſu non venditur iuſtum iudicium ſed cōmittatur ſm piuꝫ proximi auxilium. nec iudex ad reſtitutionem tenetur accipiendo ab eo quicquid habet vite parcendo. quia pellem ꝓ pelle. Et quicquid homo habet tenet̄ dare pro anima ſua. Job. ij. Unde ſcribitur Exo. xxi. Cū occiderit quis aliquem ſi precium fuerit ei iniunctum vel impoſitum dabit ei quicquid ab eo fuerit poſtulatum.

Quarto queritur vtrū in eadem cauſa idem poſſit eſſe iudex vel aduocatus. Et videtur ꝙ ſic. Dicit enim Auguſtinus Luce. x. ſuper illo verbo. Domine non eſt tibi cure ꝙ ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare. Quia dominus pro Maria reſpōdit Marthe: ⁊ ipſe eius factus eſt aduocatus qui iudex fuerit interpellatus.

¶ Preterea iuriſcōſultus ponit vt que deſūt aduocatis partium iudex ſuppleat. Idē ergo poteſt officium duorum puta iudicis ⁊ aduocati exercere.

¶ Preterea aduocat⁹ tenetur allegare iuſtas leges. alias peccat patrocinium preſtando ꝑ falſas leges ⁊ inconuenientes probationes. ⁊ iudex eodem modo tenetur iudicare ſm leges iuſtas. ergo idem eſt officium vtriuſqꝫ

¶ In contrarium eſt quod ſcribitur. iiij. q. iiij capitulo. nullus.

¶ R. dicendum ꝙ inter officium iudicum et aduocatorum quantū ad preſens triplex differentia poteſt aſſignari.

¶ Una eſt quātum ad cōmunitatem. Quia ſm Auguſtinum ad macedonium, Iudices inter vtranqꝫ partē cōmuniter ad examen adhibentur. Aduocati vero ſolum ex vna parte cōſiſtunt.

¶ Secunda eſt quātum ad qualitatē. Quia aduocatorum eſt poſtulare ⁊ iudicē informare de cauſa litis. Iudicum vero eſt cauſam decidere ⁊ terminare.

¶ Tercia eſt quantum ad quantitatē. Quia in plus ſe habet officium iudicis ꝗ̄ aduocati. Officium nanqꝫ aduocati non eſt neceſſariū niſi quando cauſa agitur ordine iudiciario. Officium vero iudicis vtroqꝫ modo habet locum. Et quia vt ſcribitur. lxxix. di. auctoritate Gregorij. Singula eccleſiaſtici iuris officia ſingulis quibuſqꝫ perſonis ſigillatim cōmitti debēt ex quo iudicum ⁊ aduocatorum officia ſunt diſtincta rationabiliter interdicitur ꝙ in eadem cauſa ſit idem iudex ⁊ aduocatus.

¶ Ad primum ergo dicitur ꝙ xp̄s non iudicauit inter Mariam ⁊ Martham ordine iudiciario quo iudicio pertinet iudicare ad homines qui vident illa que foris parent. Chriſtus aūt tanꝗ̄ deus intuetur cor. De quo ſcriptum eſt Iſa. xi. ꝙ non ſm viſionem oculorū iudicabit: nec ſm auditum auriuꝫ arguet. vñ ſicut ipſe non aſtringitur iudicare iudicio ordinario ⁊ modo humano: ſic non aſtringit̄ ꝙ in eadem cauſa nō poſſit eſſe iudex teſtis ⁊ aduocatus.

¶ Ad ſecundum dicitur ꝙ iudex eſt miniſter legis propter quod ſi ꝓponuntur aliqua que legibus ⁊ iuri publico videantur diſſona per ipſos litigatores non vt aduocatus ſed vt legis miniſter tenetur illa corrigere. Unde dicit iuriſconſultus. Dubitandum non eſt iudicem ſi quid a litigatoribus vel ab his qui negotijs aſſiſtunt minus fuerit dictum illud ſupplere ⁊ proferre quod ſciat legibus ⁊ iuri publico conuenire.

¶ Ad tercium dicitur ꝙ ad alium finem allegant veras leges iudex ⁊ aduocatus. Quia iudex ad terminationem cauſe. ⁊ ꝓ vtraqꝫ p̄te Aduocatus vero pro cauſe informatiōe pro altera parte ſolum.

Quinto queritur vtrum iudex eodem iudicio debeat ab eterno iudice iudicari quo ipſe iudicat. Et videtur ꝙ nō. Quia omnibus vniuerſaliter interdicitur iudicare Math. vij. Nolite iudicare vt nō iudicabimini. Nullus ergo iudicabitur ab eterno iudice ex quo nulli conceditur aliū poſſe iudicare.

¶ Preterea iudex poteſt per tormenta cogere illum quem vult iudicare abſqꝫ peccato ad confitendum veritatem. vt ſcribitur. v. q. v. c.

¶ Sed eternus iudex non coget aliquem per tormenta: ſed libere. Quia libri erunt aperti ⁊ iudicabūtur homines ſm illa que ſcripta erunt in libris. vt ſcribitur Apoc. xx.

¶ Preterea quandoqꝫ iudex iudicat iudicio iniuſto falſo ⁊ iniquo. Sed eternus iudex iudicabit iuſte ⁊ vere. non ergo eodem iudicio quis alterum iudicat quo ipſe iudicabitur

¶ In contrarium eſt quod ſcribitur Math. vij. In quo. n. iudicio iudicaueritis iudicabimini. ⁊ in qua menſura menſi fueritis remetietur vobis.

¶ R. dicendum ꝙ ſicut non eſt idem deus et homo: Ita non eodem iudicio iudicat deus quo iudicat homo. Non enim primo iudicat eodem iudicio ſubſtantialiter. Quia deus iudicat iudicio ꝙ ſubſtantialiter ipſe eſt deus. homo vero iudicat iudicio ꝙ non ſubſtantialiter eſt ipſe homo. Iudicat. n. homo iudicio legali vel legali iuſticia que eſt quidam habitus accidentalis in anima acquiſitus. Pauca enim debet iudicare iudex ſuo arbitrio: ſed omnia debet iudicare lege, ꝓpter illas quatuor rationes quas ph̄s tangit in libro polliticoꝝ.

¶ Prima eſt. quia facilius eſt inuenire paucos ſapientes ad deponendum leges ꝗ̄ multos iudices ad iudicandum. Tot enim ſunt controuerſie hominum ꝙ non niſi per multos iudices poſſent terminari: Ad componenduꝫ vero multas leges pauci ſapientes ſufficiunt

¶ Secunda eſt. quia facilius eſt iudicare recte de re multo tempore ruminata ꝗ̄ de re paruo tempore cogitata.

¶ Tercia eſt. quia leges ſunt in vniuerſali. ſ iudicia iudicū ſunt in particulari. reſpectu cuius contingit ſepe iudicem habere odium vel amorem.

¶ Quarta eſt. quia non ſic iudices incurrunt maliuolentias partiuꝫ iudicando ex legibus ſicut iudicando ex proprijs. Sed ſecundo hō non iudicat eodēꝫ iudicio efficienter. qꝛ deus iudicat iudicio principali ex ꝓpria auctoritate. homo vero iudicat iudicio miniſteriali. eſt enim miniſter dei bonis in bonum. Et iudex in iram eis qui operātur malum. vt dicit apoſtolus ad Roma. xiij. ¶ Tercio non iudicat eodem iudicio formaliter. quia deus iudicat iudicio ſemper vero ⁊ recto. homo vero interdum iniuſto falſo ⁊ iniquo. ¶ Quarto nō iudicat eodem iudicio finaliter. quia deus iudicat iudicio eternali homo vero temporali.

¶ Ad primum ergo dicitur ꝙ ſicut dicit Auguſtinus in li. de ſermone dn̄i in monte. Quedam ſunt ſic mala vt nullo modo poſſint fieri bono aīo: ſicut blaſſemie. furta ⁊ homicidia ⁊ talia ſicut licitū eſt iudicare iudicio reprehēſionis quoad omnes ⁊ iudicio punitionis quoad illos qui p̄ſunt. Quedā vero ſic ſūt bona ꝙ quātū eſt de ſe bono ⁊ ſimplici animo fieri debēt. ſicut orare ieiunare. elemoſynas dare. de quibus iudicare vt male fiant preſumptuoſum eſt ⁊ damnoſum. Sed quedam ſunt que bono ⁊ malo animo fieri poſſunt. ſicut ſi aliquis dicat propter ſtomachi debilitatem ſe non poſſe ieiunare. ⁊ iudices eum hoc facere ꝓpter guloſitatem. de talibus iudicare temerarium eſt. ⁊ ꝓhibetur Math. vij. quando dicitur: Nolite iudicare vt non iudicabimini.

¶ Ad ſecundum eſt dicendum ꝙ coguntur iudices per tormenta veritatem inquirere. eo ꝙ occulta ſunt eis ⁊ ignota nec aliter ſcire poſſūt niſi dum penis corpora ſubijciunt que geſta ſunt veraciter ⁊ fideliter inquirentes. Sed in diuino iudicio quedam virtus diuina aderit qua fiet vt cuiqꝫ opera ſua bona vel mala cūcta in memoriam reuocentur. ⁊ mentis intuitu mira celeritate a cunctis cernantur vt accuſet vel excuſet ſcientia conſcientiam atqꝫ ita ſimul ⁊ omnes ⁊ ſinguli iudicentur. que quidē diuina virtus libri nomē accepit. vt dicit Auguſtinus. xx. de ciui. dei.

¶ Ad tercium dicitur ꝙ ſm Auguſtinum. ad Deo gratias. De ſex queſtionibus. Non ſic intelligendum eſt illud verbum. In quo iudicio iudicaueritis. iudicabimini. vt ſi homo iudicat iudicio temerario falſo ⁊ iniquo eodē iudicio a deo debeat iudicari. Sed ſenſus eſt in qua voluntate bene feceritis: in ea recipietis premiuꝫ. ⁊ in qua voluntate male feceritis in ea puniemini. Nam ſi quis oculis vteretur ad reſpiciendum aliqua illicita ſibi prohibita recte diceretur. In quibus oculis peccaſti in illis punieris. ⁊ excecaretur ⁊ oculis priuaretur Quia igit̄ voluntas eſt regula ⁊ menſura omnium factorum noſtrorum meritorum ⁊ demeritorum ⁊ ipſa ꝓprie vtimur ad merendum ⁊ demerendum recte dictuꝫ eſt vt eo animo ⁊ ea voluntate qua iuſte ⁊ iniuſte iudicamus alios eodem animo ⁊ eadem volūtate recipiamus iudicium de pena vel de premio. Unde ſi voluntate temeraria aliquem iudicamus illa te-

menſtās erit illa que nos puniet. ⁊ ſi menſura iniqua ⁊ iniqua voluntate vtimur ad vendendum vel ad reddendum aliquid proximo illa voluntas iniqua vel menſura erit cauſa quare ſicut iccmur ⁊ vniuerſaliter illa volūtate ꝓpria qua homo bona vel mala opera facit vel aliorum facta iudicat eadem iudicabitur ad menſuram vel beatitudinem conſequendam. Cum voluntate ergo recta ⁊ iuſta faciat nos eternus iudex in ſuo conſpectu preſentari. Et ſatiemur cū apparuerit nobis gloria eius qui eſt benedictus in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Explicit ſumma de Eccleſiaſtica poteſtate edita a fratre Auguſtino de Anco. ordinis fratrum heremitarum ſācti Auguſtini. feliciter

# ¶ Tituli queſtionum

Incipiunt rubrice ⁊ tituli queſtionum ſumme de eccleſiaſtica poteſtate Doctoris clariſſimi: fratris Auguſtini de Ancona ordinis fratrum heremitarum ſancti Auguſtini.

Queſtio prima de ptāte pape a quō eſt principaliter. vbi decem queruntur

¶ Utrū ſola poteſtas pape ſit a deo immediate effectiue ⁊ nulla alia.

¶ Utrū ptās cuiuſlibet pape ſit a deo.

¶ Utrum poteſtas pape ſit vniuerſaliter maior omni alia.

¶ Utruz aliquis poſſit eſſe equalis pape in poteſtate.

¶ Utrum ſingularius ſit a deo poteſtas pape ꝙ aliqua alia.

¶ Utrum poteſtas pape ſit vna vel plures.

¶ Utrum ſit ſimul ſacerdotalis ⁊ regalis.

¶ Utrum ſit ſimul tpalis ⁊ ſpūalis

¶ Utrum ſit ſimul eterna ⁊ tpalis.

¶ Utrum ſit vtile de tali ptāte diſputare.

Queſtio ſecūda de pape electione vbi octo queruntur.

¶ Utrum conueniēs ſit papam fieri hominum electione. vel magis immediate a chriſto.

¶ Utrum quilibet papa poſt petrum factus ſit per electionem.

¶ Utrum eſſet magis conueniens papā fieri ꝑ ſucceſſionem ꝙ ꝑ electionem.

¶ Utrum due partes cardinaliū debeant ad minus in eius electionem conuenire.

¶ Utrū electio pape poſſit in aliquo viciari.

¶ Utrum eius electio cadat ſub examinatione ſicut electio aliorum.

¶ Utrum imperator vel alius princeps poſſit habere ius in electione pape.

¶ Utrum laici poſſint ⁊ debeāt electioni pape intereſſe.

Queſtio .iij. de eligentium iuriſdictione. vbi .xi. queruntur.

¶ Utrum ad collegium cardinaliuz ſolum ſpectat papam eligere.

¶ Utrum deficiente collegio electio pape deuoluatur ad generale conſilium.

¶ Utrum tale collegium teneatur ſemper eligere hominem ſufficientioris ſcientie.

¶ Utrum ſemꝑ teneatur eligere hominē ſanctioris vite.

¶ Utrum teneatur magis eligere hominem iuriſtā ꝙ theologum.

¶ Utrum teneatur magis eligere hominem de collegio ꝙ extra collegium.

¶ Utrum maiorem poteſtatem habeat collegium eligens ꝙ papa electus.

¶ Utrum papa mortuo poteſtas eius remaneat in collegio.

¶ Utrum mortuo papa collegiū poſſit quicquid poteſt viuens papa.

¶ Utrum in tali electione debeat precedere tractatus ⁊ aliqua prelocutio.

¶ Utrum tutius ſit celenter eligere vel in tali electione diu cogitare.

Queſtio .iiij. de pape renuntiatiōe. vbi octo queruntur.

¶ Utrum papa poſſet renuntiare ſi in papatu imprimeretur caracter.

¶ Utrum papa poſſet renuntiare ſi papatus eſſet nomen ordinis ⁊ non iuriſdictionis.

¶ Utrum quia papatus eſt a ſolo deo papa poſſit ex ſe renuntiare

¶ Utrum papa poſſit renuntiare propter votum emiſſum de cura eccleſie habenda.

¶ Utrum papa poſſit eius legitimam adminiſtrationem renuntiare.

¶ Utrum quia ſacerdotium pape eſt eternuz poſſit renuntiare.

¶ Utrum poſſit probari per rationes quod papa renuntiare poteſt.

¶ Utrū iſtud poſſit ꝓbari ꝑ auctoritates.

Queſtio .v. de pape depoſitione. vbi octo queruntur.

¶ Utrum ſolum pro hereſi papa ſit deponendus.

¶ Utrum per violentiam ⁊ ignorantiā in hereſim labatur ſit deponendus.

¶ Utrū ſit deponendus ꝓ ſymoniā.

¶ Utrū ſit deponendus ꝓ quocūqꝫ notorio crimine.

¶ Utrū ad depoſitionē eius ſit neceſſaria ꝓ duplo pluriū teſtiū ꝙ ad depoſitionē aliorum

¶ Utrum ad generale conſilium ſpectet eius depoſitionem pronuntiare.

¶ Utrum papa mortuus ꝓ hereſi poſſit cōdemnari.

¶ Utrum pape aperte malo ſit obediendūz

Queſtio .vi. de pape ſententie appellatione. vbi octo queruntur.

¶ Utruz a papa poſſit appellari ad deum

¶ Utrum a papa appellari ad deum ſit appellari contra deum.

¶ Utrum a papa appellari ad deū talis appellatio apud deum admittitur.

¶ Utruz a papa preſenti poſſit appellari ad futurum.

¶ Utruz a papa poſſit appellari ad collegiū cardinalium

¶ Utruz a papa poſſit appellari ad conſiliū generale.

¶ Utrum papa poſſit facere ſtatutū ꝙ ab eius ſententia poſſit appellari.

¶ Utrum ſit error dicere ꝙ a papa poſſit ad deum vel hominem appellari.

Queſtio .vij. de pape reprehenſione. vbi quatuor queruntur.

¶ Utrum ad papam ſe extendat fraterna reprehenſio.

¶ Utrum reprehenſio pape debeat fieri in ſecreto vel in aperto

¶ Utrum ſi papa non audit reprehendentes ſit dicendum eccleſie.

¶ Utrum papa de omni peccato reprehendi debeat ex precepto.

Queſtio .viij. de pape repreſentatiōe. vbi quatuor queruntur.

¶ Utrum papa repreſentetur ꝑ archam Noe.

¶ Utrū papa repſentet ꝑ montem ſinai.

¶ Utrum papa repſentet chriſtum quantum ad perſonam. vel quantum ad officium.

¶ Utrum pape aſſiſtant cardinales ſicut chriſto aſſiterunt apoſtoli.

Queſtio .ix. de pape honoris exhibitione. vbi ſex queruntur.

¶ Utrū pape debeatur honor qui debetur chriſto ſm quod deus

¶ Utrum pape debeatur honor qui debetur chriſto ſm quod homo.

¶ Utrū pape debet honor qui debet ſanctis

¶ Utrū pape debet honor qui debet angel.

¶ Utrum pape debeatur honor qui debetur imagini chriſti.

¶ Utrum pape aperte malo debeat honor.

Queſtio .x. quomodo ad papā ſpectet de fide ⁊ hereſi determinare. vbi ſex queruntur

¶ Utruz ad papam ſpectet determinare que ſunt fidei.

¶ Utrum ad papam ſpectet determinare quid eſt hereſis.

¶ Utrum ad papam ſpectet circa illa que ſūt fidei aliquid addere vel diminuere.

¶ Utrum ſine mandato pape aliquis poſſit de hereſi inquirere.

¶ Utrum ſine mandato pape aliquis poſſit in hereſi comprehenſos condemnare.

¶ Utrū ſine mandato pape liceat principibꝰ xpiane fidei capere hereticos ⁊ iudicare.

Queſtio .xi. quomō ad papaz ſpectet determinare que pertinent ad veritatem diuine eſſentie. vbi queruntur ſex.

¶ Utrū ad papā ſpectet ſub articulo ponere q̄ nō poſſunt ab homine naturaliter cognoſci.

¶ Utrum ad papam ſpectet ſub articulo ponere Credo in vnum deum.

¶ Utrum ad papam ſpectet ſub articulo ponere. vnum deum eſſe creatorem omnium.

¶ Utrum ad papam ſpectet determinare modum credendi trinitatem.

¶ Utrum ad papam ſpectet determinare modum diſtinctionis perſonarum.

¶ Utrum ad papam ſpectet determinare modum vnitatis trium perſonarum.

Queſtio .xij. quō ad papā ſpectz determinare que ꝑtinent ad diſtinctionez ꝑſonaꝝ. vbi quatuor queruntur.

¶ Utrum ad papā ſpectet ſub articulo ponere patrem eſſe omnipotentem.

¶ Utrum ad papaz ſpectet determinare modum generationis filij a patre.

¶ Utruz ad papam ſpectet determinare modum ꝓcedendi ſpūs ſancti a patre ⁊ filio.

¶ Utrū ad papā ſpectet plura ponere ſub articulo ſpūs ſancti ꝙ patris ⁊ filij.

Queſtio .xiij. quō ad papā ſpectet determinare que pertinent ad naturam humanam a dei filio aſſumptaz. vbi quinqꝫ queruntur.

¶ Utrum ad papā ſpectet ſub articulo ponere modū conceptiōis ⁊ incarnationis chriſti.

¶ Utrum ad papā ſpectet ſub articulo ponere modū paſſionis ⁊ ſepulture chriſti.

¶ Utrum ad papā ſpectet in ſimbolo explicare omnes articulos fidei

¶ Utrū ad papam ſpectet in ſimbolo expli-

care omnia ſacramenta eccleſie.
¶ Utruȝ ad papam ſpectet determinare per quem modum corpus xpi eſt ſub ſacramento altaris.

Questio .xiiij. de ſanctoruȝ veneratiõe vbi quinq; queruntur.
¶ Utrum ad ſolum papam pertineat ſanctos canoniſare.
¶ Utrū ſicut papa vniuerſaliter ita epiſcop⁹ in dyoceſi ſua poſſit aliquē ſanctū canoniſare
¶ Utrū papa abſq; requiſitione collegij poſſit aliquem ſanctum canoniſare.
¶ Utruȝ papa canoniſando aliquem ſanctū poſſit errare.
¶ Utrum ſi quis non eſt canoniſatus p papam poſſit pro eo officium decantari.

Questio .xv. de cauſa canoniſationis ſanctorum. vbi quinq; queruntur
¶ Utrum papa debeat aliquem canoniſare ꝓpter fructum ſcientie.
¶ Utrum papa debeat canoniſare aliquē ꝓpter ſanctitatem vite.
¶ Utrum papa debeat canoniſare aliquem ꝓpter bonam famam.
¶ Utrum papa ꝓpter euidentiam miraculorum debeat aliquem canoniſare.
¶ Utrum papa debeat aliquem canoniſare ꝓpter bonum ꝓphetie.

Questio .xvi. de modo canoniſationis ſanctorum. vbi quatuor queruntur.
¶ Utrū papa in canoniſatione alicui⁹ ſancti debeat obſeruare ordinē iudiciariū
¶ Utrum papa debeat canoniſare aliquem ſanctum ſtatim ſibi denunciatum.
¶ Utrum papa eundem modum debeat ſeruare in canoniſatione martyris ⁊ confeſſoris
¶ Utrum papa poſſit aliqueȝ canoniſare ad ordinem apoſtolorum ſicut martyrum confeſſorum ſeu virginum.

Questio .xvij. de ſanctis canoniſãdis vbi ſex queruntur.
¶ Utrum papa debeat canoniſare omnes quos conſtat eccleſie eſſe in vita eterna
¶ Utrum papa debeat canoniſare patres veteris teſtamenti.
¶ Utrum preter informationem pape corp⁹ vnius ſancti in pluribus eccleſijs venerari ſit peccatum
